

6A
63
TOM

SUMMA THEOLOGICA
S. THOMAE
AQUINATIS
QUINTI ET ANGELICI ECCLESIAE DOCTORIS
ORDINIS PRAEDICATORUM
EDITIO RECENTIS PARTHENOPEA
CETERIS CUNCTIS ACCURATIUS A MENDIS EXPURGATA,
Appendicibus pro Ecclesia Sancta Dei Venerabilis P. SERAPHINI
CAPPONI A PORRECTA,

Notis historicis, ac dogmaticis P. JOANNIS NICOLAJI,
Dissertationibus critico-apologeticis P. BERNARDI MARIE DE RUBEIS
*Eiusdemque Annotationibus variantem alicubi Textus lectionem
signantibus, nec non Indicibus copiosissimis, & appositissimis
aucta, ornata, illustrata.*

SECUNDÆ SECUNDÆ PARTIS TOMUS QUARTUS.



N E A P O L I M D C C L X V.
Exensis GREGORII, & MICHAELIS STASI
Typis JOSEPHI RAYMUNDI
SUPERIORUM FACULTATE, AC PRIVILEGIO.

१३०२०५

111

FR. JO: FRANCISCI BERNARDI MARIAE DE RUBEIS ORDINIS PRÆDICATORUM DISSERTATIO PRÆVIA

De Authoritate Operum , quæ vulgo Areopagitica dicuntur a
D. Thoma tum in hac Summa Theologica , tum alibi sæpe
allegata : Deque fide Authoris eorumdem ; an Ortho-
doxus fuerit , an Hæreticus , vel Apollinarista ,
vel Eutychianus , seu Monophysita

C A P U T I.

*Negat credulus nimis ; neque prorsus imperitus S. Thomas usurpat Areopagiticorum
Operum testimonia. Orthodoxi quinque Episcopi in Collatione Constantinopolitana
anno 532. videntur Opera , vulgo Areopagitica rejecisse , veluti
factus Apollinaristern. Natalis Alexandri responsio
ad examen vocata .*

I. **N**IMIÆ credulitatis , aut imperitiae Notam impingi D. Thomæ Angelico Preceptorî nullam posse , quod Librum *De Divinis Nominibus* pro fœtu Dionysii Areopagitæ acceperit , ipsumque omnium celebratum ore , tum commentario explanaverit , tum cum isto alias quoque Areopagiticos vulgo libros in hac Summa , alibique Dionysii nomine allegaverit , atque ad Theologicam adserendam veritatem seu probatæ authoritatis testes adhibuerit sæpiissime , præfenti dissertatione evincendum aggredimur . Nolumus equidem celebrem instaurare , ac movere quæstionem , inter Viros criticos agitatam ; quorum alii Opera Areopagitica rejiciunt omnia , vindicant alii editis Apologiis . Doctoris Angelici diligentia judicioque bene consultum in primis , vel ex eo quod præalentem sua ritate Theologorum hac de re , prudens satis , sequuntur sit opinionem .

Enim vero , licet *Areopagiticorum* Natales incerti videantur , & obscuri ; adversus tamen eorum Censores , qui primi prodierant , vindicias egerant jam ab ineunte Seculo sexto Joannes Scytopolitanus , & Maximus Martyr seculo Ecclesiæ septimo , quorum *Apologie* in Scholiis ad hæc Opera habentur , & in Prologo : Eamdem quoque Spartam ornaverat Theodorus quidam Presbyter apud Photium Codice primo . Superioribus item seculis , ad ætatem usque Theodori Gazæ , & Laurentii Vallæ , qui seculo quintodecimo florebant , hæc opinio obtinuit , prævaluitque ; omniumque consensu atque veneratio ne scripta illa , tamquam genuini antiquissimi Areopagitæ Apostolorum Discipuli fœtus , recipiebantur . Haud igitur mirum ejusmodi libros absque ulla hæxitatione allegasse Thomam , suoque Commentario inscriptum Opus *De Divinis Nominibus* illustravitse . Secundo nono Joannes Erigena Scotus latine vertit Libros de Cœlesti , & de Ecclesiastica Hierarchia , *De Divinis Nominibus* , deque Mystica Theologia . Novam latinam interpre-
ationem ,

DISSERTATIO PRÆVIA.

tionem, postulante Odone de Diogilo Abbe S. Dionysii prope Parisios, aggressus est Joannes Saracenus, complevitque post annum MCLIII. Utramque videre, ac lustrare licuit Aquinati.

Quoniam vero summa & egregia, qua pollebat Angelicus, Theologicorum Dogmatum peritia non ita fortasse in tuto foret, si Apollinaristarum deliris, & commentis Monophysitarum scateret præsumptum Opus *De Divinis Nominibus*, ut putant, proque certo habent nonnulli; Orthodoxam capropter *Areopagiticorum Authoris* (quisquis ille fuerit) fidem inconcussis argumentis vindicandam suscipimus, quo miratio tollatur omnis atque suspicio, hæreses in eo Opere acutissimum ac nobile Divi Thomæ ingenium non deprehendisse, quæ nullæ sunt, aut certe cogitas ad Catholicum torquere sensum voluisse. Fusiorem solito calamum res postulat.

II. Opera quæ vulgo Areopagitica audiunt, sive testimonia quædam ex illis deprompta, prima vice coram palamque allegata a Severianis hæreticis invenimus, qui Constantino-poli collationem cum orthodoxis Episcopis anno 532. habuerunt. Severiani erant impia propago Eutychianorum seu Monophysitarum, qui unam in Christo naturam contra fidem catholicam, ac synodi Calcedonensis definitionem propugnabant. Nomen obtinuere a Sevoro, qui primum Petri Mongi partes adversus Timotheum Solophaciolum catholicum Alexandriæ Antistitem sectatus est, tum ab ejus postea communione abstinuit, Zenonis imperatoris edito, quod *Henoicon* vocant, subscribere nolens, utpote quo non satis Calcedonensi Concilio derogari censebat: ducemque illorum se præbuit, qui ab eodem Mongo secedentes, ac nulli obtemperantes Episcopo, dicti sunt *Acephali*. Thronum denique Antiochenum anno 512. invasit, ubi quinque annos & aliquot menses tyrannidem exercuit. Fœdam adhuc vitam agebat anno 536. quo Synodus Constantinopoli, Præside Menna, celebrata est. Consule Michaeli Lequienam Ordinis Prædicatorum in Oriente Christiano, & Petrum Boschium Societatis Jesu in Historia Chronologica Patriarcharum Antiochiae inter Acta Sanctorum Tomo IV. Julii.

Nomen etiam Semieutychianorum Severianis inhæsit. Ilos inter, ac Eutychianos discribens Petavius enarrat Libro I. de Incarnatione capite xviii. num. 9. ex Facundo Hermianensi, qui primus videtur Semieutychianorum vocabulum usurpare: quod meri Eutychiani unam tantummodo naturam, eamque simplicem, post unionem mansisse in Christo dicebant, sive in humanitatem Divinitate conversa, sive potius humanitate in Divinitatem absorpta, aut per eam consumpta: quod plerique ex ista hæresi sequebantur. Ac Semieutychiani unam ex duabus naturam compositam sic esse constituebant, quemadmodum ex anima & corpore una consurgit integra natura humana; ut eadem propterea Deo Patri, & homini consubstantialis esset. Impium hocce dogma satis obscurum & implexum ita declarant alii, ut sine alterutrius natura permutatione, vel confusione, una tamen illa esset: una videlicet natura divina primas agentes partes, cui accesserit humana, velut instrumentum, per quod illa actiones ederet, vel quod passiones forissecus inlatas reciperet. Hac de re adhuc infra diligenter opera agendum.

Cum his Hæreticis Constantinopoli anno 532. collationem habuere orthodoxi quinque Antistes, quorum primus erat Hypatius Episcopus Ephesus. Patres nonnullos vestitos, veluti unam naturam Dei Verbi decernentes post unionem, allegabant Heterodoxi homines, Beatum Cyrrillum, & Beatum Athanasium Alexandrine Civitatis Episcopos, Felicem, & Julium Romane Ecclesie, Gregorium mirabilium factorem, & Dionysium Areopagitanum. Spurias invehi ac venditari merces, nihil habitans reponit Hypatius: In tantum falsa sunt, inquiens, epistola, sive testificationes illæ, quas dicitis, ut neque unam ex illis Beatus Cyrrillus voluerit recordari. Suspicionem falsi amoliri student Severiani, & ajunt: Quid ergo suspicamini, quia nos eas falsavimus? Non ipsis, sed antiquis Apollinaristis hanc esse tribuendam fraudem & imposturam, ait Hypatius: Vos non suspicamur, sed antiquos hæreticos Apollinaristas. Tum contentionem mota ob citatos Cyilli libros adversus Diodorum & Theodorum; de quibus Capite sequente; expendere perrit Ephesus Antistes testimonia Patrum, quæ primo loco Severiani attulerant: Nam & Bea-

DISSERTATIO PRÆVIA.

O Beati Iulii, inquiens, famosam illam epistolam manifeſte Apollinaris ostendimus fuisse, scriptam ad Dionysium . . . Quod autem prius dici debuit, hoc in ultimo loco dicimus: illa enim testimonio, que vos Dionysii Areopagita dicitis, unde potestis ostendere vere esse, sicut suspicamini? Si enim ejus erant, non potuissent latere Beatum Cyriſum. Quid autem de Beato Cyriſo dico? Quando & Beatus Athanasius, si pro certo scilicet ejus fuisse, ante omnia in Niceno Concilio de Conſubſtantiali Trinitate eadem testimonio protulifer adverſus Arii diverſa ſubſtantia blaſphemias. Si autem nullus ex antiquis recordatus eſt ea, unde nunc potestis ostendere, quia illius ſint, neſcio. Ad opera igitur vulgo Areopagitica quod attinet, ſpuria & conficta illa eſte oſtendebat Hypatius ex Veteram ſilento, maximeque Cyrilli & Athanasii, eademque videtur habuisse pro foctu Apollinaristarum, quemadmodum & aliorum Patrum testimonia, quæ allegaverant Severiani: *Vos non ſuſpicamur, inquiens, ſed antiquos hereticos Apollinaristas.*

III. De libris Areopagiticis item in hac Collatione actam non fuſſe, putat Natalis Alexander Differt. xxii. Seculi primi: ſed intentatam poſtulationem falſi adverſus unam dumtaxat Epistolam, vel quædam testimonia, quæ in Areopagitæ Scriptis contineri contendebant Severiani. Quod ego non ita ſolidum Doctissimi Viri existimaverim reponſum, cum certum ſit compertumque, objecta ab Heterodoxis testimonia in ipliſ contineri libris, qui tribui Dionysio Areopagitæ ſolent. Ex Collectaneis Mſs. contra eosdem Hæreticos, quæ a ſe viſa ac diligenter luſtrata refert Michael Lequienus Differtatione II. Damascenica, Severum Patriarcham addiſcimus, in patrocinium erroris hæc at tuliffe ſub nomine Areopagitæ verba, *Dei sancti Viri novam quamdam Dei-virilem operationem*: quæ habentur in Epifola iv. ad Cajum. Affert etiam Anastasius Sinaita in Oſyō, ſea *Duce via capite xiiii.* prolatas ab Acephalibus ſub ejusdem Dionysii nomine ſententias, quæ pariter totidem verbis in citata ad Cajum Epifola leguntur, & in Libro de Divinis Nominibus. Alia plura dabimus infra. Hæc vero ſatis indicant, Severianos præ manibus opera Areopagitica habuisse: ex hiſce deprompta ab eisdem, quæ objiciebantur testimonia, ut una in Christo natura ſuaderetur, & operatio: tum ipſa vero testimonia, tum Areopagitica Scripta ab orthodoxis Episcopis in Collatione Constantinopolitana, veluti ſpuria rejecta fuſſe, & ab Hæreticis cufa.

C A P U T II.

An Areopagitæ ſcripta vel testimonia Cyriſus Alexandrinus laudaverit in Libris contra Diodorum & Theodorum: Orthodoxorum reponſio in Collatione Constantinopolitana. Liberati Diaconi locus expenſus, & emendatus.

I. **C**UM Hypatius & Orthodoxi Epifcopi, teſtificationes Athanasii, Felicis & Julii Romanorum Pontificum, Gregorii Thaumaturgi, & Dionysii Areopagitæ, quas in medium protulerant Severiani, veluti ſpurias & ab antiquis Hæreticis Apollinaristis confictas rejeciſſent, reponuerunt in hæc verba ipliſ Severiani, ut oppofitam ſodales notam amolirentur: *Poſſumus oſtendere, inquietes, quia Beatus Cyriſus uſus eſt iſtis testimonioſis in libris adverſus Diodorum (Tarsensem) & Theodorum (Mopsuestenum) editis.* Hinc lis inter partes erupit, id ita eſte negantibus Orthodoxis, ajetibus Severianis. Parvi momenti res non eſſet, ſi certo innotescere quidem poſſet, testimonia quædam ſub nomine Dionysii Areopagitæ ante medium ſeculum quintum allegasse Cyriſum Alexandrinam: obiit quippe Sanctissimus Pater anno 444.

At reclamantis Hypatii verba ſunt: *Modo maxime & illos adverſus Diodorum & Theodorum libros ambiguoſ faciſſis, tamquam fictoſ; adverſus mortuoſ prolatoſ dicenteſ, qui non poterant refellere falſitatem. Si enim adverſus mortuoſ prolati ſunt, multo magis contra Nestorium (premiterat etiam Hypatius, testimonia illa non inveniri a Cyriſo adhibita in libris contra blaſphemias Nestorii elucubratiſ) & eos qui contra capitula ejus (nempe Cyrilli) ſcriperunt, proferre babuerit eadem testimonioſ. Sed nunc videtur,* quo-

quoniam & *in illis libris Hæretici falsantes addiderunt ea.* Severianis reponentibus ; facile posse ex antiquis exemplaribus , maxime si ex Alexandriae Archivis eruantur , comprobari , revera Cyrillum prædictas attulisse Dionysii & aliorum authoritates ; regessit Hypatius , *indubitate fore dumtaxat exemplaria* , quæ sub Proterio vel Timotheo Solofaciolo descripta ostenderentur : cum enim illa a multis , qui rectæ duarum naturarum confessionis adversabantur , jampridem retinerentur ; adigi Catholicos nequaquam posse , ut adversariorum testimonia suscipiant .

Laudatum ergo a Cyrillo Areopagitam , ejusque testimonia adhibita in Libris contra Diodorum & Theodorum , contendebant Severiani . Dolendum , hæc opera deperdita esse , quæ consulere cum non licet , dubium manet , quod satis expediri numquam poterit , num vere Severiani dixerint , in eisdem prostare Areopagitez testimonia . Infirma quoque videntur Hypatii responsa . Reposuit primo , Cyrillo libros istos contra Diodorum & Theodorum falso attribui : quæ certe responsio maxime nutat , cum illi pro genuinis admissi lectique fuerint Collatione quinta Synodi quintæ Ecumenicæ : id quod etiam agnovere Liberatus in Breviario capite x. Leontius Byzantinus de Sectis Actione viii. & Eulogius Alexandrinus in Excerptis apud Photium . Neque solida est , quæ subditur ratio , ac si non potuerit Cyrillus veterum illorum Patrum sententias , quas prætermiserat in libris contra Nestorium viventem lucubratis ; in aliis afferre libris , quos contra Diodorum & Theodorum vita functos conscripsit . Sed utriusque rationis forte cognita levitate , eo tandem se recepit Hypatius , ut eosdem Cyrilli libros diceret depravatos , Hæreticorum mauis testimoniis insertis , de quibus agimus : Sed nunc videtur , inquiens , *quoniam* & *in illis libris Hæretici falsantes addiderunt ea* . Quo sane responso confici posse videatur , in eisdem Cyrilli libris testificationes insertas esse , quæ a Severianis afferebantur , sub nominibus Athanasii , Felicis & Julii Romanorum Pontificum , Gregorii Thaumaturgi , & Dionysii Areopagitez ; at eas veluti spurias tamen rejectas ab Orthodoxis , utpote ab antiquis Hæreticis Apollinaristis confictas , additasque interpolatrice manu Cyrilli libris .

II. Favere videtur Liberatus Archidiaconus Carthaginensis in Breviario cause Nestorianorum & Eutychianorum , quod paulo post præfatam Constantinopolitanam Collationem scribebat . Sic habet enim capite x. Basilius quidam Diaconus , sumens Tomum Procli (Constantinopolitani Episcopi,) quem Armeniis scriperat , Alexandriam venit : *& Armeniorum libellos suis libellis annexens* , obtulit Cyrillo ejusdem urbis Antifiti . Quibus (ut ferunt rumores) permotus Cyrillus , quatuor libros scripsit , tres adversus Diodorum & Theodorum , quasi Nestoriani dogmatis autores ; & alium de Incarnatione librum : in quibus continentur antiquorum Patrum testimonia incorrupta , idest Felicis Pape Romani , Dionysii Areopagitez Corinthiorum Episcopi , & Gregorii Mirabilis cognominati . Verba illa , ut ferunt rumores , sensum edere videntur , rumore publico a fama communis constare , editos a Cyrillo contra Diodorum & Theodorum libros : quamquam & eadem verba non ad ipsos Cyrilli libros referri , sed ad solam scribendi eos occasionem datum , animadvertisunt Doctissimi Viri .

Ad illa verba , Dionysii Areopagitez Corinthiorum Episcopi , notam appingit in sua editione Joannes Garnerius : *Addita erat* , inquiens , *in editis Codicibus vox Areopagite* : *sed expungenda fuit* . Retinendam esse vocem Areopagite , vocemque Corinthiorum expungendam , felicius conjectatur Lequienus in Dissertatione citata num. xii. , Garnerius , „ inquiens , hunc locum non sanavit , demta voce Areopagite : ac si Dionysius Corinthi Episcopus , qui secundo floruit seculo , laudatus potius a Cyrillo credi posset . Nam Liberatum hic paucis narrare constat , quid in Collatione Constantinopolitana gestum sit cum Severianis ; ex cujus proinde actis Areopagite nuncupationem retinendam doceatur . Hunc vero Scriptorem memoriz lapsu , Corinthiorum Episcopum , pro Atheniensium posuisse (quamquam fortasse Notariorum error dici debet .) Sed ejus textus sic forsitan restitui potest : *In quibus continentur antiquorum Patrum incorrupta testimonia* , „ idest Felicis Pape Romani , Julii ad Dionysium Corinthiorum Episcopum , Dionysii , Areo-

„*Areopagites*, & Gregorii Mirabilis cognominati. Dionysium etenim illum, ad quem „Julii Papæ data epistola ferebatur, Corinti Episcopum appellat Leontius Actione VIII. „de Sectis „, Quæ ita si se habeant, dicendum foret, in illis Cyrilli contra Diodorum & Theodorum libris laudatum fuisse Dionysium Areopagitam, ejusque allegata testimonia. Sed num ea ipse adhibuerit Cyrilus, an hæretica manus addiderit, dubium est, quod in collatione Constantinopolitana haud satis expeditum videtur. Illud postremo adnotare non prætermitto, Leontii Byzantini loco citato sententiam esse, epistolam illam Julii ad Dionysium Corinthi Episcopum, quin & septem alias epistolas, qua ejus esse dicuntur, ab Apollinare prodiisse, tamquam authore.

C A P U T III.

Principio Apollinaristarum hæreseos capiti passim adversantur Opera vulgo Areopagiticæ adeoque ab eisdem non prodierunt Hereticis. Guillelmi Cave sententia expenditur.

I. **H**umanitatem Christi Domini mutilabant Apollinaristæ nobiliore sua parte, humana scilicet mente. Cum nempe ex duabus rebus perfectis & integris componi unum aliquid non posse existimarent, ab humanitate Christi, ut is unus agnosceretur, eam sustulere partem, quæ rationalis est, ejusdem munia in Verbum propter unionem cum carne transferentes. Sophistas Platonicos secutus est Apollinarius (verba sunt Nemæsi capite I. de Natura hominis) qui aliud esse animum, aliud intelligentiam statuebant, atque ex ipsis hominem constare volunt, corpore, animo, intelligentia: quo opinio- nis sua jacto fundamento, reliqua suo dogmati convenienter adstruxit. Hinc inferebat ille, nedum unam esse Christi personam & hypostasim, verum & naturam unam. Hanc ana- themate percusserunt hæresim Synodus Alexandrina sub Athanasio anno 362. Romana sub Damaso Papa anno circiter 373. Antiochena anno 378. & Constantinopolitana Ecumenica secunda anno 381.

Luculentissima sunt in Operibus vulgo Areopagiticis testimonia, quæ impium hoc- ce dogma funditus convellunt. De libellis Gregorio Thaumaturgo, Felici & Julio Romanis Pontificibus attributis, & ex Apollinaristarum officina prodeuntibus, si credimus Hypatio in saepè laudata Constantinopolitana collatione, hoc loco non ago. Paucæ Areopagiticorum proferre loca liceat, quorum primum in Epistola IV. ad Cajum Monachum habetur: *Jesus . . . ceteris hominibus substantialiter aggregatus est . . in quantum est revera homo, secundum totam hominis substantiam καὶ σωματικὴν*. In Scholiis, quorum aliqua Joannes Scythopolitanus edidit, lucubravit alia Maximus Martyr, legere hæc est: „In hac autem dispensatione, tamquam secundum totam hominis substantiam substantia- lis homo dicitur . . . Observa autem totum Epistolæ contextum, quoniam est contra omnem hæresim, tam antiquam, quam novam. „ De Ecclesiastica Hierarchia cap. IIII. n. 7. in fine legimus: *Perfectaque rerum nostrarum assumptione, suarum nos participes officiat*. Scholastes ait: „*Perfecta*. Nota, quid de Christo dicat, sive de perfecta ejus assumptione humanitatis, etiam contra Apollinarium“. Et capite IV. num. 3. §. 10. Divino unguento Christus denotatur, *in τῇ καθ' ἡμᾶς ὁλίκῳ πρὸς ἀληθεῖαν εἰρηδοτικόν, in totali* & omnimoda secundum veritatem humanitatis assumptione. Quæ verba animadver-enda proponuntur in Scholiis: „Nota autem, integrum naturam humanam assumptisse, & contra illos qui illum mentis expertem afferunt. “ De Divinis Nominibus capite I. §. 4. ait Author: *se nobis πρὸς ἀληθεῖαν ὅλικος, vere integre in una persona sua communi- cavit*. “ Nempe quod dicit integre (ut ait Scholastes) est etiam contra Apollina- riū: significat enim, ipsum assumptisse hominem perfectum. “ Et capite II. §. 9. *ὅλικος καὶ ἀληθεῖας, integre & vere nostram substantiam assumpserit*. Paria occurunt pluri- ma, quæ cum principio Apollinaristarum hæreseos capite pugnant ex diametro.

Author prologi in eadem opera Areopagistica, qui nomen S. Maximi præfert in E- ditione Corderiana, sed parentem habet Joannem Scythopolitanum, ut infra dicendum, hanc

hanc impietatis Apollinaristicæ notam jam ejus ætate impactam his verbis amolitur: *Quin audent aliqui, inquieti, heresos insimulare Divum Dionysium, cum prorsus non cognoscant, qua sint hereticorum. Si enim cum singulis, qua in hereticis damnata sunt, hujus dogmata conseruent, ab impiis istis multo magis distare cognovissent, quam verum lumen a tenebris. Quid enim dixerint de iis, qua de sola adoranda Trinitate ab ipso theologicæ exponuntur? Quid de uno Beatissima hujus Trinitatis Jesu-Christo, unigenito Dei Verbo, qui genitus irasceret, perfecte humana indui natura voluit? An non Iesus Christus, animam intellectualem, & corpus terrenum nostro simile recensuit? Hæc sane qui tam diserte docet, tam perspicue profitetur, dici Apollinarista non potest.*

II. Guillelmi Cave in Historia Litteraria Scriptorum Ecclesiasticorum opinio fuerat, Operum de quibus agimus, authorem esse Apollinarium Antistitem Laodicenum, nempe Apollinarium filium, mutilatorem mentis in Jesu-Christo, Regni millenarii propugnatorum. Laodicæ, quæ ad mare dicitur, in Patriarchatu Antiocheno gestas ab illo insulas, ostendit Lequienus in Oriente christiano. Verum re melius persensa (inquit Cavæus) „ eruditis disquirendum relinquo, an non Apollinario patri potius, quam filio Areopagitica sint tribuenda? Certe filium, ut in aliis fidei articulis hereticum, ita inter Millenii propugnatores recenserent Veteres; qui tamen error, ut notavit olim S. Maximus, in his libris liquido damnatur. Pater vero in fide sanus erat; nec de illo alter loquuntur Veteres, nisi quod Socrates semel eum eadem cum filio heresi involve re videtur. ” Hæc satis essent, inquit ego, ut Areopagitica ab hereticis Apollinaristis haud prodiisse, liquido certoque constaret. Rem quippe luculentissime confirmat aperta Regni millenarii damnatio, quod Apollinaristæ heterodoxi propugnabant. Insignem locum profero ex capite vii. de Ecclesiastica Hierarchia num. i. §. 2. Alii porro, nescio quo pacto ad terrenas cogitationes dilapsi dixerunt, praesenti vite finalem Beatis promissam esse sanctissimam beatissimamque sortem; cibosque vita variabili proprios sis, qui Angelis equeles sunt, nefarie applicuerunt. Sed absit ut umquam sanctus vir quispiam in istiusmodi errores incidat. Appositissimum refero scholion quod sub nomine S. Maximi in Corderiana citata editione prostat: *Beatissimamque*. Hæc ait insinuans, „ ut opinor, Papiam Hieropolis Asia Episcopum, qui Divi Joannis Evangelista temporibus floruit. Hic autem Papias Libro IV. Dominicarum suarum explanationum scriptis, fore in resurrectione voluptates, quæ percipiuntur ex cibis: in quod quidem dogma postmodum Apollinarius creditit, quod aliqui vocant *Annum millenniumum*. Quomodo igitur Scripta Sancti Dionysii possunt esse Apollinarii, ut aliqui delirant, cum hæc Apollinarium refutent?

At illa Apollinario patri tribuenda censet Cavæus, qui in fide sanus erat. Novit ipse tamen adversantem sibi Socratem. Is enim Libro II. Hist. Eccles. Capit. XLVI. ait: *Laodicea & Syria duo erant viri, eodem nomine nuncupati, pater, & filius. Uterque enim Apollinaris dicebatur. Et Pater quidem Presbyteri gradum in Ecclesia obtinebat, Filius vero Lectoris officio fungebatur... Florebat una cum illis Epiphanius Sophista (Philosophus Gentilis) cui cum essent arctissimo amicitia vinculo conjuncti, omni studio eum sovebant. Theodosius vero Laodicenus Episcopus, veritus ne assidua hominis consuetudine paulatim ad Gentilium superstitionem delaberentur, vetuit ne ad illum ventarent. At illi parvipendentes Episcopum, amicitiam Epiphaniis constanter retinuerunt. Post haec Georgius, successor Thiodori, ab Epiphaniis consuetudine eos avellere conatus, cum id illis persuadere non posset, utrumque communione multavit. Id factum Apollinaris filius contumelia loco duxit: & sophistica dicendi facultate fretus, novam ipse quoque heresim condidit... Et initio quidem dicebant (uterque, pater, & filius) hominem absque anima a Deo Verbo assumptum esse in dispensatione Incarnationis. Postea vero remquam penitentia ducti, ac pristinum emendantes errorem, adjecterunt animam quidem assumptam esse, sed que mentem non haberet: Deum autem Verbum mentis loco esse in homine assumptione. Errorem utriusque Apollinario communem, patri & filio, diserte narrat Socrates. Quidni ita fuerit, cum ambo arctissimo amicitiaz vinculo conjungerentur Epi-*

Epiphanio Sophistæ gentili, a quo dogmata Platonica edocti fuerint, quibus eorum hæc superstructam fuisse, docentem supra audivimus Nemeshum?

C A P U T IV.

Ante Constantinopolitanam anni 532. collationem noti erant libri Areopagitici, quos Joannes Scythopolitanus illustravit Scholiis, vindicavitque ab heretico nota. Quis ille fuerit? Eodem tempore laudavit eos Ephremius, Patriarcha Antiochenus.

I. **A**nastasius Bibliothecarius in Epistola ad Regem Carolum Calvum de sua latina, quam adornavit, translatione Scholiorum in Areopagistica, sic ait: *Ipsorum autem Scholiorum, quacunque in calce sui signum vivifice Crucis habent, & Beato Maximo Confessore & Monaco inventa narrantur: cetera S. Joannis Scythopolitanani Antiphonis esse narrantur.* „Quæ rāmen in Libris Dionysii ab anno 1562. inclusive editis (admodum nōne Ufficio Armachano apud Cavæum, & Lequienum locis citatis) simul confusa sunt Joannis, & Maximi Scholia: quæ non in antiquioribus solum, quæ Cyparissiotæ tempore ferebantur, editionibus fuerunt distincta, sed etiam in utroque quo usus Morelli Codice; in quorum altero ad marginem apposita sunt Joannis Scythopolitaniani sine nomine Scholia: in altero vero seorsim, post absolutum textum integrum Dionysii, nomine Maximi insignita scholia; eo breviora, quod ab amplioribus Joannis, cum quibus ea conjunxit Morellius, separata fuerant. “Obiter animadverte, non ipsa Areopagita opera, sed scholia ab Anastasio Bibliothecario latine translata fuisse, ut contra Vossium differat Labbeus. Ipsum consule.

II. Joannem urbis Scytopoleos in Palæstina Antistitem, qui sedem illam anno circiter 496. concendit, recenset Lequienus in ejus Ecclesiæ Tabulis in Oriente christiano. Apud Photium Codice ccxxxii. legimus excerpta Epistolæ Synodicæ, quam Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus dedit ad Honorium Papam adversus Monothelitas: in eaque *Beatus Joannes Antistes Scythopolitanus memoratur*, qui docte & pie de *Synodo Calchedonensi scriptis*, *Synodus illa anno 431. celebrata est*. Fato functus anno 518. jam fuerat, cum eodem anno Scytopolitanam Ecclesiam regeret Theodosius.

Recenset idem Photius Codice xcv. libros duodecim *Joannis Scythopolitanani Scholasticæ adversus Ecclesiæ desertores, Eutychem, & Diocorū*, ejusdemque secta affectas, qui in duabus naturis prædicare Christum recusabant: notatque, ipsum Joannem in suis libris præcipue insequi *Basilium Cilicem Nestorianum*, quem anno circiter 517. vita mortali migrasse, animadvertisit Bibliographi. Dubium vero, an iste fuerit idem cum Joanne Episcopo Scytopoleos? Imo diversus videtur, idemque cum illo, quem Cyrillus Scythopolitanus in Vita S. Sabæ his verbis repræsentat apud Lequienum in Theodosio Episcopo, laudati Joannis Successore: *Erat porro quidam Scythopoli Scholasticus Joannes, Expelleste filius, vir bonus & animo illuminatus*. Hunc a Basilio Cilice multis scriptis erigitur, satis indicat Photius Codice cvii. *Lectus est, inquiens, liber Basilii Presbyteri Cilicis adversus Joannem Scythopolitanam, cui & Confidici nomen*. Vitam ergo adhuc agebat hic Joannes Scholasticus Scythopolitanus sub Theodosio ejusdem urbis Episcopo, quem adnotavimus sedem eamdem anno 518. concendisse.

Hunc potius Joannem Scholasticum, quam priorem Scytopoleos Antistitem lucubrare Scholia in Opera Areopagistica, gravem ingerunt conjecturam nonnulla Scholiorum loca, animadversione dignissima. In Scholio ad Caput vii. de Cœlesti Hierarchia §. 3. hæc habentur: „*In cœlum.* Nota contra Basilianos, sive Nestorianos, Jesum Christum „ut hominem in cœlos assumptum, ipsum etiam Dominum omnium spirituum, & Regem gloriae existere. „*Et ad caput vii. de Ecclesiastica Hierarchia num. 3. §. 7.* „*Et sanctam illam.* Intelligit sanctam illam confessionem, *Tu es Christus filius Dei viri;* quod notandum est contra Basilianos, & Nestorianos, & Paulianistas, & similares. „*Atqui usquam alibi reperias* (optima Lequieni animadversio est) *Nestorianos* Summ. S. Th. Tom. IX.

DISSERTATIO PRÆVIA.

appellari Basilianos. Hec autem appellatio ab alio Autore indita eis esse non potuit, præterquam a Joanne Scythopolitano, qui variis scriptis a Basilio Cilice Antiocheno Ecclesia Presbytero laeſſitus, eundem Basiliū, tamquam versutissimum Nestoriane impietatis propagatorem, antirrhæticas dissertationibus traduxerat; veluti narrat Photius in Biblioteca Codicibus xcvi. & cvi.

Jamvera sive Scholiorum in Areopagitica Author fuerit Joannes Scythopolitanus Antistes, sive Joannes alter Scythopolitanus Scholasticus & Causidicus (qua in re non adeo constans videtur ſepe laudatus Lequienus) plura colligere prouum est. 1. Eadem opera ante Constantinopolitanam anni 532. collationem, tum hæreticis hominibus, tum orthodoxis nota fuiffe. 2. Eadem ab Hæreticis adhibita contra fidem Catholicam: deque illis inter Orthodoxos dubitasse nonnullos, num potius Apollinaristarum fortis effent. 3. Seculo tamen sexto iuēante, vel etiam quinto vergente ad finem, Scholiis suis Areopagitica illustrasse Joannem Scythopolitanum; eadem etiam cripuiſſe Apollinaristis hæreticis, tamquam authoribus; ac data occasione demonstrasse, quantum dogmata in eisdem contenta different a vetere qualibet hæresi, ac nova maxime Monophysitarum seu Eutychianorum.

III. Eodem tempore florebat Ephraemius, pluribus pro synodo Calchedonensi scriptis editis clarus, quæ Photius recenset Codicibus ccxxvii. & sequente. Rexit etiam Antiochenam sedem ab anno 527. ad annum 545. ut calculos subdecunt Lequienus in Oriente Christiano, & Boschius de Patriarchis Antiochenis Tomo IV. Julii inter Acta Sanctorum. Areopagitica opera laudat ille, utiturque testimonio ex libro de Divinis Nominibus desumpto. Verba ejus sunt apud Photium Codice ccxxxix. juxta versionem Andrew Schoti: *Et unam personam, hoc est Verbi incarnati hypostasim pronunciamus. Quandoguidem simplicem ponit Iesum Divus Dionysius Areopagita (in libro de Divinis Nominibus) & de hypostatica quidem unione iuste contra pietatem compositum dicitur; impositum vero dicere nemo audeat præter Apollinarium. Vitiosam corrigere translationem: Quoniam & simplex Jesus componebatur, α'πλες Ινοῦς οὐρτίδη, secundum sanctum Areopagitam Dionysium. Etenim de unione secundum hypostasim, iuste ab ipsa pietate compositum dicitur, τὸς ιωβαῖς τὸ οὐρτέον: substantiam autem compositam, οὐρτέον δι ιωβαῖον, nemo dicere ausus est præter Apollinarium.*

C A P U T V.

De alio Areopagitorum Scholiaste, Dionysio Alexandrino, inquiritur. An eadem, que Joannes Scythopolitanus lucubravit, Dionysius Alexandrini nomine pranotata scholia fuerint: Quis ille Dionysius Alexandrinus? Magno Dionysio Alexandria Episcopo perperam ipsa Areopagitica opera tribuenda conjicit Joannes Philippus Baraterius.

I. **N**ON pauci Areopagitorum operum Scholiastæ, nomine suppresso, memorantur in Scholiis quæ S. Maximo tribuuntur in Editione Corderiana, qua utor. Ad caput xi. de Divinis Nominibus §. 1. hæc habentur: *Ad integrum unitatem. Integrum „ unitatem aliqui quidem intellexerunt simplicem atque individuam rerum causam, ad „ quam omnia conversa sunt, ut quæ in ipfa confiant: alii vero compaginem universi „ ex elementis diversæ naturæ contemporatam. “ Inter eos, honoris causa, nomine proprio vocat Magnum Dionysium, Alexandriæ Episcopum, & Oratorem, ad caput v. de Cœlesti Hierarchia: „ Cœlestes essentias. Cur porro, cum Ecclesia tradat, omnes Sanctos Angelos unius esse substantiarum, Divus Dionysius multas virtutes nominat? Magnus „ ille Dionysius, Alexandriæ Episcopus & Orator, in Scholiis a se in B. Dionysium sibi „ cognominem concinnatis, notat &c. “*

Petrus Halloixius quæſiōne ii. de Vita & Operibns S. Dionysii Areopagitæ animadvertisendum proponit: non dicere S. Maximum, eum scripsiſſe in Dionysium Areopagitam;

gium, sed in *Dionysium sibi cognominem*: tales autem fuisse multos, *Dionysium Corinthiorum Episcopum*, & *Dionysium Papam Romanum*: adeoque certo dici non posse, loqui Maximum de Areopagita, ac non potius de Corinthio. Si enim, inquit ille, *Areopagitam intellexisset*, potius, ut fert *Scriptorum consuetudo*, sic locutus fuisset: In Notis, quas scripsit in hunc ipsum *Dionysium*: agebat enim tum de *Dionysio Areopagita*. Verum enim vero hunc Areopagitam utroque modo nominari potuisse, *Scriptorum consuetudo* ferre videtur. Ad hæc, par est loquendi modus, quo utitur Anastasius Sinaita, qui eodem de argumento agit in *Odryā capite xxii*. Rursus, inquiens, cum Ecclesia doceat, unam esse Angelorum substantiam; idem *Divinus & Apostolicus Dionysius nominat supernas virtutes multas substantias*. At *Magnus Dionysius Alexandrinus*, ex *Rerborum numero Episcopus factus*, in *Scholiis que scripsit in sibi cognominem Dionysium*, hac habet &c. Eadem fere sunt verba Anastasii, & Maximi: quo tamen loco cognominis ille *Dionysius intelligi* sine dubio videtur Areopagita. Rem ponit extra controversiam Joannes Cyparissiota, cognomento Sapiens. Decades ejus de *Theologia Symbolica* habentur Tomo XXI. *Lugdunensis Bibliotheca Patrum*. Decade prima capite i. cum Areopagitam sententiam ex Epistola ad Titum protulisset, *Hoc dictum, addit, Sanctus Maximus, & Dionysius Alexandrinus annotarunt*. Aliam sententiam ex eadem Areopagitæ epistola cum adduxisset Decade secunda capite ii. Alter, inquit, *Dionysius* (*Alexandrinus*) *hac edifferens ait &c.*

II. Usserius Armachanus in *Observationibus* Ms. ut citat Lequienus, vel ut citatione est Jo. Alberti Fabricii Libro V. *Biblioth. Græca* capite i. numero 6. in *Dissertatione de Dionysio*, quam H. Warthonus edidit ad calcem *Libri de Scriptaris vernacula*, putat Joanni Scythopolitano reddenda esse Scholia, quæ *Dionysio Alexandrino* perperam attributa erant. *Quod ex sensentia*, inquit, *a Cyparissiota ex Dionysii scholiis citata patet*: *que in Scholiis istis totidem verbis reperitur*, ut liquet ex *latina translatione Scholorum Scythopolitani*, a Roberto Lincolnensi *Episcopo facta*, & in *Bibliotheca Collegii Corporis Christi apud Oxonienses* affermata. At mirum, inquit ego, maxime fuerit, *Anastasium Sinaitam*, qui sexto seculo vitam agebat, eamque ut somnum ad initia seculi septimi traduxit, ut Bollandi *Continuatores* notant ad diem xx. Aprilis, Scholia ignorasse Joannis Scythopolitani ejusdem seculi sexti scriptoris, eademque *Dionysio Alexandrino* tribuisse! Evidem loca duo, quæ Cyparissiota profert capite i. Decadis primæ & capite ii. Decadis secondæ sub nomine *Dionysii Alexandrini*, totidem verbis reperiuntur in Scholiis, quæ sub nomine S. Maximi prodierunt: & miratio habet major, Joannis Scythopolitani nomen deleri oblivione potuisse, ejusque loco substitui *Magnum Dionysium Alexandrinum Episcopum & oratorem*!

An fortasse locum habeat conjectura, Scholia in Areopagitam adornata fuisse & a *Dionysio* quodam *Alexandrino*, & a Joanne Scythopolitano: & hunc pleraque, quæ prior ante scriperat, sua fecisse; ut potius e contra? Pro certo ac indubitate tamen illud habendum existimo, *Magnum illum*, quem vocant *Dionysium Alexandrinum Episcopum & Oratorem*, non esse *Dionysium*, cognomento *Magnum*, qui seculo Ecclesiæ tertio Secundum *Alexandrinam* tenuit. Cum enim Joannes Scythopolitanus in *Prologo ad Opera Areopagitica* ad eam responderet adversiorum objectionem: *quod nec Eusebius Pamphili, nec Origenes Scriptorum Dionysii (Areopagitez) meminerint*; sine dubio (ut ait Halloxius) si scivisset *Dionysium Alexandrinum*, Origeni æqualem, & Eusebio superiorum, conscripsisse Scholia in Areopagitam, nullo modo reticuisse: sed ejus autoritate, scriptisque ab eo Scholiis adversantium ora obturasse. Consentit Joannes Pearsonius in *Vindictis Ignatianis Parte I. capite x.* *Hunc quidem Dionysium*, inquiens, quem in *Ptolemais indigitas Maximus* (& ante ipsum *Anastasius Sinaita*) *haud credo fuisse Alexandrinum Episcopum* tereti seculi, quem optimum *Oratorem* quidem fuisse agnosco: sed in *Areopagitica* scripsisse Scholia non puto. Putat vero, satis vetustum fuisse Authorum: an priorem Scythopolitano, an sequiorem, ignotum mihi. At *Maximus*, & *Sinaita* habent: μέγας Διονύσος, ὁ Ἀλεξανδρείας Ἐπίσκοπος, ὁ ἀντὶ πτολεμαῖος, *Magnus Dionysius*,

sius, *Alexandria Episcopus*, e *Rethoribus*. An ergo cum nobili illo celebratoque Alexandrino Episcopo confuderint alium quempiam Dionysium Alexandrinum, Oratorem, & Areopagitorum scholiasten?

II. Nolim ego de tabula manum ante subducere, quam peculiarem Jo. Philippi Baraterii sententiam enarro, ac paucis refello. Is inter *Dissertationes* adjunctas Operi, quod inscriptum, *Disquisitio Chronologica de Successione antiquissima Episcoporum Romanorum &c.* typis Ultrajectinis an. 1740. edidit, nonnullas profert conjecturas, queis ipsa Areopagitica opera laudato Magno Dionysio, Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopo, tribuenda suadeat. Peto mihi concedi, inquit ille, Dionysium aliquem authorem horum esse, cum omnes Codices, omnes citationes Dionylio hæc opera tribuant. Atqui Dionysius iste (pergit) jam sexto, jam quinto, imo & quarto seculo citatur: ergo prior est. Atqui rursum primis quatuor seculis, imo & seculo sexto, & ultra, alii Dionysii non fuerunt, vel eruditio, vel alio nomine noti, præter Areopagitam, Corinthium, & Alexandrinum. Sed noster, sane eruditus, non est Areopagita: quod ab aliis ad oculum demonstratum est. Neque est Corinthius, tum quod Corinthius præter-quasdam epistolas veteribus recensitas, nihil scripsisse memoretur, tum ob alias multas rationes: ergo est Alexandrinus. Hæc Baraterii sententia: in qua tamen primum, quod sibi dari postulat hic Author, non ita facile concederint, qui opera, vulgo Areopagitica, Dionysio Areopagite tribuenda pernegat. Hypatius Ephesinus, & alii Catholicæ Antistites in Collatione Constantinopolitanæ contendebant, eadem opera ab Hæreticis Dionysio, eidemque Areopagitæ, supposita fuisse. Neque præterea satis constat, seculo præsertim quarto eadem nota ac vulgata fuisse opera, atque demum ab ejus ævi scriptoribus laudata: unde an ætate prior fuerit Author Areopagitorum, non demonstrat, non evincit Baraterius.

Inanes futillesque, ut puto, addit ille conjecturas, queis Magno Alexandrinio Dionysio laudata adjudicet opera. Legenda jubet Fragmenta epistolarum ejus ad Germanum apud Eusebium Libro VII. cap. xi. in quibus ait, & *Timothei & Caii* mentionem fieri: ac si idem sit *Timoteus*, idem *Cajus*, quibus epistolas aliquas & libros nuncupat ac scribit author Areopagitorum. Lubricum, ac elumbē quis non videat argumentum? Styli demum consonantiam in prolixo Fragmento *τηπι φίσιος*, *de Natura*, quod assert Eusebius Libro XIV. de Preparatione Evangelica capite xxiiii. profert ille: *Stylum nempe, ut in Areopagitis, intricatum admodum, & obscurum, atque compositis, ampullatisque vocibus plenum*. At simile quidpiam nihil ego video, nihil videant eruditiores. Commenta Philosophorum ibidem Alexandrinus Dionysius refert: quorum alii *Universum infinitum esse* putabant, ortu carere, nec ullo providentia consilio regi. Atomos alii invexere, incorrupta quadam exigua corpuscula, numeroque infinita, unaque spatiam aliquod vacuum, nec aliis finibus circumscriptum. Hinc dum casu propter impetus perturbationem aliae cum aliis concurrunt, ac propter multiplicem figuram inter se commiscenzur, hic mundus, imo mundi etiam infiniti facti sunt. Quid heic intricatum, quid obscurum, quænam verba composita & ampollata? Pergit vero Dionysius capite xxiv. xxv. xxvi. & xxviii. hæc vana commenta simplici, claro, didascalico stylo expendere, ac refutare.

C A P U T VI.

Colligitur, Areopagitica Opera perperam Gregorio Magno Romano Pontifici attribui. Neque illorum author est latinus quispiam homo: neque Ægyptius: sed Gracus, ex Achaja ut videtur.

I. Singularem, quæ sibi infederat, de Authore Areopagitorum opinionem datis litteris ad Guillelmum Cave his verbis significavit Henricus Dodwellus, quæ habentur in ejusdem Cavei Historia Litteraria. 1. Dubium esse, annon Dionysius, quem in Collatione anno 532. habita Constantinopoli citabant Severiani pro una natura, alias fuerit ab

ab eo , cujus opera habemus hodie . 2. Contentioso illo seculo non defuisse Catholicos , forsan ipsum Gregorium postea Romanorum Pontificem , qui diu Constantinopoli vixerat , qui Dionysium Catholicum configerent , quem pro una hypostasi , aliiisque quibusdam controversis tunc temporis agitatis , Orientalibus opponerent . 3. Hinc vero haec opera in Romanæ Ecclesiæ scriniis reposita , teste Scholiaсте in Prologo : & a Gregorio Papa primum diserte producta . 4. Suspicionem exinde augeri , ut habet idem Dodwellus in Libro de Sacerdotio Laicorum capite viii . §. 3. quod Areopagita Romanorum potius , quam Græcorum mores , id adnotante Maximo in Scholiis , enarravit : quod quidem ab homine græco , gente nimirum & lingua , fieri ægre admodum probabile est .

Nutat quoquaversum , ac rimas agit insolens haec Dodwelliana opinatio . Alium non esse Dionysium , quem citabant Severiani , ab eo Dionysio , ejus Opera vulgo Areopagitica hodie habemus , certo evinci potest ex iis , quæ proferebant Severiani testimonia ; totidem enim verbis reperiuntur eadem in operibus , quæ supersunt , Dionysio Areopagitæ tributa . Loca nonnulla indicavimus Capite I. in calce : alium Capite IV. protulimus ex Ephræmio : plura dabimus infra .

Quid est vero , quod Areopagitiorum Authorem suspicetur Dodwellus . hominem latinum quenam , ac forsan ipsum Gregorium , qui diu Constantinopoli vixerat ? Jussus a Pelagio II. migravit Constantinopolim , Apocrisiarii munere defuncturus Gregorius , anno 578. aut in sequente : Romamque rediit ille anno circiter 585. Utramque epocham definitio Ascetæ Sammarzi in ejusdem Gregorii Papæ Vita capite v. ac nos etiam expendimus & constitutimus in Monumentis Aquileiensibus capite xxvi. num. 4. Jamvero notum compertumque fecimus , seculi sexti initio , vel etiam seculo quinto cadente , nota fuisse opera Areopagitica , eademque laudata in collatione Constantinopolitana , & ab Ephræmio Patriarcha Antiocheno memorata , & illustrata Scholiis a Joanne Scythopolitano ; ut insana sine dubio opinatio illa sit , vel eadem Gregorio attribuere velut authori , vel ab hominibus latinis procusa adserere eo tempore , quo idem Gregorius Constantinopoli morabatur .

An ipsis præterea Sanctissimi Gregorii probitas pateretur , ut opera , quæ ipse confinxerit , aut ipsis configendis ansam & opem præbuerit , sub nomine Dionysii Areopagitæ laudaret ? Laudat ea vero Homilia xxxiv. in Lucam : *Fertur , inquiens , Dionysius Areopagita , antiquus & venerabilis Pater , dicere quod ex minoribus Angelorum agminibus foras ad explendum ministerium , vel visibiliter , vel invisibiliter mittuntur .* Haec allegatio Gregorii jam tum vulgata fuisse evincit Opera sub nomine Dionysii Areopagitæ , quæ præ manibus omnium forent . Sed attamen sanctissimum Pontificem de illorum saltem authore dubium hæsisse , reponunt plerique : quod si placeat , per me licet ; quamquam hæstationem ejus , quam significat verbum *fertur* , non ad Authorum ejusque opera , sed ad doctrinam in libro de Cœlesti Hierarchia contentam , quam in ipso fonte expendere forte Gregorio non vacabat , referri posse , Docti Viri interpretantur : quam ego intactam hoc loco relinquo questionem .

Accedit demum , & ipsa ætate Scythopolitani , tot scilicet ante Constantinopolitum Gregorii iter annis , in Archivis Romanæ Ecclesiæ existisse Opera , quæ Areopagitica dicuntur . Qua de re fidem Petri cuiusdam Romani Diaconi allegat ipse Scythopolitanus in Prologo : *Quidam vero , inquiens , Diaconus Romanus , nomine Petrus , narravit mibi , omnia Divi Dionysii opera Roma in Sacrorum Scriptorum Bibliotheca reposita servari .* Sonoram fabellam Joanni Scythopolitano cecinisse Petrum illum Diaconum , putat Lequienus ; quandoquidem sexto seculo jam affecto (ait ille) Gregorius Magnus ex auditu solo illa extare noverat : profertque locum ejus jam allatum ex Homilia xxxiv. in Lucam . At locum illum satis non esse , ut pro fabella habeatur Petri illius Diaconi Romani narratio , adnotavimus .

II. Areopagitiorum Author , inquit Dodwellus , Romanorum potius , quam Græcorum mores , id etiam ipso Maximo adnotante in Scholiis , enarrat . Locum Maximi afferre satis fuerit , qui habetur in Scholiis ad caput iv. de Ecclesiastica Hierarchia num. 2.

, Pro-

„ Proponunt . Hoc est secundum consuetudinem , quæ Romæ viget : illic enim septem „ soli Diaconi altari serviunt , quos hic arbitror selectos appellari . “ Latinum ergo si exinde concludas , suisse Authorem Areopagitorum , toto aberras osilio . Quidni enim Græcus homo , qui Ritus liturgicos , aliosque Ecclesiasticos aggreditur data opera explanandos , non potuerit , vel etiam non debuerit ritus eos exponere , quos in Occidentalî & Romana Ecclesia adhiberi , facillimo negotio nosse poterat ? Frequentes sunt latini Scriptores , vetusti ac recentes , qui idem argumentum pertractantes , & latinos ritus declarant , & græcos , aliosque .

Plura adducit arguenda Lequienus loco citato , ut Atticum fuisse illum scriptorem evincat . Atticis opera ejus scatere , Joannes Scythopolitanus , aliquie Græci observarunt . In Notis ad caput viii. de Coelesti Hierarchia pag. 90. edit. Corder. hæc habentur : *Nemo solœcismum suspicetur . . . Atticorum enim est , participia masculina fœmininis conjungere .* Ipsum vocat Michael Syngelus in ejusdem encomio *Atticantium atticissimum , O' grammaticorum peritissimum .* Hinc vero conjicit laudatus Lequienus , Romanorum ritus ab eo sèpè describi ; propterea quod cum Ecclesiæ Achajæ , Thessalizæ , & Illyrici ab ipsis Apostolorum ævo addictæ essent Romano Primi , Romanæ Ecclesiæ cærimonias aliquot usurpabant , quas alia græci ritus & idiomatic non haberent . Hanc peculiarem Romanæ Ecclesiæ cypram in prædictas Provincias ex eo colligit laudatus Author in Orientis Christiani Dicæcæ Illyrica num. 4. quod earum Ecclesiæ fundator ac insitutor Paulus , cum Romam subinde profectus esset , ibique martyrio functus , eas dedit Romanæ Ecclesiæ administrandas . “ Quamobrem aliquandiu ab ejus obitu , orta in ” Corinthiorum Ecclesia (sub qua Athenæ) contentionе de iis , quos Episcoporum seu ” Presbyterorum gradu movendos ducebant , causam Romanæ Sedi detulerunt , apud ” quam judicaretur & finiretur . Clementis Papæ primi epistola existat , quam Ecclesiæ ” fuz nomine ad Corinthios de illo negotio scribit . Huc quoque spestat , quod Hegesippus apud Eusebium Libro IV. Historiæ Ecclesiast. capite xxii. memorabat , se Romanam cum Primo Corinthiorum Antistite navigasse . . . Navigabat illuc Primus ob ” negotia Ecclesiæ fuz urgentissima . Dionysius , Primi successor , Soteri Papæ data epi- ” stola significavit , illam Clementis ad Corinthios suos epistolam statis temporibus apud ” se legi solitam ; quin illam pariter , quam Soter quoque Papa sibi scriperat . “ Græ- ” cucus ergo homo , & ex Achaja , vel Atheniensis , ut videtur , cum fuerit Areopagitico- ” rum author , mirum esse non debet , ritus aliquos Ecclesiæ Romanæ suis in operibus ipsum explanasse .

Pergit Lequienus in Dissertatione. II. Damascenica sic differere : „ Sacram unctionem „ nem , quam nos Confirmationem appellamus , non a Presbyteris fieri concedit , ceu qui „ perficiendi potestate careant , sed a Pontifice : ἵτι τὸν ἵσπερχον ἀυτὸν ἀράγεσσον , illum „ (baptizatum) ad Pontificem ducunt , qui divinitus sacro oleo virum consignans Oe. „ Capite 11. de Eccl. Hierarchia num. 2. §. 7. Qui locus argumento erit , larvatum „ hunc Dionysium non fuisse Alexandrinæ Ecclesiæ tibnoxium ; in qua penes etiam Pre- ” sbyteros jam olim esset hujus unctionis peragendæ officium . “ Hæc nimirum dicta sunt contra Paschalium Quæstuum , & Joannem Bonam , de quibus infra : conjecturamque confirmant de Authoris patria & Ecclesia , Romanæ Ecclesiæ subiecta . Quamquam Theologi Viri animadvertisunt , allato loco ordinarium Confirmationis ministrum indigitari : ipsumque Scriptorem alibi Presbyterum simplicem agnovisse Ministrum extraordinarium , ut apud Græcos in more positum est . Locum afferunt ex capite v. de Ecclesiastica Hierarchia num. 1. §. 5. ubi Pontificem esse primum in ordine Hierarchico , ab eo que sacram omnem potestatem ad inferiores promanare cum probet , sic deinceps ait : *Lices enim Sacerdotibus veneranda quedam Sacraenta confiantur , numquam tamen Sa- ” cerdos divinam illam regenerationem (seu baptismum) sine divinissimo illo unguento con- ” summabit . Quod unguentum sine dubio consecrat Pontifex : an etiam illud ipse semper adhibeat , baptizatos consignando ? Ita sane Pachimenes , Dionysi Paraphrastes : non ita Arcadius ; qui baptizatum eo loci ab ipso simplici Sacerdote inungendum intelligi arbitratur .*

CA-

C A P U T VII.

Ab hereticis Monophysitis seu Eutychianis Areopagitica opera non prodijisse, velut auctoribus, argumenta plura suadent: vulgata Dionysii Areopagite vetera prænotatio: Areopagitica dogmata ab orthodoxis Patribus contra Eutychianos, & Monothelitas adhibita: suspicio quidem apud aliquos de Authore Apollinarista, apud neminem de Monophysita. Adduntur testimonia plura in eisdem libris contenta, que Eutychianis erroribus adversantur.

I. H ACTENUS leviora differuimus, quæ nulla tamen prætermitti ratione potuere, ut inoffenso pede ad graviora adsurgeremus. Num Eutychianus homo fuerit Author Areopagitorum, quæstio est, quam celebrem fecit Doctissimus Vir Michael Lequienius Ordinis Prædicatorum, eruditissimis editis operibus clarissimus. In Dissertatione Damascenica II. num. 14. & seqq. ostendere pro virili sua nititur, errores Monophysitarum, sive Eutychianorum, sive Dioscoritarum, sive Acephalorum ac Severianorum in Areopagiticas libris contineri: suspicaturque num. 16. eorumdem authorem fuisse, Petrum Caaphæum seu Fullonem, Ecclesiæ Antiochenæ tyrannum, aut alium quemlibet partium ejus & consiliorum socium. Id saltem argumentis Lequieni evinci contendit Matorinus Veyssiere la Croze in opere Gallico Hagæ Comitum anno 1739. typis edito, quod inscribitur, *Histoire du Christianisme d'Ethiopie & d'Armenie*: ut Areopagitica quinto Ecclesiæ seculo elucubraverit Scriptor, qui commentum Apollinarii temperaverit, præformaveritque hæresim Monophysitarum; ac iste fuerit Synesius Episcopus Ptolemaidis; Mihi nemo vitio vertat, nimirumque audaciz haud me notet, si maxime pugnam cum Lequieno Doctissimo Viro committere audeam, quem a facie novi dum anno 1722. degerem Parisis, quemve me docentem ac eruditis colloquiis beantem sèpe audivi. Sed & ipsius Crozei opinatio refellenda mihi est.

Præsto sunt argumenta plura, quæs Authoris Areopagitorum orthodoxiam vendicem: ac præsto mihi sunt gravissima, ut puto, responsa, quibus opposita argumenta infirmari possunt, ac etiam elidi. Ipsa occurrit primo prænotatio *Dionysio Areopagite*, sub cuius nomine veteri Orthodoxi Patres Areopagitica laudabant: quod arguendo est, eorumdem Authorem fuisse illis, sin minus Apostolicum Virum, sancti Pauli discipulum, orthodoxum certe, ac nulla hæreseos nota infamem. Allegantem sub Dionysii Areopagitæ nomine testimonia ex iis libris deprompta jam audivimus Ephramium, Patriarcham Antiochenum. Imo Dionysio Areopagite vendicavit eadem opera (qua de re iudicium ego non profero) Joannes Schythopolitanus sexto seculo ineunte, vel cadente superiore. Andreas Cæsariensis, in Cappadocia Episcopus, quem eodem circiter tempore floruisse Bibliographi norant, in Commentario in Apocalypsim capite x. ubi de senis alis quatuor animalium agitur, ita *Magno Dionysio* (Areopagite) *vixum* admonet: ipsumque non semel alibi laudat in eodem opere. Jobius Monachus, seculi sexti, ut videtur, Scriptor, novem libros edidit de *Verbo incarnato*, quos Photius recenset Codice ccxxii. Hæc habentur vero Lib. VI. num. 22. „ Quamobrem etiam ineffabilium enarrator, (Paulus Apostolus I. Corint. xiiii. v. 9.) clamat: *Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus: cum autem veneris quod perfectum est, & evacuabitur quod ex parte &c.* Hujusque germanus discipulus, sapiens ille Dionysius, hæc ipsa iisdem propterum testata verbis reliquit; maxime ubi de perfecto atque uno agit, “ scilicet capite xiiii. de Divinis Nominibus. Anastasi Sinaite aliquot jam loca protulimus: affirunt alii plura. Leontium denique Byzantium memoro, qui Libro II. contra Nestorianos & Eutychianos, possibile & corruptibile corpus Christi probat ante resurrectionem, Dionysii Areopagite verbis allegatis ex Libro de Divinis Nominibus. At ipsis laudare hæc opera sub Areopagite nomine, perinde erat ac Virum orthodoxia ac fide integrum allegare.

Ejus-

Eiusdem testimonia cum Hæretici, Eutychiani, & Monothelitæ, proferrent; Scriptorem opponere Orthodoxis existimabant, qui nullius ob hærefoes suspicionem rejicendus foret. Sed abuti doctrina ejus Eutychianos & Monothelitas, ostendebant orthodoxi Patres: ipsosque premebant auctoritate ejusdem Authoris, veluti catholicae fidei luculentissimi testis. An hodie ergo tot in Operibus ejus innotescant errores, quos videre datum non fuit vetustis illis Patribus in acerrimis illis, quæ agitabantur, de una natura deque una voluntate controversiis? Patres quamplures memoravimus, qui sexto seculo floruerunt, & Areopagitieorum auctoritate Monophysitas infecuti sunt. Insequenti seculo septimo acta contra Monothelitas paucis refero. Lateranense concilium sub Martino I. Papa anno 649. celebratum est adversum Monothelitas, Eutychianorum propaginem. Areopagistica testimonia pro fide duarum in Christo voluntatum & actionum, proque impio dogmate adverso, ab Orthodoxis Patribus & ab Hæreticis prolata leguntur non pauca. At Hæretici quidem corrupta loca allegabant: fraudem eorum evincebant Orthodoxi, Codicem Sancti Dionysii Episcopi Atheniensis ex Bibliotheca Sedis Apostolice proferentes: eorumque dogma, quo unam constituere voluntatem & actionem nitebantur, genuinis textibus ex Codice illo desumptis convellebant. Idem quoque in Ecumenica Synodo sexta sub Agathone Papa anno 680. præstitum, ut cuique innotescere facile potest, qui quartam, & octavam, & undecimam Actiones expendat. Vitam agebat hoc eodem seculo S. Maximus, Constantinopolitanus Monachus, Martyrio pro fide clarus, qui prædicta Areopagistica opera brevibus illustravit scholiis: florebatque Sophronius, qui sedem Hierosolymitanam anno circiter 633. tenere coepit, ac Dionysii Areopagitæ testimoniis Monothelitas insequebatur. Hæc satis. Quorsum vero hæc omnia? Ut nempe liquido innotescat, pro Orthodoxo Areopagitieorum Authorem habuisse Patres illos, quos memoravimus seculi septimi, & sexti, ac fortasse quinti: eosdemque orthodoxy & sublimitate doctrinæ ejus facilime induci potuisse, ut etiam germana illa, (diligenter indagine, si placet, prætermissa,) Apostolici Viri Dionysii Areopagitæ, sub cujus nomine serebantur, opera nihil hæsitanter crederent.

Ac dignissima profecto animadversione res est, incidere quidem suspicionem de Authore Apollinarista apud nonnullos Catholicos potuisse, qui ab hæreticis deprompta ex libris Areopagitieis testimonia minus primo aspectu intelligebant, numquam vero de Authore Monophysita, seu Eutychiano. Cum prolatas a Severianis in collatione Constantinopitana nonnullas testificationes Dionysii Areopagitæ, ac veterum aliorum Patrium, rejecisset veluti falsas Hypatius Ephesus Antistes: *Quid ergo suspicamini, reposuerunt Severiani, quia nos eas falsavimus?* Non illis, neque ceteris Monophysitis crimen falsi impegerunt Orthodoxi, sed antiquis Hæreticis Apollinaristis: *Vos non suspicamur, inquietes, sed antiquos hereticos Apollinaristas.* Hac in re decepsum quidem Hypatium cum collegis, Capite III. ostendimus: at notum fit competumque, nullam Episcopis orthodoxis tum temporis insedisse suspicionem de impostura, quam Monophysitæ seu Eutychiani fecerint.

Ab hærefoes nota Authorem Areopagitieorum vendicat Joannes Scythopolitanus: sed ipsum ab una Apollinaristarum impiate vendicatum invenimus, quin illum indicium pateat Eutychiani erroris, cuius ille insimulatus aliquando fuerit. Verba ejus sunt: *Quid enim dixerint (qui fidem Authoris in controversiam vocant) de iis quæ de sola adoranda Trinitate ab ipso theologicè exponuntur? Quid de uno Beatissime hujus Trinitatis Jesus Christo, unigenito Dei Verbo, qui perfecte humana indui natura voluit? Annon animam intellectualem, & corpus terrenum nostro simile recensuit?* Cetera plura se in Scholiis pro occasione pertractatur spondet. Unus hoc loco Apollinaristarum memoratur error, quem Author Areopagitieorum passim confoderit: sive qui humanam Christi naturam nobiliore sua parte, scilicet anima vel mente, mutilabat: sive qui gradus in Santissimam Trinitatem invehebat, ut Spiritus sanctus magnus, major Filius, Pater maximus diceretur.

II. Quidni vero res ita se habeat, cum sententiae plures in Areopagitieis habean-

tur, quæ dogmatibus Eutychianis adversantur ex diametro? Id observatum frequentissime a Scholiaste legitus. Dabimus infra loca plura. Illud in exemplum profero, quod habetur Capite 1. de Divinis Nominibus §. 4. Ait Author: *Se nobis vere & integre in una persona sua communicavit, revocans ad se, sibique jungens humanam humilitatem, ex qua simplex Jesus ineffabili modo constituit. Quæ nemo dixerit, nemo confiteatur Monophysita.* In Scholiis nota appingitur. Nota vero uagam illam personam non biscum integræ communicasse: quodve dixerit, ipsum Dominum nostrum Jesum Christum, cum simplex existeret, deinde compositum, humanam extremitatem ad se revocasse. Recte igitur dicimus, unam personam Sanctissimæ Trinitatis crucifixam esse: quod est contra Nestorianos, & Acephalos, Monophysitarum propagandem. "Alia damus contra Eutychianos luculentissima testimonia Capite sequente, ac deinceps.

C A P U T VIII.

*Areopagitica dogmata satentur innoxia, & Monophysitis adversa vel ipsi Doctissimi Viri,
qui eadem esse inficiantur Dionysii Areopagita: Morinus, Nourrius, Quesnelius.
Accedunt Christ. Augustus Salig, & Jacobus Brukerus.*

I. **H**aud leve puto pro orthodoxyia Authoris Areopagitorum argumentum illud, quod suppeditat authoritas Doctissimorum Virorum, qui multiplici argumentorum genere Opera illa Dionysio Areopagita abjudicantes, integrum habent, & omni censura immunem Authoris fidem, maximeque adversam erroribus Monophysitarum. Eminet inter eos Joannes Morinus, qui & Opera Areopagitica prodidisse in lucem arbitratur, antequam Eutychiani prodirent. Sic ait vero Parte II. de Sacris Ordinationibus in Præfatione capite vi. num. 11. "Certum est, nemoque diffiteri potest, anno Christi quingentesimo, aut pauculis post annis, Dionysii opera e tenebris in lucem emissâ fuisse. Deinde certum est, tum primum composita non fuisse nec eo anno: sed quisquis eorum fuerit Author, tempus adnotatum aliquot annis præcessisse. Præterea cum propter sententias quasdam ambiguoas, Eutychiani ea Catholicis opposuerint; certum quoque mihi videtur, ante Eutychetus condemnationem, hoc est ante Concilium Chalcedonense, eorum Authorem vixisse. Nam apud omnes notum & confessum, Catholicos Doctores liberius, & minus caute ante natam hæresim nonnumquam scribere & loqui solere. Ideo nihil novum & insolens fecit, si verba quasdam ambigua protulit, quæ hæresis postmodum nata in suum commodum interpretata est. Forsan post Nestorium scribens, dum (racita hæresi) personæ in Christo unitatem vehementer confitetur & explicat, visus est Eutychianis naturarum unitatem & confusionem inducere. " Id videbator Eutychianis, qui Opera illa, quæ vetustissimi Authoris sceturum putabant, Catholicis opponébant. Id quoque visum quinque illis Constantinopolitanæ Collationis Episcopis, qui propterea Authorem suspicabantur veteris quempiam Apollinaristam. Sed " paulatim Catholicæ librorum istorum lectioni diligentius incumbentes. (pergit Morinus capite i. num. 11. iudicium suum exponere) eorum soliditatem in fide, sensumque absolute catholicum admirati sunt . . . Cum enim maturius & penitus examinascent testimonium ab Hæreticis Eutychianis in hæresis suæ defensionem hinc deprompta, animadverterunt ea facile dissolvi posse, & longe plura in istius hæresis eversionem ex iisdem colligi. En ergo solertissimum Areopagitorum scrutatorem, qui verba ut summum ambiguæ in illis reperit, quibus abuterentur Monophysiti: sensum novit absolute catholicum, ac longe plura in istius hæresis eversionem ex iisdem colligi posse animadvertisit.

Aliam definit Authoris etatem Nicolaus Nourrius, Asceta Benedictinus Sammarucus: sed ejus orthodoxiam certam habet, prolatisque nonnullis testimoniis confirmat. Verba ejus sunt Dissertatione X. de operibus S. Dionysii: „ In iis libris hæresis

Summ. S.Th. Tom.IX.

c

» con

„ contra Incarnationis Christi mysterium non minus aperte , quam omnes contra ejus Divinitatem , & unam trium divinarum personarum naturam errores , proscriptur . „ Hæc etenim de Incarnato Dei Filio variis in locis legimus . De Ecclesiastica Hierarchia „ capite iiii . (num . 3. §. 2.) *Dei principalis bonitas . . . nostrorum omnium vere* „ *fæcio particeps , absque peccato , humilitatique nostra unita , salvo proprietatum sua-* „ *rum statu , eoque præsus inconfuso & inviolato . In alio autem de Divinis Nominibus* „ *libro : Verbum divinissimum . . . per inconfusam humanitatis nostra adsumptio-* „ *nem . Et in Epistola IV. ad Cajum : Quatenus erat Deus & homo , novam quam-* „ *dam nobiscum conversando , δειρδονική εἰρηψια (Dei virilem operationem) exhibebat .* „ *Quid planius , quid dilucidius post sparsos Nestorii Eutychetisque errores , a quovis* „ *Auctore usquam scriptum est ? Tam perspicua putabat Nourrius , hæc & similia* plura testimonia contra Eutychianos errores , ut etiam non levi conjectura colligendum existimaverit : Auctorem Areopagitorum , maximas cum turbas ab Hæreticis Nestorianis & Eutychianis cieri videret , tunc ut utrosque confunderet , ac pro viribus Ecclesie partes tueretur , animum ad sexibendum appulisse : adeoque prædicta Opera intra annum 431. quo Synodus Oecumenica Ephesina adversus Nestorianos , & 431. quo Synodus Chalcedonensis contra Eutychianos celebrata est , ab illo profecta videri .

Ad seculum Ecclesiæ sextum detrudit Operum eorum natales Paschasius Quesnelius . Auctorem habet apprime catholicum , sed tanto contra Nestorianos zelo actum , ut in contrarium quandoque declinare sententiam videatur . Epistolam ms. hocce de argumento ab eodem Quesnello scriptam refert , ac decerpit Papebrochius in Ephemeridis Graeco Moschis Tomo I. Maji pag. xlvi . Nihil ambigendum ait de fide Authoris : tametsi tanto contra Nestorianos zelo actus scripsit , ut plusquam par sit in contrarium Eutychianorum , vel Semieutychianorum declinaverit sententiam , pbrasæ eis familiares usurpans : quas tamen catholice interpretari quis possit , fortasse & debeat . Addit ille , Auctorem sibi videri ex Judæis prognatum , natione Ægyptium , professione Monachum , disciplina Platonicum . Hanc video Joanni Bonæ ex parte placuisse opinionem , cum Libro I. Rerum Liturgicarum capite viii. doceat : unum fortassis fuisse ex professoribus Platonica Philosophia , qui in schola Alexandrina circa finem quarti seculi , vel initio quinti sapientia laude floruerunt . Sed ipsum non fuisse Alexandrinum , haud spernendis conjecturis probantem jam audivimus Michaelem Lequienum : ipsumque ad seculum Ecclesiæ sextum detрудi non posse , plura sunt argumenta quæ enarravimus . Ut ut se fæsi res habeat , Viros criticissimos habemus , qui Auctorem Areopagitorum catholicum pronunciant ; non Apollinaristam , non Eutychianum , non Semieutychianum .

II. Recentissimos addo Scriptores duos Heterodoxos , Christianum Augustum Salig , & Jacobum Bruckerum . Lequieni opinionem novit ille , nec adprobat . Verba ejus affero , quæ habentur in Tractatu de Eutychianismo ante Eutychen capite xviiii . “ Ut ego dicam , quod sentio : ab Apollinaristis , & Eutychianistis non profecta Dionysii opera . . . exinde mihi probare videor , quod & Eutychianismus in Scriptis illis notetur , ac refutetur . . . Credam ego , totum librum de Divinis Nominibus , quin & alios , nullo alio consilio esse scriptos , quam ut confusione & commixtione , nem naturarum contra Eutychianos prosterneret Author ipsorum . . . Fullonem , numquam tam candide , & fortiter contra Eutychianos pugnare potuisse existimo , dum & ipse Fullo inter Eutychetis fautores refertur . ”

Minus æquo in eundem Areopagitorum Scriptorem comparatus animo fortasse videri poterit Bruckerus , qui in Historia Critica Philosophiæ , Tomo III. capite iiii . de Philosophia Patrum in specie , notat ipsum veluti Philosophum Eclecticum , sive Alexandrinum , qui nugis Platonicis christiana fidei simplicitatem depravavit , seculo circiter Ecclesiæ quinto . At ejus pariter sententia est §. xxix . Scriptorum istum , non tam confirmandi Monophysitismi , quam propagande confirmandaque Philosophia Alexandrina causa , nugas suas magno cuidam inter Christianos nomine supposuisse . Adnotat etiam §. xxxi . haud esse ferendam corum opinionem , qui Apollinario patri hos factus adjudicant ,

cant, cum recte observatum Pearsonio fuerit, fragmentis ejus, quæ supersunt, similes haud esse, nec dogmatibus ejus consentaneos: neque Apollinario juniori tribuendos, cum nonnulla continetur ab ejus placitis longe lateque diversa. Mirum foret, Apollinaristarum Eutychianorumque commenta non vidisse in Areopagiticis, aut purgare ipsorum authorem voluisse Scriptores, qui virga nimium censoria eadē nota opera, severumque proferre de illis judicium non hæstarunt!

C A P U T IX.

Michaelis Lequieni conjectura, queis Opera Areopagitica Petro Cnaphæo seu Fulloni Monophysite, aut cuidam ex ejusdem affectis tribuenda suspicatur. Itemque conjectura Crozei de Syneſio, Areopagiticorum Authore, simulque praformatore heresos Monophysitarum.

I. Innoxiam doctrinam Areopagiticam esse, maximeque Eutychianorum erroribus adversam, diligentiore inito examine, infra mihi ostendendum est, in argumentorum solutione, quæ validiore quam hæc tenus egerint alii, conatu opposuit Lequienus: Conjecturas ejus modo expendo, queis permotus Authorem Areopagiticorum suspicatus est, dici posse Petrum Fullonem Monophysitam. „ Hic omittere non possum (inquit „ in Dissertatione Damascenica 11. num. 14.) pessimum hunc hominem (Cnaphæum) aut quemdam faltem ex ejus affectis, genuinum fuisse videri parentem librorum, qui Areopagitici audierunt. Cujus maxæ suspicionis hæc ratio est: quod Capite 111. de Hierarchia Ecclesiastica, ubi strictum primum refert, moxque subin de enarrat divinæ Liturgiæ partes, quas ab Apostolis traditas esse persuadere lectoribus voluit, mentionem etiam fecerit recitationis Symboli: προσκεκυθέατο τὸ παντὸς τῆς ἐκκλησίας πληρωμάτος τὴν καθολικήν ὑμετούρια; cum omnis Ecclesia cœtus confessus ante fuerit catholicam laudationem: hoc est ut ipse in Theoria Mysterii exposuit, τὸ δροσεῖον τὸ σύμβολον, Religionis symbolum; quod nempe recitandum statim ab egressu Catechumenorum, & Energumenorum ait: ut postea fieri consuevit in Ecclesiis græci ritus, quarum etiam morem latini deinceps imitati sunt. Atqui Ecclesiastica Historia monumenta perhibent, paucis annis antequam suppositia Dionysii volumina prodirent, Petrum Cnaphæum, cum Antiochenum thronum denuo occupasset (anno 476. ut infra) instituisse ut symbolum fidei in omnibus Missis recitaretur; καὶ οὐ πάσῃ οὐρανῇ τὸ σύμβολον λέγονται, inquit Libro II. Theodorus Lector. Quem ritum paulo post sub Anastasio Imperatore, Timotheus Constantino-politanus Antistes Monophysita, Chalcedonensique Synodo infensus, in Urbe Regia observari sanxit, eodem Lectore teste. Ex quo capite compertiorum habemus ætatem, qua spuria Areopagitica conscripta sunt. “

„ Ad hæc, quemadmodum Cnaphæus iterum excogitavit, ut unguentum sanctum, seu christma palam in Ecclesia, adstante populo, sacraretur; τὸ μόριον εἰ τὴ ἐκκλησίᾳ ἵτι πατέος λαβεῖ ἀλιζεῖσθαι (Theod. Lect. Libro II.) quæ proinde consecratio prius clam, & extra divinam liturgiam fiebat: ita quoque Libro de Eccles. Hierarch. Capite iv. legitur, statim valere jussis Cathecumenis, & aliis qui a sacrificio de more arcebantur, auspiciandam esse intra Missarum solemnia, ac proinde christiana plebea praefente, divini unguenti consecrationem. “

„ Quinimo ritus alter, qui ibidem subjungitur, quemque hodieque observant Græci, ut unguentum super altare depositum seraphicis figuris duabus contegatur, quo significetur, Christum qui unguento representatur, perpetuo Seraphim Cantico, quod Trifagium seu Tersanctum dicitur, celebrari; annon hoc etiam Cnaphæi & Severianorum mentem & ingenium redolat, qui Trifagia cantica modo toti Trinitati accinunt, modo soli Filio ac Christo: quemadmodum Ecclesiasticum illud, Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus O immortalis, adjecta interdum voce, qui crucifixus es pro nobis, ut ad Christum referri significaretur? Hujus additamenti, quo Filius

„ter proclamaretur *sanc tus*, authorem fuisse Fallonem, vel pueri norunt. “ Hæc ille.

II. Sequitur opinio, vel potius commentum Maturini Veyssieris la Croze, cuius hæc adserita sunt Libro I. citati operis 1. scilicet, Areopagiticas lucubrationes revera abs scriptore prodidisse, qui perversum *Apollinarii dogma temperavit quidem*, sed hæresim præformavit, quam *Eutychiani & Monophysita coluerunt*. Quia in re satis illi est, consentientem habere Doctissimum Lequienum. 2. Theophilum Alexandrinæ Episcopum prima novi dogmatis linea menta præformatissime: authoremque Synesio Episcopo Ptolemaidis fuisse, ut ad errori conciliandam autoritatem libros concinnaret sub Viri Apostolici nomine, Dionysii Areopagitæ. 3. Hæc opera tam venerando nomini supposita in Archivis Ecclesiæ Alexandrinæ latuissime, donec Cyrus Theophili successor, qui errorum maxime promovit, nonnulla ex illis de prompta testimonia adhibuit contra Diodorum & Theodorum, quæ postea Severiani allegarunt in Collatione Constantinopolitana anno 532. habita.

Porro Theophilum Alexandrinum inter Præcursores Eutychetis numerandum esse, colligi ex eo posse putat Crozeus, quod ipse ex eorum numero fuerit, qui apud Nyssenum in Epistola ad ipsum Theophilum adversus Apollinarem, Orthodoxos duas in Christo naturas confitentes insimulabant erroris, ac si duos filios colerent in dogmate, unum quidem secundum naturam, alterum autem secundum adoptionem postea acquisitum. Novo huic dogmati expoliendo promovendoque animum adplicuisse Cyrillum, Theophilii in Sede Alexandrina successorem, dubitaverit nemo (inquit ille) qui prolatam expenderit ab eo sententiam de una Verbi natura incarnata, quam suam fecere Eutyches & affectæ. A Synesio denique Areopagitica prodidisse opera, tria videntur evincere, Areopagitorum collatio cum ejusdem Synesii operibus, ejusque animi character a) mentiendum proni, ac peculiaris quedam calamii facilitas ad varia styli genera. In fine libri, qui *Dion inscribitur*, fatetur ipse, perquam facile sibi fuisse, ut variis plurimumque a se invicem diversis dicendi formis mentem & calamum adaptaret. Effata ejus nonnulla occurunt, quæ satis indicant ad singendum proclivitatem. Sententia ejus est in Encomio Calvitii *Populum faciles nimium parabilesque res deridere: portentis autem, τηρατίζο (seu imposturis) opus habere (il a besoin d'imposture.)* Et in Epistola cv. tum scripta, cum ad Episcopale fastigium postulabatur, quod ejurare omni ope contendebat, sic ait: *Animus certe quidem Philosophia imbutus, ac veritatis inspector, mentiendi necessitatì nonnihil remittit . . . Mendacium vulgo prodeesse arbitror, contra nocere veritatem iis, qui in rerum perspicuitatem intendere mentis aciem nequeunt. Quem animum sic affectum & Episcopus factus (Crozei verba sunt) servavit . Par denique stylus, par sententiarura sublimitas in Areopagitinis, & in Synesii operibus. Ait iste Hymno 111. ubi de Patre æterno agit, πάγια πάγων, fontem fontium, principiorum principiam, radicum radicem: ait etiam ille capite 11. de Divinis Nominibus §. 7. τηρατίζει δότες fontalis divinitas. Eodem in Hymno divina vocat Synesius βούδη ἀρρεποτος, profunditatem ineffabilem: legiturque capite ix. libri citati de Divinis Nominibus §. 5. βαδος . . . ἀπρίλυτος, profundum cunctis inaccessum . Alia demum loca conferenda juber, ac præcipue caput primum libri citati Areopagitici pag. 439. editionis Corde rianæ cum primo & altero Synesii Hymno.*

C A P U T X.

Nec Theophilus, nec Cyrus, Episcopi Alexandrini, Monophysitarum hæresim præformarunt. Synesio Episcopo Ptolemaidis perperam Areopagitica tribuuntur opera: neque eadem elucubrata sunt ea mente coeque consilio, ut error unius in Christo natura evulgaretur.

I. Superius descriptum Crozei commentum liceat ante paucis resellere, quam ex pendere Lequieni Doctissimi conjecturas & argumenta, eademque pro mea vi rili

riti refutare aggredior. Posita a Crozeo principia nutant, ac labescunt omnia: fabulisque adinventis fabulam fulcit ille. Manus habeo mihi porrigentem laudatum Brucke-
rum Tomo III. Historiæ Criticæ Philosophiæ capite 111. §. 29. Commentum ajo potidissimum esse, unam in Christo naturam credidisse Theophilum Alexandrinum, ipsumque Apollinaristis junctum insimulasse orthodoxos, qui duas integras in Christo naturas profitebantur, ac si duos invenherent Filios. Tanti criminis, cuius reus fuerit Alexandrinus Antistes, vola nulla, vestigium nullum apud Gregorium Nyssenum. Admonet ille Theophilum, Apollinaristas, qui carnale Verbum faciunt, atque seculorum conditorem hominis filium, & mortalem Filii Deitatem, insimulare quosdam in Catholico Ecclesia audere: veluti qui duos filios in dogmate colunt, utpote duas naturas in Christo confitentes, unum quidem secundum naturam, alterum autem secundum adoptionem postea acquisitum. Catholicos viros hæc missitantes fatetur ipse, se nosse nullos: Nescio a quo talia audientes, aut cum qua persona luctantes: nondum enim cognovi qui talia effutires. Hinc Theophilum adhortatur, ut pro ea qua pollebat autoritate, Ecclesiæ causam vindicet, cohibeatque maledicos Apollinaristas: Verumtamen, inquiens, quoniam istam proponentes adversus nos causam, ex eo quod videntur tale flagitium impugnare, suas opiniones corroborant; bonum est, ut tua in Christo perfectio prout tibi in mentem injecerit Spiritus sanctus, eorum occasiones amputet, qui querunt adversus nos occasiones, & perfusdeat eis, qui per calumiam hæc Ecclesiæ Dei criminis vertunt, nullum hujusmodi apud Christianos esse dogma, neque praedicari. Tum in eo denique totus est, ut ostendat, binarium filiorum numerum minime colligi ex coniunctione naturæ humana cum Verbo: sed propter exactam unionem assumpta carnis & assumptis divinitatis, uni filio Christo communicari & mutuo dari nomina, ita ut & humandum ex divino, & divinum ex humano denominetur. Verbum occurrit nullum, quod subindicit, Theophilo Alexandrino placuisse temperatum Apollinaristarum dogma; ipsumque curasse, ut naturæ unitas in Christo editis libris vindicaretur; eosque inventi binarii filiorum numeri insimulasse, qui duas in Christo naturas tutabantur. Imo Apollinaristas, veluti impostura fabros, apud Theophilum accusat Nyssen: ipsumque permovere studet, ut hominum audaciam cohibeat, causamque Ecclesiæ pro virili defendat.

Vita mortali functo Theophilo, Sedem Alexandrinam anno 412. obtinuit Cyrillos. Ex Areopagiticis jam confictis libris deprompta ab eo nonnulla testimonia, eademque adhibita in opere contra Diodorum & Theodorum, nimia confidentia pronunciat Crozeus. Severianis id ajetibus in Constantinopolitana collatione, tam facilern fidem præstandam non esse, admonuimus Capite II. Lequienum vero, quem veluti sibi faventem appellat, diserte adversum habet in Dissertatione Damascenica 11. num. 17. ubi hæc habet: „Ex illis itaque, de quibus ante disputavi, lucubrationibus variis, ac non ex Dionysii (Areopagitæ) libris, Cyrillus intulit, unam dicendam esse Christi Domini naturam propter arctissimam unionem divinitatis cum huminitate: unam itidem Dei Verbi naturam incarnatam.“ Nimurum hæc posteriora verba leguntur Libro II. contra Nestorium, & in Epistola ad Acatium Melitinensem, & in Commonitorio ad Eulogium: eademque ab omni Apollinaristoi suspicione purgavit in Epistolis ad Successum. Habentur vero priora verba in laudato Commonitorio, ubi sic ait Sanctissimus Pater: Unitio concessa, non distat amplius ab invicem, que unita sunt: sed deinceps Filius est una ipsius natura, Verbo utique carne facto.

Quæ cum ipse & scriperit, & vindicaverit, quantum ab errore Apollinaristarum Eutychianorumque longissime distaret, egregie probant ac evincunt Lequienus loco citato, Ludovicus Thomassinus de Incarnatione Libro III. capite xiiii. & Dionysius Petavius Libro IV. capite viii. & Libro VI. ubi Anonymum Calvinianum hominem pro meritis castigat, qui hoc demonstrandum suscipit, Nestorium impurissimum hæretarcham, piom & Catholicum fuisse: illos autem, a quibus condemnatus est, Cyrilum, & Ephesinam Synodum, hæreticos & impios. Consulte caput viii. in quo senten-

tentia, quam & Crozeus opponit, innoxia & apprime catholica ostenditur. Menterum Cyrilli, confiliumque, omnium lucidissime patefacit laudatus Thomasinus loco citato. Verba ejus refero, quæ maximo & infra usui nobis erunt. „ Nestorio, inquit, insi-
 „ diosius duas jactante in Christo naturas, & (quod nequissimum fraudis genus est)
 „ de veritate ipsa veritati invidiam confitante; ne duarum naturarum obtenuit duæ
 „ quoque impingerentur personæ, hanc aut excogitavit, aut instauravit Cyrilus jam
 „ pene obliteratam eloquendæ Incarnationis formulam (cum diceret, unum esse Verbi
 „ Dei naturam incarnatam.) Cujus oraculi hæc maxime significatio, hæc sententia
 „ sanissima est: minus tute (ævo potissimum illo) duas dici in Christo naturas,
 „ nisi una dicatur Verbi natura incarnata. Propterea quod ubi duæ dicuntur Christi
 „ naturæ, duarum statim ebulit suspicio personarum. Etenim non aliud est natura,
 „ aliud persona: sed una & eadem res cum sit, aliter & aliter significatur (quæ di-
 „ stinctio in scholis virtualis appellatur) quocirca plurimum periculum ingruit, ne ge-
 „ minata natura, geminetur & persona. Deinde cum duæ dicuntur naturæ, quasi ex-
 „ æquo numerantur, eoque seorsim unaquæque cogitatur: vix autem, ac nec vix co-
 „ gitari seorsim quælibet potest natura, quin personæ proprietate vestiatur. Denique
 „ non alia magis machina Nestorius duas scindebat personas, quam naturæ duplicitis
 „ prædicatione: atque ita ab ipsa veritate falsitatem præsidia comparabat. Si duæ autem
 „ naturæ non ita statuantur ob oculos, ut binæ simul ex æquo procedant, sed ut altera
 „ subjungatur alteri: ut una principaliter emineat, altera accessio ejus sit: una fuerit
 „ semper & pergit esse, altera nuper illi acreverit: una sua sibi sit, sui juris suæ
 „ que potestatis sit, per se immutabiliter & sempiterne sit; altera illi ut subiecto acci-
 „ dens incumbat, illi superstratur ut fundamento, illius iuri censuque adscripta sit,
 „ illius propria & quasi portiuncula sit, per se seorsim nec sit nec umquam fuerit;
 „ tum vero omnis eluetur in geminæ naturæ professione suspicio geminatæ personæ. “

„ At id Cyrus molitus, id consecutus est ubi unam dixit naturam Verbi incar-
 „ natam. Eminet enim & primas tenet, imo sola in conspectum statim se dat princi-
 „ paliter divinitas Verbi: nec latet interim caro seu humanitas, ex quo dicitur incar-
 „ nata. Occursat itaque non Deitas & caro, sed Deitas cum carne: non Deus & ho-
 „ mo, sed Deus humanatus: non duplex natura, Deitas, & Humanitas: sed simplex
 „ natura Deitatis, cum accessione humanitatis. Etenim ubi duæ naturæ dicuntur
 „ Deus & homo, utraque natura per se nominatur, per se cogitatur: & per se no-
 „ minari, cogitarive vix potest, quin personæ cuique suæ suspicio obrepat. At ubi
 „ natura tantum Verbi incarnata dicitur, una primario & per se subsistens natura ob-
 „ versatur animo, cum naturæ alterius additamento.

„ Quonobrema singula ejus confessionis verba momenti plurimum adferre non igno-
 „ merito videntur, ad fidei adversus Nestorianas insidias stabilimentum. Nam 1. Na-
 „ tura una dicitur Verbi; ac proinde perinde nobis est, seu naturam ibi pro natura
 „ strictius, seu pro persona latius sumptam arbitris (namque Cyrrillum alii aliter
 „ interpretati sunt.) Nihil aut perparum interest, utrislibet accedas: nam persona &
 „ natura non differunt, nisi conceptu mentis; & seu personam vel hypostasim Ver-
 „ bi ut principalem & summam & totalitatem sua per se fretam cum carnis adjunctio-
 „ ne jam cogites, perinde est. Persona enim non aliud est, quam natura ut princi-
 „ patum sui tenens, ut per se consistens, ut accidentibus & additamentis omnibus
 „ substans. 2. Natura Verbi dicitur, ne ad totam Trinitatem spectare existimetur car-
 „ nis assumptio. 3. Incarnata dicitur, quo caro designatur, sed oblique; & ut non
 „ per se, nec sui causa, nec sui juris: adeo ut unitati hypostaseos vendicandæ accom-
 „ modatus sit dici, naturam Verbi incarnatam, quam naturam Verbi & carnem. 4.
 „ Una dicitur Verbi natura, nam unitas sicut & totalitas penes naturam principalio-
 „ rem est attendenda. Una est enim persona Christus, quia unus est Dei Filius semi-
 „ piternus, & incorruptibiliter idem; prius sine carne, nunc cum carne, semper
 „ idem, unusque semper idem; nec minus totum prius sine carne, nec magis totum
 „ cum

„ cum carne; auctus sine incremento, nec major factus carnis accessione. Unitas ergo „ personæ tota a Verbi natura repetenda est . . .

„ Hinc litem & inter eos, qui in propositione Cyrilli nomen naturæ pro persona „ seu hypostasi usurpatum opinantur, & qui pro natura Verbi ipsa positum existi- „ mant) componere non arduum est, si medullitus Cyrilli doctrina indagetur. Illi „ enim hypostasis vel persona non aliud est, quam natura, sed tota & integra: adeoque „ non alterius cuiusquam facta, velut pars & accessione. Illi nomen *quōd*, *nos* promi- „ scue pro eodem habetur. Illi, quominus persona aut hypostasis sit humanitas Chri- „ sti, non alicujus inopia est, sed superioris naturæ copia. Ergo ubi una natura Ver- „ bi incarnati pronunciat, & pro natura, & pro persona nomen naturæ usurpatur, „ quia natura, ubi tota & princeps suique juris est, utique persona est . . . Hinc et- „ iam consultissime a Cyrillo dictum, non Christi, sed Verbi unam naturam incarna- „ tam. Nam Christi duas sunt naturæ, at Verbi una est natura seu una divinitas in- „ carnata. Puerili autem cavillatione Semieutychiani, Christum & Verbum eundem „ esse blaterantes, unam Christi naturam incarnatam hinc fabulabantur . . “ Hacte- „ nus egregie Thomassinus.

Nihil vero ab eo dictum, quod ipse Cyrillus pluribus in locis, quæ laudatus Au- „ thor allegat, luculentissime non expresserit. Ad rem hanc demum illustrandam maxi- „ me facit exemplum in creatis compositi accidentalis, puta albi, quo Divus Thomas „ titular Opusculo II. capite ccxi. Si namque in albo quispiam dixerit, unam esse na- „ turam parietis dealbati, seu dealbatam, verum dicit: significat quippe, naturam seu „ substantiam parietis esse principalem, accessorium accidentis; illam per se subsistere aliam „ esse in subiecto per inherarentiam: ac duas naturas parietis & accidentis faretur distinctas, „ non discribras aut separatas. Par est significatio Cyrialiane propositionis, ceteris omnibus „ salvis conditionibus, quæ substanciali hypostaticam duarum naturarum, quæ substan- „ tiae sunt, in Christo unionem comitantur.

II. Jam vero colligitur, somnium esse & commentum Crozei existimantis, eluci- „ brata Areopagitica opera eo consilio fuisse, ut in iis Monophysiticum unius in Chri- „ sto naturæ dogma vulgaretur. Verum etiam facinus istud a Synesio perpetratum, com- „ mentum est atque vanissimum somnium. Ptolemaidis Cyrenaicæ Episcopatum gessit „ ille, Theophilo Alexandrino incentore: quod anno 407. accidisse, putant Petavius, „ & Lequienius. Nihil ille prætermisit, ut ad Episcopale fastigium non promoveretur: „ eamque potissimum causam afferat, quod ipse Platonicæ Philosophiæ præceptis imbutus, „ a præcipuis aliquot fidei Christianæ capitibus dissentiret; easque opiniones ita animo „ fixas esse ait, ut licet dissimulare pacis & concordiaz causa posset, dimittere tamen „ aut mutare eadem nolit. Dogmata autem tria proponit: primum, *animam præexisten- „ tem*: alterum *de mundi eternitate*, quem ut interitum aliquando crederet, neutiquam „ adduci poterat: tertium *de mortuorum resurrectione*, quam mysticum & arcanum ali- „ quem sensum recondere, nec cum vulgo accipiendam afferit. Non ferio ista a Synesio „ inculcata fuisse, contendit Baronius ad Annum CCCCX. sed arte, ad declinandum „ Episcopi munus. Animi sui sensus candide illum aperuisse, veteres plures ac recentes „ arbitrantur, tantum animi candorem collaudantes. Ceterum quæ verba opponit Cro- „ zeus, non exhibent hominem ad mentiendum fingendumque paratum: neque adseren- „ tem, bonum esse quandoque & utile mendacium proprie dictum; sed pacis & concor- „ diaz causa bonam quandoque esse veritatis dissimulationem, illa scilicet in corde reten- „ ta, mendacio tamen numquam prolato. Ajebat enim, dogmata illa sua platonica, si „ Episcopus fuerit, silentio premere posse, nihil contra eadem docturum. Verba ejus „ accipe: *Ut nihil penitus docens, sic nihil etiam dedocens, atque in presumpcta animi* „ *opinione permanere sinens*. Hæc licet contestaretur Synesius, ea tamen spe initiatus Epi- „ scopus fuit, fore ut veræ religionis vertex & colophon accederet: neque eam spem fe- „ fellisse Theophilum aliosque, qui Synesium ad Episcopale munus postulabant, tradit „ Evagrius Libro I. capite xv. *Recte omnino confidentes inquietus, ad reliquias ejus viri* „ *vir-*

virtutes ista esse accessura, cum divina gratia nihil imperfectum habere sustineat: nos spes eos fefellerit. Paria scribit Photius codice xxvi.

Loco altero in Encomio Calvitii, de Sacerdotibus Ægyptiorum agit, qui *populum ludunt, ipsi in interiores latebras recepti, quod ipsi efficiunt populi oculis eripientes: si namque quod efficiunt ipsi, videret populus, succenseret ipsis: utpote qui faciles nimium, parabolasque res derideat; portentis enim opus habet, quoram ipse causas non norit.* An hec animum Synesii repræsentent mendaciis, commentisque, ac imposturis addictum? At licitam putaverit ipse fraudem & suppositionem, ad deducendum nason populum; peculiaris hæc ipsi non infederat opinatio; neque pro Synesio quidpiam colligere, Crozeo datur. Sibi quidem vendicat ille gloriola in *Dione*, quod eo pervernerit studio & exercitatione, ut vix distinguenda similitudine styli imitari valuerit veteres scriptores; quodve de suo scriptis eorum adneteret, ab ipsis dictum scriptorumque putarent Lectores. Sed hæc probant (inquit Bruckerus) interpolandi, vel supponendi artem egregie calluisse Synesium: ad libros, Dionyli Areopagitæ nomine insignitos, minime quadrant. Vel enim ea scripta, Synesii ætate, non exstabant, quorum ipse stylum imitaretur: quod si extarent, non eadem sub falso nomine Synesium elucubravisse, peritia evincit, qua pollebat in aliorum Scriptorum styli imitatione.

Quænam vero tanta inter Synesii stylum ac sententiam similitudo, ac Areopagitorum authorem, ut hæc fœtus illius dici debeant? An adeo sublime & reconditum fuerit, Deum cogitare & appellare *fontem fontium*, & ineffabile *profundum*; ut si quæ diversa opera hanc habuerint sententiam, ab eodem prodisse Authore, existimandum sit? Quamquam Synesius Patrem *fontem fontium* appellat, & alter *fontalem divinitatem*: quæ vim eamdem non exserunt, & significationem. Ait etiam Author Areopagitorum capite 11. de Divinis Nominibus §. τὸν πνεῦματος καὶ ἀνεκλέπτων αὐτίαν, scaturientem Θονημαν deficientem causam; & §. 5. μόνην διπηγήν τὴν ὑπεροιούσιον ὄντα την, solus fons supersubstantialis deitatis Pater: quibus paria in Synesio frustra perquiras.

Conferendum denique Crozeus jubet primum & secundum Synesii hymnum cum loco de Divinis Nominibus capite 1. §. 1. *Anomimus* habentissime. Hæc loco citato habentur: *Suprasubstantia est illa supersubstantialis infinitas, Θονημαν supra mentes illa supra mentem unitas: Θονημαν ratiocinationibus inscrutabile est illud supra ratiocinationem unum: omnique verbo ineffabile est illud supra verbum bonum: unitas effectrix universa unitatis, Θονημαν supra substantiam, Θονημαν mens non cadens sub intelligentiam, ratio non effabilis, ratione, intelligentia, nomineque vacans: nullius rei similitudinem habens: quæ quidem causa est, ut omnia sint Θονημαν.* Hæc vero inter alia, quæ Hymno secundo Synesius canit, accipe: *Unus fons, una radix: ubi enim profunditas Patris, ibi etiam illustris Filius: honorum tulit copiam, Θονημαν supersubstantialem propaginem: Patris gloriam, Θονημαν primogenitam formam: tu pater, tu es mater: tu mas, tu femina: tu vox, tu silentium; unitas divinorum numerorum.* Hæc paria qui dixerit, cœcus est. Canit etiam Hymno 1. Ille quidem ex se ortum principium, gubernator paterque rerum omnium, ingenitus . . . unitatum unitas sancta, monadumque monas prima, simplicitas summum . . . Unitas ineffabilem in modum diffusa, trimam adepta est vim. *Supersubstantialis* vero fons coronatur pulchritudine prolis, quæ ex centro profluit. Sunt quædam utrique communia, utpote quæ de summo Deo ac Sanctissima Trinitate celebrentur: sunt alia Synesio propria, quæ nusquam scriptit Author Areopagitorum. Ac duo sunt prostremo loco animadvertenda; alterum cum Jo. Ernesto Gratio in Notis ad cap. 1. S. Irenei, *Synesium in hymnis poetica licentia abusum, omnem sere Valentianorum Meteologiam vere Theologie adaptasse, ac heretica voce orthodoxim cecinisse fidem;* alterum cum Tillemontio Tomo XII. in ejusdem Synesii Vita articulo iv. nempe dogmata Christianæ fidei in Hymnis parum accurate edisseri, ac plura promi potius ex Philosophorum scriptis, quam divinis ex eloquii. Hæc ab Areopagiticis longe absunt, quorum integerrima fides adhuc inferius patetacienda est, ac vindicanda.

C A P U T XI.

Fullonem esse authorem Areopagitorum, non probat ritus publicæ sacri unguenti consecrationis in Areopagitici descriptus, quem antiquissimis temporibus nonnulla Ecclesia adhibebant. Canticum Trisagion in eisdem Areopagitici vel non memoratur, vel certe non redolat Fullonis & Severianorum ingenium,

I. **P**ræmittere liceat Areopagitorum Authoris verba, quibus unguenti Sacri conficiendi ritus describitur, de Ecclesiastica Hierarchia cap. iv. num. 11. Eodem modo, quo in synaxi, ordines eorum, qui minus perfecti sunt, excluduntur: premissis videlicet sacra per totum Templum cum odoris fragrantia processione, Psalmorumque sacra modulatione, & divinissimorum eloquiorum promulgatione. Hactenus Missarum Solemnia vides ad Evangelium usque lectum promulgatumque. Deinde Pontifex, accepto unguento, ponit illud supra druinum altare, duodecim sacris aliis obvelatum, cunctis sanctissima voce concincentibus illud divinitus afflatorum Prophetarum canticum afflationis. In Altari, adeoque intra Missarum solemnia, aditante populo fideli, sanctum unguentum sacram a Pontifice, hæc verba declarant. Atqui Theodori Lectoris in Historia Eccles.- Libro II. verba sunt: Petrum Fullonem instituisse, ut sacrum chrisma coram omni populo consecraretur. Hinc Lequieni suspicio, aut ipli Fulloni, aut ejus socio & affecta Areopagiticos libros tribuendos esse.

At hæc scribens Theodorus Lector si deceptus fuerit, cadat oportet labaturque Lequieni conjectura. Errasse vero Theodorum, si Fullonem fuisse intellexerit, qui primus in universa Ecclesia christiana ritum invexerit, Chrisma sacrandi in Altari inter actionem liturgicam, coram populo fideli, pro certo habet Edmundus Martene de antiquis Ecclesiæ Ritibus capite xxii. §. 3. num. 1. ubi „Publica hujuscemus consecrationis solemnitas (ait) in Africana Ecclesia jam longe ante obtinuerat: utpote quam ad Altare peractam suisse, non fecus ac Eucharistiam, docent hæc S. Cypriani verba in Epistola lxx. Porro Eucharistia, & unde baptizati unguntur oleum in Altari sanctificatur. Et quidem invocato Christi nomine, ut discimus ex Optati Milevitani Libro VIII. adversus Parmenianum: Oleum nominant illum liquorem, qui in nomine Christi conditur; quod chrisma, postquam conditum est, nominatur.“

Cypriani locum adhibet Martene, prout ab Erasmo emendatus est, suaque in editione a Pamelio positus legitur. Alter legendum censuit Baluzius juxta fidem Codicis Corbejenensis: Porro autem Eucharistia est, unde baptizati unguntur oleum in Altari sanctificato. Aliamque post Manutium lectionem amplectitur Rigaltius: Porro autem Eucharistia est, unde baptizati unguntur, oleum in altari sanctificatum; acsi ipsa Eucharistia dicta intelligatur oleum spirituale; eodemque in loco de spiritualiunctione agatur, quæ ab ipso proficiscitur Eucharistia Sacramento. Quænam præferenda, veluti genuina, lectio sit, diligentius perquirere non vacat: certum vero mihi compertumque, eodem in loco Cyprianum de ipso etiam chrismate loqui, deque consecratione eius in Altari. Post allata verba, statim subjicit ille Sanctificare autem non potuit dei creaturam, qui nec Altare habet, nec Ecclesiam (idest hæreticus:) unde nec unio spiritualis apud hæreticos possit esse, quando constet, oleum sanctificari, & Eucharistiam fieri apud illos omnino non posse. Quo loco olei creaturam, quæ sanctificatur, quis intelligat Eucharistiam? Imo oleum distinguit Cyprianus, & Eucharistiam: docetque, neque illud sanctificari, neque istam fieri apud hæreticos posse, qui nec Altare habent, nec Ecclesiam. Hocce argumentum, quo Cyprianus hæretorum sacramenta rejiciebat, adducit ac solvit Augustinus Lib. V. de Baptismo contra Donatistas capite xx. oleumque accipit ab Eucharistia distinctum: Cur autem, inquiens, ad verba, que procedunt ex ora homicida (non hæretici, sed intra catholicam Ecclesiam peccatoris) possit tamen Deus oleum sanctificare; & in altari, quod hæretici posuerunt,

Summ. S.Th. Tom. IX.

runt, non possit, nescio . . . Quomodo exaudit homicidam deprecantem vel super aquam baptismi, vel super oleum, vel super Eucharistiam, vel super capita eorum, quibus manus imponitur? Materie aut elementi nomine distincta numerat & appellat sacramenta, baptismum, confirmationem, Eucharistiam, ordinationem.

In Altari ergo, intra Missarum solemnia, coram populo fidi longe ante Fullonis ætatem sacratum fuisse chrisma seu sacrum unguentum, certo constat. Neque reponas, Petrum Fullonem, Theodoro Lectore teste, ritum illum consecrandi chrismatis primum invexisse apud Græcos: eumdemque ritum jam olim in Ecclesia latina obtinenter spectari minime potuisse a Græco Areopagitorum Authore. Præsto namque responsio prima est, sibi etiam Scriptorem illum proposuisse, Lequieno consentiente, ac animadvertisse Scholiaste, ut Ecclesia Romana & Occidentalis ritus aliquos afferret & exponeret: quod Capite VI. exemplis confirmavimus. Sequiturque responsio altera, Theodori testimonio id unum evinci, Fullonem in Ecclesiam Antiochenam, in qua tyrannidem exercebat, ritum illum potuisse primum invehere; at colligi non posse, eundem ritum in aliquibus Græcæ communionis Ecclesiis antea non obtinuisse.

„ II. At ritus ille, qui ibidem subjungitur (Lequieni verba sunt) ut unguentum super Altare depositum seraphicis figuris duabus contegatur, quo significetur, Christum qui unguento repræsentatur, perpetuo Seraphim cantico, quod *Trisagion*, seu *Tersanctum* dicitur, celebrari; annon hoc etiam *Cnaphzī* & Severianorum menu tem & ingenium redolet; qui *Trisagia* cantica modo toti Trinitati accinunt, modo soli Filio & Christo? „ Duo animadverte in ritu, quem describit Areopagitorum Author. 1. Unguentum supra divinum altare positum, seraphicis figuris duabus, seu duodecim aliis obvelari. 2. Concinere adstantes illud divinitus afflatorum Prophetarum canticum afflictionis. Verba hæc cum integro textu superius dedimus. Canticum illud, quod adstantes concinunt, ita declarat Scholiares: „ *Canticum*, scilicet *Sanctus*, vel *Alleluja*. „ Sed hoc posterius, *Alleluja*, intellexisse Authorum Areopagitorum, ipse sui interpres est loco citato num. 3. §. 12. ubi latius exponit, quæ strictim proposuerat: Porro, inquiens, melos illud sacrum Prophetarum divinitus afflatorum, sciunt hi qui hebraice norunt, *Dei laudem significare*, sive *laudate Dominum*. Itaque canticum illud, quod in confectione sacri unguenti concinebant adstantes, nil aliud erat nisi *Alleluja*; quod latine perinde esse, ac *laudate Deum*, vel pueri norunt. Nulla ergo in his verbis *Trisagii* mentio. Neque te moveat (obviam prævenio, ac depello difficultatem) Chrysostomus confectionem ad sanctam & magnam Feriam quintam Hebdomadis sanctæ reservatam esse: illudque canticum, *Alleluja*, minime Quadragesimæ tempore decantari solitum. Olim enim liberum Episcopis fuisse, ut sacrum chrisma omni die conficerent, perspicue patet ex Concilio Toletano I. quod æræ Christianæ anno 400. celebratum est, canone xx. ubi hæc habentur: *Episcopo sane certum, omni tempore licere christma confidere*. Quibus adde Gorii animadversionem in Notis ad Euchologium Græcorum: „ In Officiis quadragesimalibus Canticum, *Alleluja*, frequentre lapius & iterare Græcos; eique decantando facilius indulgere, quo tempus illud diuturniores divinas laudes requirent agnoscunt: ac idem quoque in mortuorum exequiis assumere.

Dixerit Lequienus, de *Trisagio* se loqui, quod seraphicæ ille figuræ duæ, sacrum unguentum obtegentes, significant. Annuo lubentissime. Ipse Author Areopagitorum loco citato num. III. §. 5. sic ait: In aliis duodecim unguentum in Altari positum obvelantibus, significari ordinem Seraphim, qui adstant Jesu, & multum decantant illam Theologiam incessibili voce proclamant. Voce illa, Theologiam adnotat Scholiares, intelligi Canticum *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus*, Ecce *Trisagion*: quod etiam Theologia voce indicari, docet Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi xxxiii. Mystagogica v. num. iv. „ Mentionem etiam facimus Seraphim, quæ in Spiritu sancto vidit „ Hesajas thronum Dei circumstantia, & duabus aliis fasti tegentia, duabusque pedes, ac duabus volantia, & dicentia. *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus*, *Dominus Sab-*

, *baeth* . . . Propterea traditam nobis ab Seraphinis *hanc Theologiam* recitamus , ut
„communi laudum modulatione cum superioribus mundo exercitibus conjungamur .
Notas consule Dextissimi Sammarzi Editoris . Significant ergo figuræ illæ duæ sera-
phicæ Canticum *Trisagion* , quod in cœlis perpetuo decantatur ; quid inde extundas ,
quod mentem & ingenium redoleat Cuaphæ & Severianorum , cum illud in liturgico
officio antiqua omnis catholica Ecclesia adhibuerit ?

At in eo contendit laudatus Lequienus , pravam latere Severianorum mentem ,
quod *Trisagion* illud ad solum Filium Iesum Christum , sacro unguento significatum ,
adpicetur . Ac sane Fulloni datum criminis fuit , qui ad ipsum solum Filium carmen
illud redegerit , *Sanctus Deus* , *Sanctus Fortis* , *Sanctus Immortalis* , in vecto addita-
mento , qui *Crucifixus es pro nobis* . Petavius lege Libro V. de Incarnatione capite
iv. §. 4. Nolim ego subtiliores hoc loco quæstiones agitare . Pro certo illud habeo ,
Areopagitorum authori mentem consiliumque non fuisse , ut *Trisagion* soli Christo
adpicatum e ritu intelligeretur . Quinimo Seraphim illi , adstantes Iesu , concinere
intelliguntur *Trisagion sanctissimæ Trinitati* , Iesum sanctificanti , & oleo gratia ple-
nissime inungenti . Authoris luculentissima accipe verba loco citato num. 3. §. 10. *Ne-*
quaquam igitur , *inquietis* , *divinissimus celestium essentiarum ordo ignorabat* , *Iesus*
divinissimum sanctificationis ergo descendisse : *verum sciebat* . . . *O ab ipsorum Pa-*
tre Spirituque humano more sanctificatum . Consonat Scholastes ; *Nam O Iesus* , *qui*
ut Deus omnia sanctificat , *ut homo etiam sanctificatus fuit a Patre* , *O a semetipso* ,
quia etiam Deus est , *O a Spiritu sancto* ; scientibus quoque celestibus ordinibus . . .
Eodem ritu hodieque utuntur Græci , ut apud Goarium videre est : neque puto , quis-
piam dixerit , se conformare illos velle menti , consilioque Petri Fullonis , & Se-
verianorum .

Ceterum ad illud quod attinet *Trisagion* , *Sanctus Deus* , *Sanctus Fortis* , *Sanctus*
& Immortalis , cum additamento Petri Fullonis , *Qui crucifixus es pro nobis* , nec illud
indicant Areopagitorum Authoris verba : nec illud est , quod abs Seraphim in cœlis
decantari audiebat Isaías . Originem ejus narrant Ecclesiastici Scriptores .

C A P U T XII.

*Symbolum fidei non indicat Author Areopagitorum , legi , aut decantari solitum
in Liturgia ; quam describit . Unde præcipua cadit Lequieni conjectura
de Areopagiticis libris Petro Fulloni adscribendis .*

I. **M**orem legendi , aut cantandi Fidei symbolum post Evangelium , Catechume-
nis & Energumenis dimissis , in sacra liturgia , a Petro Fullone primitus in-
vectum post secundam ejus Sedis Antiochenæ invasionem anno 476. pro certo habent
Doctiores quique , qui de Sacris ritibus agunt , fide & autoritate innixi Theodori Let-
toris . Verba ejus Cap. VIII. dedimus . Ritum istum satis indicari Lequienus conten-
dit ab Authore Areopagitorum capite 111. de Ecclesiastica Hierarchia num. 2. ubi
hæc habentur ; *Sacram Scripturarum lectione finita* , *sacro ambitu Cathecumeni arcen-
tur* , *O cum iis Energumenti* , *O penitentes* . . . Qui autem in Ministrorum ordine
primas tenent (Diaconi) una cum Sacerdotibus divino Altari panem , *sacrumque cali-
cem benedictionis imponunt* : ab universa plenitudine Ecclesie (seu ab omni Ecclesie
etatu) communis Hymnologia (seu catholicæ laudatione , τὸν καθολικὸν ὕμνον) pre-
missa . Hanc laudationem catholicam intelligit Vir doctissimus Fidei Symbolum : quod
etiam clarius indicatum putat ab eodem Authore num. §. 7. ubi latius theoriam my-
sterii exponit : *Hunc autem hymnum , inquiete , alii laudis canticum , alii Religionis*
Symbolum , τὸν δημόκρατον τὸν συμβολον , appellant . Itaque Author ille fuerit aut ipse
Fullo , aut quidam alias ejus affecta . d 2 His

His verbis Areopagiticis indicari Symbolum fidei, creditit etiam Hugo Menardus in Notis & Observationibus in Librum Sacramentorum: „ Fuit quidem, illius (Symboli) usus in Ecclesiis antiquorum Græcorum, ut constat ex S. Dionysio capite 111. Hierarchiæ Eccles. cum proferens diversas opiniones circa Hymnum, qui in sacris Mysteriis cantatur, sic ait: *Hunc autem hymnum alii laudis canticum, alii Religionis symbolum, alii (mea quidem sententia) divinus, Hierarchicam Eucharistiam.*“ Quo tamen loco cum Symboli fidei usum in sacra liturgia referat Menardus ad Ecclesiæ antiquorum Græcorum, idque probet ex Sancto Dionysio, annon spectasse tempora videatur Petro Fullone anteriora?

II. Vedit hanc vero objectionem Scholiaستes, sive Maximus, sive Joannes Scythopolitanus, depellitque dupli modo: „ *Ab universa.* Quoniam, inquiens, etiam tum fidei quoddam symbolum præmittebatur: vel potius doctrina illa, quam tum accepit, seu fidei explanatio. “ Hac habet ille ad num. 2. & ad num. 3. §. 7. sic ait: *Generali.* Generale laudis canticum dixit, vel quod ab omnibus canitur, vel pro universalis quasi gratia offertur. *Hunc autem hymnum.* Nota, ut hunc hymnam, symbolum, & professionem, & gratiarum actionem appelle. “ Quamdam fidei explanationem professionemque, quæ symbolum vocari posset, ac etiam hymnus & laudis canticum dicebatur, editam ac decantatam ab omni Ecclesiæ confessu, locum antiquitus in sacra Liturgia habuisse, animadvertisit primo Scholiaستes, quin inde tamen colligere licet, Areopagiticis allatis verbis indicatum esse Symbolum fidei, sive Apostolicum, sive Nicænum, sive Constantinopolitanum? Symboli Nicæni usum, Theodoro Lectore teste, in Ecclesiam Antiochenam invexit Petrus Fullo, & in Ecclesiam Constantinopolitanam Timotheus Monophysita: erat vero ab hisce formulis longe diversa, quæ describitur, ab Authore Areopagiticorum, in officio liturgico adhibita, Confessio fidei, utpote quæ *hymnologie*, & *cantici laudis*, & *hierarchica Eucharistia*, seu gratiarum actionis modum haberet; tametsi & *Symbolum Religionis* vocaretur, propterea quod divina beneficia, quæ fide creditur nobis a Deo in Redemptione collata, canebantur & laudabantur.

Ad rem hanc facit animadversio Josephi Binghami, qui Libro XV. Originum Ecclesiasticarum Capite 111. cum explanasset majorem gratiarum actionem, quæ in liturgia legitur; illam scilicet, quæ hymnum seraphicum includit; *Sanctus, Sanctus, Sanctus Deus Sabaoth:* adnotat, mentionem deinceps fieri in Constitutionibus Apostolicis cuiusdam specialioris actionis gratiarum pro divinis beneficiis in Redemptione per Christum acceptis. Quod integrum symbolum erat, inquit, quo Ecclesia tunc temporis in hoc Officio utebatur. Nondum enim solemnis recitatio symboli pars officii Ecclesiastici erat, uti quidem in posterioribus seculis: sed tantum iisque doctrinae recitabantur, que specialioris gratiarum actionis pro magnis Incarnationis ac Redemptionis mysteriis erant argumentum. Locum affert ex Constitutionibus, itemque testimonia Joannis Chrysostomi Homilia xxiv. in Epist. 1. ad Corinth. & Cypriani Epistola cxiiii. edit. Oxon.

Jamvero ad alteram Scholiaستis responsionem dilapsi sumus, quæ potius est prioris allata lucidior explanatio. Ipse namque Areopagiticorum Author, *catholicam illum hymnologiam*, quam post Evangelium decantatum, jussisse foras abire Catecumenis & Energumenis & poenitentibus, totus Ecclesiæ confessus concinebat, possum docet in commemoratione quadam beneficiorum Dei, Deique maxime benevolentia in Sacro Mysterio mox peragendo, cum laude supremi datoris, & cum gratiarum actione pro donis datis. Ejus accipe verba, quæ habentur num. 1. §. 7. Tum denique, inquietis, sancti sacerorum ministri, spectatoresque studiosi (ecce confessum Ecclesiæ omnem) *sacratissimam hostiam* (quæ netope parabatur in altari immolanda) contuentes, *catholica hymnologia* (seu generali laudatione) concelebrant beneficium munificumque principium, a quo salutaria nobis exhibita sunt sacramenta, que sacrosanctam illum initiatorum (baptizatorum) consumant deificationem. Quis indicari his verbis dixerit Symbolum fidei, seu formulam illum aut Apostolorum, aut Nicænam, aut Con-

Constantinopolitanam , quam recitantes aut legentes fidei nostrae suprema capita profitemur ? Pergit Author : *Hunc autem hymnum alii laudis canticum , alii Religionis Symbolum appellant : alii denique , mea quidem sententia , divinus Hierarchicam Eu- charistiam , sive Sacro-principalem gratiarum actionem ; ut que divinitus ad nos dimanantia sacra dona complectitur . Hymnus iste dicebatur laudis canticum , quo sacri Ministri & fideles supremum datorem bonorum omnium canendo laudabant : verum etiam gratias agebant pro sacris donis ad nos dimanantibus , unde & Sacro-principalis gratiarum actio vocabatur . Ab aliquibus item Symbolum Religionis dictum fuit ; ubi dignum est animadversione , Symbolum dici , non fidei , sed Religionis : nec enim simplex erat fidei professio ; sed christiane Religionis mysteria , Deo laudes effundendo , eique gratias pro collatis donis agendo , commemorabant fideles . Diciturque demum *ca-
tholica hymnologia* , propterea quod universus Ecclesiaz cœtus hymnum illum de- cantabat .*

Nihil est ergo , quod formulam illam , quam *Symbolum fidei* vocamus , indicet . Mirum foret , tot nominibus insignitam illam fuisse , quæ Patres alii Ecclesiastique Scriptores numquam usurparunt , neque ipse Areopagiticon Author alio in loco , ubi de Symbolo fidei Apostolorum agit . Porro *Symbolum* sive *Apostolorum* , sive *Nicænum* , sive *Constantinopolitanum* a Græcis Patribus dictum legitimus *τίτλος* , & *ἱππος* & *ὅπος τί-
τλος* , & *χαράκη* , & *ἄγιος μάρτυς* , & *ἅρματα* , & *λαρνάξ* : nullibi *hymnum* , aut *hymnologiam* , aut *canticum laudis* , aut *gratiarum actionem* . Ipse Author Areopagiticon capite 11. de Ecclesiast. Hierarchia num. 2. §. 6. de *Symbolo fidei* loquens , quod initiandi baptismo edebant , ac profitabantur , vocat illud *δεσμός τοῖς ιπποῖς* , *sacra a Deo tradita eloquia* . Quod argumento demum est , nihil esse in eo loco Areopagiti- co , quod *Symbolum fidei* indicet , quodve spectet ad ritum in officio liturgico inve- clum a Petro Fullone .

C A P U T XIII.

*Symbolum simplex Nicænum fecit sacra liturgie partem Petrus Fullo . Symbolum Constantinopolitanum Orthodoxi adhibuerunt : isque ritus in Occidente serius mulio receperus . Ritus hujusmodi non exponit , nec indicat Author Areo-
pagiticorum . Hinc vitam egit ille ante ejusdem novi ritus tempora .*

I. **N**ondum satis . Invectum a Fullone ritum penitus introspicere præstat , ut li- quido demum pateat , nihil esse in Areopagiticos dictis , quod mentem ac ingenium Petri Fullonis ac Severianorum redoleat . Illum verissime declarat Christianus Lupus in Dissertatione de *Symbolo Apostolico* & *Nicæno* capite vi . *Tertio disci-
mus* , inquiens , quod *Nicænum Symbolum solemniter cantari ad omnem liturgiam* , in *Antiochenæ Ecclesia ac Diocesi jussierit fædus Eutychianista Petrus Fullo* . *Quarto* , quod eumdem ritum in *Constantinopolitanam Ecclesiam ac Diocesim invexerit ejusdem Pa-
triarcha Timotheus* . Jam tene , ritum illum a Fullone in Ecclesiam Antiochenam , a Timotheo in Constantinopolitanam , Eutychianistis hominibus inventum , in sola Symboli decantatione positum non esse , sed in usu Symboli Nicæni , rejecto Con- stantinopolitano .

Cur ita ? Animadverte , formulam fidei , quam in Concilio Nicæno adversus A- rium Trecenti decem & octo Patres condiderunt , quibusdam postea auctam fuisse ad- ditamentis , vel majoris explicationis gratia , vel novæ ut heræfes claris verbis confo- derentur . Nicænum quidem *Symbolum* his verbis definit . *Qui propter nostram salutem
incarnatus est , Ὡ inter homines versatus : qui passus est , Ὡ resurrexit tertia die : af-
scendit ad Patrem , Ὡ iterum venturus est cum gloria , ut vivos judicet ac mortuos : credimus
etiam in Spiritum sanctum* . Ita vero se habent *Symboli Constantinpolitani additamen-
ta* : *Qui propter nos homines , Ὡ propter nostram salutem descendit de cœlis : Ὡ in-
car-*

carnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & homo factus est: crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est &c.

Utrumque Symbolum in Synodo Cnälcedonensi, quod habitum fuit adversus Eutychem & alleclas, publica Orthodoxorum adclamatione, ac Patrum decreto confirmatum. Utrumque Actione 11. recitatum; ac primo his adclamatim Nicæno verbis: *Hæc Catholicorum fides, huic omnes credimus, in hac baptizati sumus, in hac baptizamus; tum pariter Constantinopolitano: Hæc omnium fides, hæc orthodoxorum fides, sic omnes credimus. In definitione demum fidei, quæ habetur Actione v. ita pro utroque decretum latum legitur: Communi iudicio dogmata expellentes erroris, & inerrabilem Patrum renovavimus fidem, Symbolum Trecentorum decem & octo omnibus prædicantes: & eos, qui hanc veluti sefferam pietatis acceperunt, ut proprios Patres etiam adscribimus; eos nimirum, qui postea in Magna Constantinopoli congregati sunt Centum quinquaginta, & eamdem fidem ipsi quoque confirmaverunt. Decernimus igitur... præfulgere quidem recta & immaculata fidei expositionem Sanctorum & Beatorum 318. Patrum, qui in Nicæa temporibus pia memoria Constantini Imperatoris: servari autem & ea, que apud Constantinopolim a sanctissimis 150. Patribus decreta sunt, ad expellendas quidem hæreses que eo tempore germinaverant, & ad confirmationem catholicæ & Apostolicæ nostræ fidei. Hinc vero factum, ut Orientales orthodoxæ Ecclesiæ, singularibus fidei formulis prætermis, quibus utebantur pro libertate, quæ tunc obtinebat, paulatim Symbolum Constantinopolitanum adhibere coeperint in Baptismatis collatione, illudque constantissime retinuerint, hodieque retineant; idemque Symbolum nihilominus in Ecclesiasticis Monumentis appellatum fuerit Nicænum, cum revera sit ipsum Nicænum aliquibus additamentis æuctum*

At hæc additamenta, quæ in Symbolo Constantinopolitano habentur; pertinacissime rejiciebat Eutyches: adhærebatque soli ac simplici Nicæno, quo divinæ Sacramenta Incarnationis non ita perspicue, ut in Constantinopolitano, explanatum fuerat. Apertissime rem produnt Acta Synodi Ecumenicae Chalcedonensis. Actione 1. libellus refertur confessionis Eutychetis, in quo Symbolum Nicænum continebatur cum his verbis ad Incarnationis mysterium attinentibus: *Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est, passus, & resurrexit tercia die &c.* Tum sic addit Eutyches: *Sic ab initio, inquiens, a progenitoribus meis accipiens, credidi, & credo... Et in hac fide baptizatus, signatus sum, & usque hodie vixi... Eum, qui prater istam addideris aliquid, aut imminueris, aut docueris, damnationibus... subjacere.* Pravam hæretici hominis mentem statim patefecit Diogenes Episcops Cyzici. Hæc ille depositus: *Dolose, inquiens preposuit (Eutyches) Synodum Sanctorum Patrum, que in Nicæa facta est. Accepit namque additamenta e Sanctis Patribus (Nicænis ad Symbolum Apostolorum facta) propter perversum intellectum Apollinaris, & Valentini, & Macedonii, & qui eis similes sunt (quibus Eutyches animo adhærescebat.)* Et additum est in Symbolo Sanctorum Patrum (nempe Constantinopolitano:) *Qui descendit, & incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, Hoc namque prætermis Eutyches, sicut Apollinarista. Nam etiam Apollinaris suscipit sanctam Synodum, quæ in Nicæa facta est; secundum propriam perveritatem intelligens verba. Effugit, De Spiritu sancto ex Maria Virgine, ut ne omnino unionem carnis confiteretur. Etenim Sancti Patres, qui in Nicæa convenerunt, quod incarnatus est, dixerunt. Sancti autem Patres; qui post ipsos fuerunt (Constantinopoli congregati in Synodo) explanaverunt dicentes: De Spiritu sancto, & ex Maria Virgine. Hæc Cyziceni Episcopi verba insuper habentes Episcopi quidam Egyptii, qui Eutychetis, ac Dioscori Alexandrini Antistitis, Eutycheti patrocinium impendentes, partibus adhærebant, adjectiones Nicæno Symbolo factas rejicere pertexerunt: *Nemo, inquietus, suscipit adjectionem, nemo diminutionem: quæ in Nicæa constituta sunt, teneant. Ac rursum: Adjectionem nullus suscipit: teneant, quæ Patrum sunt: teneant, quæ in Nicæa constituta sunt.**

Satis

Satis jam patet, solempne Eutychianis fuisse, ut Constantinopolitanum Symbolum fogillarent ac rejicerent, solumque Nicænum profiterentur. Hoc idem consilium Monophysitis Petro Fulloni Episcopo Antiocheno, & Timotheo Episcopo Constantinopolitano insederat: eodemque pravo inducti consilio, partem Liturgiæ divinae secerunt Symbolum, non Constantinopolitanum, quod rejiciebant; sed Nicænum, quo abutebantur. Resert ergo Theodorus Lector Libro II. Petrum Cnaphæum (*cum rursus Episcopatum recuperasset Antiochenum*) excogitasse, ut in singulis Collectis Symbolum diceretur. Quod Nicænum fuisse, hæc alia ejus verba evincunt: *Timotheus (Episcopus Constantinopolitanus) Symbolum fidei Trecentorum & octodecim Patrum in singulis Collectis recitari præcepit, in odium scilicet Macedonii, quasi ille non susciperet id Symbolum.* Secundam Cnaphæi irruptionem in Sedem Antiochenam ad annum 476. pertinere docent Lequienus in Oriente Christiano, Continuatores Bollandi Tomo IV. Julii, Antonius Pagius. Macedonio hujus nominis secondo anno 511. in exilium pulso, Monophysita Timotheus suffectus est in Sedem Constantinopolitanam, rexitque Ecclesiam illam septem annos. Investi novi ritus author fuit in Antiochena Ecclesia Petrus Fullo, seu Cnaphæus: ipsumque imitari in Ecclesia Constantinopoleos Timotheo placuit.

Verba illa, *in odium scilicet Macedonii*, expendens Natalis Alexander, sibi colligere videtur, agi eo loci de Symbolo Constantinopolitano, tametsi dicatur illud *Trecentorum & octodecim Patrum*: *Macedonium scilicet intelligens, Spiritus sancti divinitatis hostem, in Syonodo Constantinopolitana Ecumenica II. damnatum.* Ita ille Seculo IV. Dissertatione xxxvii. Art. 1. in fine. Fallitur Vir doctus. Macedonius est, non primus, Spiritus sancti hostis: sed hujus nominis II. immediatus ipsius Timothei antecessor, *catholicæ fidei in Synodo Chalcedonensi constitutæ professione clarus.* Hanc ob causam ab Anastasio Imperatore in exilium anno 511. pulso, ipse Timotheus hæreticus, & Synodi Chalcedonensis impugnator suffectus fuit. Plura pessimus homo egit, Theodoro Lector teite, contra ipsum Macedonium: ac inter alia *Symbolum fidei Trecentorum & octodecim Patrum (Nicænum) in singulis Collectis præcepit, in odium scilicet Macedonii (Præcessoris) quasi ille non susciperet id Symbolum (nempe Nicænum.)*

II. Ritui porro, quem prævo consilio invexerant hæretici Monophysitez, ritum opposuerunt Orthodoxi, quo palam coramque in sacra liturgia rectam & catholicam Incarnationis Dominicæ fidem profiterentur, Symbolo Constantinopolitano, quod rejiciebant illi, exhibito. Præsto est Ecclesiasticum Monumentum, quod ad annum 518. pertinet, quo maxime constat, jam tum in usu fuisse apud Orthodoxos, ut in divina liturgia Symbolum fidei legeretur aut decantaretur. Inter acta Synodi Constantinopolitanae anno 536. sub Menna celebrata, libellus recensetur inscriptus: *Quomodo prædicata (seu promulgata) sint Synodi.* Ad aliud Concilium spectat Constantinopoli anno 518. habitum, Justino Seniore catholico regnante post Anastasium Imperatorem, Chalcedonensis Concilii hostem. Ejus initium est: *Introitu facto secundum consuetudinem in Sanctissima Magna Ecclesia nostra, die Dominica 15. præsentis Mensis Julii, Indictione XI. a Domino Sanctissimo Archiepiscopo & Oecumenico Patriarcha Joanne Ec.* Annum 518. indicat undecima indictione: quo Joannes II. cognomento Cappadox die 17. Mensis Aprilis in Sedem Constantinopolitanam Timotheo Monophysitez memorato suffectus fuit. Insignitus annus erat littera Dominicali G. qua constat, Dominicam incidisse in diem 15. Mensis Julii. Prope finem Libelli hæc habentur verba juxta versionem ab Henrico Valecio emendatam in Notis ad Evagrium Libro IV. cap. xi. Et post lectionem Sancti Evangelii, cum *Missa ex more celebraretur, & clavis januis, & sacro Symbolo (τὰ ἀναμνήσας) ubi ventum est ad Dypicha Ec.* Perspicue patet, Symbolum fidei in Liturgia jam anno 518. ex more lectum recitatumque ab orthodoxis fuisse.

At illud erat Symbolum Constantinopolitanum. Extant loco citato Epistolæ ejusdem Synodi Constantinopolitane anno 518. celebratae ad ipsum Joannem nuperum

Patriarcham, in quibus hæc habentur: *Tertium Capitulum in petitione continebatur, ut pro majori Scripturarum auctoramento sancta & magna Synodus 318. Patrum congregatorum in Nicæa, qui sanctum Symbolum fidei definierunt, & exclamaverunt: In quo baptizati sumus, & baptizamus: & qua in Constantinopoli sub Nectario sanctæ memorie congregata est, & predictum sanctum Symbolum 318. Patrum confirmavit, ponatur in sacris Dypeichis &c.* Ubi Symbolum illud fidei, quod Nicæna Synodus definit, confirmavitque Synodus Constantinopolitana, non aliud est nisi Constantinopolitanum, seu Nicænum cum additamentis. Paria leguntur verba ibidem in Epistolis Monachorum, & Joannis Hierosolymitani ad eundem Joannem Patriarcham.

Accedit luculentissima confirmatio ex Chronico Abbatis Biclarensis Lusitani, qui seculo sexto florebat, didicisse litteras Constantinopoli. Chronicon illud, quod ab anno 566. perducitur ad annum 590. vulgavit Henricus Canisius. Locus est, luxatus quidem, sed ab Henrico Valesio ad sua tempora redactus, qui rem mirifice confirmat. Nemone ait Biclarensis: *Romanorum (Imperatorum) LIII. Justus Junior annis undecim. Qui Justinus anno primo Regni sui (anno Christi 566.) ea qua contra Synodus Chalcedonensem fuerant commenta, destruxit: Symbolumque sanctorum 150. Patrum Constantinopoli congregatorum, & in Synodo Chalcedonensi laudabiliter receptum, in omni Ecclesia Catholica a populo concinendum intronisit, priusquam Dominica dicatur oratio.* Quæ nempe Justino Seniori conveniunt, factaque fuerunt anno 518. deceptus Biclarensis tribuit Justino Juniori, redigitque ad annum 566. Ita Henricus Valesius in Notis ad caput iv. Libri V. Evagtri. Quo loco refert ipse Evagrius, ab Justino Juniore transmissum fuisse anno primo Imperii, Christi 566. edictum ad omnes qui ubique sunt Christianos: cui omnes quidem consensum suum accommodarunt, rectam in eo fidem ac doctrinam promulgatam esse dicentes; nullum tamen ex membris Ecclesie, que discessa fuerant, ad pristinam rediit unitatem; propterea quod disertis verbis edixerat Imperator, ut firmus atque immotus Ecclesiæ status imposterum servaretur, sicut ante servatus fuerat. Nempe satis fuit Justino Juniori, orthodoxam editio suo expoluisse fidem; deque Eutychiano, & Nestoriano dogmate disputationes imposterum vetasse, ita ut unicuique de hisce rebus pro suo sentire arbitrio liceret. Ex hoc itaque editio colligitur (verba sunt Valesii) nullam utilitatem consecutam esse, ut recte scribit Evagrius. *Male igitur Joannes Biclarensis in Chronico Justino Juniori ea tribuit, quæ Seniori Justino potius conveniebant.* Is fuit ergo, qui anno 518. ut ea destrueret, quæ contra Synodum Chalcedonensem peracta fuerant, Symbolum fidei Constantinopolitanum, quod ipsa Chalcedonensis Synodus laudabiliter accepit, quodve rejiciebant Eutychiani, decantandum in sacra liturgia præcepit in omni Ecclesia Catholica, cum aliquæ jam illud adhibere cœpissent, postquam Petrus Fallo anno 476. concinendum prava mente invexit Symbolum Nicænum. Concinendum illud vero jussit, si Biclarensi credimus, ante Orationem Dominicam: quod utique postea præstitum novimus in Ecclesiis Hispaniæ, non alibi.

Sero in Occidente ritus idem receptus. In collatione baptismatis tradere Symbolum, quod Apostolorum dicitur, perrexerunt latinæ Ecclesiæ: ipsumque Symbolum Constantinopolitanum ut divinæ liturgiæ pars esset, Hispani Patres in Concilio Toletano III. quod anno 589. sub Recaredo Rege adversus grassantem Arianam impietatem celebratum est, primi decreverunt Capite ii. *Ubi pro reverentia sanctissime fidei, inquietes, & propter corroborandas hominum invalidas mentes, consultu piissimi & glorioissimi Domini Recaredi Regis . . . per omnes Ecclesiæ Hispanie vel Gallicie, secundum formam Orientalium Ecclesiæ, Concilii Constantinopolitani, hoc est 150. Episcoporum, Symbolum fidei recuetur: & priusquam Dominicæ dicatur oratio, voce clara a populo decantetur.* Seculo nono mos idem vigebat in Galliis. Valafridus Strabo in Libro de rebus Ecclesiasticis capite xxii. ait; *Apud Gallos, & Germanos post dejectionem Felicis heretici, sub Glorioissimo Carolo Francorum Rectore damnati (anno 792. in Synodo Ratisponensi, & anno 794. in Francfordiensi) idem Symbolum latius &*

vies & cœbrius in Missarum capis Officiis iterari. Satis indicant haec verba (animad-
vertente Edmundo Martene Libro I. de antiquis Ecclesiæ Ritibus Capite iv. Art. 5.)
jam antea Symbolum in Missis recigatum fuisse; sed nos ita latius & cœbrius, ac post
damnum Felicem. Seculo decimo undecimo, eundem in Ecclesia Romana, Hen-
ri ci Imperatoris temporibus, admissum ritum, plerique arbitrantur: sed toto etiam se-
culo nono dictum, lectumque, licet non decantatum, apud Romanos symbolum, con-
tendit laudatus Martene loco citato, ubi Scriptorum, qui adversari videntur, testi-
monia declarat & conciliat. Quam viri doctissimi sententiam non adprobaverim ego.

III. Jamvero titum hujusmodi nullum, quem diligenter exposavimus, indicant A-
reopagitica verba ab Lequieno opposita, sive prava mente a Petro Fallon & Mono-
physitis, sive catholico consilio ab Orthodoxis inventum. Nulla Symboli Niceni, nol-
la Constantinopolitani mentio, quod in sacra liturgia decantaretur. Una proponitur
hymnologia, quam totus Ecclesiæ confessus post Evangelium, catechumenis, & ener-
gumenis, & poenitentibus pulsis, cum hostia in altari immolanda parabatur, concine-
ret. Quæ nempe hymnologia complectebatur tum laudem supremi Numinis, a quo
bona cuncta procedant, tum pro donis datis gratiarum actionem. Hinc vero colligi
potest, Authorem Areopagitorum, qui inter partes liturgicas nullam Symboli fidei
mentionem ingerit, vitam egisse ante ritum hujusmodi inventum anno 476.

C A P U T XIV.

Primus Areopagitorum locus a Lequieno objectus ex Libro de Divinis Nominibus.

*Prava dogmata: Monophysitica explanantur. Cum bis non consonat, imo
illis adversatur predictus locus, quo divina natura integratas,
& humana exaltatio in Christo declaratur: Scholia-
fis, & S. Thome commentarii.*

I. **S**ummam disputationis jam attigimus. Pravis Eusebianorum dogmatibus Opera
Areopagitica scatere, contendit Lequienus. Id ad examen vocandum est. Lo-
cum profert ille, qui Capite 11. de Divinis Nominibus §. 10. legitur sub nomine S.
Hierothei: in quo Dominus Jesus dicitur utriusque rei utropus, quod supernaturale &
supersubstantiale est, quando factus fuit homo, servasse; non solum quatenus nostra
participavit sine alteratione & confusione, nihil ex inexplicabili sua inanitione quoad
immensam plenitudinem suam perpessus: sed (quod omnium novorum perquam novum
est) in nostris naturalibus supernaturalis erat, & in iis qua substantia sicut supersubstan-
tialis, quod omnia nostra supra nos. eximie supereminens. „ Cujus loci sensus visque ut
„ percipiatur, (Lequieni verba sunt) attinet observare, vocibus utropios, & utropis,
„ apud ipsum Authorem non significari eximium quemdam statum, qui tamen naturæ
„ creatæ terminos ex toto non excedat: sed divinam omnem præcipientiam, quæ ab
„ omni creatæ substantiæ quantilibet perfectione infinite discrepet. Jamvero si Do-
„ minus Jesus supernaturalem, supersubstantialemq[ue] statum summa servavit; non solum
„ quatenus cum Deus esset, sine fai diminutione & confusione nostrarum rerum par-
„ ticeps fuit; sed etiam quatenus humana nostra, seu nostræ substantiæ ac naturæ pro-
„ pria, supernaturali supersubstantiali ratione gessit, & habuit: quid aliud refut,
„ nisi Christum divine humana quæque nostra gessisse; ejusque adeo humanitatem ad
„ divinitatis naturam pertinuisse. velut ejus appendicem: qui quidem purus putus Mo-
„ nophysitarum error fuit. ”

II. Reponenda plura sunt. Ac primo Monophysitica commenta, non una, sed
alia & alia ratione efferebant Heterodoxi ipsi homines, ac intellectu evidenter Patres,
qui in illo negotio versati sunt, S. Leo Papa, Patres Chalcedonenses, Theodoreetus,
aliique plures. Paucis ea Damascenus Libro III. de Fide orthodoxa Capite 11. com-
pleteatur: *Unitus, inquietus, Filius Dei naturæ humanae perfectæ ac integræ secundum hypothesam.*

DISSERTATIO PRÆVIA.

hypostasis absque confusione, aut mutatione, aut divisione: ita ut nec divinitatis sua naturam in carnis substantiam mutaverit, nec substantiam carnis sue in naturam suam divinitatis: nec ex divina sua natura, & quam affumpsit humana natura, unam conferit naturam (sive consilium, ex divina scilicet & humana simul commixtis coalescentem; sive ex duabus illis integris manentibus, sed veluti imperfectis incompletisque partibus compositionem.) Tres vel quatuor hujusmodi insani ac pestiferi erroris explicandi modos passim afferunt Patres. Nihil vero simile in Areopagiticis allatis verbis, nihilque protius in Operे toto: imo dicitur Filius Dei nostra participavisse sine alteratione, & confusione: nihil ex inexplicabili sua inanitione, quod immensam plenitudinem suam, percessus. Quæ Scholiastes expendens ait: „ Observa itaque, nemini, nem tam divine logui contra Nestorianos, & Acephalos (seu Monophysitas) & Phantasiastas. „ Adhuc plura, eaque solidissima, dabimus infra.

At fuerint Monophysitarum aliqui, vel plerique, qui impium ac impossibile unius Christi naturæ commentum prædictis modis expolitum rejicientes, novum addiderint, ne ita insani viderentur; quod nempe verbis citatis indicat Lequienus, ac superius ex Doctissimo Combefisio ita representaverat: „ ut unam dixerint Eutychiani „ naturam, non ut caro sive humanitas Christo defuerit, vel per mutationem sive „ conversionem, vel per absorptionem sive deperditionem: (neque ut divinitas con- „ versa intelligi debeat in carnem, aut in unam tertiam naturam differentem per „ commixtionem adonata, aut veluti demum pars imperfecta compositionem quamdam „ simul cum carne conficiens:) sed ut natura divina sola proprie natura sit & dicatur, quæ primas in Incarnatione partes habeat, non humana, quæ secundas tantum: illa, inquam, quæ aliam habeat, non quæ habeatur tamquam Alius videlicet appendix, eique immersa. „ Qui tamen error, inquit ego, ut magis innotescat; satis non est dicere, Naturam divinam in Christo principalem esse, & humanam veluti appendicem: illamque habere, & istam haberet. Hæ videntur innoxiae locutiones, ni aliquid aliud addatur. Dixerat namque Vigilius Tapensis Libro IV. contra Eutychem num. 4. *Quia ergo non est id ipsum haberi, & habere; Verbum quippe habet, habetur autem caro: perspicue & liquido comprobatur, Christum utriusque esse naturæ, unius vero personæ. Quo loco ex illa distinctione habensis, & habiti dogma colligit Vigilius Eutychianis adversum. Quamquam & illud animadvertendum est, quod docet S. Thomas in Opusculo contra Græcos & Armenos Capite vi. non tam esse divinam naturam, quæ habeat humanam; quam potius personam. Verbi esse illam, quæ vere ac proprie naturam humanam habet: nihilominus vero propter rei identitatem, ut ait ille Opusculo I. Capite iv. cum natura divina non distinguitur a persona; dici recte sensu posse, naturam divinam habere humanam. Ea recole quæ latiore sermone versavimus Capite IX. ubi Cyrilli sententiam expendimus de una natura Verbi incarnata.*

Hinc merito Dionysius Petavius Lib. IV. de Incarnatione Capite VIII. num. 4 colligit, primarium in Incarnatione locum obtinere divinitatem, ad quam humanitas, velut appendicis & accidentis instar est ad substantiam. Id ante luculentissime docuerat Doctor Angelicus Opusculo II. Capite ccxi. ubi rejecta compositione ex natura divina & ex humana, velut ex partibus, non aliud inquit hujuscem compositionis in Christo exemplum posse in creaturis inveniri, nisi quod suppeditat subjecti & accidentis unionem non sic uniuntur, ut ex eis aliquod tertium constituantur; unde subjectum in tali unioni non se habet ut pars, sed est integrum quoddam, quod est persona, hypostasis, & suppositum: accidens vero trahitur ad personalitatem subjecti, ut sit persona eadem hominis, & alii. Neque tamen quispiam colligat, naturam humanam accidentis more ad personam divinam adhaerescere, ac unionem duplicitis naturæ in Christo accidentem dici debere: humana quippe natura est vera substantia, eademque ad subsistentiam Verbi divini tracta constituit personam Christi, quæ non est distincta a persona Verbi pariter subsistente in natura Divina. Theologos consule, qui hæc omnia late pertractant.

Hære-

Hæreticum sensum si velit Lequienius locutionibus illis , quas adhibet cum Com-
bustio , efferri ; addat oportet quæ posita refert ipse ex Timotheo Eluro , qui in lu-
cubratione , qua Leonis Magni ad Flavianum epistolam vellitcabat , pronunciare non
dubitavit : „ Humanitatem Christi omni actione propria caruisse ; nec operationes alias ,
„ nisi divinas , per eam exsertas esse ; atque adeo quæ humanitatis operationes esse
„ bantur , & passiones potius , & meras executiones , & esse nuncupandas . ”
Quo commento admisso sponte fluit , quod idem Elurus contendebat : *Solam divinitatem esse Christi naturam , etiæ incarnatam* : se nimurum carne vel humanitate habente
instar appendicis adjunctæ , vel instar instrumenti , per quod divina exsererentur ope-
rations . Quo pariter admisso commento , & illud intelligi potest quod effutiebant :
per Incarnationem humanitatem totam ad Deitatis naturam pertinuisse , sed sive ulla
tamen permixtione , vel absorptione , vel conversione : nec enim humanitas deperde-
batur , sed salva consistebat , propria tamen operatione spoliata , ac divina naturæ ef-
fecta instrumentum . Eutychianum hunc sensum confirmat Petavius Libro VIII. de In-
carnatione Capite vi. enarrans dogma Monothelitarum , qui scuti unam Christi ope-
rationem esse putabant , ita unam ejus naturam fateri cogebantur „ Christi humani-
„ tatem ab divinitate Verbi actam (ait ille num. 5.) & impulsam , ac gubernatam
„ fuisse , inter Orthodoxos convevit Verum hoc eo fine Monothelitas profere-
„ bant , ut nonnisi una amborum esset ipsa , eaque ex toto divina ; quæ manans
„ ab divinitate , trajiceretur in animam & in carnem , ab quibus tantummodo reci-
„ peretur , nulla autem efficeretur ex parte . Siquidem animam illi censebant nullis ia-
„ Christo facultatibus instructam esse , neque spiritalibus , neque sentienti ac vegetan-
„ ti parti congruentibus : sed solam inesse substantiam ; & vero & potentiam , ac
„ consequentem ex ea ipsa in solidum divinitatis esse . Sicut malleus ab artifice ad
„ opus adhibitus , & impulsus , nullam ex seâ motionem confert : sed hanc totam ab
„ movente receptam , tamquam alienam in opus refundit . ” Et infra num. 5. , In
„ ipsa carnis perpetuâ duo sunt consideranda : alterum motio ipsa & agitatio car-
„ nis , aut divisio vel contusio , & hujusmodi : alterum doloris perceptio , quam scho-
„ la sensationem vocant . Horum prius sola caro patiebatur , utpote materia , & quan-
„ titate natura sua constans : posterius ex vi & sentiendi facultate proficiscebatur , non
„ humana vel creata ; sed divina , quæ carni se accommodans , idem in carne Christi
„ faciebat , quod in carne omnium hominum anima rationalis . ” Itaque (ut nume-
„ ro superiore concludit ille) „ quidquid vitale , ac vegetum , & spirans inesset homi-
„ ni Christo , atque omnis ejus actio & impulsio , qua vel seipsum in ceteris Adami
„ posteris movet anima , vel subjectam sibi carnem agit & excitat , non ab ulla crea-
„ ta potentia & facultate fluebat , sed ab ipsam divinitatis substantia , quæ natura-
„ les animæ facultates altiori & extraordinaria virtute supplebat , & consentaneas hu-
„ manæ substantiaz operationes exprimebat . ” Hæc ille , quæ & Lequienus adprobat.
In Notis ad Hæresim Monothelitarum . Hinc demum perspicue ratio patet , ob quam
Monothelitas & Eutychianos Orthodoxi Patres appellarent Apollinaristas : hi namque
anima , vel mente mutilabant humanitatem Christi ; illi propria energia ac omni fa-
cultate vitali spoliabant eam , id omne munus in divinitatem rejicientes .

III. An ergo tam impium dogma tradidet allato loco Author Areopagitorum? Age, locam ipsum diligentius expendamus. Prætermissa a Lequieno verba primum assero. Jesu Christi divinitatem extollit, quæ ineffabilis est. & inexplicabilis, supra sensum, supra vitam, supra substantiam: supernaturaliter habet supernaturalitatem, & suprasubstantialiter substantiam excedit. Quos loquendi modos passim toto opere usurpat Author; non tam substantiam dici debere Deum, quam supra substantiam, frequentius animadvertens: neque naturam, sed supra naturam. Pergit ille: ex humani generis amore, inquiens, ἰησούς, ad naturam se demissus; καὶ αὐτὸς ἦν, & vere substantiatus est; καὶ αὐτὸς ὁ ὑπέρδιος ἐχρημάτωσε, & homo (qui supremus Deus. erat) nuncupatus est. Catholicam fidem hæc verba expriment: neque verbum est.

quod varia Eutychiana dogmata redoleat. Id etiam ēvo suo observatum a Scholiaste : „ Usque ad naturam . Vides quomodo dicat , quoniam etiam ad naturam venit (na- turam scilicet nostram intellige :) & naturam non recte de Deo dici (Dens quip- pe supra naturam est .) Ecco enim quomodo dicat , quoniam usque ad naturam de- scendit , idest eo usque vilitatis , atque ejus quod ipse non habebat , pervenit. Ubi nota significantiam verborum .

An ita vero descendens ad naturam nostri generis , ut hæc in assumptione con- ditionem proprii generis amiserit ; actione propria spoliata , & effecta instrumentum , per quod quidquid energie & actionis erat in Christo Domino una Deitas operare- tur ? Ita nonnullos Eutychianos contendisse , dictum est : ac ita sequentibus verbis voluisse Areopagitorum Authorem , arbitratur Lequienus. Jam verba , quæ sequuntur , profero & expendo . Etsi in ipsis (in natura scilicet nostra , noltraque substantia ad- sumptis) habet quod supra naturam , & supra substantiam est . Quod bifariam ostendit . Ac primo quia divinitas , quam paulo superius vocandam docuerat supra naturam , & supra substantiam , salva consistit in Incarnatione : unde ait : Non solum quia im- mutabiliter & sine confusione nobis sece communicavit , nihil in exuberantii sua plenitu- dine ex ineffabili exinanitione percessus . Ac deinde quia verumetism (quod omnium novorum novissimum) in naturalibus nostris supernaturalis erat , & in substantialibus supersubstantialis , omnia nostra ex nobis & supra nos excellenter habens . Si Monophy- stica hæc verba sint , sensum edant oportet , naturam nostram & substantiam nostram in Christo propria carnis actione ; nec operationes alias nisi quæ divinitatis erant , per humanitatem ejus exsertas esse . Sed hunc sensum convellit Author , qui diserte docet : Deum , seu Dei Filium in Incarnatione vere substantiatum esse : & insuper habere omnia nostra ex nobis , naturam scilicet ipsam , & naturæ proprietates , & a- ctiones : sed hæc omnia tamen ab illo haberi supra nos , idest excellenter , seu excellenti modo . Quam sine dubio excellentiam plura declarant in Christo Domino notissi- ma . 1. quia natura humana Verbi divini personali proprietate subsistit . 2. quia ope- rationum , quæ Christus exserebat , principium erat persona divina , seu Verbum divi- num in ipsa subsistens natura humana . 3. quod ipsa natura humana authore & mode- ratore Deo ita gubernabatur , nihil ut sine ipius nutu prouersus ageret . 4. denique quod multiplici ac sublimi dono gratia insignitus fuerat homo Christus , veluti ortus ex Vir- gine , impeccabilitatis , ac miracula patrandi facultatis : quæ omnia novissima sunt , soli Christo convenient : ac sane mirabilia quis non agnoscat , non adoret ? Hæc vero sunt illa , quæ pervio , ac plano , & catholico sensu ostendunt , in ipsis naturalibus & substantialibus nostris per Incarnationem absumpcis maxime elucidare divinitatis superna- turalitatem & supersubstantialitatem .

Hæc illustrat omnia Petavius Libro VIII. de Incarnatione Capite x. & xii. Hæc eadem antea enarraverat Scholiares , quem consule . Non alium videt sensum perspi- caciissima Angelici Praeceptoris mens . Ait enim Lecture V. „ Quamvis enim accep- rit propria nostræ naturæ , tamen in ipsis rebus humanis habuit supernaturale & supersubstantiale : idest uno modo , in quantum communicavit nobis , assumens no- stram naturam absque variatione divinæ nature , & absque commixtione ipius , & conversione ad humanam naturam ; ita quod per exinanitionem ineffabilem , de qua Apostolus loquitur Philipp. 11. Nihil passus est ad superplenum ipius , idest nihil diminutum de plenitudine sue Deitatis : non enim dicitur exinanitus per dimisio- tionem Deitatis , sed per assumptionem nostræ naturæ deficientis . Altio modo quia (quod est inter omnia nova magis novum , & mirabile) ipse erat in naturalibus ne- stris supernaturaliter , & in substantialibus nostris supersubstantialiter , omnia huma- na quæ ex nobis accepit , supra nos habens : quia caro ejus majoris virtutis est & dignitatis quam alterius , & anima ejus dignior omni anima , & actus ejus & ope- rationes fuerunt unificæ (vivificæ , deificæ) ex virtute Deitatis . “ Cur ita ? quia nempe caro & anima , seu humanitas Christi , Dei Verbi personali proprietate affecta subli-

subsistebat , ac operationes ejus a persona divina , velut a principio , proficisciabantur : unde verissime dictum , Christum divino & excellenti modo humana nostra gessisse , & habuisse .

C A P U T XV.

*Alio Areopagistica testimonia duo , ex eodem Libro de divinis Nominibus objecta .
Naturam diserto distinguit a persona Author : docetque factam naturarum
unionem in persona , & hanc ex duabus naturis compositam :
Divi Thome Commentarius .*

I. **E**odem in allegato loco , quem Capite superiore expendimus , digna censet animadversione Lequienus verba nonnulla sub Hierothei nomine prolatæ : nempe , *Causa omnium , & que omnia implet , est Jesu divinitas , τὸ Ἰησοῦς θεός ; que usque ad nostram naturam se demisit , & vere substantiata est , ἀλλοδούλη θεός* Ubi „ Severianorum more (inquit Lequienus) contra quam inter Catholicos , post Synodum præsertim Chalcedonensem , ratum fixumque erat , *Deitatem seu naturam divinam hec minime fecerit ille ab hypostasi , ut earn esse incarnatam censeat .* Quem Eutychianum sensum confirmari ait aliis verbis , quæ eodem in Libro de Divinis Nominibus Capite 1. §. 4. habentur *Deitas , θεός , humanissimam se præbuit , quia nostris secundum veritatem integre in una suarum hypostasiū communicavit , ad seipsum referens , sibiique vindicans humanam vilitatem , ex qua ineffabili modo simplex Jesus compositus est &c.* „ Hoc in loco (verba sunt Lequieni) humanitatem sic a Deitate assumptam censet , ut ipsam divina natura propria sibi fecerit , quæ humanitatis sunt , ac non solum divina Verbi persona ; ut , inquam , non modo divina persona Verbi secundum accuratas mutuae communicationis proprietatum regulas , humanitatis dotes adscribat , verum & ipsam Deitati . Quo dato , Deitas ipsa de Virgine nata , passa , & crucifixa erit ; aliaque portenta impune proferrentur , quæ Eutychianis & Severianis familiarissima fuere , cum naturam ab hypostasi non distinguantur , ubi de Dei Verbi Incarnatione disputabant . „

II. At Areopagitorum Author , reponam ego , si naturam Severianorum more non distinguebat ab hypostasi ; cur ei satis dicere non fuit , *Deitatem nostris vero & integre communicavisse ?* Cur addiderit , hanc Deitatis cum nostris unionem factam esse in una suarum hypostasiū , *ιν μίᾳ τῶν ἀντρῶν ὑποστάσιων ?* Nonne vero , qui in Deitate hypostases cognoscit ac pronunciat , easdem fatetur distinctas a Deitate , quæ una est ? Addo vocem διάρρησις eo in loco non haberi ; sed διαρρήσια . Hanc porro supremam divinitatem animadvertis ibidem Areopagitorum Author : collaudari primo , ut monadem quidem ac unitatem , *οὐ ποιῶν μή καὶ ιδεῖν :* deinde , ut Trinitatem , *οὐ τριάδα propter superefficialis secunditatis in tribus personis , τριποτέρατον , manifestationem , & hanc denique se nobis vere & integre in una suarum hypostasiū communicavisse .* Quid vero non catholicum in his verbis reprehendi potest ? Quodnam fuerit verbaliter , quo indicaverit Author , humanitatis dotes ipsi naturæ divinæ adscribi debere , ut non solum Filius Dei dicatur natus ex Virgine , passus , crucifixus ; sed ipsa Deitas , aut natura divina dici nata ex Virgine , passa , crucifixa debeat ? Imo puto breve beis explicat (Scholiastis verbis utor) *mysterium Incarnationis , quoniam una persona Trinitatis passa est . Nota vero , unam illam personam nobiscum integre communicasse Rekte igitur dicimus , unam personam sanctissime Trinitatis crucifixam esse : quod est contra Nestorianos , & Acephalos , seu Eutychianos .*

Nos alium sensum efferrunt , qui hærefoe nota configi debeat , verba primo loco objecta : ubi quemadmodum docet ille , *Deitatem Jesu ad nostram usque naturam venisse , ac vere substantiam esse ; ita simul etiam diserte adserit factum , appellatumque esse hominem , qui summus Deus est . Paria sunt quæ ab eodem tradita legitimus Capite*

111. de Mystica Theologia: *Jesum, supersubstantiam (quatenus Deus est) humanae naturae veritatibus substantiatum fuisse*, idest veram adiunctissimam naturam humanam. Quibus in locis Deus, et Jesus, qui factus, et appellatus homo dicitur, atque substantiatus, divinam proculdubio personam significat, in qua naturarum unionem factam esse credimus. Illic vero humanae naturae veritates, *ενδρωτοπικάς ἀνθρακός*, nonne integrum significant naturam humanam, quæ per Incarnationem neque suæ conditionis metas transilierit, neque proprias amiserit facultates, et operationes? quo certe nihil magis Eutychiano commento adversum. Ceterum denique scitissime adnotavit Petavius Libro IV. de Incarnatione Capite viii. num. 4. plerumque Patres nature divine tribuerere, quod non ei simpliciter ac secundum se convenit, sed eatenus qua est hypostasis. Exempla afferunt plura ibidem, et Libro V. Capite i. num. 4. Cujus rei egregiam divus Thomas, hac eadem de re differens, rationem afferit in Opusculo I. contra errores Græcorum Capite iv. Licet modus, inquiens, significandi diversus sit, cum dicitur Deus, Θεός: tamen res est eadem penitus; Θεός ideo propter rei identitatem sicut unus de altero prædicatur, ut cum dicitur, Deus est Deitas, vel persona divina sive Pater est divina essentia; ita Θεός a sanctis interdum unum pro alio ponitur, Θεός sic dicitur quod essentia divina generat, quia Pater, qui est essentia divina, generat; Θεός essentia est de essentia, quia Filius qui est essentia, est de Patre qui est eadem essentia divina. Quod impune dici potuit ab aliis sanctis Patribus, cur veluti hæreticum; et medullitas monophysitum rejici omnino debeat in verbis Areopagiticon Authoris?

Quid est vero, quod ea verba, *Simplex Jesu compositus*, Lequienus carpat, ac si quid vera Theologie minime consentaneum sonent? Ipsa verba satis admonent Theologum, Jesum eatenus dictum simplicem, qua Filius Dic est subsistens in natura divina: *compositumque præterea*, qua subsistit etiam in adsumpta natura humana. Illud ego expendendum in iis verbis propono, quod Eutychianis maxime aduersatur: tum primo *compositum dici Jesum*, ex duabus scilicet naturis: tum etiam *compositum appellari ex humana vilitate, humilitate, extremitate, ἀδυνατίᾳ τοχειαὶ ἢ τοῖς etc.* quæ verba perspicue demonstrant, humanam naturam per Incarnationem non transcendisse metas sui generis: atque demum in hac compositione servatas esse proprietates integras, Θεός inconfusas, περὶ τῆς ἀμεταβολῆς καὶ ἀτυχήσεως τῆς ὀχείων ἰδίωσις. Hæc sunt orthodoxa dogmata Eutychianis commentis adversa, ut etiam notavit Scholiares: *Nota*, inquiens, quod dixerit ipsum Dominum nostrum Jesum Christum, cum simplex existentes, deinde *compositum*, humanam extremitatem ad se revocasse... Quod est contra Nestorianos & Accephalos. Egregiam subjicio Divi Thomæ *commentationem*: „Jesus qui est ineffabiliter *simplex secundum Deitatem*; ipse idem hypostasi est *compositus secundum huminitatem*... Et ne aliquis perverse intelligeret, quod Deus factus sit homo secundum aliquam conversionem Deitatis in carnem, vel in animam (eo nempe sensu, quo Apollinaristæ effutiebant, Divinitatem gessisse munus animæ, vel mentis: quove Eutychiani & Monothelitæ putabant, divinitate suppletas fuisse proprias humanitatis facultates & operationes) vel etiam secundum aliquam commensuratio nem, ut sic esset una natura Dei & hominis, ut Eutyches confixit: subjungit cum *intransmutabili Θεός inconfusa collocatione*, idest firma salvatione proprietatum, idest propriatum utriusque naturæ. “ Animo nimium præoccupato Areopagitica legisse videtur opera, qui eadem scarere Monophysitarum commentis contendit.

C A P U T XVI.

Epistola quarta, quæ est ad Cajum, opponitur: eademque ad examen vocatur. Grandioribus verbis unam docet Author naturæ humanae exaltationem in Christo, ejusque operandi modum plane divinum, mirabilem, ineffabilem. Sed bac attamen, salva naturæ humanae integritate quoad substantiam, ipsasque quod attinet ad facultates & operationes, intelligenda jubet idem Author.

I. **C**ępto pergit Lequienus. Monophysiticum virus, quo putat aspersum Areopagiticorum Authorem, effundi totum in Epistola quarta ad Cajum, contendit ille. „Etsi Christum (inquit) vere fuisse hominem concedit: attamen eum supra quam hominum conditio ferat, hominem fuisse iterum docet Monophysitarum more: „Supra homines, & secundum homines, ex hominum substantia, cum supra substantiam existaret, substantiam assumpsit. Itemque: *Ad substantiam vere veniens, supra substantiam substantiatus est, & supra hominem operabatur quæ hominis sunt.* Id quod probat ex ejus in utero Virginis conceptione, & incessione super aquas. Quæ quidem exempla ipsissima sunt quæ Leo Magnus in Epistola ad Flavianum adhibuerat, ut ostenderet Deitatem Christi peculiares suas operationes divinas ab humanis distinctiones exercuisse; quemadmodum humanitas suas, absque utrarumque confusione aut divisione: cum alioqui Monophysitæ adversus ipsum ex iisdem mirificis operibus unicum operationis genus, subindeque naturam unam, Deitatis scilicet, in Christo fuisse inferrent. Proprietates humanas ad divinam naturam revocabant, ut caro Deitatis doribus imbueretur: quæve humanæ operations videbantur, revera Deitatis ipsius actiones propugnabant. Quin demum idem Author ibidem subjungit, ea quæ de humanitate Christi asseverando dicuntur, vim potius habere *eximie negationis*. Unde ait: *Ut enim compendio dicamus, neque homo erat, non ut prorsus non fuerit homo; sed ut qui ex hominibus cum esset, ab hominibus longe distebat, vere factus supra hominem homo.* Quibus verbis Apollinarii vocem imitatur, ac Christum absolute dici hominem insiciatur: veluti fere quondam Eutyches corpus ejus, humanum esse corporis effutierat, non corpus hominis. “ Hæc Eutychetis recitantur verba in Synodo sub Flaviano celebrata.

Christum non fuisse *absolute hominem*, dicere potuerat, debueratque Apollinarius, qui humanitatem nobiliore sua parte, mente scilicet, mitigabat: ipsumque Verbum gessisse vicem mentis, effutiebat. Hærefoes quoque sive principiis inhærens Eutyches, corpus Christi fateri corpus hominis renuebat, tametsi vocaret illud *corpus humanum*. Quomodo namque *corpus hominis*, aut vera humanitas dicceretur, quæ ita absorta a divinitate adserebatur, ut spoliata esset proprietatibus suis, ac facultatibus, & operationibus, quæ illas consequuntur; eademque admittebatur in Christo, veluti inanime quoddam instrumentum, per quod nonnisi divine actiones transfunderentur, quæ operationes humanas supplerent? Longe ab hisce commentis distat Areopagitica dicta. Plura superioribus Capitibus, eademque luculentissima in medium protulimus testimonia, quæ egregie idem Author docet, adsumptam a Filio Dei, ab una Trinitatis persona humanitatem *vere, integræ, perfectæ, totaliter, omnimode*. An hæc toties, ac passim incularet, qui humanitatem in Christo Domino spoliatam arbitraretur proprietatibus suis, ac facultatibus, & operationibus quæ consequuntur?

II. Favent & ipsa testimonia ab Lequieno objecta. Grandioribus quidem verbis mirabilissimum Incarnationis mysterium enarrat Author: at in id recidit tamen semper, ut ipse Christus vere fuerit homo. Ait ille: *Neque homo erat; sed veluti se corrigens addit: Non, ut prorsus non fuerit homo: erat ergo prorsus & omnino homo.* Ait etiam: *Vere factus supra hominem homo; ita ut tametsi Christus dici debeat super hominem, ut infra declarandum; vere tamen factus homo est.. Quod illis demum verbis*

bis confirmatur: *Ad substantiam vere veniens, supra substantiam, substantiatus est.* De Filius nempe, cum nec natura nec substantia proprie sit, sed supra naturam & supra substantiam; ad nostram naturam nostramque substantiam vere venit, & substantiatus est, per ejusdem naturæ at substantiaz adsumptionem, & cum ejusdem proprietatibus, facultatibus, operationibus.

Tam catholica, & commentis Eutychianis adversa dogmata clariora fiunt, si brevis epistolæ ad Cajum integrum contextum expendamus. Inquirentem Cajum inducit: *Quomodo, inquis, Jesus cum sit omnibus superior, ceteris hominibus substantialiter, iesuādōs, aggregatus est?* Planum ac pervium sensum accipe: Quomodo Filius Dei, quæ rebus omnibus & hominibus superior est, factus fuerit hominibus consubstantialis? Reponit Author: *Non unicus, ut author hominum, hoc loco homo dicitur.* Idest, ne putes, ea ratione Jesum dici hominem, qua nomen effectos eminentia quodam modo tribui solet cause: ac hominem dici Jesum, quia author est hominum; quemadmodum & sol & lux vocatur Deus, qui suprema est causa & lucis & solis. Sed inquantum secundum substantiam totam vere homo est, non iesuādōs iesuādōs iesuādōs. Verba sunt, quæ contra omnem heresim, tam antiquam, quam novam militant, ut ait Scholiares. Adversantur ea Phantasias, qui verum corpus, veramque humanitatem Christo negabant; & Apollinaris, qui totam hominis substantiam in Christo non agnoscebant, utpote mente eam mortilantes; & Acephalis ac Monophysitis, qui eamdem Christi humanitatem proprietatibus suis, & facultatibus, ac operationibus quæ consequuntur, spoliabant: unde nec illi admittiebant, ratione in Christo vere existere humanitatem.

Sequitur: *Nos autem Jesum non humanitus definimus.* Quomodo enim humanitus tantum definiiri potest Christus, qui a ceteris hominibus longe distat: nec est solus homo, sed homo & Deus? Neque enim ille homo tantum est, quia nequaquam supersubstantialis existeret, si solus homo foret. Solus namque homo natura constat humana, & subsistentia creata: at Jesus ita homo est, ut humanitas affecta subsistat personali Filii Dei proprietate, quæ supersubstantialis est: & hæc unio, quæ dicitur hypostatica, transcendit omnem naturæ ordinem. Sed attamen revera homo: nec enim per eamdem unionem aut mutata, aut deperdita fuit natura humana, aut mutilata aliqua sui parte, aut demum spoliata proprietatibus, quæ veritatem consequuntur naturæ humanae. Quandoquidem Filius Dei, supra homines, & secundum homines, ex hominum substantia, cum supra substantiam existeret, substantiam assumpit. Filius nempe Deus incarnatus, & est supra homines, quia Filius Dei ac verus Deus: & est secundum homines, quia verus homo. Ipseque, cum in natura Divina subsistens, sit supra naturam, & supra substantiam, ex hominibus tamen substantiam assumpit. Nonnisi lividus oculus heterodoxa in his verbis videat portenta.

Sed ampliora pergit ille enarrare. Inquit *Verumtamen supersubstantialitate supra modum plenus est.* Iesu namque persona, utpote divina, est supra substantiam: ac supernaturalis & supersubstantialis est naturæ divinæ & naturæ humanæ unitio in una divina Filii Dei persona: *Ut qui semper supra substantiam sit, abundantia quadam supersubstantialitatis; etiam ad substantiam vere ventens, supra substantiam substantiatus est.* Divina Verbi persona ita supra substantiam dici debet, ut etiam ex abundantia quadam supersubstantialitatis fecerit naturam humanam supersubstantialiter subsistere, personali scilicet divina Filii proprietate affectam: & licet vere ad nostram venerit substantiam, maneat simul tamen supra substantiam. Imo demum & super hominem gessit ea, que sunt hominis; propterea nempe quod humanæ operationes non procedebant a solo homine, sed ab homine Deo, qui sine dubio super hominem est. Et hæc etiam supernaturalitas, & abundantia supersubstantialitatis, quam Dei Filius in humanitate adsumpta integrum servat, maxime appetit in mirificis operibus, quod *Virgo supra naturam parit*: - quod aqua profluens, que pedum ex materia terraque concretorum gravitatem sufficit, neque cedit; sed virtute supernaturali sine diffusione subsistit.

Hinc vero sponte ac necessario fluit: ea, que de humanitate Jesu affirmantur, excellen-

cellentis quoque negationis vim continere. Ita namque affirmamus, Jesum esse hominem, ut simul negari oporteat, ipsum esse simplicem hominem; cum sit supra hominem, utpote persona divina in natura humana subsistens, & a Virgine conceputus fuerit, deque Virgine Matre natus. Nam, ut summam dicamus, ne homo quidem erat: non quod non esset homo; sed quod ex hominibus natus, homines longe superaret; & supra hominem vere homo factus sit. Non erat homo solus, sed vere tamen factus est homo: simulque omnes homines supererat, & supra hominem erat; quoniam persona divina, quæ supra hominem est, & supra naturam, & supra substantiam, vere subsistebat in natura nostra, in substantia nostra, in humanitate nostra; & sic subsistens Dei Filius vere homo factus erat. Commentum omne Monophysitarum, ut video, longe exulat ab hac Epistola: quod etiam vidit Scholiares, Observa, inquiens, totum epistola contextum, quoniam est contra omnem heresim, tam antiquam, quam novam.

III. Neque reponat Doctissimus Lequienus, has nostras interpretationes esse, quæ hereticas loquutiones obscuriore quodam modo propositas ad catholicum sensum detinquent. Sunt imo simplices sententiarum grandiore stylo scriptarum explicaciones, quæ catholicum sensum, non longe petitum, sed pervium ac planum patefaciunt. Hisce dictis abatabantur quidem Monophysites, hereticorum more proprios errores ut poterant tegentes: at eadem Areopagitica dicta nec heresim efferrunt, nec heresim involucro verborum rectam complectuntur, ne illius ævi Patres ostendebant. Opus foret, Areopagiticorum Author probaretur hereticus argumentis aliunde petitis, ut quæ demum grandiore quodam stylo ac inseto protulit, prava mente ac pravo sensu dicta dicerentur. At hæc argumenta præsto non fuerunt Lequieno.

Cæteroqui vero ex hac intima & mirabili naturæ humanæ in Christo conjunctio ne cum natura divina in una sanctissimæ Trinitatis persona, colligebant Veteres Patres absque ulla erroris suspicione, factam illam esse divinam, & deificatam, & in alterum quodammodo statum translatam, ac recte demum & catholicò sensu a divinitate absorptam. Id vero, ac præterea nihil, verborum suorum magnificentia, & grandi sublimique dicendi genere, docet Author Areopagiticorum. Patrum testimonia Dionysius Petavius Libro IV. de Incarnatione Capite. ix. & Libro X. Capite 1. non pauca profert, quæ naturam humanam in Christo Deificatam enunciant: quæ perperam & injuria ad invidiam conflandam traducerentur. Orthodoxum, cuique pervium, exprimit sensum loco posterius citato num. 8. ubi varias naturæ humanæ proprietates dilinguit: docetque, quibus illa, salva integritate, spoliari posse, quibusve non. Alizant specificæ, ut ratiocinari posse, intelligere, loqui, libere agere, individualis omnibus humanis communes, & ad essentiam pertinentes, vel profuentes ex essentia. Alizadventitiae, & occidentes, sine quibus constare natura potest; vel individualis omnibus convenientes, cajusmodi sunt ægrotare posse, vel sanum esse posse, morti et corruptioni obnoxium esse, concupiscentia, et in peccatum propensio, quibus hominum nemo caret circa singulare Dei beneficium: vel certis dicitur taxat individualis, non omnibus competentes, ut ægritudo, bona valetudo, vitium corporis aut animi, quæ non infundunt omnibus. Jam vero cum proprias naturæ humanæ affectiones protulere Patres in divinitate Jesu Christi absorpas ac velut extintas, de priore genere proprietatum locuti minime sunt. Ac sane quod attinet ad Authorem Areopagiticorum, quis dixerit hanc ab eo admissam absorptionem extinctionemque, cum palam doceat suanaturam humanam a Verbo adsumptam vere, integrè, perfectè, totaliter, omnimode, salvis humana nature veritatibus; ac inviolato manente proprietatum statu: quæ tam frequenter inculcata verba sensum omnem rejiciunt, et Apollinaristicum, & Eutychianum.

Alterius generis proprietatum quasdam statim exclusas funditus penitusque in Christo, docuere Patres: quasdam, dum in terris ipse viveret, procurande salutis humanae.

nz gratia retinuisse. Piores ex sunt, quæ contagione culpe aliqua sunt afflita; car-
jusmodi est peccandi potestas, intestinus concupiscentiæ morbos, id genus alia. At quæ
sunt alterius speciei, et procul ab vito peccatoque sunt, tametsi vñillissima ac indignissi-
ma tanta maiestate fuerint, aliquanto in se tempore suscepit; ut est moriendi condic-
tio, tristitia, famæ, lassitudine, sitis, ac reliqua id genus humanae infirmitatis argu-
menta. Quæ tamen, mortali vitæ statu perfunctus, deposuit omnia, et in præstantior-
rum ac divinum absorberi, abolerique voluit, nempe post resurrectionem. Egregium
præsto est Areopagiticum testimonium, quo hæc doctrina orthodoxa misifice confirma-
tur. Capite 111. de Ecclesiastica Hierarchia num. 4. §. 2. sic habet Author: Dei
principalis bonitatis infinita benignitas nostrorum omnium vero, s' alia, facta
particeps, absque peccato æquapartens, humilitatique nostra unita, salvo proprietatum
suorum statu prorsus inconsuso & inviolato, cuius etiam nobis, utpote congenitis, con-
sortium dedit. Peccato, et iis quæ peccati contagione aliqua afflata sunt exceptis,
particeps factus est Dei Filius omnium nostrorum. Animadverte, omnia nostra a Dei
Filio adsumpta, animam, corpus, humanitatem ex iis coalescentem, præditamque suis
facultatibus et operationibus. Animadverte rursus, hæc eadem verba, Nostrorum omnium
vero facta particeps, sensum edere nonnisi orthodoxum, Eutychiano dogmati, ex diamet-
ro adversum, illumque cuique pervium. Quis vero dixerit, eadem ab Authore ita
usurpari potuisse, ut significarent, humanitatem sibi Deum juxasse, facultatibus suis
ac operationibus multatam, ac veluti instrumentum inanime, per quod suas exeret
divinas operationes, quæ nostras humanas imitarentur, et supplerent? Eutychianum
hocce commentari impingi authori, qui superiora protulit scriptaque verba, per inju-
riam quidem potest, jure ac merito (me sane judice) minime potest.

C A P U T XVII.

Postremo ejusdem Epistola ad Cajum, veluti speciali nota digna, Legitimus opponit verba: que tamen non unam, sed novam Deivirilem in Christo operationem enunciant. Hac vero non mixtas denotat ex utrinque natura confluxi operationes complectitur; verum ad alia quoque proceduntur operationum genera.

I. P Ostrema ejusdem quartæ ad Cajum Epistolæ verba, quæ animadvertisenda propo-
nit Lequeius, hæc sunt: Ceterum divina, non qua Deus patrabat; neque hu-
mana, quatenus homo gerbat: sed quatenus erat Deus & homo, novam quamdam, ne-
biscum conversando, Deivirilem, Diadpixiv, operationem exhibebat. Ad quæ sic ille: „
„, Pergit eminentius Author, statimque subdit quæ magis unam Deitatis humanitatisque
„ naturam compostam adstrinxunt, propter mixtæ animi ac Deivirilis operationis vo-
„ cem quam ipse omnium primus invexit. „ Miratio subit, adferi a Lequieno, mix-
tum unum ac Deivirilem operationem ab illo Authorē inventam, qui non unum, sed
novam quamdam appellat Deivirilem operationem. Animadversit ibidem ipse doctissi-
mus Author: Cyrum Alexandrinum Anathematismo VII. & Sergium Constantinopoliti-
tanum in Epistola ad eundem Cyrum, ambo Monotheitarum heresos patronos prae-
cipuos, ut virus suum de una Christi voluntate et operatione melius infunderent, Dio-
nyssii ipsius verba labefactare non dubitassem: quasique vero non eis sufficeret, Authorē
illū novam quamdam Deivirilem operationem protulisse, vocem illam in unam Dei-
virilem operationem mutasse. Cur ergo & ipse textum eundem labefactat, ac unam
enunciat, non novam operationem Deivirilem?

Addit ille: „Quod quidem prosternam Epistole membrum , licet sequoris xvi
,, Patrum complures post Scythopolitanum Joannem , aliquique subinde Theologi ad sa-
„num sensum variis interpretamentis transferre coati sunt , itaut jam Domino Jesu
„Dei virilis operatio quædam absque fidei detinimento attribuatur : nihilominus obvia
„totius periodi , maxime ubi cum iis quæ præcesserunt comparatur , significantia ,
„

„ sibil præter unius naturæ compositæ, in qua tamen potior sit, humanamque involvat „ Divinitas, assertionem repræsentat. „ At quæ præcesserunt omnia in Epistola contextu, non unius Christi naturæ assertionem repræsentant: neque verbum adest quod naturam Christi ita compositam significet, ut potior tamen sit divina, et hæc involvat humanam, & hæc humana se habeat instar instrumenti inanimis, per quod divinitas operetur; nec alia ab natura humana operationes profluant nisi divinae, quæ imitentur ac suppleant humanas. Hinc vero postremum Epistola membrum, sive comparetur cum præcedentibus, sive obvia ejus significantia expendatur, nihil certe minus repræsentat, quam Monophysitica commenta.

II. Ad ipsam novam *Theandricam*, seu *Devirilem* operationem accedo. Voceris tam parum aptas ad arcetendum unitati naturæ, & operationis patrocinium existimavere Cyrus Alexandrinus, & Sergius Constantinopolitanus, ambo Monothelites & Monophysiti: ut ille *novam immutando, unam pro nova afferuerit*; & iste *immutacionem novae confirmans, Devirilens amputaverit penitus vocem, unam absolute in Christo Deo dogmatizans operationem*. Hæc sunt verba Martini Romani Pontificis in Synodo Lateranensi Consultatione III.

Novam ergo ex Incarnatione Filii Dei operationem Deivitalem apparuisse, docet Author: quidni vero ita docuerit, cum plane nova ac mirabilis facta fuerit duarum naturarum in uno supposito unitio? Id genus operationum naturam propriamque indolem, quæ *Deviriles* seu *Theandrica* appellantur, præter Joannem Scythopolitanum & Maximum in Scholis, aliosque Veteres Orthodoxos Patres, qui Eutychianos & Monothelitas insequuntur, tam luculentæ oratione enarrant Petavins Libro VIII. de Incarnatione a Capite x. & Thomasinus Libro VI. a Capite viii. ut mirum sit, Authorem Areopagiticon propter ea verba, quæ multiplicem effuerunt catholicum sensum, ad invidiam traduci. Pauca paucis verbis delibo ego. Triplex operationum Christi genus discernitur: earum, quæ Dietatis sunt, sicut mundum creare: earum item, quæ humanitatis propriæ sunt, velut edere, bibere, loqui, flere, pati: earum denique, quæ mixta sunt quodammodo ex utriusque naturæ confluxu, ut tactu carnis mortuum exsuscitare.

Fuerunt Veterum nonnulli, qui *Theandricas* operationes intelligerent mixtas illas tantum: qua de re difficultas nulla, cum tangere v. g. sit hominis, Dei autem excitare mortuum. At operationis *Theandrica* vocem latius patere, seseque ad alia operationum genera protendere, egregie ac perspicue patefaciente laudati Scriptores, ac Theologoi omnes.

Cur enim humana quæque operatio dici non debet *Theandrica*, cum eadem sicuti a natura humana, ita & a persona divina proficeretur? Norunt Philosophi, conscientiae Theologi quaque: nullam, nisi substantiem, agere naturam quidpiam: ac prius definiiri ac terminari illam oportere, certaque consistendi proprietate devinciri, quam functionem ullam prestare possit: ac personalem demum proprietatem, et si per se & præcise loquendo non sit efficax & actuosa, eam tamen vim habere, ut naturam afficiens & compleans ac terminans, eamdem ad agendum instructam & idoneam reddat. Quæ cum ita se habeant, sponte illud oritur, ut quelibet actio Christi divina sit, etiam illa quæ mere est humana; propterea quod humanitas eam exercere vel perpeti, nisi divina Verbi personali proprietate affecta & completa ac determinata non potest. Adebat ergo orthodoxo apprime sensu *Devirilis* operatio in Christo, v. g. locutio: loquebatur enim Deus homo; eademque operatio proficeretur & ab humanitate, & a persona divina; ab ista ut a supposito, quod loquitur; ab illa ut a principio, quo persona divina loquitur. Sed & alii demum sunt modi, queis divinæ sese humanis operationibus infundebat, eas regendo ac moderando, eisque dignitatem maximam ac infinitum preium communicando.

Divinas ipsas, quæ superfluit, ac sunt Dei Verbi operationes, multifariam multisque modis ejici *Theandricas* posse, laudati Scriptores egregie declarant. Rationem duplcem, quam

veteres Patres exponunt, paucis exhibit Joannes Damascenus Libro III. de Fide ortho-
doxa Capite xix. Namque *¶* caro viciſſim, ait, cum operante Verbi Divinitate com-
municabat: *tum quia per corpus, velut instrumentum quoddam, divinas actiones (puta
miracula) efficiebat: tum quia unus idemque erat, qui *¶* divino simul *¶* humano
modo operabatur.* Rationem hauc posteriorem adoptat Anselmus Libro de Sacramento
Altaris Capite III. *Natura carnis, inquit, ex quo summa illi nature unita est, in tan-
ta unitate *¶* ab ipso conceptu Virginis est concepta, ut nec sine homine divina, nec sine
Deo agerentur humana: *¶* per hanc unitatem etiam in diebus carnis sue homo Christus
potuit divina.* Christi namque operationes, quarum aliae sunt humanæ, aliae sunt di-
vinæ, unius & ejusdem sunt operantis: qui quemadmodum Deus simul & homo est,
ita naturæ propria utriusque exequi dicitur. Latiorem prætermitto sermonem.

Animadvertisendum est, ad id summam quæſtionis redigi, utrum *Deivirile* opera-
tionem Monophysitico sensu dixerit Areopagitorum author, ut operatio, quamcum-
que Christus ederet, nec humana esset, nec divina, tametsi ab homine Deo profici-
ſens; verum tertia quædam ex utraque coagmentata, ut Monothelitæ nonnulli loque-
bantur; vel divina quidem, sed per humanitatem edita, ac propriam supplens humani-
tatis operationem? Tam absurdos sensus in Areopagitinis verbis invenerit nemo, niſi
qui verba ipsa ad id significandum torqueat, quod minime significant. Ait vero Au-
thor: *Ceterum divina, non qua Deus patrabat: neque humana, quatenus homo gerebat;
ſed quatenus erat Deus *¶* homo.* Porro quærendum est, num divina cum patraret
Christus, v. g. regendo mundum, hæc revera non esset operatio divina, sed testia
quædam, nec divina, nec humana? Apage tam pravum ſenſum, ab Areopagitinis dog-
matibus longe alienum. Pari ergo demum ratione docuerit ille numquam, humanas
Christi operationes nouiſſe vere humanas, sed tertium quid, quod ne cogitando qui-
dem adumbrari potest. Sed erant tamen *Deiviriles* operationes multiplici orthodoxo il-
lo ſenu, quem ſatis declaravimus.

C A P U T XVIII.

*Postremus locus opponitur ex Libro de Divinis Nominibus. Mixtam quædam non inver-
bit Areopagitorum Author operationem in Christo, que ita fit Christi proprie, ut in
eam Sanctissima Trinitas nullam exerceat efficientiam: quid in eisdem operationibus
proprium Christi fuerit, quid Trinitati commune, declaratur. Sancti Thome Commen-
tarius: itemque latina versio, qualem expofit Lequienus correctam, ab ipſo Aquino-
te addibita, *¶* innaxis declarata.*

I. **M** Ale ſanam, ac hæreticam de una illa Domini Iefu operatione composita ſen-
tentiam ſuam, Lequieno ſi credimus, vocibus aliis iterum exhibit Areope-
gitorum Author, quæ Capite II. de Divinis Nominibus §. 6. habentur: Sant illæ
vero: *Porro a benignissima erga nos efficientia divina ſecernitur, quod ipſe Deus Ver-
bum, qui ſupra Subſtantiam eſt, integre ac vere, juxta ac nos, atque ex nobis Subſtan-
tiatus fuerit; egerisque, *¶* perpeſſus fit, qua ſunt arduitatis auctæ Deuprias, humano de-
divina operationis ipſius precipua ſunt *¶* singularia.* In his nihil commune habuit Pater,
ac Spiritus sanctus: niſi quis dicat, ſecundum benignissimam voluntatem. Inviolabilem
Ecclesiæ doctrinam eſſe adnotat Lequienus, externa quævis Deitatis opera tribus Per-
fonis perinde communia eſſe: ut quæcumque miracula Christus, etiam adhibita carne,
ediderit, eadem Pater & Spiritus sanctus ſicut, & ex aqno perfererint. „Quod ſi
„ Christus, ſeu Verbum incarnatum (ſubſeruit ille) præter efficientiam ſuam mere-
„ divinam, quam cum Patre & Spiritu sancto communem habet; altera insuper di-
„ nohumana, quæ nec Patri nec Spiritui sancto communis eſt, eximia opera ſeu mi-
„ racula edidit; quid aliud hinc conſequitur, niſi Authorem iſum qui haec effutuit, eo
„ in errore verſatum eſſe: Deum Verbum, affampta humanitate, mixtam quoddam
na-

„ naturæ genus nactum esse , suu nataram compositam , quæ hujus efficientiæ veluti
„ formale , ut Scholastici loquantur , principium esset ; quæque nec Patris , nec Spiri-
„ tus sancti existeret . “

II. Mira nobis hæc videntur. Hæc eadem Areopagitica verba in Synodo Latera-
nensi Consultatione , seu Secretario V. allegantur omnia , ut duplex in Christo evinca-
tur operatio , quemadmodum duplex in eo natura est . Argumenti vim expono . Nem-
pe aliqua necessario stabienda est Christi operatio usque adeo propria & peculiaris , ut
in ejus communionem nec Pater , nec Spiritus sanctus vocetur . At hæc non alia quam
humana operatio potest excogitari , quæ ita sit Verbi propria , ut non sit Patris & Spi-
ritus sancti , ad eum modum quo est Verbi : sicut & humanitas adsumpta ita est Ver-
bi peculiaris , ut eadem ipso iure nec Patris sit , nec Spiritus sancti . Quia enim solus
se casu implicuit Verbum Deus , humanitatem sua personali divina proprietate compre-
hendendo , definiendo , terminando ; in ejus etiam unius jus personale , & proprium cen-
sum eadem humanitas adscripta est . Ex quo id etiam efficitur , ut omnis operatio hu-
manitatis , veluti peculum sit Verbi proprium , tamquam ex proprio ejus agro succe-
scens arbor , vel in propria arbore fructus enatus . Est autem præterea Verbi operatio
divina , ut creare , conservare , regere mundum , miracula patrare , ac ea operari quæ-
cumque , quæ Deus operatur , cum Patre & Spiritu sancto sine dubio communis . Ergo
duplex est Christi operatio .

Agnitam ab Authore Areopagiticorum hanc efficientiam mere divinam fatetur Le-
quienus , quam Christus communem cum Patre & Spiritu sancto habeat . Alteram , ait
ille , ab eodem Authore distingui , & appellari humano divinam , quæ nec Patri nec
Spiritui sancto communis est : quod repugnat , inquit , inviolabili doctrinæ Ecclesiæ , quæ
tradit : externa quævis Deitatis opera (omnia autem opera nostra & ipse operatur
Deus) tribus personis perinde communia esse . Magna later æquivocatio , in quam in-
cidisse videtur Vir doctissimus . Animadverto , humanas operationes Christi hoc loco
ab illo Authore appellari humano-divinas , eodem plane sensu quo alibi vocavit eas
Deriviles : nepte quæ a natura humana , velut principio formaliter procedunt , & a per-
sona divina tamquam supposito agente ; sunt enim actiones , passionesque suppositorum .
Rursum animadverto , in hisce humano-divinis operationibus quidpiam esse , quod San-
ctissimæ Trinitati commune est , nempe efficientiam illam , quæ dicitur Deus omnia
opera nostra operari : sed etiam quidpiam admitti oportere , quod esset Verbi divini
proprium , cuius ratione dicebatur ille in humanitate assumpta intelligere , velle , es-
sire , fitire , edere , bibere , pati ; non item Pater , non Spiritus sanctus . Hæc trita
est apud Theologos doctrina . Sylvium audire liceat III. Par. quæst. xix. art. I. ,
“ At dices (sic opponit :) Actiones ad extra sunt communes toti Trinitati : tales
“ autem erant humanæ operationes Christi : ergo &c. Resp. neg. C. quoniam humanæ
“ Christi operationes erant quidem communes toti Trinitati , in quantum ex ea , ve-
“ lut causa principaliter efficiente procedebant : peculiari tamen aliqua ratione procede-
“ bant a Christo , secundum quam non procedebant a Patre , nec a Spiritu sancto .
“ Quia Christus operabatur eas per naturam humanam , sibi (non Pater , non Spi-
“ ritus sanctus) hypostaticæ unitatem : ac per consequens Persona Verbi (non Pater ,
“ non Spiritus sanctus) erat causa proxima illas elicentes per naturam humanam , ut
“ ad principium quo (agitur :) & ad Verbum humanitati conjunctum , ut ad princi-
“ piatum quod (agit .) ”

Id namen docet Author Areopagiticorum . Ait ille : Porro a benignissima erga nos
efficiencia divina (quæ toti Trinitati Sanctissime communis est) secesserit : quod i-
psæ Deus Verbum , qui supra substantiam est (non Pater , non Spiritus sanctus) inte-
græ , & vere , juxta ac nos , atque ex nobis substantiatus fuerit . An qui contendereb^t
a Deo Verbo adsumptam fuisse humanitatem , mutilatam anima vel mente , propriis
facultatibus & operationibus spoliatam , ita loqueretur , ut ex nobis humanitatem ad-
sum-

sumperit integre & vere, ac homo factus esset juxta ac nos? Hinc etiam oritur, quod ipse Deus Verbum egerit & perpessus sit, qua humano divina operationis ipsius preci-pua sunt & singularia, quin in his commune aliquid habuerit Pater & Spiritus sanctus: propterea nempe quod Deus Verbum in humanitate adsumpta peculiari jure exercebat quidquid ad humanas pertinebat operationes: ideoque dicebatur intelligere, vel-le, esurire, edere, sitire, bibere, ac pati: non item Pater, non Spiritus sanctus. Sed istas humanas tamen operationes ac perpessiones vocat insuper Author humano-divinas: cum nonsolus homo; sed Deus & homo esset ille, qui ageret, qui pateretur.

Quod attamen in eisdem operationibus communae Sanctissima Trinitati dici poterat, statim enarrat laudatus Author: *Nisi quis, inquiens, dicas secundum benignissimum voluntatem: ac insuper secundum omnem illam eminentem atque ineffabilem divinam operationem, quans, apud nos existens is qui immutabilis erat, exercuit, inquantum Dens & Dei Verbum; quæ verba prætermittit Lequienus.* Primo itaque Sanctissima Trinitas, consilio & beneplacito suo, sicut humanitatis adsumptionem approbavit; ita & oeteras omnes Verbi divini operationes in humanitate adsumpta. Deinde secundum eiusdem Trinitati efficientia illa eminens & ineffabilis divina, qua & Verbum ut subsistens in natura divina, & Pater, & Spiritus sanctus operationes omnes humanas Christi simul operabantur.

Tam perpicue vero, tam egregie cum Author Areopagiticorum de humano divinis Verbi Incarnati operationibus & passionibus agat; mirum sane, silentio præterisse Lequienum perpessiones Christi omnes, neque animatus in id applicuisse, quod ea quæ Verbum Dei passum est, nec Pater sine dubio, nec Spiritus sanctus perpessi sunt! Mirum etiam, praedicta omnia, quibus Pater & Spiritus sanctus juxta sententiam Authoris non communicarunt, peculiari scilicet eo jure quo eadem in carne adsumpta sibi vendicabat Verbum, ad unam redigisse Lequienum efficientiam illam, qua *eximia opera seu miracula edebat Christus;* cum absque ulla ambage de iis pertractet omniobus Author, quæ egerit Christus, & perpessus sit! Quid est vero, quod in eisdem mirabilibus operibus, quæ Christus patrabat, non discreverit ille quod toti Trinitati communi, quod proprium & peculiare Verbi erat? V. g. sputo coeci nati oculos huiusmodo, visum eidem restituit Christus. Linire sputo oculos, eosque tangere erant actiones hominis, vel etiam *humano-divina*, ut sepe dictum: curare cœcum, ac visum restituere erat operatio divina. Ita Deus Verbum in natura humana subsistens delinivit oculos, ut nec Pater nec Spiritus sanctus dicantur oculos linivisse ac tetigisse: at curatio coeci nati Deo Verbo, & Patri, & Spiritui sancto æquo modo convenit: imo & ipse oculorum tactus motusque impressus efficiebatur a Sanctissima Trinitate, ut effectus a causa suprema. Quid est postremo, verba illa, *operatum passumque eximia quacumque & excellentia divino-humana efficientia opera,* in sensu Monophysiciam pertrahere: ac si Christus, non modo qua homo extabat, verum etiam ipsa Deitate cum humanitate composta propter nos, sublimiori quadam ratione esset passus? Pervius & plausus sensus catholicus his effertur verbis: sublimiori quadam ratione Christum operatum, passumque esse eximia quacumque & excellentia, quæ ad ejus incarnationem & incarnationis economiam pertinebant: quia non homo solus, verum Dens & homo erat ille, qui agebat, qui patiebatur, prout Incarnationis dispensatio postulabat.

Hæc opinia pari ratione, ac sensu intellexit Scholiares; eademque Entychianis commentis maxime adversa, adnotavit. Scholia profero: *Sacerdotus, vel distinctum est.* „ Nota, Verbi Incarnationem a Sancta Trinitate omnino ac vere distinctam esse: „ Item: „ Nostri, vel iusta ac nos. Hoc loco iterum de Dispensatione seu Incarnatione tractans, eam soli Deo Verbo attribuit, sine ulla Patris & Spiritus sancti communicatione, nisi secundum voluntatem. Nota vero accurate dispensationis enarrationem. Quoniam Deus Verbum *supersubstantiale*, substantiam *immutabiliter assumptam*; permanit enim Deus: & uti nos, ex nobis substantiam *integre* accepit; ideoque „ corpus, & animam rationalem vere habuit. Item Deus Verbum est id, quod patie- „ ba-

„ batur , scilicet secundum carnem : et *humana* simul ac *divina* erat ejus operatio ,
 „ quoad omnia quæ concernunt dispensationem . His autem Pater et Spiritus non com-
 municarunt , nisi ex beneplacito , volendo Incarnationem ; et in divinis signis , Deo
 Filio cooperando . Nota vero hæc , maxime contra Nestorianos , et Acephalos , atque
 Phantasiastas . “

III. Latior et luculentissima Divi Thomæ Commentatio caput claudat . Verba e-
 jus hæc sunt : *Discretum est* : idest ad unam tantum personam pertinet : *supersubstantiale*
Verbum , idest Dei Filium , *esse factum secundum nos* , idest hominem similem no-
 bis in natura ; *ex nobis accepta carne* , non de cœlo allata secundum Valentinius ;
totaliter , idest non subtracta anima vel intellectu , secundum et Ariam et Apollina-
 riūm ; & *vere* , non phantasticè secundum Manichæum . Et non solum ipsa incarna-
 tione discretum : sed , secundum etiam *actiones* , et *passiones* Dei Filium credimus in-
 carnatum . Quæcumque sunt , cum quadam electione et segregatiōne ab aliis , attribu-
 ta Christo secundum considerationem humanitatis ipsius , ut concepi , nasci , comedere ,
 re , bibere , dormire , crucifigi , et alia hujusmodi . *Istis enim Pater , & Spiritus se-*
cundum nullam rationem communicarunt ; quia neuter eorum est incarnatus , aut mot-
 tuus . *Nisi forte dicat aliquis* , quod *communicaverunt præmissis secundum voluntati*
bonitati divinæ convenientem , et *benignam* quoad nos : *acceptaverunt enim Pates*
et Spiritus sanctus Incarnationem Filii , et *passionem* , et alia hujusmodi . Et similiter
communicaverunt secundum omnem divinam operationem superpositam creaturis , &
ineffabilem nobis : quam faciebat , Christus , *factus secundum nos* , idest factus hor-
 mo passibilis ; *invariabilis manens* , *secundum quod Deus & Dei Verbum* . Non enim
 sic factus est homo , quod divinitatem amitteret : unde ut homo existens , habebat
 operationem divinam , quæ communis est sibi , et Patri , et Spiritui sancto . Et sic
 destruitur hic error ponentium unam operationem (et unam naturam) in Christo
 et per hoc , quod attribuit , secundum operationem divinam communem toti Tri-
 nitati , et operationem propriam sibi . “

Latina versio , qua utitur hoc loco S. Thomas , sic habet : *Discretum autem est*
ad benignam ad nos divinam operationem , secundum nos ex nobis totaliter & substantiam fa-
ctum esse supersubstantiale Verbum : & facere , & pati quæcumque humana ipsius contem-
 plationis sunt electa & semota . Ac si legisset Interpres , ut Lequienus adnotat , *ardpixis*
Dæpias , pro *ardpixis* *Dæpias* : unde non mirum , ait ille , quod errorem non adverterit
 S. Thomas . At (inquit ego) nec in restituta vera lectio errorem Doctor Angelicus
 advertisset , quem cubare nullum ostendimus . Conjecturis opus non est .

Veram ille vidit , adhibetque lectio III. P. Qu. xix. Art. 1. ac sane mi-
 rum , hunc a Lequieno non visum , prætermissoisque locum . Contra Monothelitas quæ-
 sionem movet : *Utrum in Christo sit una tantum operatio divinitatis & humanitatis* ?
 Quod ipsi objiciebant ex Autore Areopagiticorum , num. 1. sic habetur : „ Videtur ,
 quod in Christo sit una tantum operatio divinitatis et humanitatis . Dicit enim
 Dionysius in 11. Cap. de Divinis Nominibus : *Discors autem est benignissima circa*
nos Dei operatio per hoc quod secundum nos , ex nobis , integre vereque humanatum
est Verbum , quod est supra substantiam : & operari , & pati quæcumque humanum e-
 ius divina operationi congruere . Ubi unam operationem nominat *humanam & divi-*
nam , quæ in græco dicitur *Theandrica* , idest *Deivirilis* . Videtur igitur esse una ope-
 ratio composita in Christo . „ An aliquem hoc loco , in quo diserte operatio nomi-
 nat *humano-divina* , seu *Deivirilis* , errorem adverterit S. Thomas ? Responsum ejus
 accipe , quo tum allatis verbis , tum aliis a Lequieno oppositis utitur Sanctissimus Do-
 CTOR in fidei catholicæ confirmationem , reprehensionemque Monothelitarum et Euty-
 chianorum . „ Dicendum , quod Dionysius (loco citato) ponit in Christo operatio-
 nem *theandricam* , idest *divinam virilem* , vel *divinam humanam* : non per aliquam
 confusionem operationum , seu virtutum utriusque naturæ : sed per hoc quod divina
 operatio ejus actus humana , et *humana* ejus operatio partipat virtutem divinæ
 operæ .

operationis. Unde sicut ipse dicit in quadam Epistola ad Cajum (IV.) *Super hominem operabatur ea, quæ sunt hominis: quod monstrat Virgo supernaturaliter conciens, et aqua instabilis terrenorum pedum sustinens gravitatem. Manifestum est enim, quod concipi est humanæ naturæ, similiter et ambulare: sed utrumque fuit in Christo supernaturaliter. Et similiter divina operabatur humanitas, sicut cum sanavit leprosum tangendo. Unde in eadem Epistola (ad Cajum) subdit: Non secundum Deum divina faciens, non humana secundum hominem: sed Deo nomine facta, nova quadam Dei & hominis operatione. Quod autem intellexerit, duas esse operationes in Christo, unam divinæ naturæ, aliam autem humanæ; patet ex his, quæ dicit in 111. Cap. de Divinis Nominibus, ubi dicit: quod in his quæ pertinent ad humanam ejus operationem, Pater, & Spiritus sanctus nulla ratione communicant; nisi quis dixerit secundum benignissimam & misericordem voluntatem: in quantum scilicet Pater & Spiritus sanctus ex sua misericordia voluerant, Christum agere & pati humanæ. Addit autem: Et omnem sublimissimam & ineffabilem Dei operationem, quam homo pro nobis factus adimplevit, immutabilis profecto Deus, & Dei Verbum. Sic igitur patet, quod alia est operatio humana, in qua Pater & Spiritus sanctus non communicant, nisi secundum acceptationem misericordie suæ: & alia est ejus operatio, inquantum est Dei Verbum, in qua communicant Pater & Spiritus sanctus. Paucis verbis Angelicum Divi Thomæ ingenium, quæ lato sermone nos enarravimus, complectitur omnia: illudque animadvertere non prætereo, *Dei viriles*, aut *humano-divinas* operationes intellexisse hoc loco eas videri Thomam, quas dixerunt Veteres mixtas quodammodo ex utriusque naturæ confluxu. Sed etiam testimonia præsto sunt, ubi præter id genus *Deivirilem* operationum, vocem hanc protendit ad alias Christi quilibet operationes, utpote proficentes a persona divina in natura humana subsistente. Ait enim in 111. Dist. xvii. Qu. 1. Art. 1. ad. 1. „ Dicendum, quod actionem Christi dicit Dionysius *Deivirilem*, non quia sit simpliciter una actio Dei in Christo: sed quia actiones duarum naturarum ad tria uniuersit. Primo, quantum ad ipsum suppositum, agens actionem divinam & humanam, quod est unum. Secundo, quantum ad unum effectum, qui dicitur opus operatum, vel *apotelesma* secundum Damascenum, sicut mundatio leprosi. Tertio, quantum ad hoc, quod humana actio ipsius Christi participabat aliquid de perfectione divinæ naturæ: sicut intellectus ejus, aliis eminentius, intelligebat ex virtute divini intellectus, sibi in persona conjuncti. “ Quam denique doctrinam paucis, sed luculentissimis comprehensam verbis legimus Libro IV. contra Gentes Cap. xxxvi. Dionysius *humanam Christi operationem* vocat *Theandricam*, idest *Deivirilem*, etiam quia est Dei & hominis. Vedit ergo Thomas in Areopagitice dictis, quæ toties versat vocatque ad examen, multiplices sensus, omnesque apprime orthodoxos; errorem nec vidit, nec refutat ullum.*

C A P U T X I X.

Areopagitica dicta comparantur cum Eutychianis & Monotheliticis: latissimumque ostenditur eorum discrimen. Deivirilem operationem rejecerunt Monophysitarum & Monothelitarum aliqui, alii sensu pravo, ab Areopagito longe alieno, exposuerunt, & propugnerunt.

I. **M**onophysiticam in Areopagitice dictis pravitatem se deprehendisse, frequentius adnotat admonetque Lequienus, comparatione eorum facta cum Eutychianorum & Monothelitarum sententiis, quas putat omnino pares similesque. Hanc & mihi postremo loco iniuste comparationem habeat cum eisdem Eutychianorum seu Monophysitarum testimoniis, quæ profert in medium Vir doctissimus: idque lucri obuenturum confido, ut Areopagitica dicta cum verbis, tum sensu longe lateque diversa appareant.

Secta Coriphzi Eutychetis dicta occurunt primo, quæ exhibentur Actione quinta Concilii Constantinopolitani anno 448. sub Flaviano celebrati, cuius acta in actione I. Concilii Chalcedonensis recensita leguntur. Nempe, urgenti laudato Flaviano, orthodoxo Constantinopoleos Antistiti: ut Archimandrita ille fateretur, non solum consubstantiam Patri Christum secundum divinitatem, verum etiam consubstantiam Matris ac nobis secundum humanitatem; reposuit 1. Sui non esse, Dei & Domini cari & terre naturam edisse. 2. Se dixisse numquam, corpus Domini & Dei nostri consubstantiale nobis. Se pariter minime dicere, corpus hominis corpus Dei; humanum autem esse corpus, quod inerat Iesu Christo, & corpus Dei. Negantia postrema hæc verba catholicorum edere sensum possunt; quandoquidem corpus Christi, si ad Verbum divinum, cuius est, referatur (ut adnotant Theologi) non est corpus hominis; sed Dei, qui qua Deus est aut Verbum, non est homo: at puerile tamen est ob hanc rationem inficiari, corpus Christi esse corpus hominis, eo nempe sensu quia idem Deus ac Verbum sine dubio est homo secundum suscepit ab eo carnem. Penitior alia Eutychetis mens erat, quam Lequienus aperit: unam esse Christi naturam, scilicet divinam: & hoc humanitatem conjunctam, instar appendicis cuiusdam; ac etiam divinitati immersam, & a divinitate absorptam, seu pertractam ad ipsius divinitatis operationem: ita ut quidquid vitalis & actuosi in Christo foret, id esset revera operatio divina, per naturam humanam trajecta veluti per instrumentum, ipsius humanitatis operationes quasi libet imitans ac supplens. Consule quæ latiore sermone supra differuimus.

Verum enim vero paria, aut affinia docuit nuspian Areopagitorum Author. Qua amplura ex ejus Operibus testimonia attulimus, & expendimus, quæ perspicue & absque ambage, sive per se sp̄ctentur, sive cum præcedentibus comparentur & subsequentibus, dogmata prohibent Eutychianæ sententiaz adversa: nempe, Verbum Dei integre, vere, totaliter, omnimode ad nostram venisse naturam, & substantiam, & vitalitatem: adsumpta ab eo fuisse omnia nostra, omnesque veritates humanas in eo elucere: nihil in eadem adsumptione passam esse detrimenti divinitatem, cum Deus Verbum permanserit supra naturam, supra substantiam, supra hominem: attamen ipsam vero factum esse appellatumque hominem, & hominibus vere aggregatum, nobisque congenitæ quoq; confortium dedisse: atque demum absolutam & inconsuam dici debere nostræ humanitatis adsumptionem, τῇ τετράῃ καὶ σύνχρονη καὶ ιψας ἐραθησας, ut legitur Capite IIII. de Ecclesiastica Hierarchia numero IIII. §. II.

Severianos ita loquentes apud Anastasium Sinaitam in ἑδυσι inducit Lequienus: *Si Christus non erat Deitas, quomodo sputum ejus cæco medicinam fecit? Quomodo lacryma ejus Lazarum excitarunt? Sed neque dormisse, nisi semel in navi legimus: sed neque in Evangelio constat, eum ut sors ferebat, bibisse. Quæ omnia argumento sunt, carnem Christi divinam evasisse, nec humanis proprietatibus obnoxiam fuisse. Quamobrem una tantum Christus natura est, scilicet divina; quæ per naturam humanam, veluti appendicem sibi adjectam, vel instrumentum conjunctum, efficientia sua divina id efficeret omne, quod Jesus Christus operabatur.* Commentum habes abs Monophysitis excogitatum, quo unam in Christo naturam esse, scilicet divinam, ostenderent, ac humanam adsumptam evaluisse divinam. Pugnat ex diametro contra Author Areopagitorum. Magnificis quidem, & grandiloquis verbis divinitatem Christi passim extollit; simul vero in eo totus est, ut doceat, & inculcat, & exaggeret, Deum Verbum, non obstante summa ejus divinitate, supersubstantialitate, supernaturalitate, ac eminentia super homines, vere factum esse hominem: ad nostram venisse naturam, licet ipse sit supra naturam: ad nostram descendisse substantiam, licet ipse sit supra substantiam: nostram ab eo adsumptam vitalitatem, licet ipse sit supra hominem. Neque satis tam ampla & splendida fuerunt ipsa. Adsumptam præterea naturam cum suis proprietatibus egregie declarat; cum nempe edisserat, omnia nostra adsumpta ab eo fuisse, humanas persistere veritates in eadem humanitatis nostræ adsumptione, ac unum excipiendum esse peccatum, idque omne quod in nobis, peccati contagione aliqua afflatum est. Re-

DISSEMINATIO PRÆVIA

cole, quæ jam protulimus testimonia, diligentius eadem expende, & scrutare: ipsequè luculentiora deprehendes ab Eutychiana pravitate longe aliena.

Severianorum principem, Severum Antiochenæ Ecclesiaz tyrannum, perhibet S. Maximus Epistola II. ad Marinum, dolo & fraude adhibitis, in *Mysterio Incarnationis idem esse afferuisse hypostasim & naturam*, ut nimirum unius hypostasis nomine naturarum confusionem statueret. Ad ipsius humanitatis adsumptæ proprietates quod attinet, non eas aliquando visus est negasse: sed in variis tamen librorum ejus & epistolârûm locis, quæ in sexta Synodo recitata sunt, aperte negat, Lequieno admoneante, *humanas insperias & idiomatas, operationes, sive proprietates*. An vero naturam confuderit cum hypostasi, qui luculentissimis docet verbis, supremam divinitatem, in qua una est Deitas, tres sunt hypostases, nostris secundum veritatem integre in una suorum hypostasium, idest Filii, communicavisse? Hæc autem tradit Author Areopagiticorum, qui rursum addit, Filii Dei adsumptæ propriam effectam humanam vilitatem, ex quæ ineffabili modo simplex Jesus compositus est: & qui eternus est, temporalem sumpsiisse accessionem: necnon ad intima nostra nature descendisse, sicut nō ad suum iherbæ quovis, quæ universum totius nature ordinem superessentialiter transcendit, servatis tamen proprietatibus prorsus integris & inconfusis. An duarum naturarum, quæ inconfusæ permaneant, in divina Filii persona luculentius explicari uultio potest? Quid aptius, quid clarius adversari unam Christi naturam, eamque divinam, proferri verbis poterat, quam simplicem Jesum, qua Deus est, adserere compositum ex humana vilitate, cum Deus homofactus est? Inficiari si velis, humanam in Christo naturam non evasisse nullo modo divinam, aptiora ne præsto fuerint verba, quam Areopagitica, quæ docemur; Jesum ineffabili modo ex humana vilitate compositum esse; & qui eternus est, temporalem sumpsiisse accessionem; & ad intima nostra nature descendisse, qui universum totius naturæ ordinem iranscendit? Animo demum attento perpende, Dei Verbum nostris serendum veritatem integre communicavisse, ipsumque descendisse ad intima nostra naturæ: quæ Eutychianorum nemo dixerit, eo preoccupatus errore, ut naturam humanam perdeget cum proprietatibus suis & operationibus adsumptam.

Timothæ Eluri verba sequuntur, quæ legimus in ejus lucubratione contra Epistolam S. Leonis Magni ad Flavianum: *Sola divinitas est Christi natura, eti incarna-
tio. Pravam mentem suam aperiire apud Lequienum pergit, dum ait: „ Humanitatem
„ Christi omni actione propria caruissé, nec operationes alias nisi divinas pet eam ex-
„ sertas esse: atque adeo quæ humanitatis operationes censebantur, passiones potius &
„ meras exequitiones, πάθη & οπαῖς, esse nuncupandas. „ Locum Severi similem
profert Vir doctissimus ex Epistola ad Eccl. Comit. (Actione X. Synodi sextæ)
ubi hæc habentur: „ In Christo, sive divina ageret, puta miracula patrando; sive
„ humana, gradiendo, mutando locum (id quod suæ natura prorsus humanum est;)
„ non illud illius natura esse, nec istud istius: sed unius & ejusdem divinitatis, quæ
„ divina ratione, tum prodigia, tum humana opera efficiebat. „ His paria sunt, Lequieno si credimus, Areopagitica dicta nonnulla. Ait ille Capite II. de Divinis Nomini-
bus §. 10. *Divinitas Filii Dei (quod omnium novorum novissimum) in naturalibus no-
stris supernaturalis erat, & in substantialibus supersubstantialis, omnia nostra ex nobis
& supra nos excellenter habens. Dixerat superiore §. 6. Ipse Deus Verbum, qui supra
substantiam est, integre ac vere, iuxta ac nos, atque ex nobis substantiatus est: egit,
& perpeccus est quæ humano divina operationis ipsius principia sunt & singularia. Ait
etiam in epistola IV. ad Cajum: *Supra hominum conditionem gessit ea, quæ sunt homi-
nis: quod declarat & Virgo, quæ supra naturam parit; & aqua profluens, quæ pedum
terrenorum gravitatem sustinet, nec cedit, sed virtute supernaturali sine diffusione subfi-
lit. Ait demum ibidem: Ceterum divina, non qua Deus patrabat; neque humana,
quatenus homo gerebat: Sed quatenus erat Deus & homo, novam quandam, nobiscum
conversando, Deivirilem operationem exhibebat.***

Pervios, facileisque hujusmodi sententiarum, cuique obvios, propriosque sensus or-
thodoxo-

theodoxes jata exposuimus. An eisdem cum Monophysiticis allatis testimoniis comparandas expedientibus Eutychiana suboleat pravitas? Annadverte, de illo agi Monophysitico commento, quo una divina efficientia, que uni convenit naturæ divine, constituebatur in Christo, qua ille, qua Deus est, per naturam humanaum, veluti per instrumentum, tum opera miraculosa operabatur, tum ea efficiebat humana omnia, que in nobis ab ipsa humana natura, tamquam a principio actuoso formaliter proficerentur: Nihil est in Antropagitio dictis, quod hunc errorem adembret. Docet Author, Verbum Dei in nostris *naturalibus & substantialibus* adsumptis propriam retinuisse absque alio detimento divinitatem, supernaturalitatem, superfabitatiam etatem: imo & omnia nostra ex nobis adsumpta habuisse supra nos excellenti & extimo modo. Integrum quis non videat catholicam fidem, qua credimus, omnia nostra a Filio Dei adsumpta, ex nobis quidem, idest vere ac integre, sed supra nos, utpote qui conceptus fuerit ex Virgine, ab omni immunitate peccato ac omni peccati contagione? Qua rursus credimus, eadem omnia nostra excellenti modo ac divino inesse Christo, cum divina Filii persona subsistente reddat naturam humanaum, eademque persona divina ita humana natura adsumpta sit principium quacunque Christi operationum?

Ea est etiam sententia Authoris: *Dum Verbum in humanitate integrum & vere sibi copulata, egisse & possum esse, qua humano divina operationis ejus precipua sunt & singularia.* Non ait, divina quadam efficientia egisse opera divisa miraculosa, & egisse ac suppletive operationes ceteroqui, humanas. Ait vero, Deum Verbum egisse ea omnia, que ad humanum divinam ejus operationem spectabant; propterea quod omnis operatio Christi, sive que miracula patrebat, sive que humana erat ab ipsa procedens humanitate integre & vere adsumpta, non erat humana solum, non erat divina solum, sed erat humano-divina, procedens a Deo Verbo subsistente in humana natura. Longe hec absunt ab una illa Eutychiana Christi operatione, que non erat nisi divina efficientia, tum miracula efficiens, tum etiam supplens humanas operationes, humanitate se habente in istar appendicis & instrumenti. Neque solum Deus Verbum in sibi copulata natura humana ita agebat: verum etiam pati dicebatur, tum passiones fornicatus amissus recipiendo, tum etiam passiones ipsas, v. g. dolores, percipiendo in ipsa humanitate adsumpta: supposito namque, & persone, sicuti actiones, ita passiones attribuuntur. At non solum actiones in Christo Domino, ipse etiam passiones erant humano divine, cum ad ipsum Deum Verbum in natura humana subsistens verissime pertinenter.

An errorum tedoleant ea verba, *Supra hominem conditionem gerit ea, que sunt hominis?* Vel ipsa, que subjiciantur exempla, tristem omninem amoluntur. Namque Virgo est, que *supra naturam parit*. Verissima hominis est operatio parere, ac vere peperit Maria Virgo: sed Virginem parere *supra hominem conditionem* dicitur. Aquas tangere, moueti, & mutare locum, sunt humanæ operationes: sed aquas pedum gravitate pressas non distingue, *hominum conditionem* exedit. Christum denique (ut verissimas humanæ omnes operationes complectantur) : ferire, edere, scire, bibere, ac similia exercere, pacis est ac Christum ea gerere que sunt hominis: sed haec ille, cum non esset solus homo, sed persona divina in natura humana subsistens, gerebat *supra hominem conditionem*.

Scismam hunc sapientiae orthodoxorum confirmant, errorem nullum propitant, ea demum verba: *Ceterum divina, ita ipsa Deus patrabit; neque humana, quatenus homo gerebat: sed quatenus erat Deus & bonus.* Videlicet, neque miracula que patrabat Christus, nequaquam operationes humanas quas ille edebat, aut solus Deus operabatur, aut solus homo: sed homo Deus, vel Deus homo simul, hoc est persona divina in natura subsistens humana. Quod si dicendum foret, humana non gerit Christum, quatenus dominem, eo quia divina efficientia operabatur ea: ita fabulandum esset, divita non patrasse Christum quatenus Deum, ac si efficientia quedam humana miraculosos illos effectus operaretur. Apage nugas.

II. Quæ cum ita sé habeant, vox nulla excogitari aptior poterat ad hujusmodi Jesu Christi operationes declarandas, quam *nova Deivirilis operationis*. Quemadmodum enim Christum credimus. Deum verum, verumque hominem: ita operationes ejus (meras humanas in exemplum adduco) proficisciabantur ab humanitate velut a principio formalí, & a persona divina vel ab hypostasi, veluti principio agente: adeoque una voce appellandæ sunt *Deiviriles*. At quemadmodum non una est Christi natura ex duabus confusa: sed nova durarum naturarum in eo unitio facta est: ita nec una, scilicet divina, sicut Christi operatio, sed *nova* apparuit in eo *Deivirilis*. Non ita Eutychiano errori consonam agnoverunt Monophysitez Deivirilem operationem, qui potius veluti adversam rejecerint non pauci. Pro *nova* substituerunt *unam* noanulli: *unam* resistentes, *Deivirilem* rejecerunt alii, divinam solummodo agnoscentes.

In Lateranensi Concilio sub Martino Papa Romæ anno 649. celebrato Monophysitarum duorum conflictus exponitur Secretario III. scilicet Colluthi, & Themistii: quorum iste *unam Deivirilem* operationem statuebat, quod etiam Cyrus Alexandrinus, Theodorus Pharanites, Sergius & Pyrrhus Constantinopolitani, aliqui dixeront: *unam* ille quidem, at *divinam solummodo*, seu *Deo congruentem*, ut vocabat ille, aut barbaro vocabulo *Deo decibilem græce θεοποιητα*, appellandam esse contendebat. Verum in id consentiebant demum omnes, ut una esset in Christo operatio divina, cuius unum esset principium actuosum penes divinitatem, humanitate seu anima rationali & corpore se habentibus instar organi & instrumenti, per quod ipsa trajiceretur. Theodori Pharanitis verba refero, quæ habentur in Synodo VI. Ecumenica Actione xiiii. & in Lateranensi citato Concilio Secretario III. desumpta ex ejus Epistola ad Sergium Africensem: *Oportet igitur sapere & dicere nos, omnia que in incarnatione Salvatoris Christi dicuntur esse, unam scire operationem esse: hujus autem opificem & creatorem Deum Verbum, organum vero humanitatem consistere. Ergo queque velut de Deo, aut humana de ipso dicuntur, omnia una est operatio Verbi trinitatis.* Quo loco Monotheiticum & Monophysiticum errorem perspicue expositum habes. Quam longe vero lateque distant Areopagitica dicta! *Unam* vocat operationem Christi Theodorus, *novans* Author noster: *divinam solummodo ille, Deivirilem aut humano-divinam* iste, proficiente a sola Verbi divinitate Pharanites, & *Deo & homine* Author Areopagiticorum: *trajectam* demum per humanitatem, veluti per organum ille, qua voce, aut simili, aut affini usus iste numquam est.

Patet quam maxime, mentem ejus consiliumque hanc fuisse, ut *unam* in Christo divinam efficientiam statueret, quæ efficeret omnia, sive divina essent, sive humana apparerent, opera ejus. Imo id sibi ab ipso propositum satis constat, ut novam operationem Christi, ex nova durarum naturarum in una persona Filii unione exsurgentem, declararet conditionem indolemque, in eo positam, ut operatio Christi quælibet *Deivirilis* esset, aut *humano-divina*. Triplex jam genus operationum ejus distingui oportere adnotavimus: earum scilicet, quæ *Deitatis* sunt, ut mundum creare: earum item, quæ *humanitatis* specialiter propriæ sunt, ut esurire, edere: earum denique, quæ mixtas dicuntur quodammodo ex utriusque naturæ confluxu, ut tactu carnis mortuum exsuscitare. Hujusce extremæ classis operationibus frequentius Patres, qui Monothelitas & Monophysitas insequuntur sunt, *Deivirilis* operationis nomen indiderat: eodemque operationum genere adhibito, duas in Christo operationes constituebant, quarum altera a divinitate, ab natura humana proficisciatur altera. Tangerem carnum, inquit, eus est nisi hominis; & cuius est mortuum excitare, nisi Dei?

Ceterum cum Areopagiticorum Author, & post ipsum Scholastæ ejus, aliqui Patres universim affirmant (verbis utor Ludovici Thomasini de Incarnatione Libro V. Capite viii.) „nec ut Deum divina, nec ut hominem humana operatum esse Christum: sed & in divinis operationibus hominis, & in humanis Dei aliquas partes fuisse: scilicet: quid aliud restat, nisi ex Deo & homine mixtas quodammodo fuisse omnes Christi operationes, ac proinde omnes Theandricas? Alioquin non ita indiscriminata, tim,

etiam, non ita inconsiderate pronunciandum erat, nec divina ut Deum, nec humana
 ut hominem operatum esse: sed circumspectius ajendum fuerat, divina quidem ut
 Deum, humana ut hominem plerumque peregrisse; raro autem, nempe dum miracu-
 la ederet, divina ut hominem, humana ut Deum effecisse, dum tangendo suscitabat
 mortuum, & suscitando tangebat. At nullum sibi limitem figit Author: Ceterum
 neque divina ut Deus, neque humana ut homo agebat: sed quatenus erat Deus &
 homo, novam quendam, nobiscum conversando, Deivissem operationem exhibebat. „
 Qui & alio loco, non solum *Supradivinam* operationem, sed etiam *adproximam* huma-
 nam, hoc est *humano-divinam* vocat. Ac præterea Theandricæ operationis principium
 indigitat Author, *Deum hominem factum*: & a Deo homine facto non tertium tan-
 tum mixtumque genus operationis, sed & primum, & secundum profluebat: & sui
 fontis saporem triplex hic rivulus pro suo quisque modulo aliquem sane servabat. “
 Egregia plura pergit ille docere. Hæc satis nobis erunt, quæ hactenus tradidimus, ut
 integra catholica fides Areopagitorum Authoris, longe diversa, maximeque adversa Eu-
 tychianis commentatis, pro virili vindicata & exposita innoteſcat.



IN.

INDEX

QUÆSTIONUM, ET ARTICULORUM

Quæ in hoc Quarto Volumine continentur

SEGUNDÆ SECUNDÆ PARTIS

SUMMAE THEOLOGICAE.

QUÆSTIO CLI.

De castitate, quæ est pars subjectiva temperantiarum.

- 1** **U**trum castitas sit virtus.
- 2** utrum sit virtus generalis.
- 3** utrum sit virtus distincta ab abstinentia.
- 4** quomodo se habeat ad pudicitiam.

QUÆSTIO CLII.

De virginitate, quæ est pars castitatis.

- 1** in quo consistat virginitas.
- 2** utrum sit licita.
- 3** utrum sit virtus.
- 4** utrum sit excellens matrimonio.
- 5** utrum sit maxima virtutum.

QUÆSTIO CLIII.

De luxuria, quæ opponitur castitati.

- 1** quæ sit materia luxuria.
- 2** utrum omnis concubitus sit illicitus.
- 3** utrum luxuria sit peccatum mortale.
- 4** utrum luxuria sit visum capitale.
- 5** de filiabus ejus.

QUÆSTIO CLIV.

De partibus luxuriarum.

- 1** utrum convenienter assignentur sex species luxurie.
- 2** utrum fornicatio simplex sit peccatum mortale.
- 3** utrum sit maximum peccatorum.
- 4** utrum in cibis, &c osculis, &c aliis bas-

jusmodi illecebris consistat peccatum mortale.

- 5** utrum nocturna pollutio sit peccatum.
- 6** utrum stuprum sit species luxurie.
- 7** utrum raptus sit species luxurie.
- 8** utrum adulterium sit determinata species distincta ab aliis.
- 9** utrum incestus sit determinata species luxurie.
- 10** utrum sacrilegium sit species luxurie.
- 11** utrum vitium contra naturam sit species luxurie.
- 12** utrum sit maximum peccatorum inter species luxurie.

QUÆSTIO CLV.

De partibus potentialibus temperantiarum, & primo de continentia.

- 1** utrum continentia sit virtus.
- 2** utrum materia continentie sint concupiscentiae delectationum tactus.
- 3** quod sit ejus subjectum.
- 4** utrum continentia sit melior quam temperantia.

QUÆSTIO CLVI.

De incontinentia.

- 1** utrum incontinentia pertinet ad animam, vel ad corpus.
- 2** utrum incontinentia sit peccatum.
- 3** de comparatione incontinentia ad intemperantiam.
- 4** quis sit surpius, utrum incontinentis ira, vel incontinentis concupiscentie.

QUE-

QUESTIO CLVIL

De clementia, & mansuetudine qua sunt partes temperantie.

- 1 utrum clementia, & mansuetudo sit idem.
- 2 utrum utraq[ue] earum sit virtus.
- 3 utrum utraq[ue] earum sit pars temperantie.
- 4 utrum haec sint posissime virtutes.

QUESTIO CLVIII.

De iracundia, qua oppositur mansuetudini.

- 1 utrum irasci possit esse licitum.
- 2 utrum ira sit peccatum.
- 3 utrum sit peccatum mortale.
- 4 utrum sit gravissimum peccatorum.
- 5 utrum convenienter assignentur species iracundie, & que sunt.
- 6 utrum ira sit vitium capitale.
- 7 que, & quot sine filie ejus.
- 8 utrum ira habeat vitium oppositum.

QUESTIO CLIX.

De crudelitate.

- 1 utrum opponatur clementie.
- 2 de comparatione ejus ad seviciam, vel ferociam.

QUESTIO CLX.

De modestia in communione.

- 1 utrum modestia sit pars temperantie.
- 2 utrum modestia sit circa exteriores actiones.

QUESTIO CLXI.

De speciebus modestie, & primo de humilitate.

- 1 utrum humilitas sit virtus.
- 2 utrum confitatio in appetitu, vel iudicio resiliens.
- 3 utrum aliquis per humilitatem debet se omnibus subficeret.
- 4 utrum humilitas sit pars modestie, vel temperantie.
- 5 utrum sit posissima virtutum.
- 6 de gradibus humilitatis.

QUESTIO CLXII.

De superbia in communione.

- 1 utrum superbia sit peccatum.
- 2 utrum sit viuum specialis.
- 3 utrum sit in irascibili secundum in subiecto,
- 4 de speciebus superbie.
- 5 utrum sit peccatum mortale.
- 6 utrum sit gravissimum peccatorum.
- 7 utrum sit primum omniuum peccatorum.
- 8 utrum superbia sit virtus capitale.

QUESTIO CLXIII.

De peccato primi hominis, quod fuit per superbiam.

- 1 utrum primus peccatum primi hominis fuerit superbia.
- 2 quid primus homo peccando appetierit.
- 3 utrum ejus peccatum fuerit gravius omnibus aliis peccatis.
- 4 uter plus peccaverit, utrum vir, vel mulier.

QUESTIO CLXIV.

De pena primi peccati.

- 1 utrum mors fuerit pena peccati primorum parentum.
- 2 utrum penae particulares primorum parentum convenienter assignentur in Scriptura.

QUESTIO CLXV.

De tentacione primorum parentum.

- 1 utrum fuerit conveniens quod homo a diabolo tentaretur.
- 2 utrum modus, & ordo primae tentacionis fuisse conveniens.

QUESTIO CLXVI.

De studiositate, qua est pars temperantie.

- 1 que sit materia studiositatis.
- 2 utrum studiositas sit pars temperantie.

QUESTIO.

QUESTIO CLXVII.

De curiositate, quæ opponitur studiositati.

- 1 utrum vitium curiositatis possit esse in cognitione intellectiva.
- 2 utrum sit in cognitione sensiva.

QUESTIO CLXVIII.

De modestia, quæ consistit in exterioribus motibus corporis.

- 1 utrum in exterioribus motibus corporis, qui serio aguntur, possit esse virtus, & viceversum.
- 2 utrum circa actiones ludi possit esse aliqua virtus.
- 3 utrum in superfluitate ludi possit esse aliquod virtutem.
- 4 utrum in defectu ludi possit esse aliquod viceversum.

QUESTIO CLXIX.

De modestia, secundum quod consistit in exteriōri apparatu.

- 1 utrum circa exteriorem apparatum possit esse virtus, & viceversum.
- 2 utrum malices mortaliter peccant in superfluo ornatu.

QUESTIO CLXX.

De præceptis temperantiz.

- 1 utrum præcepta temperantia convenienter in lege divina tradantur.
- 2 utrum præcepta de viciis annexis temperantia convenienter in Scriptura tradantur.

QUESTIO CLXXI.

De prophetia quantum ad ejus essentiam.

- 1 utrum pertineat ad cognitionem.
- 2 utrum sit habitus.
- 3 utrum sit solum futurorum contingentium.
- 4 utrum Prophetæ cognoscat omnia prophetalia.
- 5 utrum Prophetæ discernat ea quæ divinitus percipit, ab his quæ proprio spiritu videt.
- 6 utrum prophetia possit subesse falsum.

QUESTIO CLXXII.

De causa prophetiarum.

- 1 utrum prophetia sit naturalis.
- 2 utrum sit a Deo medianibus Angelis.
- 3 utrum ad prophetiam requiratur naturalis dispositio.
- 4 utrum requiratur bonitas morum.
- 5 utrum sit aliqua prophetia a dæmonibus.
- 6 utrum prophetae dæmonum aliquando dicant verum.

QUESTIO CLXXIII.

De modo cognitionis prophetice.

- 1 utrum Propheta videant ipsam Dei essentiam.
- 2 utrum ipsa revelatio prophetica fiat per influentiam aliquarum Specierum, vel per solam influentiam luminis.
- 3 utrum prophetica revelatio semper sit cum alienatione a sensibus.
- 4 utrum prophetia semper sit cum cognitione eorum quæ prophetantur.

QUESTIO CLXXIV.

De divisione prophetiarum.

- 1 de divisione prophetia in suas species.
- 2 utrum sit aliorum prophetiarum quæ est sine imaginaria visione.
- 3 de diversitate graduum prophetiarum.
- 4 utrum Moyses fuerit excellensissimus Propheta.
- 5 utrum aliquis comprehensor possit esse Prophetam.
- 6 utrum prophetia creverit per temporis processum.

QUESTIO CLXXV.

De raptu.

- 1 utrum anima hominis rapiatur ad divinam.
- 2 utrum raptus pertineat ad vim cognoscitivam vel ad appetitivam.
- 3 utrum Paulus in raptis viderit Dei essentiam.
- 4 utrum fuerit alienatus a sensibus.
- 5 utrum totaliter fuerit anima a corpore separata in statu illo.
- 6 quid circa hoc sciverit, & quid ignoraverit.

QUESTIO

INDEX QUEST. & ARTIC.

LVI

QUESTIO CLXXVI.

De gratiis gratis datis quantum ad genera
linguarum.

- 1 *utrum per gratiam linguarum homo adipiscatur scientiam omnium linguarum.*
- 2 *utrum donum linguarum sit excellentius quam donum proprieatis.*

QUESTIO CLXXVII.

De gratia sermonis, sapientiae seu
scientiae.

- 1 *utrum in sermone confitiat aliqua gratia gratiis data.*
- 2 *utrum haec gratia pertineat etiam ad mulieres.*

QUESTIO CLXXVIII.

De gratia miraculorum.

- 1 *utrum sit aliquis gratia gratis data faciendi miracula.*
- 2 *utrum malis possint facere miracula.*

QUESTIO CLXXIX.

De divisione vita per activam, & contem-
plativam.

- 3 *utrum vita convenienter dividatur per acti-
vam, & contemplativam.*
- 2 *utrum divisio sit sufficiens.*

QUESTIO CLXXX.

De vita contemplativa.

- 1 *utrum vita contemplativa pertineat tantum ad intellectum, an confitiat etiam in af-
fectu.*
- 2 *utrum ad vitam contemplativam pertineant virtutes morales.*
- 3 *utrum vita contemplativa confitiat solum in uno actu, aut in pluribus.*
- 4 *utrum ad vitam contemplativam pertineat consideratio cuiuscumque veritatis.*
- 5 *utrum vita contemplativa possit in statu vie elevari usque ad Dei visionem.*
- 6 *de moribus contemplationis, quos Dionysius
affignat 4. cap. de div. Nom.*
- 7 *de delectatione contemplationis.*

8 de duratione contemplationis.

QUESTIO CLXXXI.

De vita activa.

- 1 *utrum omnia opera virtutum moralium per-
tineant ad vitam activam.*
- 2 *utrum prudenter pertineat ad vitam acti-
vam.*
- 3 *utrum doctrina pertineat ad vitam activam.*
- 4 *utrum vita activa maneat post hanc vitam.*

QUESTIO CLXXXII.

De comparatione vite activae ad
contemplativam.

- 1 *que sit posterior, siue dignior.*
- 2 *que sit majoris meriti.*
- 3 *utrum vita contemplativa impediatur per
activam.*
- 4 *de ordine utriusque.*

QUESTIO CLXXXIII.

De officiis, & statibus hominum
in generali.

- 1 *quid faciat in hominibus status.*
- 2 *utrum in hominibus debent esse diversi sta-
tus, siue diversa officia.*
- 3 *de differentia officiorum.*
- 4 *de differentia statuum.*

QUESTIO CLXXXIV.

De statu perfectionis in communione.

- 5 *utrum perfectio attendatur secundum carica-
tem.*
- 2 *utrum aliquis possit esse perfectus in bac-
ula vita.*
- 3 *utrum perfectio hujus vite. confitiat principa-
liter in consilio, vel in preceptis.*
- 4 *utrum quicunque est perfectus, sit in statu
perfectioris.*
- 5 *utrum prelati, & religiosi sint specialiter in
statu perfectionis.*
- 6 *utrum omnes prelati sint in statu perfectioris.*
- 7 *utrum status Episcoporum sit perfectior quam
status religiosorum.*
- 8 *de comparatione religiosorum ad plebanos, &
archidiaconos.*

QUEST.

QUESTIO CLXXXV.

De his quæ pertinent ad statum
Episcoporum.

- 1 utrum liceat Episcopatum appetere.
- 2 utrum liceat Episcopatum finaliter recusare.
- 3 utrum oporteat ad Episcopatum eligere me-
liorem.
- 4 utrum Episcopus possit ad religionem transire.
- 5 utrum liceat ei corporaliter suos subditos de-
ferere.
- 6 utrum Episcopus possit habere proprium.
- 7 utrum peccet mortaliter bona ecclesiastica pau-
peribus non erogando.
- 8 utrum religiosi qui ad Episcopatum assumun-
tur, teneantur ad observantias regulares.

QUESTIO CLXXXVI.

De statu religionis quantum ad ea in
quibus consistit principaliter
religionis status.

- 1 utrum status religiosorum sit perfectus.
- 2 utrum religiosi teneantur ad omnia consilia.
- 3 utrum voluntaria paupertas requiratur ad re-
ligionem.
- 4 utrum requiratur conscientia.
- 5 utrum requiratur obedientia.
- 6 utrum requiratur quod hæc cadam sub voto.
- 7 de sufficientia horum votorum.
- 8 utrum votum obedientia sit posseimum inter
tria vota.
- 9 utrum religiosi semper mortaliter trans-
grediendo ea que sunt regula.
- 10 utrum religiosus eodem genere peccati gra-
vius peccet quam secularis.

QUESTIO CLXXXVII.

De his quæ competunt religiosis.

- 1 utrum liceat eis docere, & predicare, &
alia bujusmodi facere.
- 2 utrum liceat eis de negotiis secularibus se-
intromittere.
- 3 utrum teneantur manibus operari.
- 4 utrum liceat eis de elemosynis vivere.
- 5 utrum liceat eis mendicare.
- 6 utrum liceat eis uestimenta ceteris viliora
defere.

QUESTIO CLXXXVIII.

De differentia religionum.

- 1 utrum sint diverse religiones, vel una tan-
tum.
- 2 utrum aliqua religio institui possit ad opera
vite activæ.
- 3 utrum aliqua religio institui possit ad mili-
tandum.
- 4 utrum aliqua religio institui possit ad predi-
candum, & bujusmodi opera exercenda.
- 5 utrum aliqua religio possit institui ad studi-
um scientia.
- 6 utrum religio que ordinatur ad vitam con-
templativam, si posterior ea que ordina-
tur ad vitam activam.
- 7 utrum habere aliquid in communi diminuat
de perfectione religionis.
- 8 utrum religio solitariorum si preferenda reli-
gioni in societate viventium.

QUESTIO CLXXXIX.

De ingressu religionis.

- 1 utrum illi qui non sunt exercitati in obser-
vantia preceptorum, debeant religionem
ingredi.
- 2 utrum liceat aliquos voto obligare ad reli-
gionis ingressum.
- 3 utrum illi qui voto obligantur ad religionis
ingressum, teneantur votum implere.
- 4 utrum illi qui volent religionem invadere,
teneantur ibi perpetuo remanere.
- 5 utrum pueri sint recipiendi in religione.
- 6 utrum propter parentum obsequium aliqui de-
beant retrahiri a religionis ingressu.
- 7 utrum presbyteri curati, vel archidiconi pos-
sint ad religionem transire.
- 8 utrum de una religione possit aliquis transire
ad aliam.
- 9 utrum aliquis debeat alios inducere ad reli-
gionis ingressum.
- 10 utrum requiratur magna deliberatio cum
consanguineis, & amicis ad religionis in-
gressum.

D. THO.

D. THOMAE AQUINATIS DOCTORIS ANGELICI SUMMAE THEOLOGICAE

SECUNDÆ SECUNDÆ

TOMUS QUARTUS.

QUESTIO CLI.

De castitate,

In quatuor articulos divisa.



Einde considerandum est de castitate : & primo de ipsa virtute castitatis ; secundo de virginitate , quæ est pars castitatis ; tertio de luxuria , quæ est vitium oppositum ;

Circa primum queruntur quatuor .

Primo , utrum castitas sit virtus .

Secundo , utrum sit virtus generalis .

Tertio , utrum sit virtus distincta ab abstinentia .

Quarto , quomodo se habeat ad pudicitiam .

ARTICULUS I. 728

Utrum castitas sit virtus .

III. Ethic. lect. 22.

AD primum sic proceditur . Videtur quod castitas non sit virtus . Loquimur enim nunc de virtute animæ . Sed castitas videtur ad corpus pertinere : dicitur enim aliquis ca-

Summ. S.Th. Tom. IX.

(1) Quod ex cap. 4. & 6. haberi posse videretur , prius indicabatur ad marginem in Exemplari Coloniensi & aliis quibusdam quæ notabant in textu quod sit *habitus voluntatis* procul a Philosophi mente , qui prudentiam quæ est *habitus intellectus* inter virtutes ponit : Sed reponendum fuit ex Manuscripto & non nullis impressis quod sit *habitus voluntarius* , ut reponimus & nos : Hic autem non videretur haberi sed

flus ex eo quod aliqualiter se habet ad usum quarundam corporis partium . Ergo castitas non est virtus .

2. Præterea . Virtus est habitus voluntarius , ut dicitur in II. Ethic. (cap. iv. & vi.) (1) Sed castitas non videretur esse aliquid voluntarium , cum per violentiam auferri videatur mulieribus violenter oppressis . Ergo videretur quod castitas non sit virtus .

3. Præterea . Nulla virtus est in infidelibus . Sed aliqui infideles sunt casti . Non ergo castitas est virtus .

4. Præterea . Fructus a virtutibus distinguuntur . Sed castitas inter fructus ponitur , ut patet ad Gal. v. Ergo castitas non est virtus .

Sed contra est quod Augustinus dicit in Lib. de decem chordis (cap. III. a med.) *Cum debetas in virtute precedere uxorem , quoniam castitas est virtus , tu sub uno imperio libidinis cadis , & vis uxorem tuam esse virilem .*

Respondeo dicendum , quod nomen castitatis sumitur ex hoc quod per rationem concupiscentia castigatur , quæ ad modum pueri est refrenanda , ut patet per Philosophum in II. Ethic. (cap. ult.) In hoc autem ratio virtutis humanae consistit , quod sit aliquid secundum rationem modificatum , ut ex su-

A pra

expresse habetur tum cap. 3. græco-lat. vel in antiquis 4. ubi requiri ad virtutem dicitur *ut ex electio- ne opereris* ; tum & 4. græco-lat. vel in antiquis 5. ubi dicitur virtus vel *electio esse* vel *non sine electio-* ne ; tum amplius & expressius cap. 6. græco-lat. vel cap. 7. in antiquis ubi *habitus electivus* (ἐξ τρο- παισμοῦ) appellatur : Angon hoc idem plane quod *habitus voluntarius* ?

pra dictis patet (i. 2. quæst. lxiv. art. 1.) Unde manifestum est castitatem esse virtutem. (1)

Ad primum ergo dicendum, quod castitas consistit quidem in anima sicut in subjecto; sed materiam habet in corpore. Pertinet enim ad castitatem ut secundum judicium rationis, & electionem voluntatis aliquis moderate utatur corporalibus membris.

Ad secundum dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in I. de civ. Dei (cap. xviii. post med.) *proposito animi permanente, per quod etiam corpus sanctificari meruit, nec ipsi corpori afferit sanctitatem violentia libidinis alienae, quam servat perseverantia continentiae sue*: & ibidem dicit, quod est *virtus animi, que comitem habet fortitudinem, qua potius quelibet mala tolerare, quam malo consentire decernit*.

Ad tertium dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in IV. contra Julianum (cap. iii. inter princ. & med.) *abst ut sis in aliquo vera virtus, nisi fueris iustus: abst autem ut sis iustus vere, nisi vivas ex fide*. Et ideo concludit, quod in infidelibus neque est vere castitas, neque aliqua alia virtus, quia scilicet non referuntur ad debitum finem: & sicut ibidem subdit (parum ante med.) *non officiis, idest actionibus, sed finibus a vitiis discernuntur virtutes*.

Ad quartum dicendum, quod castitas, in quantum est quidem secundum rationem operans, habet rationem virtutis; in quantum autem habet delectationem in suo actu, connumeratur inter fructus.

A P P E N D I X .

EX artic. habes primo: quomodo per rationem destruas errorem quorundam Philosophorum, ut narrat Directorium Inquis. 2. par. q. 4. dicentium: quod castitas non

est virtus. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hunc merito damnari a B. Augustino, ut in arg. con. Item a lib. Judith 16. *Erat etiam virtuti castitas adjuncta: id est gloria magna*. Item a i. Tim. 4. *In caritate, in fide, in castitate*. Ubi per hoc, quod enumeratur virtutibus, intelligitur esse virtus. Item a Sap. iv. 1. *O quam pulchra est casta generatio, &c. quoniam apud Deum nota est*. Deus enim virtutes agnoscit, id est approbat. Item per hoc, quod de Susanna habetur Dan. 13. scil. quod & famam, & vitam praeponere castitati recusavit: imo, quod pro amore castitatis, & famam, & vitam perdere, si opus esset, actualiter elegit, cum in petitione seniorum instantissime tentaretur. Mirabilia enim haec, in comparatione ad castitatem, Susannam fecisse, signum magnum est, quod castitatem pro virtute cognovit, hancque esse virtutem legentibus scholasticis notavit. Tercio vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 729

Utrum castitas sit virtus generalis.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod castitas sit virtus generalis. Dicit enim Augustinus in Lib. de mendacio (cap. xx. a med.) *quod castitas animi est ordinatus animi motus, non subdens majora minoribus*. Sed hoc pertinet ad quamlibet virtutem. Ergo castitas est generalis virtus.

2. Præterea. Nomen castitatis a castigatione sumitur. Sed quilibet motus appetitivæ partis debet castigari a ratione. Cum ergo per quamlibet virtutem moralem refrenetur aliquis appetitivus motus, videtur quod quilibet virtus moralis sit castitas.

3. Præterea. Castitati fornicatio opponitur. Sed fornicatio videtur ad omne genus peccati pertinere: dicitur enim in Psal.

lxxix.

(1) Sic eam vocat sub nomine pudicitiae Augustinus, ut art. 4. notabitur: Sed sub nomine castitatis hoc ipsum insinuat serm. 249. de temp. ubi statim ab initio ait: *Gloriosum & insignem inter ceteras virtutes castitas locum tenet, quia ipsa sola est qua mundas mentes huiusminim prestat videre Deum &c.* Et Hieronymus contra Jovinianum lib. i. in fine: *Doctissimi viri vox est pudicitiam in primis esse restringendam, qua amissa omnis virtus ruat: In hac mulierium virtutum principatus est &c.* Et Ambrosius lib. 2. de Abraham cap. 4. *Mens nostra si vel agra per culpam vel invalida per infirmitatem non potuerit ferre virtutis presentiam, dimittit eam &c.* Tum deinde: *Intueamur animo intemperantem aliquem qui*

intuitus castitatis gratiam, capiens ejus decoro sequendam pures, subinde autem dicat, supra vires meas est, &c. Et lib. de viduis: *Docemus (inquit) castitatis triplicem esse virtutem; conjugalem, vidualem, & virginalem:* Praterquam quod in libro de obitu Satyri fratris ut virtutum parentem quondam, ait esse: Bernardus item epist. 42. *Differunt (inquit) pudicus homo & angelus inter se, sed felicitate non virtute: Illius est castitas felicior hujus senior. Et Cassianus de institutis renuntiantibus lib. 6. Nulla virtus sans proprie homines angelis imitatione conversationis equantur quam merito & gratia castitatis per quam en Apostolo municipatum in ecclesiis habens &c.*

lxii. 26. (*) *Perdes omnes qui fornicantur abs te.* Ergo castitas est generalis virtus.

Sed contra est quod Macrobius (Lib. I. in somn. Scip. cap. viii.) ponit eam partem temperantie.

Respondeo dicendum, quod nomen castitatis dupliciter accipitur. Uno modo proprie: & sic est quazdam specialis virtus habens specialem materiam, scilicet concupiscentias delectabilium, quae sunt in venereis. Alio modo nomen castitatis accipitur metaphorice. Sicut enim in corporis commixtione conficit delectatio venereorum, circa quam proprie est castitas, & oppositum virtutum, scilicet luxuria; ita etiam in quadam spirituali conjunctione mentis ad res alias consistit quazdam delectatio, circa quam est quazdam spiritualis castitas metaphorice dicta, vel etiam spiritualis fornicatio similiter metaphorice dicta. Si enim mens hominis delectetur in spirituali conjunctione ad id cui debet conjungi, scilicet ad Deum, & abstineat se ne delectabiliter aliis conjugatur contra debitum divini ordinis, dicitur castitas spiritualis, secundum illud II. ad Corinth. 11. 2. *Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo* (1). Si autem delectabiliter contra debitum divini ordinis conjugatur mens quibuscumque aliis rebus, dicitur fornicatio spiritualis, secundum illud Hierem. 11. 1. *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis.* Et hoc modo accipiendo castitatem castitas est generalis virtus: quia per quamlibet virtutem retrahitur mens humana ne rebus illicitis delectabiliter conjugatur.

Principaliter tamen ratio hujus castitatis consistit in caritate, & in aliis virtutibus theologicis, quibus mens hominis conjugatur Deo.

Ad primum ergo dicendum, quod ratio illa procedit de castitate metaphorice dicta.

Ad secundum dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. præc. & quest. cxi. art. 2.) concupiscentia delectabilis maxime assimilatur pueri, eo quod appetitus delectabilis est nobis connaturalis, & præcipue delectabilium

secundum tactum, quæ ordinantur ad conservationem naturæ. Et inde est quod si nutriatur horum delectabilium concupiscentia, per hoc quod ei consentiat, maxime augebitur; sicut puer, qui suæ voluntati relinquitur. Et sic concupiscentia horum delectabilium maxime indiget castigari; & ideo circa hujusmodi concupiscentias antonomastice dicitur castitas; sicut & fortitudo est circa ea in quibus maxime indigemus animi firmitate.

Ad tertium dicendum, quod objectio illa procedit de fornicatione spirituali metaphorice dicta, quæ opponitur castitati spirituali, ut dictum est (in corp. art.)

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a scripturis insinuatum esse, & Macrobius, quod castitas est specialis virtus. A Macrobius quidem: ut in arg. cons. Vide q. 143. a. 1. A scripturis vero per hoc, quod connumeratur virtutibus specialibus. 1. Timoth. 4. *In caritate, in fide, in castitate.* Item per hoc, quod castitas describitur, tamquam quoddam speciale a lib. Judith 16. *Erat adjuncta virtuti castitas: ita, ecce descriprio ejus specialis, ut non cognosceret virum omnibus diebus vita sue, ex quo defunctus est Manasses vir ejus.* Hæc ibi. Quibus similia sunt in c. 15. ly eo quod castitatem amaveris: post virum tuum alterum nescieris. Secundo vides: quomodo ex iis &c.

A R T I C U L U S III. 730

Utrum castitas sit virtus distincta ab abstinentia.

II. diff. xxiv. quest. 11. art. 1. ad 1. *Circa vir. quest. 1. art. 4. cor. fin.*

AD tertium sic proceditur. Videtur quod castitas non sit virtus distincta ab abstinen-

A 2

(*) *Vulgata Perdidisti.*

(1) Hinc Haymo in 2. ad Corinthios, ut paulo infra: *Despondi vos, inquit, idest ut preparatis vos virginem Christo & integrasem fideli servetis:* Et iterum paulo post: *Quisquis in Ecclesia integratorem fideli habet quam bonis operibus exornat, virgo casta est, si non corpore, tamen mente: Sic & Theodore. tus (ut jam supra indicatum est) Totam Ecclesiam virginem appellavit (scilicet Apostolus) fiduci sincera-*

*ritatem ita vocans: Non enim omnes illi qui credunt proficiuntur virginitatem; sed fidei sinceritate ornari omnes debent: Ut & Beda ex Augustino super Psal. 143. *Quæ virginitas mentis? Integra fides, solida spes, & sincera caritas: Hanc utique virginitatem Apostolus timebat a serpente corrumpi; cum addidit ibidem. Timeo autem, &c.* Tum ex eodem paulo infra in sermoni de Nativitate Christi Ecclesiam suam de fornicatione demonum redimendo virginem fecit &c.*

nentia. Quia circa materiam unius generis sufficit una virtus. Sed unius generis videntur esse quæ pertinent ad unum sensum. Cum ergo delectatio ciborum, circa quam est abstinencia, & delectatio venereorum, circa quam est castitas, pertineant ad tactus, videtur quod castitas non sit alia virtus ab abstinentia.

2. Præterea. Philosophus in III. Ethic. (cap. ult.) omnia vitia intemperantiae assimilat puerilibus peccatis, quæ castigatione indigent (1). Sed castitas nominatur a castigatione vitiorum oppositorum. Ergo cum per abstinentiam cohibeantur quædam vitia intemperantiae, videtur quod abstinentia sit castitas.

3. Præterea. Delectationes aliorum sensuum pertinent ad temperantiam, inquantum ordinantur ad delectationes tactus, circa quas est temperantia. Sed delectationes ciborum, circa quas est abstinentia, ordinantur ad delectationes venereorum, circa quas est castitas: unde dicit Hieronymus (epist. cxlvii. ad Amand. aliquant. a princ. & sup. illud ad Tit. i. *Non vinolentum, non percussorem Cœc.*) *Venter, & genitalia sibi meti pīs vicina sunt, ut ex vicinitate membrorum confederatio intelligatur vitiorum* (2). Ergo abstinentia, & castitas non sunt virtutes ab invicem distinctæ.

Sed contra est quod Apostolus II. ad Corinth. vi. connumerat castitatem jejuniis, quæ ad abstinentiam pertinent.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (quæst. cxli. art. 4.) temperantia est proprie circa concupiscentias delectationum tactus: & ideo oportet ut ubi sunt diversæ rationes delectationis, ibi sint diversæ virtutes sub temperantia comprehensæ.

Delectationes autem proportionantur operationibus, quarum sunt perfectiones, ut dicitur in IX. Ethic. (cap. vii.) Manifestum est autem quod alterius generis sunt opera-

tiones pertinentes ad usum ciborum, quibus natura individui conservatur, & operationes pertinentes ad usum venereorum, quibus conservatur natura speciei. Et ideo castitas, quæ est circa delectationes venereorum, est virtus distincta ab abstinentia, quæ est circa delectationes ciborum.

Ad primum ergo dicendum, quod temperantia non consistit principaliter circa delectationes tactus quantum ad judicium sensus de tangibilibus, quod est ejusdem rationis in omnibus, sed quantum ad ipsum usum tangibilem, ut dicitur in III. Ethic. (cap. x.) Est autem alia ratio utendi cibis, & potibus, & venereis. Et ideo oportet esse diversæ virtutes, licet sint unius sensus.

Ad secundum dicendum, quod delectationes venereæ sunt vehementiores, & magis opprimentes rationem quam delectationes ciborum: & propter hoc magis indigent castigatione, & refrenatione: quia si eis consentiatur, magis ex hoc increscit vis concupiscentia, & dejicit virrus mentis. Unde Augustinus dicit in I. Soliloq. (3) (cap. x. cir. med.) *Nihil esse sensio quod magis ex arce dejicit animum virilem, quam blandimenta feminine, corporumque ille contactus sine quo uxor baberi non posset.*

Ad tertium dicendum, quod delectationes aliorum sensuum non pertinent ad naturam hominis conservandam, nisi prout ordinantur ad delectabilia tactus: & ideo circa hujusmodi delectationes non est aliqua alia virtus sub temperantia comprehensa. Sed delectationes ciborum, quamvis aliqualiter ordinantur ad delectationes venereorum, tamen etiam per se ordinantur ad vitam hominis conservandam: & ideo etiam per se habent specialem virtutem; quamvis illa virtus quæ abstinentia dicitur, ordinet actum suum ad finem castitatis.

A P.

(1) Infinuat & Philosophus ibi æquivalenter voce græca: Nam intemperantiae castitas opponitur, ἀκανθαις velut *in castigationem* dici ait, quia & eum qui appetit turpia, castigari oportet (*κερδοφοις*) sicut pueri &c.

(2) Velut ex epistola eius ad Amandum prius indicabatur ad marginem: Sic autem tantum ibi aliis verbis: *Luxuria mater libidinis est, ventremque dilatens cibo & vini potationibus irrigatum voluptas genitalium sequitur; atque (us alibi dictum est) pro membrorum ordine ordo vitiorum est: alibi autem Nempe ad Titum i. sic ait: Secundum Apostolum in vino luxuria est; & ubicumque festivitas usque e-*

brietas fuerint, ibi libido dominatur: Specie ventrem & genitalia: Pro qualitate vitiorum ordo membrorum: Explicando nimis illud, non vinolentum &c.

(3) Eorum nempe legitimorum ac verorum quæ tomo ejus primo habentur, & cap. io. ubi hæc appendix: Non spuriorum & falorum quæ inter ejus ascititia opera reponuntur ad finem tomi noni: quamvis ineptus ibi Censor intoleranda castitate dicat se non alia in operibus Augustini Soliloquia reperiisse, quæ tamen apud Bedam & Possidium recenseri fatetur: Bellum plane Censem qui proinde hoc studijs examinandis relinquat (inquit). Quod divertant oculi; nisi & fascinati essent.

A P P E N D I X.

EX art. habes *primo* : quomodo per ratio-nem ostendas , merito a scripturis fuisse insinuatum : quod castitas est distincta ab abstinentia . Ut 2. Cor. 6. secundum quod dicitur *in arg. contr.* Ubi scito , præsupponi hoc , tamquam verum , scilicet , quod connumerata necessario distinctionem ad invicem important . Neque enim possent connumera-ri inter se : nisi a se distinguenter . Mul-tiplicatio enim numeri fit ex eo , quod una res numerum unum faciens non est alia , quæ facit aliud numerum . Item 1. Tim. 3. *Epi-scopum esse sobrium , pudicum.* Eo , quod ab-stinentia , quæ includit esse sobrium , distin-guitur a castitate , quæ dicit esse pudicum , ar. 4. Similiter dic de eo , quod ibidem sub-ditur , scilicet *mulleres spudicas , sobrias : simi-liter , ad Tit. 2. fenes , ut sint sobrii , pudicii.* Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S IV. 731

Utrum pudicitia pertineat specialiter ad castitatem.

Sup. quest. cxliii.

AD quartum sic proceditur . Videtur quod pudicitia non pertineat specialiter ad ca-stitatem . Dicit enim Augustinus in I. de civit. Dei (cap. xviii. a princ.) quod *pudi-citia est quedam virtus anime* . Non ergo est aliquid ad castitatem pertinens , sed est per seipsum virtus a castitate distincta .

2. Præterea . Pudicitia a pudore dicitur , (1) qui videtur idem esse verecundia . Sed verecundia secundum Damascenum (Lib. II. orth. Fid. cap. xv.) est de turpi actu ; quod convenit omni actu vitiioso . Ergo pudicitia non magis pertinet ad castitatem quam ad alias virtutes .

3. Præterea . Philosophus dicit in III.

Ethic. (cap. xii. a princ.) quod *omnis inse-verantia generaliter est maxime exprobribilis.* • Sed ad pudicitiam pertinere videtur fugere ea quæ exprobribilia sunt . Ergo pudicitia pertinet ad omnes partes temperantiarum , non autem specialiter ad castitatem .

Sed contra est quod Augustinus dicit in Lib. de perseverantia (cap. xx. paulo a princ.) (2) *Predicanda est pudicitia , ut ab eo qui habet aures audiendi , nihil genitalibus membris illicitum perpetretur.* Sed usus genitalium membrorum proprie pertinet ad castitatem . Ergo pudicitia proprie ad castitatem pertinet .

Respondeo dicendum , quod , sicut dictum est (in arg. 2.) nomen pudicitiae a pudore sumitur , in quo verecundia significatur . Et ideo oportet quod pudicitia proprie sit circa illa de quibus homines magis verecundantur . Maxime autem verecundantur homines de actibus venereis , ut Augustinus dicit in XIV. de civit. Dei (cap. xviii.) intantum quod etiam concubitus conjugalis , qui honestate nuptiarum decoratur , verecundia non careat : & hoc ideo quia motus genitalium membrorum non subjicitur imperio rationis , sicut motus aliorum exteriorum membrorum . Ve-recundatur autem homo non solum de illa commixtione venerea , sed etiam de quibuscumque signis ejus , ut Philosophus dicit in II. Lib. Reth. (cap. vi. post med.) Et ideo pudicitia attenditur proprie circa vene-reia , & præcipue circa signa venereorum , sicut sunt aspectus impudicii , oscula , & tactus . Et quia hæc magis solent deprehendi , ideo pudicitia magis respicit hujusmodi exteriora signa ; castitas autem magis ipsam venereum commixtionem . Et ideo pudicitia ad castita-tem ordinatur , non quasi virtus ab ipsa di-stantia , sed sicut exprimens castitatis circum-stantiam quamdam . Interdum tamen unum pro alio ponitur .

Ad primum ergo dicendum , quod Augustinus ibi accipit pudicitiam pro castitate (3) .

Ad secundum dicendum , quod quamvis omnia

(1) Hinc statua pudoris olim cum hac inscriptione , *Pudicitia* , in Emblematis Alciati ; sc. Emblema 197. sub symbolo matronæ sibi oculos obvulsant ad exprimendam ejus pudicitiam &c.

(2) Sive de bono vel de dono perseverantie cap. 20. Præter id quod ad eundem sensum spectans ex ejus epistola 22. subiungi potest , ubi ait : *Tantum in mense valet integritas castitatis ut illa inviolata esse in corpore possit pudicitia violari : Nec diffimili-*

*sensu epist. 205. post medium : Ornes mores tuos pu-dicitia conjugalis : Quid enim conjugalis pudicitia nisi castitas conjugalis ; Et contra Julianum lib. 3. c. 21. *Pudicitia conjugalis belligeret contra carnalem concupiscentiam ne limites stori nuptialis excedas :* Quod iterum castitas est conjugalis : Et lib. 4. cap. 8. *Salva Pudicitia conjugali malum nascendo trahi-tur quod renascendo purgatur &c.**

(3) Ut ex adiunctis ibi patet : (inquit) *Quis pa-*

omnia vitia habeant turpitudinem quamdam, specialiter tamen vitia intemperantia, ut ex supra dictis patet (quæst. cxlii. art. 4.)

Ad tertium dicendum, quod inter vitia intemperantia præcipue sunt exprobabilia peccata venerea, tum propter inobedientiam genitalium membrorum, tum etiam propter hoc quod ratio ab hujusmodi maxime absorbetur.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quonodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a scripturis, & Augustino; quod pudicitia pertinet specialiter ad castitatem. A D. August. quidem: ut in arg. cont. Et ab eodem in Regula. Nec dicatis, vos habere animos pudicos; si habebatis oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est natus. Et, cum se invicem fibimet, etiam tacenti lingua, conspectu mutuo corda nuncians impudica: etiam intabitis ab immunda violatione corporibus, fugis castitas ipsa de moribus. Hæc ibi. Ubi ab oppositis, idest ab impudicitia declarat & intentum, idest pudicitiam: & quod hæc sit circa signa exteriora venerea, & quod ad castitatem pertineat, cum subiungit ly fugis castitas. A scripturis vero insinuatur 1. Tim. 4. Diaconos similes pudicos. Ibi enim de castitate diaconibus convenienter agere intendit Apostolus. Item Exod. 21. Quod si alteram ei acceperit: providebis pueras nuprias, & vestimenta; & premium pudicitie non negabis. Hoc est: premium castitatis, idest pro castitate ablata ab illa per filium suum: cui prius ipsam pueram desponderat. Secundo vides: quonodo &c.

Q U A E S T I O C L I I .

De virginitate,

In quinque articulos divisa.

DEinde considerandum est de virginitate: & circa hoc queruntur quinque.

Primo, in quo consistat virginitas.

Secundo, utrum sit licita.

Tertio, utrum sit virtus.

Quarto de excellentia ejus respectu matrimonii.

Quinto de excellentia ejus respectu aliarum virtutum.

A R T I C U L U S I. 732

Utrum virginitas consistat in integritate carnis.

IV. dist. XXXIII. quæst. III. art. 1. & dist. XXXIV. quæst. I. art. 4. ad 5. & dist. XLIX. quæst. V. art. 3. quæst. I. cor. & ad 4. & quæst. V. art. 24. ad 2. & quolib. VI. art. 18. cor.

AD primum sic proceditur. Videtur quod virginitas non consistat in integritate carnis. Dicit enim Augustinus in Lib. de nuptiis, & concupiscentia (hab. in Lib. de sancta virginit. cap. XIII. in princ.) quod virginitas est in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio. Sed meditatio non pertinet ad carnem. Ergo virginitas non consistit in carne.

2. Præterea. Virginitas pudicitiam quamdam importat. Sed Augustinus dicit in I. de civitate Dei (cap. XVI. a princ.) quod pudicitia consistit in anima. Ergo virginitas non consistit in carnis incorruptione.

3. Præterea. Carnis integritas videtur consistere in signaculo virginali pudoris. Sed quandoque absque virginitatis præjudicio frangitur illud signaculum: dicit enim Augustinus in I. de civit. Dei (loc. cit.) (1) quod

putaveris se perdere pudicitiam si in oppressa carne sua
excessus & expletatur libido non sua. Si enim hoc modo pudicitia perit profabo virtus animi non erit &c. Perinde ac si dicat castitas: Unde inferius ibidem: Nec de ipso corpore perit castitas, quia sancte uenit perseverans voluntas. Huc etiam referri potest illud ex libro 4. contra Julianum cap. 3. Virsus est pudicitia cui vitium contrarium est impudici-

sia &c.

(1) Vel sic paulo plenus: Non eo corpus est sanctum quod ejus membra sunt integra, aut eo quod nihil contrahentur auctu; cum possint diversis esse castibus &c. Ut & mox: Mana uolus explorans (integritatem) sive malevolentia, sive insecitia, sive causa perdidit, hoc est labefactavit & corruptit: Sed quo motivo, nihil ad institutum pressens.

quod illa membra possunt diversis casibus vulnerata vim perpeti: & medici quandoque saluti opitulantes bac ibi faciunt qua borret aspectus: obsterria etiam virginis cuiusdam integritatem manu velut explorans, dum inspicit, perdidit: & subdit: Non opinor, quemquam tam stulte sapere, ut huic periisse aliquid existimat etiam de ipsis corporis sanctitate, quamvis membrum illius integritate jam perdita. Ergo virginitas non consistit in carnis incorruptione.

4. Præterea. Corruptio carnis maxime in feminis resolutione consistit; quæ potest fieri sine concubitu, vel in dormiendo, vel etiam vigilando. Sed sine concubitu non videtur perdi virginitas: dicit enim Augustinus in Lib. de virginit. (cap. xiiii. in princ.) quod *virginalis integritas, & per piam continentiam ab omni concubitu immunitas, angelica portio est* (1). Ergo virginitas non consistit in carnis incorruptione.

Sed contra est quod Augustinus in eodem Lib. (cap. viii. in fin.) dicit, quod *virginitas est continentia, qua integritas carnis ipsi creatori animæ, & carnis uovetur, conservatur, servatur.*

Respondeo dicendum, quod nomen virginitatis a viro sumptum videtur: (2) & sicut illud dicitur virens, & in suo viro perfistere, quod non est ex superabundantia caloris adustionem expertum; ita etiam virginitas hoc importat, quod persona cui inest, immunis sit a concupiscentia adustione, quæ esse videtur in consummatione maximæ delectationis corporalis, qualis est venereorum delectatio. Unde Ambrosius dicit in Lib. I. de virginibus (inter princ. & med.) quod *enfatis virginalis est expers contagionis integritas.*

In delectatione autem venereorum tria est considerare: unum quidem quod est ex parte corporis, scilicet violatio signaculi virginalis;

aliud autem est in quo conjungitur id quod est animæ, cum eo quod est corporis, scilicet ipsa resolutio seminis delectationem sensibilem causans; tertium autem est solum ex parte animæ, scilicet propositum pervenienti ad talem delectationem. In quibus tribus id quod primo positum est, per accidens se habet ad moralem actum, qui non consideratur per se, nisi secundum ea quæ sunt animæ; secundum vero materialiter se habet ad actum moralem, nam sensibiles passiones sunt materia moralium actuum; tertium vero se habet formaliter, & complective, quia ratio moralium in eo quod est rationis, completeret.

Quia ergo virginitas dicitur per remotionem prædictæ corruptionis, consequens est quod integritas membra corporalis per accidens se habet ad virginitatem; ipsa autem immunitas a delectatione, quæ consistit in feminis resolutione, se habet materialiter; ipsum autem propositum perpetuo abstinentia a tali delectatione, se habet formaliter, & complective in virginitate.

Ad primum ergo dicendum, quod illa definitione Augustini (3) tangit quidem in recto id quod est formale in virginitate. Nam per meditationem intelligitur propositum rationis: quod autem additur, *perpetua*, non sic intelligitur quod oporteat virginem semper actualem meditationem habere, sed quia hoc debet in proposito gerere, ut perpetuo in hoc perseveret. Id vero quod est materiale, tangitur in obliquo, cum dicitur, *incorruptionis in carne corruptibili*; quod additur ad ostendandam virginitatem difficultatem: nam si caro corrumpi non posset, non esset difficile perpetuam incorruptionis meditationem habere.

Ad secundum dicendum, quod pudicitia est quidem essentialiter in anima, materialiter autem in carne; & similiter virginitas.

Unde

(1) Sive iterum paulo plenius: Porro si pudicitia conjugalis quamvis custodiatur in carne animo tamen tribuitur non carni; quanto magis continentia illa &c.

(2) Sic derivat etiam Isidorus lib. II. Etymologiarum vel originum tit. de eternis hominis in dictione *Virgo*, cum sic ait: *Virgo a viridiori etate dicta est*: Etsi addit quod & alias ab incorruptione quasi virago, quod ingnores famineam passionem: Cum illa tamen derivatione nihil commune habet græcum *virginis* quod virginis nomen, est sed ad eam referri potest quod Ambrosius lib. de virginibus ait: *Est Ecclesia ager diversis secundus copiis: His cornas ger-*

mina virginitatis flore vernantia; quod perinde est ac virentia, quia vere omnia incipiunt virere: Hinc & in officio S. Thomas ad singularem eius virginitatem significandam *Viror carnis flore munditia decorare illum dicitur &c.*

(3) Non sicut prius in argomento notabatur ex lib. de nuptiis & concupiscentia, ubi omnino nihil tale occurrit, sed ex libro de sancta virginitate cap. 13. ubi ait quod *virginalis integritas & per piam continentiam ab omni concubitu immunitas angelica portio est*, & *in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditationis*.

Unde Augustinus dicit in Lib. de virginitate (cap. VIII.) (1) quod licet virginitas in carnis servetur, ac per hoc corporalis sit; tamen spiritualis est, quam foves, & servas continentia pietatis.

Ad tertium dicendum, quod, sicut dictum est (in cor. art.) integritas corporalis membra per accidens se habet ad virginitatem, in quantum scilicet per hoc quod ex propposito voluntatis abstinet quis a delectatione venerea, remanet integritas in membro corporeo. Unde si contingat quod per alium modum aliquo casu membra integritas corruptatur, non hanc præjudicat virginitati quam si corruptatur manus, aut pes.

Ad quartum dicendum, quod delectatio quæ est ex seminis resolutione, duplicitur potest contingere. Uno modo ut procedat ex mentis proposito: & sic tollit virginitatem, sive fiat per concubitum, sive absque concubitu. Facit autem mentionem Augustinus de concubitu, quia hujusmodi resolutio communiter, & naturaliter ex concubitu causatur. Alio modo potest provenire præter propositum mentis, vel in dormiendo, vel per violentiam illatam, cui mens non consentit, quamvis caro delectationem experiat, vel etiam ex infirmitate naturæ, ut patet in his qui fluxum semen patiuntur: & sic non perditur virginitas, quia talis pollutio non accedit per impudicitiam, quam virginitas excludit.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas merito a scripturis, Ecclesia, & August. insinuatum fuisse, quod virginitas consistit in integritate carnis. A D. August. quidem, ut in argu. contr. A scripturis vero per hoc, quod dicitur Ezech. 44. Porta hec clausa erit, & non aperietur, & vir non transierit per eam; clausaque erit principi. Ad eius expositionem dicit Concil. Telense in rescripto ad Siritium Papam. *Quæ est sanctuar-*

*rii illa porta, que manet clausa? Et nemo, inquit, pertransibit per eam: sed solus Deus Israhel transibit per eam? Nonne hec porta est Maria, per quam in hunc mundum Redemptor intravit? Hæc est porta justitie. Hec porta est Maria; de qua scriptum est. Quia Dominus pertransibit per eam, & erit clausa; quia & virgo concepit, & genuit. Peperit Maria: & virgo permanet. Hæc ibi. Ab Ecclesia autem idem insinuatur per hoc, quod volens monstrare, quod virginitas remansit in B. Virginie, dum concepit, & parturit, sic de illa protestatur: *Altus tumescit virginis, claustra pudoris permanent.* Et postea: *Procedens de thalamo suo, pudoris aula regia.* Hæc illa in hymno primo Natalis Domini. Ex hoc ergo, quod virginitas significatur a scripturis per clausam portam, & ab Ecclesia per claustrorum pudoris permanentiam, autamque regiam pudoris, datur ab utrisque intelligi scholasticis Theologis, quod virginitas consistit in carnis integritate. Secundo vides; quomodo &c.*

A R T I C U L U S II. 733

Utrum virginitas sit illicita.

Inf. art. 3. & 4. & IV. dist. XXXII. quest. 111. art. 2. ad 2. & 3. & mai. quest. XV. art. 2. ad 13. & vir. quest. 1. art. 13. 13. ad 6. & IL Ethic. lec. 2. fin.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod virginitas sit illicita. Omne enim quod contrariatur præcepto legis naturæ, est illicitum. Sed sicut præceptum legis naturæ ad conservationem individui est, quod tangitur Genes. 11. 16. (*) *De omni ligno quod est in paradiſo, comedere:* ita etiam præceptum legis naturæ est ad conservationem speciei, quod ponitur Genes. 1. 28. *Crescite, & moltiplicamini, & replete terram* (2). Ergo sicut peccaret qui abstineret ab omni cibo; utpote faciens contra bonum individui; ita etiam peccat qui omnino abstinet ab actu generationis, utpote

(1) Sive plenius: *Virginitas non quia virginetas est, sed quia Deo dicata est, honoratur: Quæ licet in carne servetur, spiritus tamen religione ac devotione servatur: Ac per hoc spiritualis est etiam virginitas corporis quam foves & servas &c.* Non ut prius dicit in impressis ac Manuscripto ipso quam votis: Non dum enim de voto virginitatis in illis verbis Augustini agitur sed, de observantia generaliter, vel cum ego, vel tuo voto: *Nec sola virginitas dicitur spi-*

ralis quæ voto confirmatur, sed absolute virginitas quæ propter spiritale motivum observatur.

(*) *Vulgata:* *Ex omni ligno paradiſi comedere.*

(2) Ut vers. 8. videre est homini dictum vel homini masculo & feminæ per anticipationem, cum nondum productio feminæ commemorata esset: Postquam tale aliquid cunctis animalibus vers. 22. dictum erat.

ut pote faciens contra bonum speciei.

2. Præterea. Omne illud quod recedit a medio virtutis, videtur esse vitiosum. Sed virginitas recedit a medio virtutis, ab omnibus delectationibus venereis abstinentia: dicit enim Philosophus in II. Ethic. (cap. 11. a med. & Lib. III. cap. xiv.) (1) quod *qui omni voluptate positur, neque ab una recedit, intemperatus est; qui autem omnes fugit, sicut agrestis, insensibilis est.* Ergo virginitas est aliquid vitiosum.

3. Præterea. Poena non debetur nisi vitio. Sed apud antiquos puniebantur secundum leges illi qui semper celibem vitam ducebant ut Maximus Valerius dicit (Lib. II. cap. IV. num. 2.) unde & Plato secundum Augustinum in Lib. de vera religione (cap. III. ad fin.) *sacrificasse naturæ dicitur, ut perpetua ejus continentia tamquam peccatum aboleretur.* Ergo virginitas est peccatum.

Sed contra est quod nullum peccatum rete cadit sub consilio. Sed virginitas recte cadit sub consilio: dicitur enim I. ad Corinth. VII. 25. *De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do.* Ergo virginitas non est aliquid illicitum.

Respondeo dicendum, quod in humanis actibus illud est vitiosum quod est præter restraint rationem. Habet autem hoc recta ratio ut bis quæ sunt ad finem, utatur aliquis secundum eam mensuram quæ congruit fini. Est autem triplex hominis bonam, ut dicitur in I. Ethic. (cap. VIII. a princ.) unum quidem quod consistit in exterioribus rebus, puta divitiis; aliud autem quod consistit in bonis corporis; tertium autem quod consistit in bonis animæ: inter quæ etiam bona contemplativæ virtùtē sunt potiora bonis virtutē activæ, ut Philosophus probat in X. Ethic. (cap. x.) & Dominus dicit Luc. x. 43. *Maria opimam partem elegit.* Quorū Summ. S. Th. Tom. IX.

bonorum exteriora quidem ordinantur ad ea quæ sunt corporis; ea vero quæ sunt corporis, ad ea quæ sunt animæ; & ulterius ea quæ sunt virtutē activæ, ad ea quæ sunt virtutē contemplativæ.

Pertinet igitur ad rectitudinem rationis ut aliquis utatur exterioribus bonis secundum eam mensuram quæ competit corpori: & similiter de aliis. Unde si quis abstineat ab aliquibus possidendis quæ alias esset bonum possidere, ut consulat saluti corporali, vel etiam contemplationi veritatis, non esset hoc vitiosum, sed secundum rationem rectam.

Et similiter si quis abstinet a delectationibus corporalibus, ut liberius varet contemplationi veritatis, pertinet hoc ad rectitudinem rationis. Ad hoc autem pia virginitas ab omni delectatione venerea abstinet, ut liberius divinæ contemplationi varet: dicit enim Apostolus I. ad Corinth. 411. 34. *Mulier innupta, & virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta & corpore, & spiritu: quæ autem nupta est, cogitas quæ mundi sunt & quomodo placeat viro.* Unde relinquitur quod virginitas non est aliquid vitiosum, sed potius laudabile.

Ad primum ergo dicendum, quod præceptum habet rationem debiti, ut supra dictum est (quæst. cxxii. art. 1.) Dupliciter autem aliquid est debitum. Uno modo, ut impleatur ab uno: & hoc debitum sine peccato præteriri non potest. Aliud autem est debitum impletum a multitudine: & ad tale debitum impletum non tenetur quilibet de multitudine: multa enim sunt multitudini necessaria, ad quæ implenda unus non sufficit; sed impletur a multitudine, dum unus hoc, alijs illud facit. Præceptum igitur legis naturæ homini datum de comedione, necesse est quod ab unoquoque impleatur: (2) aliter enim individuum conservari non posset.

B

Sed

(1) Sic expresse habetur cap. 2. tum in græco-lat. tum in antiquis & apud S. Thomam lect. 2. Sed implicite lib. 3 cap. 14. græco-lat vel 21. in antiquis & apud S. Thomam lect. 21. Non 11. sicut prius. Quod autem subiungitur ex Valerio & in plerisque passim Editionibus non indicatur ad marginem, per quamque in Duacensi ut ex libro 2. cap. 4. indicatur, habetur tantum cap. 9. ubi ait *pæne nomine a Camillo & Posthumio Consoribus era deferre jussos in ararium eos qui ad senectusenem celibes pervenissent; iterumque puniri dignos fuisse, si de iam justa constitutione queri ausi essent; cum in hunc modum increparerunt: Natura vobis quemadmodum nastendi, ita gignendi legem scribit;* parentesque vos alenda,

se potum nutriendorum debito (si quis est pædor) alligaverunt &c. Sed quod ex Ethic. 1. subrectitur & ex cap. 4. prius indicabatur ad marginem, sumptum est ex capite 8. græco-lat. vel cap. 12. in antiquis & apud S. Thom. lect. 12. Et quod ex Ethic. 10. subiungitur postea post, ac ad marginem ex cap. 7. notabatur, sic in græco-lat. videtur est, sed cap. 10. in antiquis & apud S. Thomam lect. 10.

(2) Juxta ordinarium saltem & consuetum usitata naturalem salvo extraordinario casu & miraculo, quo quidam plures dies absque cibo vixisse referuntur; quamvis per totam vitam nullus: Unde præceptum semper de comedendo pro aliquo tempore manet necessarium ut integritas individui conservetur.

Sed præceptum datum de generatione respicit totam multitudinem hominum , cui necessarium est non solum quod multiplicetur corporaliter , sed etiam quod spiritualiter proficiat . Et ideo sufficienter providetur humanae multitudini , si quidam carnali generationi operam dent ; quidam vero ab hac abstinentes , contemplationi divinorum vacent ad totius humani generis pulchritudinem , & salutem : sicut etiam in exercitu quidam castra custodiunt , quidam signa deferunt , quidam gladiis decentur : quæ tamen omnia debita sunt multitudini , sed per unum impleri non possunt .

Ad secundum dicendum , quod ille qui abstinet ab omnibus delectationibus præter rationem rectam , quasi delectationes secundum se abhorrens , est insensibilis , sicut agrestis . (1) Virgo autem non abstinet ab omni delectatione , sed solum a delectatione venerea : & ab hac abstinet secundum rationem rectam , ut dictum est (in cor. art.) Medium autem virtutis non secundum quantitatem , sed secundum rationem rectam determinatur ut dicitur in II. Ethicor. (cap. vi.) (2) Unde de magnanimo dicitur in IV. Ethic. (cap. viii. parum a princ.) quod est magnitudine extremus , eo autem quod ueoportes , medius .

Ad tertium dicendum , quod leges feruntur secundum ea quæ ut in pluribus accidunt . Hoc autem rarum erat apud antiquos ut aliquis amore veritatis contemplandæ ab omni delectatione venerea abstineret : quod solus Plato legitur fecisse : unde non sacrificavit , quasi hoc peccatum reputaret , sed perverſæ opinioni civium cedens , ut ibidem Augustinus dicit .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem interimas heresim Calvini dicentis : quod ad Nuptias contrahendas omnes obligantur , & est præceptum universale . Ac si per hoc aperte diceret : Virginitas est illicita . Item errorem Balatii facto suo insanodicentis idem , scilicet , quod virginitatem servare est illicitum . Facto suo , dixi : quoniam (ut refert B. Athanasius in vita S. Anto-

nii Abbatis , & Heremita) iste Balatius dux Egypti , Arianusque perfidæ studioſissimus , faciebat Virgines nudas verberibus in publico affici : ac si aliquod illicitum , scilicet servando virginitatem , committerent . Secundo habes : quomodo per rationem ostendas , prædictum errorem merito damnari a B. Matthæo Evangelista factis ipsis : ut factum malum facto bono , tamquam clavus clavo restundatur . Motibus vero (inquit Hieron. de viris illustribus , & vita ejus ab Ecclesia communiter lecta) quo auro virginitatem Iphigenia voverat , ut in sancto virginitatis proposito persisteret , eamdem portabatur . Hæc ibi . Item a divina iustitia ; quæ dum Balatum ipsi pro tali infamia flagellat , & virginitatem licitam esse demonstrat , & contrarium errorem aperte condemnat . Sanctus Antonius (inquit D. Athanasius , ubi supra) , „ ad eum sic scripsisse fertur . Video , o Balati , iram Dei super te venientem . Ideo fine , quæso , ut facias , Christianos persequi : ne Dei vindicta te occupet ; quæ proximum jam tibi minatur interitum . „ Qua epistola spreta , dum cum Nestorio Alexandriæ præfecto equitaret , morfu repente Balatum equus in terram dejicit , ejusque foemora dentibus laceravit . Qui post tertium diem e vivis sublatus est , „ juxta Sancti Antonii vaticinium . „ Hæc ibi Athanasius . Vide , quam digna poena . Virginitati Balatius factis quoque detrahebat : Equus correspondenter in poenam , tamquam Dei instrumentum , foemora ejus factis ipsis , idest dentibus laceravit . Item : quomodo per rationem ostendas , heresim Calvinii merito damnari a sacro Concilio Trident. fess. 24. can. 10. „ Si quis dixerit , non esse melius , ac beatius , manere in virginitate , aut coelibatu , quam jungi matrimonio ; anathema sit . Hæc ibi . Item ab Apostolis & facto scilicet Beati Matthæi supradicto pro quo etiam morti se exposuit , ac martyrizatus est , ut legitur ibidem , & verbo I. Cor. 7. „ Bonum est homini , mulierem non tangere . Et ; solitus es ab uxore , noli querere uxorem . Et : Igitur , qui matrimonio jungit virginem suam , bene facit : & qui non jungit , melius facit . Et ; Cui vult , nubat in Domino . Beatus autem erit , si „ sic

(1) Sive sicut agrestes (juxta Graecum ἀγρικοὶ) hoc est rusticī) vel obtusi homines &c.

(2) Cap. quidem 5. greco latino , sed in antiquis cap. 6. & apud S. Thomam leſt. 6. Sed quod immo-

diate subjungitur ex Ethicorum 4. ac velut ex cap. 3. prius indicabatur ad marginem , sumptum est ex cap. 7. græco-lat. vel cap. 8. in antiquis & apud S. Thom. leſt. 8.

Sic permanerit secundum consilium meum., Hæc ibi. Item damnatur ab Ecclesia sancta catholica facto suo fere quotidiano : quo festa sacrarum virginum solemniter celebrat. Item sanguis illarum , quæ virginitali fervanda vitam postpoluerunt martyres effectæ, clamat ad Deum. condemnando Calvinum. Ex Gene. 4. Testio vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 734

Utrum virginitas sit virtus.

Inf. quæst. clv. art. 1. cor. & ad 5. & IV. dist. xxxiiii. quæst. IIII. art. 2. & dist. xlxi. quæst. V. art. 3. quæst. I. co. & II. Eth. lect. 2. fin.

AD tertium sic proceditur . Videtur quod virginitas non sit virtus . Nulla enim virtus inest nobis a natura, ut Philosophus dicit in II. Eth. (cap. 1.) Sed virginitas inest nobis a natura : quilibet enim mox natus virgo est . Ergo virginitas non est virtus .

2. Præterea . Quicumque habet unam virtutem , habet omnes , ut supra habitum est (1. 2. quæst. lxi. art. 1.) Sed aliqui habent alias virtutes , qui non habent virginitatem : alioquin cum sine virtute nullus ad regnum celorum perveniat , nullus sine virginitate ad ipsum posset pervenire ; quod esset matrimonium damnare . Ergo virginitas non est virtus .

3. Præterea . Omnis virtus restituitur per pœnitentiam . Sed virginitas non reparatur per pœnitentiam : unde Hieronymus dicit (epist. xxii. ad Eustoch. de custod.

virginit. cap. 11. cir. med.) (1) Cum cetera Deus possit, non potest virginem post ruinam reparare . Ergo videtur quod virginitas non sit virtus .

4. Præterea . Nulla virtus perditur sine peccato . Sed virginitas perditur sine peccato , scilicet per matrimonium . Ergo virginitas non est virtus .

5. Præterea . Virginitas condividit virtutati , & pudicitæ conjugali . Sed neutrum illorum ponitur virtus . Ergo virginitas non est virtus .

Sed contra est quod Ambrosius dicit in Lib. I. de virginib. (aliquant. a princ.) (2) *Invitat virginitatis amor ut aliquid de virginitate dicamus , ne veluti transitu quodam perstricta videatur , quæ principalis est virtus.*

Respondeo dicendum , quod , sicut supra dictum est (art. 1. hu. quæst.) in virginitate est sicut formale , & completivum , propositum perpetuo abstinenti a delectatione venerea (3): quod quidem propositum laudabile redditur ex fine , in quantum scilicet hoc fit ad vacandum rebus divinis . Materiale autem in virginitate est integritas carnis absque omni experientia venereæ delectationis .

Manifestum est autem quod ubi est specialis materia boni habens specialem excellentiam , ibi inventitur specialis ratio virtutis ; sicut pater in magnificencia , quæ est circa magnos sumptus , & ex hoc est specialis virtus a liberalitate distincta , quæ communiter se habet circa omnem pecuniarum usum .

Hoc autem quod est conservare se immunem ab experientia venereæ voluptatis , habet quamdam excellentiam laudis supra hoc quod est conservare se immunem ab inordinatione venereæ voluptatis . Et ideo virginitas

B 2 nitas

(1) Sive paulo aliter & pleniū : *Audenter loquar: Cum omnia possit Deus , fuscitare virginem non possit post ruinam , ad illud Amos alludendo , Virgo Israel cecidit & non est qui fusciter eam , ut epist. 22. & cap. 2. videre est , quam de custodia virginitatis ad Eustochium scribit.*

(2) Ubi & interserit quod & hoc foror sancta ipsius Marcellina , cui eos libros inscripsit , multis ratiis moribus petat .

(3) Vel transposita constructione : *Propositum perpetuo abstinenti a delectatione venerea est in virginitate sicut formale & completivum ; id est propria & formalis ratio essentiam virginitatis complens , modo quo forma naturalis complere rerum naturalium essentiam dicitur , quasi earum essentialis perfectio . Quam ridiculus ergo qui matrimonium virginitati quoad meritum & præmium preferre volens in*

feedissimis notis quibus virginitatem Augustini a se corruptam consipravat , fœminas omnes quæ beatæ in cœlo erunt , virgines fore dixit , & mire sibi has inepta blanditus est , quia nimis corpus in eamdem integratatem restitutum resurrexit ac si corruptum numquam esset ; quasi hoc esset vere virginem esse : Quidni Chirurgum hunc hominem potius quam Theologum agere oportuit ? Quod usque adeo infeliciter præstat . ut ea ipfa occasio , non puduerit eum dicere crassissima & hæretica infictio , sic esse plene restituentem integratam suæ corporis ac si recens creatum foret , omnimecumque amissurum habitudinem ad Adamum , non solum ut peccati , sed ut naturæ principium : Annon hoc porro perinde est ac si diceret : non idem corpus fore ; Sed ad cumulum ineptiæ citat in eam quoque occasionem quod Apostolus ait 2. ad Corinth. 5. *nova in Christo creature.*

nitas est quædam specialis virtus habens se ad castitatem sicut magnificientia ad liberalitatem.

Ad primum ergo dicendum, quod homines ex sua nativitate habent id quod est materiale in virginitate, scilicet integratatem carnis immunem ab experimento venereorum non tamen habent id quod est formale in virginitate, ut scilicet habeant propositum fervandi hujusmodi integratatem propter Deum; & ex hoc habet rationem virtutis. Unde Augustinus dicit in Lib. de virginit. (cap. 21. in princ.) *Nec nos hoc in virginibus predicamus, quod virgines sunt, sed quod Deo dicatur pia continencia virgines sunt.*

Ad secundum dicendum, quod connexio virtutum accipitur secundum illud quod est formale in virtutibus: id est secundum caritatem, vel secundum prudentiam, ut supra habitum est (quæst. cxxix. art. 3. ad 2.) non autem secundum id quod est materiale in virtutibus. Nihil enim prohibet alicui virtuoso suppeditare materiam unius virtutis, non autem materiam alterius; sicut pauper habet materiam temperantie, non autem materiam magnificantie. Et hoc modo aliqui habenti alias virtutes deest materia virginitatis, id est praedicta integritas carnis; tamen potest id quod est formale in virginitate, habere, ut scilicet habeat in preparatione mentis, praedictæ integratatis conservandæ propositum, si hoc sibi competeteret; sicut pauper potest in preparatione animi habere propositum magnificos sumptus faciendi si sibi competeteret; & similiter ille qui est in prosperitate, habet in preparatione animi propositum adversa æquanimiter tolerandi: & sine hac preparatione animi non potest esse aliquis virtuosus.

Ad tertium dicendum, quod virtus per poenitentiam reparari potest quantum ad id quod est formale in virtute, non autem quantum ad id quod est materiale in ipsa. Non enim si quis magnificus consumperit divitias suas, per poenitentiam peccati restituuntur ei divitiae. Et similiter ille qui virginitatem peccando amiserit, per poenitentiam non recuperat virginitatis materiam, sed recuperat virginitatis propositum. Circa materiam autem virginitatis est aliquid quod

miraculose reparari poterit divinitus, scilicet integritas membra, quam dicimus accidentaliter se ad virginitatem habere; aliud autem est quod nec miraculose reparari potest, ut scilicet qui expertus est voluptatem veneream, fiat non expertus. Non enim Deus potest facere ut ea quæ facta sunt, non sint facta, ut in primo habitum est (quæst. xxv. art. 4.)⁽¹⁾.

Ad quartum dicendam, quod virginitas, secundum quod est virtus, importat propositum voto firmatum integratatis perpetuo servandæ. Dicit enim Augustinus in Lib. de virginit. (cap. viii. in fin.) quod per virginitatem integritas carnis ipsi creatori anime, & carnis uovetur, consecratur, servatur. Unde virginitas, secundum quod est virtus, numquam amittitur nisi per peccatum.

Ad quintum dicendum, quod castitas conjugalis ex hoc solo habet laudem quod abstinet ab illicitis voluptatibus: Unde non habet aliquam excellentiam supra communem castitatem. Viduitas autem addit quidem aliquid supra castitatem communem; non tamen pervenit ad id quod est perfectum in materia ista, scilicet ad omnitudinem immunitatem venerez voluptratis; sed sola virginitas. Et ideo sola virginitas ponit virtus specialis supra castitatem, & cum magnificientia supra liberalitatem.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo; quomodo per rationem destruas errorem *Barbare Imperatricis subindicantis*, quod virginitas non est virtus. Ex ea enim heresi, quam dicebat aperte, sequitur implicite praedictus error in ipsa. *Virgines*, inquit, *pro Christi nomine pati stultum est, coquod voluptratis gaudia non gustent*. Quid hic implicari, secundum illam, e vestigio conspicis? Quod virginitatem servare, stultum est. *Eo, quod, inquit, virgines voluptratis gaudia non gustent*. Ceterum contra nunc dictum errorem militant ea, quæ diximus in a. 2. app. Ideo videtur illuc. Quid aliud erroris implicatur, secundum illam, in heresi praedicta? Quod virginitas non est virtus; sed stultum quid. *Eo, quod, inquit, voluptratis gaudia nec gustantur*,

(1) Hoc est in 1. part. quæst. 25. art. 4. ubi quæstum ex professo utrum Deus possit facere quod præterita non fuerint: Et hinc iterum ineptia praedicta convincitur inauspicati corruptoris; quasi materialis

vel corporeæ integratatis restitutio impedit ne mulieres, quæ per matrimonium vel per meretricium corruptæ sunt, virgines non fuerint, aut in beato statu non sint.

sunt, nec gustare finit, imo gustare hujusmodi omnino prohibet. Vide hic errorem illum in principio tactum ab ipsa, propter eamdem rationem expressam, implicite dictum contra quem directe militat praesens articulus. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, errorem hunc merito damnari a D. Ambrofio, ut extenditur in argum. cont. Item ab omnibus illis, & quidem a fortiori, quae monstrant, quod castitas est virtus. De quibus vide p. 151. n. 1. append. Item a D. Augustino damnatur; dum in libro de virginitate, hanc esse & virtutem, & nobilissimam quidem, per haec verba insinuat. *Christus*, inquit, cuius utique caro virgo est, „ Virginis filius, Virginum sponsus, Virgin „ nali utero corporaliter natus; Virginali „ connubio spiritualiter conjugatus. Cor „ igitur universa Ecclesia virgo sit, ut dicit „ Apostolus, quanto digna honore sunt membra, quae hoc custodiunt in carne, quod ipsa tota custodit in fide? *Tertio* vides: &c.

ARTICULUS IV. 735

Vtrum virginitas sit excellentior matrimonio.

M. dist. xxx. queſt. ii. art. 3. ad 6. &
dist. xxxii. queſt. iii. art. 2. ad 5.
O art. 3. ad 1. O 3.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod virginitas non sit excellentior matrimonio. Dicit enim Augustinus in Lib. de bono conjugali (cap. xxii. in fin.) Non impar meritum est continentia in Joanne, qui nulla expertus est nuprias, & in Abram, qui filios generavit. Sed majoris virtutis manus est meritum. Ergo virginitas non est potior virtus quam castitas coniugalis.

2. Præterea. Ex virtute dependet laus virtuosi (1). Si ergo virginitas preferretur continentiae conjugali, videtur esse consequens

quod quilibet virgo esset laudabilior qualibet conjugata. Hoc autem est falsum. Ergo virginitas non preferetur conjugio.

3. Præterea. Bonum commune potius est bono privato, ut patet per Philosophum in I. Ethicor. (cap. xi. ad fin.) (2) Sed conjugium ordinatur ad bonum commune: dicit enim Augustinus in Lib. de bono conjugali (cap. xvi. in princ.) Quod est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem humani generis: (3) virginitas autem ordinatur ad bonum speciale, ut scilicet vitent tribulationem (4) carnis, quam sustinent conjugati, sicut patet per Apostolum I. ad Cor. vii. Ergo virginitas non est potior continentia conjugali.

Sed contra est quod dicit Augustinus in Lib. de virginit. (cap. xix. in fin.) Et certa ratione, & sanctorum Scripturarum autoritate nec peccatum esse nuptias invenimus; nec eas bone aut virginalis continentie, vel etiam virualis equamus.

Respondeo dicendum, quod, sicut patet in Lib. I. Hieronymi contra Jovinianum (non remote a princ.) hic error fuit Joviniani, qui posuit, virginitatem non esse matrimonio preferendam.

Qui quidem error præcipue destruitur & exemplo Christi, qui & matrem virginem elegit, & ipse virginitatem servavit; & ex doctrina Apostoli, qui I. ad Corinth. vii. virginitatem consuluit tamquam melius bonum; & etiam ratione, tum quia bonum divinum est potius humano bono, tum quia bonum animæ preferetur bono corporis, tum etiam quia bonum contemplativa vita preferetur bono activa. Virginitas autem ordinatur ad bonum animæ secundum vitam contemplativam, quod est cogitare ea quae sunt Dei; conjugium autem ordinatur ad bonum corporis, quod est corporalis multiplicatio generis humani; & pertinet ad vitam activam: quia vir, & mulier in matrimonio viventes necesse habent cogitare quae sunt mun-

(1) Non tantum quia virtus est causa cur laudetur vel sit laudandus iuste, sed quia tanto maior laus eius esse debet quanto est virtus major.

(2) Äquivalente sensu cap. 1.

(3) Generis tantum in Augustini textu; sed humani subintelligi debet.

(4) Hoc est afflictionem pro rebus necessariis procurandis & sibi & filiis & etiam aliis, ut ibidem explicat S. Thomas: Ad zeli conjugalis (hoc est zelotypia) suspicionem refert Augustinus, ut & ad curam nutritiorum filiorum, orbitatisque timoris ac

mœroris, ut videtur est lib. de sancta virginitate cap. 16. Uhi rursus lepidus joculator qui eum librum sue traductionis corruptelis & fœdissimis notis deturpavit, facetum agens, eos ridere gestit per somnium fortasse sibi visos qui de stimulo carnis vel concupiscentia id explicant, nec eos esse alios quam qui Philosophus studuerint, ut quanto ipse Philosophiam odio profequatur ostendat: Nec inuria quia, nemo philosophatur vel ratiocinatur insultus ac ille tam infelix & ridiculus commentator.

mundi , ut patet per Apostolum I. ad Corinth. vii.

Unde indubitanter virginitas preferenda est continentia conjugali.

Ad primum ergo dicendum , quod meritum non solum pensatur ex genere actus , sed magis ex animo operantis . Habuit autem animum Abraham sic dispositum , ut paratus esset virginitatem servare , si esset temporis congruum : ex quo meritum continentia conjugalis in ipso æquatur merito continentia virginalis in Joanne , respectu præmii substancialis , non autem respectu præmii accidentalis . Unde Augustinus dicit in Lib. de bono conjugali (cap. xxii. in fin.) (1) quod *Joannis cælibatus , & Abrahe connubium pro temporum distributione Christo militaverunt ; sed continentium Joannes & in opere , Abraham vero in solo habitu habebat .*

Ad secundum dicendum , quod licet virginitas sit melior quam continentia conjugalis ; potest tamen conjugatus melior esse quam virgo , dupli ratione . Primo quidem ex parte castitatis , si scilicet ille qui est conjugatus , habeat animum magis paratum ad virginitatem servandam , si oporteret , quam ille qui est actu virgo . Unde Augustinus instruit virginem in Libro de bono conjugali (cap. xxii. ante med.) ut dicat : *Ego non sum melior quam Abram , sed melior est castitas cælibum quam castitas nuptiarum .* Et rationem postea subdit , dicens : *Quod enim nunc ago , melius ille egisset , si tunc agendum esset ; quod autem illi egerunt , sic ego non agerem , etiam si nunc agendum esset .* Secundo quia forte ille qui non est virgo , habet aliquam excellentiorem virtutem (2) . Unde Augustinus dicit in Lib. de virginit. (cap. xliv. in fin.) *Unde scit virgo , quamvis sollicita que sunt Domini , ne forte propter aliquam sibi incognitam mentis infirmitatem nondum sit matura martyrio ; illa vero mulier cui se preferre gestibat , jam posse bibere calicem dominice passionis (3) ?*

Ad tertium dicendum , quod bonum commune potius est bono privato , si sit ejusdem generis ; sed potest esse quod bonum priva-

tum sit melius secundum suum genus . Et hoc modo virginitas Deo dicata praesertim secunditati carnali . Unde Augustinus dicit in Lib. de virginit. (cap. ix. in princ.) quod *secunditas carnis etiam illorum que in hoc tempore nihil aliud in conjugio quam problema requirunt , quam mancipare Christo , promissa virginitate compendiari non posse credenda est .*

A P P E N D I X .

Ex art. habes primo : quomodo interimas heresim *Soviniani* , & *Helvidii* , dicentium : quod virginitas non est majoris meriti apud Deum , quam conjugium . Vel , quod tamen in idem redit , dicentem , nuptias esse pares virginitati . Secundo habes : quomodo per rationem ostendas , hanc merito damnari a D. Aug. ut in arg. contr. Ubi nota , authoritatibus scripturarum hoc idem posse probari : quod dicit Augustin. & rancamento , practicare notationem pro lectoribus positam in q. 70. art. 1. append. Item a Conc. Trid. sess. 24. ca. 10. *Si quis dicebit , statum conjugalem anteponendum esse statui virginitatis , vel cælibatus : & non esse melius , ac beatus , manere in virginitate , aut cælibatu , quam jungi matrimonio , anathema sit .* Hæc ibi . Item ab Apostolo i. Cor. 7. diffuse . Tercio vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S V. 736

Utrum virginitas sit maxima virtus .

Inf. quest. clv. art. 1. & quest. clxxxv. art. 4. & IV. dist. llll. quest. llll. art. 3. & III. capit. cap. cxxxiv.

Ad quintum sic proceditur . Videtur quod virginitas sit maxima virtutum . Dicit enim Cyprianus in Lib. de virginit. (seu de habitu virgin. non remote a princ.) *Nunc nobis ad virgines sermo est , quarum quo sublimior est gloria , eo est major cura .* Flot

(1) Ubi & exemplum præmittit Petri ac Joannis quoad meritum in utroque non dissimile martyrii , quamvis non tantum idem , sive tolerantiam non re ipsa eamdem : *Sicut non est impar meritum patientie in Petro qui passus est , & in Jeanne qui passus non est (inquit) quia nimisrum (si hoc oportuisset) idem paratus erat pati .*

(2) *Sicut mox de Crispina nobilissima foemina quem*

ad 5. Decembris propter Christum decollata est , notat expresse Augustinus .

(3) *Vel dominica humilitatis quem prius bibendum discipulis amatoribus sublimitatis opposuit ; cum dixit puta Matth. 10. vers. 12. 22. Zelbedi filii ad filium dexteram & sinistram sedere petentibus , Postea bibere calicem quem ego bibitus sum ?*

*Flos est ille ecclesiastici germinis , decus , atque
ornamentum gratiae spiritualis , illustrior portio
gregis Christi (1) .*

2. Præterea . Majus præmium debetur maiori virtuti . Sed virginitati debetur maximum præmium , scilicet fructus centesimus , ut patet Matth. xiiii. in Glossa (ord. Hieron. sup. illud , *Qui vero in terram bonam .*) Ergo virginitas est maxima virtutum .

3. Præterea . Tanto aliqua virtus est maior , quanto per eam aliquis Christo magis conformatur . Sed maxime aliquis conformatur Christo per virginitatem : dicitur enim Apocal. xiv. 4. de virginibus , quod *sequuntur agnum , quocumque eris : & quod canzant cansicum novum , quod nemo alius poterat dicere .* Ergo virginitas est maxima virtutum .

Sed contra est quod Augustinus dicit in Libro de virginit. (cap. xlvi. in fi.) *Nemo , quantum puto , ausus fuerit virginitatem præferre martyrio ; (2) & in eodem Lib. (cap. xlvi. in princ.) dicit : Praclarissimum testimoniūm perhibet ecclesiastica auctoritas , in qua fidelibus notum est , quo loco Martyres , & quo defuncte sanctimoniales ad altaris sacramenta recitentur . Per quod datur intelligi , quod martyrium virginitati præfertur , & similiter monasterii status .*

Respondeo dicendum , quod aliquid potest dici excellentissimum duplicitate . Uno modo in aliquo genere : & sic virginitas est excellentissima , scilicet in genere castitatis : transcendit enim & castitatem vidualem , & conjugalem . Et quia castitati antonomastice attribuitur decor , ideo virginitati , per consequens attribuitur excellentissima pulchritudo . Unde & Ambrosius dicit in Lib. de virginibus (parum a med.) *Pulchritudinem quis potest majorem estimare decore virginis , qua amas a Rege , probatur a iudice , dedi-*

catur Domino , consecratur Deo ?

Alio modo potest dici aliquid excellentissimum simpliciter : & sic virginitas non est excellentissima virtutum . Semper enim finis excellit id quod est ad finem ; & quanto aliquid efficacius ordinatur ad finem , tanto melius est . Finis autem , ex quo virginitas laudabilis redditur , est vacare rebus divinis , ut dictum est (art. præc.) Unde ipsa virtutes theologicæ , & etiam virtus religionis quarum actus est ipsa occupatio circa res divinas , præferuntur virginitati . Similiter etiam vehementius operantur , ad hoc quod inhaerent Deo , martyres , qui ad hoc postponunt propriam vitam , & viventes in monasteriis , qui ad hoc postponunt propriam voluntatem , & omnia quæ possunt habere , quam virgines , quæ ad hoc postponunt venerabilem voluptatem . Et ideo virginitas non simpliciter est maxima virtutum .

Ad primum ergo dicendum , quod virginies sunt illustrior portio gregis Christi , & est earum sublimior gloria per comparationem ad viduas , & conjugatas . (3)

Ad secundum dicendum , quod centesimus fructus attribuitur virginitati secundum Hieronymum , propter excellentiam quam habet ad viduitatem , cui attribuitur sexagesimus , & ad matrimonium , cui attribuitur tricesimus . Sed sicut Augustinus dicit in Lib. I. de questionibus Evangel. (cap. ix. in princ.) *centesimus fructus est martyrum , sexagesimus virginum ; & tricesimus conjugorum .* Unde ex hoc non sequitur quod virginitas sit simpliciter maxima virtutum omnium , sed solum in aliis gradibus castitatis .

Ad tertium dicendum , quod virgines sequuntur Agnum , quocumque eris quia imitantur Christum , non solum in integritate mentis , sed etiam in integritate carnis , ut Augustinus dicit in Lib. de virginit. (cap.

xxvii.

(1) Vel sicut hic plenius interjicit , *Iata indoles , laudis & honoris opus integrum , & incorruptum , Dei imago respondens ad sanctimoniam Domini ; hoc est Domini laetitiae conformis ; ut habetur paulo post initium libri de disciplina & habitu virginum juxta inscriptionem uitatam .*

(2) Manuscriptum Summae legit monasterio & sic legitur S. Thomam ostendit conclusio quam inde inferit , quod nimis virginitati præferatur Monasterii status in fine hujus argumenti , sicut & qu. 186. art. 7. idem ex eodem etiam loco probat : *Quamvis revera legendum sit ex Augustini textu , martyrio , ut ipse supra quest. 124. art. 3. felicius ex puriori Exemplari & emendationi usurpavit : Quod autem subjunc-*

gitur de loco recitandi Martyres , allusio est ad eorum commemorationem ipso sacrofaneo Missa Canone factam , ob consortium quoddam dignitatis quam eius passionis imitatio comparavit , ut & alibi ex Augustino id inculcante notavimus .

(3) Vel per comparationem indefinitam ad quemcumque communem apud omnes & utilitatem sancte vivendi modum quem ibidem præmittit Cyprianus , non ad alium speciale ac heroicum quem aliquae virtutes velut proprium sibi vindicant virginitate digniores : *Unde non nisi gregis illustriore portionem appellat , quod ad statum vulgarem quodammodo se ferri potest .*

xxvii. a med.) Et ideo in pluribus sequuntur Agnum ; non tamen oportet quod magis de propinquio, quia aliae virtutes faciunt propinquius inbærere Deo per imitationem mentis. Canticum autem novum, quod solæ virgines cantant, est gaudium quod habent de integritate carnis servata. (1)

A P P E N D I X.

EX art. habes primo : quomodo per rationem & ostendas, & in sensu recto intelligas, merito infinium esse ab Ecclesia, scripturis ; & Augustino : quod virginitas non est excellentissima virtutum. A D. Augustino quidem : ut in arg. contr. A Scripturis autem, ut de caritate , q. 23. art. 6. append. & de religione qu. 81. ar. 6. append. & de martyrio q. 124. art. 3. append. & de obedientia q. 104. art. 3. append. Ab Ecclesia vero per hoc, quod martyres anteponit virginibus in officiis celebritatum fumarum : & martyres vocat, *Victorum genus optimum*, ut patet in hymno primo martyrum . Ex quo dicto Ecclesia datur ab eadem etiam intelligentia, quod nobilior est aureola data martyribus, quam virginibus . Secundo vides : quomodo &c,

Q U Ä S T I O CLIII.

De visio luxurie,

In quinque articulos divisa.

Dinde considerandum est de visio luxurie, quod opponitur castitati : & primo de ipsa in generali ; secundo de species bus ejus .

Et circa primum queruntur quinque.

Primo, quæ sit materia luxurie .

Secundo, utrum omnis concubitus sit illitus.

Tertio, utrum luxuria sit peccatum mortale .

Quarto, utrum luxuria sit vitium capitale .

Quinto de filiabus ejus .

A R T I C U L U S I.

737

Utrum materia luxurie sint solum concupiscentiae, & delectationes venereas.

I. Etib. cap. v. lett. L.

AD primum sic proceditur. Videtur quod materia luxurie non solum sint concupiscentiae, & delectationes venereas . Dicit enim Augustinus in Lib. II. Confes. (cap. vi. a med.) quod *luxuria satietatem, atque abundantiam se cupit vocari*. (2) Sed satietas pertinet ad cibos, & potus, abundantia autem ad divitias . Ergo luxuria non est proprie circa concupiscentias, & voluptates venereas .

2. Præterea . Proverb. xx. 7. dicitur : *Luxuria res est vinum* . Sed vinum pertinet ad delectationem cibi, & potus . Ergo circa ea maxime videtur luxuria esse .

3. Præterea . Luxuria dicitur esse libidinosæ voluptatis appetitus . Sed libidinosa voluptas non solum est in venereis, sed etiam in multis aliis . Ergo luxuria non est solum circa concupiscentias, & voluptates venereas .

Sed contra est quod dicitur in Lib. de vera religione (cap. III. a med.) de luxuriosis ; *Qui seminas in carne, de carne metet corruptionem* . Sed seminatio carnis fit per voluptates venereas . Ergo ad has pertinet luxuria .

Respondeo dicendum, quod, sicut Isidorus dicit in Lib. X. Etymol. (ad lit. L.) *luxuriosus aliquis dicitur, quasi solitus in voluptates* . (3) Maxime autem voluptates venereas

(1) De quo sic Augustinus ubi supra : *Pergite cabibes & innupte: Vos offereatis ad nuptias Agni canonicum novum quod cantabitis citharis vestris: Non tale quale cantat universa terra* (Psal. 95.) sed tale quale nemo poteris dicere nisi vos : *Agnus quemque jeris sequimini, quo nemo cum sequi audeat vel valeat nisi vos: Ubi credo grandia sunt gaudia, non qualia in ipso regno Domini non virginibus erunt, sed a ceterorum omnium gaudiorum forte distincta & propria virginum Christi &c.*

(2) Seu nominari ; ut notandum est propter osculantiam Editionum aliquarum (puta Coloniensis)

& ipsius utique Manuscripti, ubi legitur quod *ad satietatem atque abundantiam se cupit vocari quasi pro invitari dictum effet* : Est enim ibi Augustini evidens plane sensus quomodo ementitis virtutis nominibus vocari velint ut se tegant . Quod autem subiungitur ex lib. de vera Religione argum. *Sed contra usurpavit ex Apostolo Augustinus cap. 6. ad Galat. verf. 8. & ibi dictum luxuriosis esse annotavit* .

(3) Alludendo ad membra loco mota quæ lux communiter dicuntur : ut ibidem subjungit ; nempe lib. 10. etymologicum vel originaria lit. L. in dictione *Luxuriosus* .

ne reæ animum hominis solvunt : & ideo circa voluptates venereas maxime luxuria confid eratur.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut temperantia principaliter quidem & proprie est circa delectationes tactus ; dicitur autem ex consequenti, & per similitudinem quamdam in quibuldam aliis materiis : ita etiam luxuria principaliter quidem est in voluptatibus venereis, quæ maxime & præcipue animum hominis resolvunt ; secundario autem dicitur in quibuscumque aliis ad excessum pertinentibus. Unde ad Galat. v. dicit Gloria (interl. sup. illud, *Luxuria, idolorum servitus &c.*) quod „ luxuria est quælibet su- „ perfuitas “

Ad secundum dicendum, quod vinum dicitur res luxuriosa vel secundum hunc modum quo in qualibet materia abundantia ad luxuriam refertur, vel in quantum superflius usus vini incentivum voluptati venereæ præbet. (1)

Ad tertium dicendum, quod etsi libidinosa voluptas in aliis materiis dicatur ; tamen specialiter hoc nomen sibi vindicant venereæ delectationes, in quibus etiam specialiter libido dicitur, ut Augustinus dicit in XIV. de civ. Dei (cap. xv. ad fin. & cap. xvi. in princ.)

A P P E N D I X.

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas, merito a scripturis infinitum, quod luxuria est circa concupiscentias, & delectationes venereas. Ut Galat. 6. *Qui seminas in carne, de carne metet corruptionem.* Extende, applicando, tu hoc, sicut fit in argum. contr. Item per hoc, quod postquam dictum fuerat *Luc. 15. de filio pro-*

Summ. S.Tb. Tom. IX.

digo ly vivendo luxurioso, replicando idem subjungitur ly cum meretricibus. Exinde enim clarissimum Theologis scholasticis relinquere voluit scriptura, quod luxuria versatur circa concupiscentias, & delectationes venereas. Secundo vides : quomodo &c.

ARTICULUS II. 738

Utrum nullus actus venereus possit esse sine peccato.

Mal. quest. xv. art. i.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod nullus actus venereus possit esse sine peccato. Nihil enim videtur impedit virutem nisi peccatum. Sed omnis actus venereus maxime impedit virtutem : dicit enim Augustinus in I. Soliloquiorum (cap. x. ante med.) *Nihil esse sensio quod magis ex arte deicias animum virilem quam blandimenta feminæ, corporumque ille contactus.* Ergo nullus actus venereus videtur esse sine peccato.

2. Præterea. Ubicumque invenitur aliquid superfluum, per quod a bono rationis receditur, hoc est vitiolum : quia virtus corruptitur per superfluum, & diminutum, ut dicitur II. Ethic. (cap. ii. & vi.) Sed in quolibet actu venereo est superfluitas delectationis, quæ instantum absorbet rationem quod impossibile est aliquid intelligere in ipsa ut Philosophus dicit in VII. Eth. (cap. xi. a med.) & sicut Hieronymus dicit (epist. xi. ad Ageruch. de Monogam. parum a med. & hab. cap. Connubia, xxxii. quest. ii.) in illo actu spiritus prophetæ non tangebat corda Prophetarum. (2) Ergo nullus actus venereus potest esse sine peccato.

C 3. Præ-

(1) Legit nihilominus Ambrosius lib. 2. de officiis cap. 21. *Prodigum est vinum :* Et sic explicat : *Prodigum est sumptuosus effluere convivis & vino plurimo :* *Prodigum est popularis favoris gratia exinanire proprias opes :* Quod ex vini potu largiori continet : Sic Aspernus postquam vino incautus, dixit Ether uxori sua : *Quid vis fieri ? Essamini dimidiam partem regni mei postieris, impetrabis :* Unde in Sixtiana Editione 70. interpretum ita redditur quoque Græcum ἀρτος quasi prodigum vinum ; sed melius vulgata reddit luxuriosum propter cautam in textu affignatam.

(2) Plenius in Decretis refertur Hieronymi nomine Caula 32. quest. 2. *Connubia*, prænotaturque in Matthæum : Ex Origene tamen desumptum est super Numeros vel Numerorum librum homil. 6. ut & Appendix notat : *Sic porro ibi : Conjugia legitima ca-*

rent quidem peccato, non tamen tempore illo quo coniugales actus geruntur præfensio sancti Spiritus datur, etiam si Propheta esse videatur qui officio generationis obsequitur : Habet etiam Origenis nomine Glossa ordinaria in undecimum caput Numerorum : *Quamvis aliquid equivalentis habeat Hieronymus non in Matthæum sed epist. 11. que de monogamia inscribitur ; ubi nimis ait quod Hieremias captivitate propinquante uxorem prohibetur accipere ; sicut & Ezechiel in Babylone dicit, mortua est uxor mea & apertum est os meum (Ezech. 14.) quia nec ductus uxorem nec illo qui duxerat, possunt in opere conjugali libere prophetare :* Ut iam 1. 2. qu. 34. art. 1. per alias occasionem notavimus expresse ad calcem : Ubi tamen excidit nobis velut ex Origene reponere in textu vel ad calcem indicare quod & ex Hieronymo ibi notatum est.

3. Præterea. Causa potior est quam effetus. Sed peccatum originale in parvulis trahitur a concupiscentia, sine qua actus venereus esse non potest, ut patet per Augustinum in Lib. I. de nuptiis, & concupiscentia (cap. xxiv.) Ergo nullus actus venereus potest esse sine peccato.

. Sed contra est quod Augustinus dicit in Lib. de bono conjugali (cap. xxv. cir. princ.) *Satis responsum est hereticis, si ramen capiunt, non esse peccatum quid neque contra naturam committitur, neque contra modum, neque contra præceptum: & loquitur de actu venereo quo antiqui patres pluribus conjugibus utebantur. Ergo non omnis actus venereus est peccatum.*

Respondeo dicendum, quod peccatum in humanis actibus est quod est contra ordinem rationis. Habet autem hoc rationis ordo ut quilibet convenienter ordinet in suum finem. Et ideo non est peccatum, si per rationem homo utatur rebus aliquibus ad finem ad quem sunt, modo & ordine convenienti, dummodo ille finis sit aliquid vere bonum.

Sicut autem est vere bonum quod conservetur corporalis natura unius individui; ita etiam est quoddam bonum excellens quod conservetur natura speciei humanæ. Sicut autem ad conservationem vitæ unius hominis ordinatur usus ciborum, ita etiam ad conservationem totius humani generis usus venereorum.

Unde Augustinus dicit in Lib. de bono conjugali (cap. xvi. in princ.) *Quod est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem generis.* Et ideo sicut usus ciborum potest esse absque peccato, si fiat debito modo & ordine, secundum quod competit saluti corporis; ita etiam & usus venereorum potest esse absque omni peccato, si fiat debito modo, & ordine, secundum quod est conveniens ad finem generationis humanæ.

Ad primum ergo dicendum, quod aliquid potest impedire duplicitate virtutem. Uno modo quantum ad communem statum virtutis: & sic non impeditur virtus nisi per peccatum. Alio modo quantum ad perfectum virtutis statum: & sic potest

impediri virtus per aliquid quod non est peccatum, sed est minus bonum. Et hoc modo usus feminæ dejicit animum non a virtute, sed ab arte, idest perfectione virtutis. Unde Augustinus dicit in Lib. de bono conjugali (cap. viii. a med.) *Sic uero bonum erat quod Martha faciebat occupata circa ministerium Sanctorum, sed melius quod Maria audiens verbum Dei; ita etiam bonum Susanna in castitate conjugali laudamus, sed tamen ei bonum vidua Anne, ac multo magis Marie virginis anteponimus.*

Ad secundum dicendum, quod, sicut supra dictum est (quæst. præc. art. 2. ad 2. & 1. 2. quæst. lxiv. art. 2.) medium virtutis non attenditur secundum quantitatem, sed secundum quod convenit rationi rectæ. Et ideo abundantia delectationis, quæ est in actu venereo secundum rationem ordinato, non contrariatur medio virtutis. Et præterea ad virtutem non pertinet, quantum sensus exterior delectetur, quod consequitur corporis dispositionem, (1) sed quantum appetitus interior ad hujusmodi delectationes afficiatur. Nec ex hoc etiam quod ratio non potest liberum actum rationis ad spiritualia consideranda simul cum illa delectatione habere, ostenditur quod actus ille sit virtuti contrarius. Non enim est virtuti contrarium, si rationis actus aliquando intermittatur pro aliquo quod secundum rationem fit: alioquin quod aliquis se somno tradit, esset contra virtutem. Hoc tamen quod concupiscentia, & delectatio venereum non subjetat imperio, & moderationi rationis, provenit ex poena primi peccati, inquantum scilicet ratio rebellis Deo meruit habere suam carnem rebellem, ut patet per Augustinum XIII. de civitate Dei (cap. xiii.)

Ad tertium dicendum, quod, sicut Augustinus ibidem dicit (loc. cit. in arg.) *ex concupiscentia carnis, que regeneratis non imputatur in peccatum, tamquam ex filia peccati proles nascitur, originali obligata peccato.* Unde non sequitur quod actus ille sit peccatum, sed quod in illo actu sit aliquid personale a peccato primo derivatum.

A P.

(1) Tam vere dictum eo sensu quam a Beguardis olim ac Beguinis, & ab illuminatis quoque moderinis nostris ac similibus libertinis ganeonibus nefarie dicitur non referre quid sensus agat vel quid sentiat corpus, modo animus Deo uniatur, quia sunc est seq-

sualitas rationi ac spiritui tam perfecte subjecta quod homo potest libere concedere corpori quidquid placet; ut videre est in Clementina quæ incipit *Ad nostrum ex Clemente V. in Concilio Vicensi.*

A P P E N D I X.

EX art. habes primo : quomodo per rationem interimas hæresim *Tatianorum* dicentium , Matrimonium nil aliud esse , nisi occultum meretricium . Item hæresim *Pauperum de Lugduno* similem (ut refertur ex Summa Fr. Yconeti s. par. c. 2. in *Bibliotheca Vaticana manuscripta*) dicentium , Matrimonium esse fornicationem juratam , nisi continenter vivant conjugati . Item hæresim *Marcionis* dicentis , Nuptias illicitas , execrabilis , & spurcas esse . Item *Arianorum* erroneam observationem : qui (ut D. August. lib. de her. ex relatu aliorum narrat) nuptias conjugatos ad sanctam communionem non admittebant : sed tantum continentes . Hac omnia in hunc locum pro tanto solum adducta sint , pro quanto nullum actum venereum posse esse sine peccato , his suis dicas , testificabantur . Damnabant siquidem matrimonialem : quem solum inter venereos posse esse sine peccato , subintelligit præsens articulus : pro tanto igitur hæreses illas hic solum condemnandas noveris , pro quanto actum venereum matrimonialem de peccato accusant . Ita , quod , quidquid matrimonii copulam carnalem approbaverit , illas omnes cum suis authoribus in hoc reprobaverit . **S**ecundo habes : quomodo per rationem ostendas , hæreses prædictas merito condemnari ab Apost. i. Tim. 4. , Discedent quidam a fide , attendentes spiritibus erroris , & doctrinis dæmoniorum in hypocrisi loquentium mendacium , prohibentium nubere . *Hæc ille : ubi notabis tu singula . Item a 1. Cor. His* , qui matrimonio juncti sunt , præcipio non ego sed Dominus uxorem a viro non discedere . *Et iterum : Uxori vir debitum reddat : similiter autem & uxori viro . Mulier sui corporis potestatem non habet , sed vir : similiter autem vir sui corporis potestatem non habet , sed mulier . Nolite fraudare ad invicem , nisi forte ex consensu ad tempus , ut vacatis orationi : & iterum revertimini in idipsum . Ne tentet vos Satanás propter incontinentiam vestram . Ecce pro Satana Tatiani , Marcionitæ , aliquique supradicti , & similes . Et iterum ibid. Si nupserit vir-*

„ go , non peccavit . Item a Rom. 7. Quæ sub viro est mulier , vivente viro , alligata est legi . Igitur , vivente viro , vocabitur adultera , si fuerit cum alio . Item i. „ Tim. 5. Volo , juniores nubere , filios procreare , matresfamilias esse . „ Item condemnari eas merito ab Ecclesia Catholica per hoc , quod de sanctis conjugatis , atque viduis (ut de Sancta Anna , &c.) officium speciale celebrandum statuerit annuatim . Item a Veritatibus aureis super legem veterem Genes. i. concl. 22. & c. 24. concl. 5. Tertio videlicet &c.

ARTICULUS III. 739

Utrum luxuria que est circa actus venereo , possit esse peccatum .

Sup. quest. xxxv. art. 3. cor. & quest. xxxvi. art. 3. cor. & IV. dist. xxxiii. quest. 1. art. 3. quest. 2. & 3. & mal. quest. xv. art. 2. & I. Cor. VII. lect. 3.

AD tertium sic proceditur . Videtur quod luxuria que est circa actus venereo , non possit esse aliquod peccatum . Per actum enim venereum semen emittitur , quod est superfluum alimenti , ut patet per Philosophum in Lib. I. de generatione animalium (cap. xviii. a med. & cap. xix.) Sed in emissione aliarum superfluitatum non attendit aliquod peccatum . Ergo neque circa actus venereo potest esse aliquod peccatum .
2. Præterea . Quilibet potest licite uti , ut liberet , eo quod suum est . Sed in actu venereo homo non utitur nisi eo quod suum est ; nisi forte in adulterio , vel raptu (1) . Ergo in usu venereo non potest esse peccatum ; & ita luxuria non erit peccatum .

3. Præterea . Omne peccatum habet vitium oppositum . Sed luxuriaz nullum vitium videtur esse oppositum . Ergo luxuria non est peccatum .

Sed contra est quod causa est posterior suo effectu . Sed vinam prohibetur propter luxuriam , secundum illud Apostoli ad Ephes. v. 18. *Notite inebriari vino , in quo est luxuria .*

C. 2

Erz

(1) In adulterio quidem & quia sui corporis potestatem non habet sed uxoris , & sic non tradit suum quando corpus exhibet meretrici ; & minus ad-

huc utitur suo si sit adulterium reciprocum , quia nec alterius uxoris exhibere se illi potest : in raptu autem , quia & alterius potestati subest quam rapit &c.

Ergo luxuria est prohibita.

Præterea. Galat. v. enumeratur inter opera carnis (1).

Respondeo dicendum, quod quanto aliquid est magis necessarium, tanto magis oportet ut circa illud rationis ordo servetur. Unde per consequens magis est vitiosum, si ordo rationis pratermittatur. Usus autem venereorum, sicut dictum est (art. præc.) est valde necessarius ad bonum commune, quod est conservatio humani generis. Et ideo circa hoc maxime attendi debet rationis ordo; & per consequens si quid circa hoc fit, præter id quod ordo rationis habet, vitiosum erit. Hoc autem pertinet ad rationem luxuriaz ut ordinem, & modum rationis excedat circa venerea. Et ideo absque dubio luxuria est peccatum.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut Philosophus in eodem Libro dicit (loc. cit. in arg.) *semen est superfluum, quo indigetur*: dicitur enim superfluum ex eo quod residuum est operationis virtutis nutritivæ, tametsi indigetur eo ad opus virtutis generativæ. Sed aliae superfluitates humani corporis sunt, quibus non indigetur: & ideo non refert, qualitercumque emittantur, salva decentia convictus humani. Sed non est simile in seminis emissione, quæ taliter debet fieri ut convenientat fini, ad quem eo indigetur.

Ad secundum dicendum, quod, sicut Apostolus dicit I. ad Cor. vi. 20. contra luxuriam loquens: *Empii estis presio magno. Glorificate ergo, & portate Deum in corpore vestro*. Ex eo ergo quod aliquis inordinate suo corpore utitur per luxuriam, injuriam facit Deo, qui est principalis dominus corporis nostri. Unde & Augustinus dicit in Lib. de decem chordis (ap. x. cir. med.) (2) *Deus, qui sic gubernat servos suos ad utilitatem illorum, non ad suam, hoc jussit, hoc precepit, ne per illecebras, & illicites voluptes corrueat templum ejus, quod esse cœpisti*.

Ad tertium dicendum, quod oppositum luxuriaz non contingit in multis, eo quod homines magis sunt proni ad delectationes; & tamen oppositum vitium continetur sub insensibilitate: & accidit hoc vitium in eo qui intantum detestatur mulierum usum, quod etiam uxori debitum non reddit.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem interimas hæresim Cynicum, Balaamitarum, Turrilupinorum, dicentium: Luxuriaz nullum esse peccatum. Item hæresim Agaperarum dicentium, licentiam quamlibet in delitiis carnis, in escis comedendis, in fuso, in ornamentiis, in impudicitiis, esse licitam. Vide art. 1. ad argumenta: quod luxuria etiam ad similia extenditur. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hanc meritum damnari a Galat. 5. „Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt, &c. Luxuria. &c. quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Item Deuter. 21. comedientibus vacans, & luxuriaz lapidibus eum obruet populus, & morietur. Item Sapient. 2. Dixerunt impii cogitantes apud se non recte, &c. Nullum pratum sit, quod non pertransseat luxuria nostra. Item ad Titum 1. Filios habens fideles: non in accusatione luxuriaz. Item a Veritatibus aureis super legem veterem, Gen. 3. concl. 2. & cap. 34. concl. 3. Tertio vides: quomodo &c.

A.R.

(1) Sic enim ibi vers. 19. *Manifesta sunt opera eternis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria &c.* Tum deinde vers. 21. *Prædixi vobis &c. prædico quod quæ talia agunt, regnum Dei non consequentur:* Quod est non tantum ea esse peccata simpliciter; sed mortalia: Non dicit porro qui talia egrent, sed quæ agunt (ut ibi notat Haymo) ideo qui in talibus permanent usque ad diem mortis sue, vitam eternam non possiderunt: Et Lombardus: *Opera carnis manifesta sunt, ideo per se apparent mala: Et paulo inferius: Non ait, Qui haec omnia fecerint aut simul habuerint; sed qui talia agunt; quia etiam*

frangula regnum Dei tollunt &c.

(2) Sive paulo plenius: *Deus qui seit quid tibi fit usile qui vere sic subservos gubernat ad illorum utilitatem non ad suam, uxorem concessit, nibil amplius: Hoc jussit, hoc precepit no per illicitas voluptates corrueat templum ejus quod esse cœpisti: Numquid hoc ego dico?* Apofolium audite: Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei corruperit, corrumpet illum Deus: *Videtis quomodo minatur? Non vici corrupti domum tuam: Quare corrumpis domum Dei?* &c.

o

ARTICULUS IV. 740

*Urum luxuria sit vitium capitale.**Mal. quest. xv. art. 4.*

AD quartum sic proceditur. Videtur quod luxuria non sit vitium capitale. Luxuria enim videtur idem esse immunditia, ut patet per Glossam (interl. super illud, *Omnis immunditia*) ad Ephes. v. Sed immunditia est filia gulae, ut patet per Gregorium XXXI. Moral. (cap. xvii. a med.) Ergo luxuria non est vitium capitale.

2. Præterea. Isidorus dicit in Lib. II. de summo bono (cap. xxxix. in princ.) quod *sicut per superbiam mentis iter in prostitutionem libidinis; ita per humilitatem mentis satva sit castitas carnis.* Sed contra rationem capitalis vitii esse videtur quod ex alio vi-
tio oriatr. Ergo luxuria non est vitium capitale.

3. Præterea. Luxuria causatur ex despera-
tione, secundum illud Ephes. iv. 19. *Qui desperantes, semetipos tradiderunt impudici-
zia.* Sed desperatio non est vitium capitale; quinimo ponitur filia acediae, ut supra
habitum est (quest. xxv. art. 4. ad 2.) Er-
go multo minus luxuria est vitium capitale.

Sed contra est quod Gregorius XXXI. Moral. (cap. xvii. a med.) ponit luxu-
riam inter vitia capitalia (1).

Respondeo dicendum, quod, sicut ex di-
ctis patet (quest. cxlviii. art. 5. & 1.
2. quest. lxxxiv. art. 3. & 4.) vitium ca-
pitale est quod habet finem multum appeti-
bilem; ita quod ex ejus appetitu homo pro-
cedat ad multa peccata perpetranda, quæ
omnia ex illo vitio tamquam ex principali
oriri dicuntur. Finis autem luxuriae est de-
lectatio venereorum, quæ est maxima. Un-
de hujusmodi delectatio est maxime appeti-
bilis secundum appetitum sensitivum, tum
propter vehementiam delectationis, tum et-
iam propter connaturalitatem hujusmodi con-

cupiscientiae. Unde manifestum est quod lu-
xuria est vitium capitale.

Ad primum ergo dicendum, quod im-
munditia secundum quosdam, quæ ponitur
filia gulae, est quædam immunditia corpora-
lis, ut supra dictum est (quest. cxlviii.
art. 6.) & sic objectio non est ad pro-
positum.

Si vero accipiatur pro immunditia luxu-
ria, sic dicendum, quod ex gula causatur
materialiter, (2) inquantum scilicet gula
ministrat materiam corporalem luxurie; non
autem secundum rationem causæ finalis,
secundum quam potissimum attenditur origo
aliorum vitiorum ex vitiis capitalibus.

Ad secundum dicendum, quod, sicut supra
dictum est (quest. cxxii. art. 4.) cum
de inani gloria ageretur, superbia ponitur
communis mater omnium peccatorum: &
ideo etiam vitia capitalia ex superbia ori-
untur.

Ad tertium dicendum, quod a delecta-
tionibus luxuriae præcipue aliqui abstinent
propter spem futuræ gloriæ; quam despera-
tio subtrahit: & ideo causat luxuriam, sicut
removens prohibens, non sicut per se causa;
quod requiri videtur ad vitia capitalia.

APPENDIX.

EX art. habes primo: quomodo per ratio-
nem ostendas, merito a Scripturis, &
Gregorio fuisse insinuatum: quod luxuria est
vitium capitale. A D. Gregorio quidem:
ut in arg. con. A Scripturis vero per hoc,
quod plurima mala fuisse orta ex luxuria
multoties ibi habetur, speciatim vero ex
Gen. 34. de tot malis securis ex luxuria,
qua Sychem violavit Dynam. Et Judic. 19.
20. de occidente sexagintaquinque millia ho-
minum, orta ex effrenata luxuria in uxo-
rem Levitæ. Et 2. Reg. 12. de occidente
Ammon tumultuosa, ex luxuria ejus ip.
Thamar orta. Secundo vides: quomodo &c.

AR.

(1) Nempe cap. 31. in antiquis Exemplaribus vel 17. in modernis, ut jam notatum sapere, ubi expli-
cans exhortationem *Ducum & ululatum exercitus* Job.
39. & per Duces principalia septem vitia intelligens
quibus cor devastandum tradit superbia quasi omnium
vitiorum Regina: *Septem principalia vitia* (inquit)
*de hac virulentâ radice proferuntur; scilicet inanis
gloria, invidia, ira, zristitia (pro acedia) avari-
gia, ventris ingluvies (pro gula), luxuria.*

(2) Juxta ea que superius notata sunt ex Hierony-
mo sine Cerere & Baccho frigidam remanere Vene-
rem; idest sine cibi & potus largiori effusione libi-
dinem languidorem reddi; ut & ex Gregorio, tunc
virtutes per luxuriam destrui cum extenditur per in-
gluviem venter: Præter illud ejusdem lib. 5. in lib.
Reg. cap. 4. *Abstinentia ciborum contra hoc vitium
fortissima est:* Si libido est ignis, materiam subtra-
bis ignis quando subtrahis cibos veneri &c.

ARTICULUS V. 741

Utrum convenienter dicantur esse filie luxuriae, cœcitas mentis, inconsideratio, precipitatio, inconstans, amor sui, odium Dei, affectus presentis seculi, & horror futuri.

*Sup. quest. l*iiii*. art. 6. & mal. quest. vi*iiii*. art. 2. co. & quest. x*iiii*. art. 3.
& quest. xv. art. 4.*

AD quintum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter dicantur esse filia luxuriae, cœcitas mentis, inconsideratio, precipitatio, inconstans, amor sui, odium Dei, affectus presentis seculi, horror, vel desperatio futuri. Quia cœcitas mentis, & inconsideratio, & precipitatio pertinent ad imprudentiam, quæ invenitur in omni peccato, sicut & prudenter in omni virtute.... Ergo non debent poni speciales filia luxuriae.

2. Præterea. Constantia ponitur pars fortitudinis, ut supra habitum est (quest. c*xxviiii*. & quest. c*xxxviiii*. art. 3.) Sed luxuria non opponitur fortitudini, sed temerantia. Ergo inconstans non est filia luxuriae.

3. Præterea. *Amor sui usque ad contemptum Dei est principium omnis peccati*, ut patet per Augustinum XIV. de civit. Dei (cap. ult. in princ.) (1) Non ergo debet poni filia luxuriae.

4. Præterea. Isidorus (comment. in Deut. cap. xvi. cir. med.) ponit quatuor, scilicet turpiloquia, scurrilia, ludicia, stultiloquia. Ergo prædicta enumeratio videtur esse superflua.

Sed contra est authoritas Gregorii XXXI. Moral. (cap. x*viiii*. a med.)

Respondeo dicendum, quod quando inferiores potentia vehementer afficiuntur ad sua objecta, consequens est quod superiores vires impedianter, & deordinentur in suis actibus. Per vitium autem luxuriae maxime appetitus inferior, scilicet concupisibilis, vehementer intendit suo objecto, scilicet delectabili,

propter vehementiam passionis, & delectationis. Et ideo consequens est quod per luxuriam maxime superiores vires deordinentur, scilicet ratio, & voluntas.

Sunt autem rationis quatuor actus in agendis. Primo quidem simplex intelligentia, quæ apprehendit aliquem finem ut bonum: & hic actus impeditur per luxuriam, secundum illud Dan. x*iiii*. 56. *Species decepit te, & concupiscentia subveris cor tuum*. Et quantum ad hoc ponitur cœcitas mentis. Secundus actus est consilium de his quæ sunt agenda propter finem: & hic etiam impeditur per concupiscentiam luxuriae. Unde Terentius dicit in Eunucho (act. 1. scena 1. a princ.) loquens de amore libidinoso: *Quæres in se neque consilium, neque modum ullum habet, eam consilio regere non potes*. Et quantum ad hoc ponitur precipitatio, quæ importat subtractionem consilii, ut supra habitum est (quest. l*iiii*. art. 3.) Tertius actus est judicium de agendis: & hic etiam impeditur per luxuriam. Dicitur enim Dan. x*iiii*. 9. de senibus luxuriosis: *Averterunt sensum suum . . . ut non recordarentur judiciorum justorum*. Et quantum ad hoc ponitur inconstans. Quartus autem actus est præceptum rationis de agendo, qui etiam impeditur per luxuriam, inquantum scilicet homo impeditur ex impetu concupiscentiae, ne exequatur id quod decrevit esse faciendum. Et quantum ad hoc ponitur inconstans. Unde Terentius dicit in Eunucho (loc. cit.) de quodam, qui dicebat se recessum ab amica: *Hæc verba una falsa lacrymula restinguunt*.

Ex parte autem voluntatis consequitur duplex actus inordinatus. Quorum unus est appetitus finis: & quantum ad hoc ponitur amor sui, quantum scilicet ad delectationem, quam inordinate appetit; & per oppositum ponitur odium Dei, inquantum scilicet prohibet delectationem concupitam. Alius autem est appetitus eorum quæ sunt ad finem: & quantum ad hoc ponitur affectus presentis seculi: in quo scilicet aliquis vult frui voluptate; & per oppositum ponitur desperatio futuri, quia dum nimis detinetur car-

(1) Äquivalenter sub his verbis cap. 28. five ult. *Fecerunt sibi civitates duas amores duo; terrenam scilicet amor sui usque ad contemptum Dei; Cœlestem vero amor Dei usque ad contemptum sui: Quid est porro contemptus Dei nisi principium omnis peccati? &c. Quod autem subiungitur ex Isidoro, nullib[re]*

apud illum occurrit: Sed quod ex Gregorio subnectitur, sic habet ubi supra cap. 32. vel 17. *De luxuria cœcitas mentis, inconsideratio, inconstans, precipitatio, amor sui, odium Dei, affectus presentis seculi; horror vel desperatio futuri generatur*.

carnalibus defecationibus , non curat pervenire ad spirituales , sed fastidit eas .

Ad primum ergo dicendum , quod , sicut Philosophus dicit in VI. Eth. (cap. I. a med.) *intemperantia maxime corruptis prudentiam* : (1) & ideo vitia opposita prudenter maxime oriuntur ex luxuria , quæ est præcipua intemperantiaz species .

Ad secundum dicendum , quod constantia in arduis , & terribilibus ponitur pars fortitudinis ; sed constantiam habere in abstinentia delectabilibus pertinet ad continentiam , quæ ponitur pars temperantiaz , sicut supra dictum est (quæst. cxliii.) (2) & ideo inconstantia , quæ ei opponitur , ponitur filia luxuriæ : & tamen etiam prima inconstantia ex luxuria causatur , in quantum emolliit cor hominis , & effeminatum reddit , secundum illud Osee 13. 11. *Fornicatio* , *O vinum* , *O ebrietas auferunt cor* . Et Vegetius dicit in Lib. I. de re militari (cap. iii. in fin.) quod *minus mortem metuit qui minus deliciatum noris in vita* . Nec oportet , sicut saepe dictum est (quæst. xxxv. art. 4. ad 2. & quæst. cxviii. art. 8. ad 1. & quæst. cxlviii. art. 6.) quod filia vitii capitalis cum eo in materia convenientia .

Ad tertium dicendum , quod amor sui quantum ad quæcumque bona , quæ sibi aliquis appetit , est commune principium peccatorum ; sed quantum ad hoc specialiter quod aliquis apparet sibi delectabilia carnis , ponitur amor sui filia luxuriæ .

Ad quartum dicendum , quod illa quæ luxurias ponit , sunt quidam inordinati actus exteriores , & præcipue ad locutionem per-

tinentes . In qua est aliquid inordinatum quadrupliciter . Uno modo propter 'materiam' ; & sic ponitur *surpiloquia* : quia enim *ex abundantia cordis os loquitur* , ut dicitur Matth. xii. 34. *luxuriosi* , quorum cor est turpibus concupiscentiis plenum , (3) de facili ad turpia verba prorumpunt . Secundo ex parte cause : quia enim luxuria inconsiderationem , & præcipitationem causat , consequens est quod faciat prorumpere in verba leviter , & inconsiderate dicta , quæ dicuntur *scurrilia* . Tertio quantum ad finem : quia enim luxuriosus defecationem querit , verba sua ad defecationem ordinat ; & sic prorumpit in verba *Indica* . Quarto quantum ad sententiam verborum , quam pervertit luxuria propter cœcitatatem mentis , quam causat ; & sic prorumpit in *stultilogia* ; utpote cum suis verbis præfert defecationes quas appetit quibuscumque aliis rebus .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum a scripturis , & Gr. quod prædicta octo sunt filiae luxuriæ . A B. Greg. quidem , ut in arg. contr. A scripturis vero per hoc , quod monstrant , prædicta ex actu luxuriæ procedere . Ut de cœcitate mentis , figurative loquendo , Jud. 10. quando post scortationem , imo & in domo ipsius scorti , & mediante scorto ipso , Sampson captus a Philistæis statim excœcatus est & ad litteram , sine figura loquendo , 3. Reg. 11. quando Salomon ex amore luxurioso instantium infatuatus fuit , ut idola feminalis suis eri-

(1) Hinc apud Alciatum in Emblemate 114. amor pingitur puer ; non tantum propter inconstantiam puerilem ut Alciatus ipse interpretatur , sed quod plane mente careant qui se amori subdunt , ut Phormutus explicat lib. de natura deorum in titulo de Cupidine : Pingitur quoque cœcus quasi lumine rationis & judicii carentes , vel improvidus nulliusque considerationis aut consilii capax ; & ut a Theocrito appellatus olim est *αρρόνος* quod non tantum curram expors redi potest sed incogitantiam adeoque imprudentiam amantium significare ; nihilque feciūs αρρόν vel amens dicetur .

(2) Ubi non tantum videtur haberi sicut Editiones aliæ notant , sed habetur cap. 5. græco-lat. vel in antiquis 4. & apud S. Thom. lect. 4 nempe temperantiam dici σωφροσύνη quasi σωτηρία φρόνησιν hoc est conservatricem prudentie , quia jucundum & molesum (five voluptas & tristitia) existimationem ejus corruptis ; quod ad intemperantiam spectat : Nec erat opus ut adderent cap. 11. libri 7. clare haberi ,

ubi dicitur tantum quod *voluptas impedimento est prudenter* , minus expresse quam prædicta : Unde velut ex libro 6. citat Manuscriptum .

(3) De illis quippe dictum subintelligi potest illud Jacobi 5. vers. 5. *In luxuriis enutritis corda vestra* Tametsi paullo generalius ibi Beda : *In luxuriis enutriunt corda sua qui juxta illum Ecclesiastæ sermonem* : Non prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur & oblectaret se in his que preparaveram (ut cap. 2. vers. 10. videre est) *banc dicunt par tem suam* : *Nempe ut neque prohibeant cor suum quia omni voluptate fruarint & se in his oblectent que cura labore magno prepararint* . Specialius porro illi qui impuris cogitationibus ad satietatem implentur , unde obsecna quoque verba quasi ructus erumpunt : De his item explicat Ambrosius equos emissarios ad libinem hinnientes Hierem. 5. quod libido vocem hominis mutet , verba corruptas , suisque se prodit sermonibus ut lib. 2. de Abraham cap. 7. videre est .

Q U E S T . CLIV. A R T . I.

erigeret, & ipsa coleret. De *inconstantia* per hoc, quod, postquam dixerat de Holoferne Judith. 3. ly nec tantum ista fuentes ferociatem ejus pectoris mitigare posuerunt. Nam & civitates eorum destruxit, & lucos eorum excidit: de eodem jam c. 10. per amorem libidinosum capto in oculis Judith magnam inconstantiam subjungit cap. 11. per ly noli pavere in corde suo, quoniam ego numquam non cui viro, qui voluit servire Nabucodonosor, & ly quoniam bona est promissio tua, si feceris mihi hoc Deus tuus, eris & Deus meus. Bonum quidem Holofernes promittebat: sed animo valde inconstanti, & c. 12. per ly eorū Holofernī concussum est, eras enim ardens in concupiscentia ejus. De *inconsideratione*, & *præcipitatione* cap. eod. per ly tunc, subtrato, idest ei per luxuriam mentalem, & consilio, & *judicio rationis*, „ jussit eam „ introire, ubi depositi erant thesauri ejus, „ & jussit illic manere eam, & constituit, „ quid daretur illi de convivio suo; & præcepit cubiculariis suis, ut sicut placeret illi, exiret, & introiret. De affectu præsentis seculi, Sap. 2. per ly nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Coronemus nos rosis, antequam marcescant. Vino pretioso, & unguentis nos impleamus & non prætereat nos flos temporis. De desperatione futuri, ibid. per ly umbræ transitus est tempus nostrum, & non est reversio finis nostri. De amore sui Luc. 14. per ly uxorem duxi, & ideo non possum venire. De odio Dei per ly tenent tympanum, & cytharam, gaudent ad sonum organi, ducunt in bonis dies suos, ecce luxuriosi, Qui dixerunt Deo, recede a nobis scientiam viarum tuarum nolumus. Job. 21., Secundo &c.

Q U E S T I O CLIV.

De luxurie partibus,

In duodecim articulos divisa.

D EINDE considerandum est de luxurie partibus: & circa hoc quadruntur duodecim.

(1) Quia species non sumitur a materia sed a forma, quæ proinde a Græcis *εἶδος* eodem quo *species* nomine padum significari solet, ut apud Philosophum pluribus locis usurpatum occurrat.

(2) Usurpando rem alienam, contra preceptum iustitiae cuius est suum unque vel conservare vel reddere: Vitium porro quod proprie consistit in habitu

Primo de divisione partium luxurie. Secundo, utrum fornicatio simplex sit peccatum mortale.

Tertio, utrum sit maximum peccatorum. Quarto, utrum in tactibus, & osculis, & alijs hujusmodi illecebris consistat peccatum mortale.

Quinto, utrum nocturna pollutio sit peccatum.

Sexto de stupro.

Septimo de raptu.

Octavo de adulterio.

Nono de incestu.

Decimo de sacrilegio.

Undecimo de peccato contra naturam.

Duodecimo de ordine gravitatis in praeditis speciebus.

A R T I C U L U S I. 742

Utrum convenienter assignentur sex species luxurie, scilicet fornicatio simplex, adulterium, incestus, stuprum, raptus, & vitium contra naturam.

IV. dist. vii. art. 4. quasi. 1. & 2. & mal. quest. xv. art. 3.

A D primum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter assignentur sex species luxurie, scilicet fornicatio simplex, adulterium, incestus, stuprum, raptus, & vitium contra naturam. Diversitas enim materiarum non diversificat speciem. (1) Sed praedicta divisione sumitur secundum materiarum diversitatem, prout scilicet aliquis commiscetur conjugatæ, vel virgini, vel alterius conditionis mulieri. Ergo videtur quod per hoc species luxurie non diversificantur.

2. Præterea. Species vitii unius non videantur diversificari per ea quæ pertinent ad aliud vitium. Sed adulterium non differt a simplici fornicatione, nisi in hoc quod aliquis accedit ad eam quæ est alterius, & sic injustitiam committit. (2) Ergo videtur quod adulterium non debet poni species luxurie.

3. Præterea. Sicut contingit quod aliquis commiscetur mulieri quæ est alteri viro permanenti.

(sic & virtus cui opponitur habitus) late intelligitur sumi pro actu ipso, ut interdum contingit habituum nomina pro actibus etiam usurpari, cum hic adulterium pro vitio significatur poni, cum aliqui adulterium sit peccatum & actus; non proprium vitium vel habitus.

matrimonium obligata, ita etiam contingit quod aliquis commiscetur mulieri quæ est obligata Deo per votum: Sicut ergo adulterium ponitur species luxuriaz, ita etiam sacrilegium species luxuriaz ponit debet.

4. Præterea. Ille qui est matrimonio junctus, non solum peccat, si ad aliam mulierem accedat, sed etiam si sua conjugæ inordinate utatur. Sed hoc peccatum sub luxuria continetur. Ergo deberet inter species luxuriaz computari.

5. Præterea. Apostolus II. ad Cor. xii. 21. dicit: *Ne iterum, cum venero, humilias me Deus apud vos, & lugeam multos ex his qui ante peccaverunt, & non egerunt paenitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam gererunt.* Ergo videtur quod etiam immunditia, & impudicitia debent poni species luxuriaz, sicut & fornicatio.

6. Præterea. Divisum non condividitur prædictis: dicitur enim Gal. v. 19. *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria.* Ergo videtur quod inconvenienter fornicatio ponatur species luxuriaz.

Sed contra est quod prædicta divisio ponitur in Decret. xxxvi. (2) quest. i. (in appendice Grat. ad C. Lex illa)

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (quest. præc. art. 2. & 3.) peccatum luxuriaz consistit in hoc quod aliquis non secundum rectam rationem delectatione venerea utitur. Quod quidem contingit duplíciter: uno modo secundum materialm in qua hujusmodi delectationem querit; alio modo secundum quod materia debita existentia, non observantur aliæ debitæ conditio[n]es.

Et quia circumstantia, inquantum hujusmodi, non dat speciem actui morali, sed

Summ. S.Th. Tom. IX.

eius species sumitur ab objecto, quod est materia actus; ideo oportuit species luxuriaz assignari ex parte materiaz, vel objecti. Quæ quidem potest non convenire rationi rectæ duplíciter. Uno modo quia habet repugnantiam ad finem venerei actus: & sic inquantum impeditur generatio proli, est *vitium contra naturam*, quod est in omni actu venereo ex quo generatio sequi non potest; inquantum autem impeditur debita educatio, & promotio proli natæ, est *fornicatio simplex*, quæ est soluti cum soluta.

Alio modo materia in qua exercetur actus venereo, potest esse non conveniens rationi rectæ per comparationem ad alios homines: & hoc duplíciter. Primo quidem ex parte ipsius feminæ cui aliquis commiscetur, quia ei debitus honor non servatur: & sic est *incestus*, qui consistit in abuso mulierum consanguinitate, vel affinitate junctarum. Secundo ex parte ejus in cuius potestate est femina; quæ si est in potestate viri, est *adulterium*; si autem est in potestate patris, est *stuprum*, si non inferatur violentia, *raptus* autem, si inferatur.

Diversificantur autem istæ species magis ex parte feminæ quam viri: quia in actu venereo femina se habet sicut patiens, & per modum materiaz, vir autem per modum agentis. Dictum est autem (in arg. i.) quod prædictæ species secundum differentiam materiaz assignantur.

Ad primum ergo dicendum, quod prædicta diversitas materiaz habet annexam diversitatem formalem objecti, quæ accipitur secundum diversos modos repugnantiaz ad rationem rectam, ut dictum est (in cor. art. 2.)

Ad secundum dicendum, quod nihil prohibet, in eodem actu diverlorum vitiorum deformitates concurrere, ut supra dictum est (i. 2. quest. xviii. art. 7.) (3) & hoc

D mo-

(1) Alioqui sui ipsius est species vel pars; vel quovis modo ad seipsum compararetur ut inferius ad superiorius &c.

(2) Supple Causa: Ubi sic tantum Gratianus in appendice quam capiti Lex illa necit: *Aliud est (inquit) fornicatio, aliud stuprum, aliud adulterium, aliud incestus, aliud raptus: Fornicatio autem, licet videatur esse genus ejuslibet illicitum coitus qui sit extra uxorem legitimam, ramen specialiter intelligitur in usu viduarum vel meretricum vel concubinarum: Stuprum autem proprio virgininum est illicita deforatio, quando videlicet non precedente con-*

jugalii pactione, utriusque voluntate virgo corrumperetur, patre injuriam ad animum statim post cognicionem non revocante: Adulterium vero est alieni tori violatio: Unde adulterium dicitur quasi ad alterius torum accessio: Incestus est consanguinearum vel affiniū abusus: Unde incestuosi dicuntur qui consanguineis & affinis abusuntur: Raptus admittitur, cum puella violenter a domo patris abducatur, ut corrupta in uxorem habeatur, sive quælibet solummodo, sive parentibus sanctum, sive utriusque vis illata fuerit &c.

(3) Ubi dicitur furans ut mochetur, duas in uno actu

modo adulterium continetur sub luxuria , & sub injustitia . Nec deformitas injustitiae omnino per accidens se habet ad luxuriam : ostenditur enim luxuria gravior , quæ intantum concupiscentiam sequitur , quod etiam in injustitiam ducat .

Ad tertium dicendum (*) quod quia mulier vovens continentiam , quoddam spirituale matrimonium facit cum Deo ; sacrilegium , quod committitur in violatione talis mulieris , est quoddam adulterium spirituale : & similiter alii modi sacrilegii reducuntur ad alias species luxuriæ .

Ad quartum dicendum , quod peccatum conjugati cum sua uxore non est secundum indebitam materiam , sed secundum alias circumstantias , quæ non constituant speciem moralis actus , ut dictum est (in corp . & i . 2 . quæst . xviii . art . 11 .)

Ad quintum dicendum , quod , sicut Glossa (1) dicit ibidem , immunditia ponitur pro luxuria contra naturam , impudicitia autem est quæ sit cum liberis a viro , unde videtur ad stuprum pertinere .

Vel etiam potest dici , quod impudicitia pertinet ad quosdam actus circumstantes actum venereum , sicut sunt oscula , tactus , & alia hujusmodi .

Ad sextum dicendum , quod luxuria sumitur ibidem pro quacumque superfluitate , ut Glossa (interl .) ibidem dicit .

A P P E N D I X .

EX art . habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito fuisse insinuatum a scripturis , & Gelasio Papa , quod sunt sex species luxuriæ . A Gelasio quidem in decretis . 36 . q . 1 . c . lex illa . Ubi vitia contra naturam non connumerat , eo quod de copula , unde possit sequi generatio , tantum loquitur : & pro tanto intelligitur argumentum in contrarium factum , & non plus .

Aliam etiam rationem connumerationis Alioris illius decreti vide in art . 10 . resp . ad secundum . A scripturis vero idem insinuatur per hoc , quod tales species in eis inveniuntur . Ut de fornicatione simplici , & adulterio . Matth . 15 . De corde exent adulteria , fornicationes , &c . De incestu . Levit . 18 . ubi prohibitis multis consanguinitate , & affinitate conjunctis , subditur ly quia talis coitus incestus est . De stupro . Gen . 34 . sevientes ob stuprum sororis sue . De raptu . 1 . Corinth . 5 . per ly aut rapacibus , ly aut rapax . item c . 6 . ly neque rapaces . De vitiis contra naturam . 1 . Cor . 6 . neque molles , neque masculorum concubidores . Item Levit . 18 . cune omni pecore non coibis . Vide art . 12 . ad quartum . Secundo vides : quomodo &c .

A R T I C U L U S II . 743

Ucrum fornicatio simplex sic peccatum mortale .

IV . dist . xl . art . 4 . quæst . 1 . cor . & quæst . 2 . cor . & ad 2 .

AD secundum sic proceditur . Videtur quod fornicatio simplex non sit peccatum mortale . Ea enim quæ simul connumerantur , videntur esse unius rationis . Sed fornicatio connumeratur quibusdam quæ non sunt peccata mortalia : dicitur enim Act . xv . 20 . (**). *Abstineatis vos ab immolatis simulacrorum , & sanguine , & suffocato , & fornicatione* (2) . Illorum autem usus non est peccatum mortale , secundum illud I . ad Tim . iv . 4 . *Nihil rejiciendum est quod cum gratiarum actione percipitur* . Ergo fornicatio non est peccatum mortale .

2 . Præterea . Nullum mortale peccatum cadit sub præcepto divino . Sed Oœs 1 . 2 . præcipitur a Domino : *Vade , sume tibi uxorem fornicationum , & fac filios fornicationum .*

Ergo

actu malicias committere ; unam ratione obiecti propter furtum quod facit , alteram ratione finis propter moechiam vel fornicationem quam intepdit .

(*) *Ista pasim . Nicolajus* quod mulier , & mœx cum Deo ; & ideo sacrilegium &c .

(1) Interlinealis tantum nullo nomine prænotata , Sed ex Lombardo desumpta est sic eum locum commentante . Tametsi Primasius aliter tomo 1 . Bibliotheca Patrum : *Impudicitia gravior est* (inquit) *quæsi monstruosa fornicatio , sicut ejus qui uxores parvis accepit .*

(**) *Vulgata* : Scribere ad eos ut abstineant se a contaminationibus simulacrorum , & fornicatione , & suffocatis , & sanguine .

(2) Ubi propter contentionem aliquorum qui sine legis mosaice observantia nullum posse salvare promulgabant & magnas inde turbas concitatabant , sic Apostoli post deliberationem super hac re habitam scribunt recens conversis Gentilibus qui apud Antiochiam , Syriam , & Ciliciam erant : *Visum est Spiritui sancto & nobis nihil ultra imponere vobis oneris quam hæc necessaria , ut abstineatis vos ab immolatis &c .*

Ergo fornicatio non est peccatum mortale.
 3. Præterea. Nullum peccatum mortale in Scriptura sacra absque reprehensione commemoratur. Sed fornicatio simplex commemoratur in Scriptura in antiquis patribus sine reprehensione; sicut legitur Gen. xvi. de Abraham, quod accessit ad Agar ancillam suam; & infra cap. xxx. legitur de Jacob, quod accessit ad ancillas uxorum suorum Balam, & Zelpham, & infra cap. xxxviii. legitur, quod Judas accessit ad Thamar, quam estimavit meretricem. Ergo fornicatio simplex non est peccatum mortale.

4. Præterea. Omne peccatum mortale contrariatur caritati (1). Sed fornicatio simplex non contrariatur caritati neque quantum ad dilectionem Dei, quia non est direkte peccatum contra Deum, nec etiam quantum ad dilectionem proximi, quia per hoc homo nulli homini facit injuriam. Ergo fornicatio simplex non est peccatum mortale.

5. Præterea. Omne peccatum mortale dicit in perditionem æternam. Hoc autem non facit fornicatio simplex: quia super illud I. ad Timoth. iv. *Pietas ad omnia utilis est*, dicit Glossa Ambrosii (2) Omnis „summa disciplina christiana in misericordia, „& pietate est: quam aliquis sequens, si lumbum carnis patiatur, sine dubio vapulabit, sed non peribit. Ergo fornicatio simplex non est peccatum mortale.

6. Præterea. Sicut Augustinus dicit in Lib. de bono conjug. (cap. xvi. in princ.) quod est cibus ad salutem corporis, hoc est concubitus ad salutem generis. Sed non omnis inordinatus usus ciborum est peccatum mor-

tale. Ergo nec omnis inordinatus concubitus: quod maxime videtur de fornicatione simplici, quæ minima est inter species enumeratas.

Sed contra est quod dicitur Tob. iv. iv. *Attende tibi ab omni fornicatione, & preter uxorem tuam numquam patiaris crimen scire.* Crimen autem importat peccatum mortale (3). Ergo fornicatio, & omnis concubitus qui est præter uxorem, est peccatum mortale.

Præterea. Nihil excludit a regno Dei nisi peccatum mortale. Fornicatio autem excludit, ut patet per Apostolum ad Gal. v. 21. ubi præmissa fornicatione, & quibusdam aliis vitiis, subdit: *Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Ergo fornicatio simplex est peccatum mortale.

Præterea. In Decretis dicitur xxii. (4) quæst. 1. *Nosse debent, tales de perjurio penitentiam imponi debere, qualiter de adulterio, & fornicatione & de homicidio sponte commisso, & de ceteris criminalibus vitiis.* Ergo fornicatio simplex est peccatum criminale, seu mortale.

Respondeo dicendum, quod absque omni dubio tenendum est, quod fornicatio simplex sit peccatum mortale, non obstante quod Deut. xxii. super illud, *Non erit meretrix &c.* dicit Glossa (ord. Augustini Lib. de Qq. in Deut. quæst. xxxvii.) (5) „ad meretrices prohibet accedere, quarum est venialis turpitudo. Non enim debet dici venialis, sed venalis, quod est proprium meretricum.

Ad hujus autem evidentiam considerandum est, quod peccatum mortale est omne

D 2

pec-

(1) Hinc & mortale appellatur, quia nempe animæ vita caritas est: *Sicut corpus tuum sine anima mortuum est, sic anima sine caritate si fuerit, mortua reputabitur*, ait expresse Augustinus Tract. 9. in Joannem.

(2) Sive Ambroſiæſtri, sicut eum indicat paſſim Glossa, hoc est ſuppoſitio authoris qui ſub falſo & emento Ambroſii nomine circumfertur, & credebat veruſ Ambroſius cum haec ſcriberet S. Thomas. Nec tamen ſic expreſſe omnia quæ hic ex Glossa refertur, ſed implicite habet, ut in ſolutione nota- bimus.

(3) Sic Augustinus Tract. 41. in Joannem: *Crimen eſt (inquit) peccatum grave damnatione digniſſimum*: Hinc ad Bonifacium lib. 1. cap. 14. *Mulier fideles baptizati ſine crimine ſunt, nemo ſine peccato &c.*

(4) Supple eaſa, cap. *Predicandum* quod ex Eu- lychiano Papa prænotatur, ac ex eodem Ivo part.

12. cap. 71. refertur, ut & Burchardus lib. 12. cap. 14. quanvis ex capitulis Theodulphi Aurelianensis Episcopi defumptum eſſe notat appendix ibi.

(5) Vel præpoſterus adulterator Glossæ, niſi typographico mendo id contigit. Et quidem ſatis patet quomodo legendum fit, cum non dicitur tantum *venialis turpido ſed publice venialis*: Ex Auguſtino porro qu. 37. in Deuteronomium id ſumptum eſt, ubi plenius ait: *Ecce ubi manifeſte prohibuit fornicari & viros & feminas, etiam cum non alienis conjugibus; peccatum eſſe demonstrans, miceri non conjugibus ſuis, quando & meretrices eſſe & ad meretrices accedere prohibet, quarum publice venialis eſt turpido*: Hinc meretrices appellantur propter mercedem quam exigunt ſua turpitudinis, & proſtituta propter venditionem quam paciſcuntur ſui corporis &c. An autem prohibita intellegatur in Decalogo inferioris patetibit.

peccatum quod committitur directe contra vitam hominis. Fornicatio autem simplex importat inordinationem quæ vergit in nōcumentum vitæ ejus qui est ex tali concubitu nasciturus. Videmus enim in omnibus animalibus in quibus ad educationem prolis requiritur cura maris, & feminæ, quod in eis non est vagus concubitus, sed maris ad certam feminam, unam, vel plures; sicut patet in omnibus avibus: secus autem est in animalibus in quibus sola femina sufficit ad educationem foetus, in quibus est vagus concubitus ut patet in canibus, & hujusmodi aliis animalibus. Manifestum est autem quod ad educationem hominis non solum requiritur cura matris, a qua nutritur, sed multo magis cura patris, a quo est instruendus, & defendendus, & in bonis tam interioribus, quam exterioribus promovendus. Et ideo contra naturam hominis est quod utatur vago concubitu; sed oportet quod sit maris ad determinatam feminam, cum qua permaneat non per modicum tempus, sed diu, vel etiam per totam vitam. Et inde est quod naturaliter inest maribus in specie humana sollicitudo de certitudine prolis, quia eis imminet educatio prolis. Hæc autem certitudo toleretur, si esset vagus concubitus. Hæc autem determinatio certæ feminæ matrimonium vocatur: & ideo dicitur esse de jure naturali.

Sed quia concubitus ordinatur ad bonum commune totius humani generis, bona autem communia cadunt sub determinatione legis, ut supra habitum est (1. 2. quæst. xc. art. 2.) consequens est quod ista conjunctio maris ad feminam, quæ matrimonium dicitur; lege aliqua determinetur. Qualiter autem sit apud nos determinatum, in tertia parte hujus Operis dicetur, (quam non absolvit: vid. Supplem. quæst. I. & seq. & IV. dist. xxvi. & seq.) cum de matrimonii sacramento tractabitur. Unde cum forniciatio sit concubitus vagus, utpote præter matrimonium existens, est contra bonum prolis educandæ: & ideo est peccatum mortale. Nec obstat, si aliquis for-

nicando aliquam cognoscens sufficienter provideat proli de educatione: quia id quod cadit sub legi determinatione, judicatur secundum id quod communiter accidit, & non secundum id quod in aliquo casu potest accidere.

Ad primum ergo dicendum, quod forniciatio illis connumeratur, non quia habeat eamdem rationem culpe cum aliis, sed quantum ad hoc quod ex his quæ ibi ponuntur, si militer poterat dissidium generari inter Juðæos, & Gentiles, & eorum unanimis consensu impediti. Quia apud Gentiles forniciatio simplex non reputabatur illicita propter corruptionem naturalis rationis. Judæi autem ex lege divina instructi, (1) eam illicitam reputabant. Alia vero quæ ibi ponuntur, Judæi abominabantur propter consuetudinem legalis conversationis. Unde Apostoli ea Gentilibus interdixerunt, non quasi secundum se illicita, sed quasi Judæis abominabilia, ut etiam supra dictum est (1. 2. quæst. ciii. art. 4. ad 3.)

Ad secundum dicendum, quod forniciatio dicitur esse peccatum, inquantum est contra rationem rectam. Ratio autem hominis recta est, secundum quod regulatur voluntate divina, quæ est prima, & summa regula. Et ideo, quod homo facit ex voluntate Dei ejus præcepto obediens, non est contra rationem rectam, quamvis videarum esse contra communem ordinem rationis: sicut etiam non est contra naturam quod miraculose sit virtute divina, quamvis sit contra communem cursum naturæ. Et ideo sicut Abraham non peccavit, filium innocentem volendo occidere, propter hoc quod obediuit Deo, quamvis hoc secundum se consideratum sit communiter contra restitudinem rationis humanae; ita etiam Osee non peccavit forniciando ex præcepto divino. Nec talis concubitus proprio forniciatio debet dici, quamvis forniciatio nominetur referendo ad cursum communem. Unde Augustinus dicit III. Confess. (cap. viii. a princ.) Cum Deus aliquid contra morem, aut pacium quorumlibet jubet,

(1) Ut ex predicto Deuteronomii loco meretrices interdicte colligitur, imo & similiter scortatores (ut verf. 17. videre est.) In Decalogo ausem mæchia nomine non videtur hoc aperte prohibuisse, quoniam mæchia nonnisi adulterium intelligi solet ita, loco citato Augustinus: Ubi quid sibi videretur se in Exodum tractavisse subjungit: Sic porro ibi quæst. 71. Utrum omnis forniciatio mæchia dici possit, non mihi in Scripturis occurrit hujus loquitionis exemplum: Sed si non omnis fornica-

sio etiam mæchia dici potest, ubi sit in Decalogo prohibita illa forniciatio quam faciunt viri qui uxores non habent cum feminis quæ maritos non habent, utrum inveniri possit ignoro: Sed si furti nomine bene intelligitur omnis illicita usurpatio rei alienæ (non enim saginam permisit qui furtum prohibuit, sed a parte totum intelligi voluit quidquid illicita auferatur) profecto & nomine mæchia omni illicitus concubitus atque illorum membrorum non legitimus usus prohibitus debet intelligi.

*jubet, et si nunquam ibi factum est, faciem-
dum est: & postea subdit: Sicut enim in po-
testatis societatis humanae major potestas minori
ad obedientiam præponitur; ita Deus omnibus.*

Ad tertium dicendum, quod Abraham, & Jacob ad ancillas accesserunt, non quasi fornicario concubitu, ut infra patebit (non complevit: vid. IV. Sent.) cum de matrimonio agetur. Judam autem non est necessarium a peccato excusare, qui etiam auctor fuit venditionis Joseph.

Ad quartum dicendum, quod fornicatio simplex contrariatur dilectioni proximi, quantum ad hoc quod repugnat bono prolii nascituræ, ut ostensum est (in cor. art.) dum scilicet dat operam generationi, non secundum quod convenit prolii nascituræ.

Ad quintum dicendum, quod per opera pietatis ille qui lubricum carnis patitur, liberatur a perditione æterna, inquantum per hujusmodi opera disponitur ad hoc quod gratiam consequatur, per quam poeniteat, & inquantum per hujusmodi opera satisfacit de lubrico carnis commissio; non autem ita quod si in lubrico carnis perseveret imponitens usque ad mortem, per pietatis opera liberetur. (1)

Ad sextum dicendum, quod ex uno concubitu potest unus homo generari. Et ideo inordinatio concubitus, quæ impedit bonum prolii nascituræ, ex ipso genere actus est peccatum mortale, & non solum ex inordinatione concupiscentiæ. Ex una autem comedione non impedit bonum totius vitæ unius hominis: & ideo gula actus ex suo genere non est peccatum mortale; esset tamen, si quis scienter cibum comederet, qui totam conditionem vitæ ejus immutaret, sicut patet de Adam. Nec tamen fornicatio est minimum peccatorum quæ sub luxuria continentur: minus enim est concubitus cum uxore qui fit ex libidine.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem destruas errorem *Græcorum*, & *Balaamitarum* dicentium, quod fornicatio simplex non est peccatum. Item errorem *Rabbi Moysis*, ut refert Directorium *inquisit. 2. par. q. 4. dicentis*, quod fornicatio simplex nullo modo est peccatum de jure naturæ, sed

solum ex prohibitione legis: unde Judas non peccavit cum Thamar, quia fuit ante tempus legis, quo licitum erat fornicari. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, prædictos errores merito damnari ab *Elucid. Addition. articulorum num. 273*. Item a 1. Cor. 7. Propter fornicationem autem scilicet vitandam, unusquisque suam uxorem beat, & unaqueque suum virum. Patet enim quod Apostolus non hortaretur ad conjugium in casu fornicationis vitandæ, nisi teneret fornicationem simplicem, de tali enim loquitur ad litteram, esse peccatum mortale: maxime, cum intentum suum illo capitulo sit, exhortari ad virginitatem, & cœlibatum, quod & facit. Item ab eodem Hebr. 13. *Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus*, id est condemnabit. Item a Matth. 15. *De corde exsunt fornicationes, adulteria, &c. hec coquinant hominem*. Item a Luc. 15. per hoc quod ille filius solitus, qui cum meretricibus, id est mulieribus solutis vixerat luxuriose (quod est simplex fornicatio) dixit postea patri, *pescavi in cœlum, & coram te, & amiserat stolam primam: id est, gratiam (ut exponunt Doctores) qua post contritionem, & confessionem iterum induxit est*, Item à Concil. *Trid. sess. 4. c. 8. de refor.* ubi etiam excommunicationem contra simplices fornicarios ferendam statuit, aliis quoque penis additis. Item a locis citatis in arg. cont. Ubi Tob. 4. nota ly ab omni, hoc est, etiam simplici. Et decr. 22. nota ly fornicatione, sejunctum a ly adulterio. De *Balaamis* autem patet damnatio specialis in *Apoc. 2.* sub nomine mulieris Hiezabel, quæ se dicit prophetæ. Item specialiter dominantur a 2. Pet. 2., *Hi vero, velut irrationabilis pecora, in sua corruptione pe-ribunt: voluptatem existimantes diei deliti-as, coquinationes, &c. luxuriantes, ma-leditionis filii, derelinquentes reclam er-raverunt, securi viam Balaam ex Bosor.* & *C. Item specialiter a Juda, cap. 1. Veh. illis, qui errore Balaam effusi sunt. Hi sunt, &c. despumantes suas confusiones.* Vide de Balaam, in *Num. 24*. Ceterum quoad dictum Rab. *Moysis* de jure naturæ, & de *Juda*, jam ad plenum satisfactum est in tex. corp. & in ad tertium. Tertio vides: quomodo &c.

A R-

(1) Nec vero in prædicto Commentario ex quo sumpta est Glossa exprimitur quod non peribit: sed sic tantum: *Si quis quia misericordia magna res est, lubricum carnis passiatur, bususmodi quid fieri? Sine*

dubio odpulabit: Si autem solum corporis habuerit exercitium, perennes penas patiatur: Quid porro refert, cum Ambrosii non sit?

ARTICULUS III. 744

Utrum fornicatio sit gravissimum peccatum.

*Mal. quest. I. art. I. ad 3. & quest. II.
art. 10. cor. & quest. XV.
art. 2. ad 6.*

AD tertium sic proceditur. Videtur quod fornicatio sit gravissimum peccatum. Tanto enim videtur peccatum gravius, quanto ex majori libidine procedit. Sed maxima libido est in fornicatione: dicitur enim in Glossa (interl. implicite sup. illud, *Melius est nubere*) I. ad Corinth. vii. (1) quod *ardor libidinis in luxuria est maximus*. Ergo videtur quod fornicatio sit gravissimum peccatum.

2. Præterea. Tanto aliquis magis peccat, quanto in rem sibi magis conjunctam delinquit, sicut gravius peccat qui percutit patrem quam qui percutit extraneum. Sed, sicut dicitur I. Corinth. vi. 18. *qui fornicatur, in corpus suum peccat*, quod est homini coniunctissimum. Ergo videtur quod fornicatio sit gravissimum peccatum.

3. Præterea. Quanto aliquod bonum est magius, tanto peccatum quod contra illud committitur, videtur esse gravius. Sed peccatum fornicationis videtur esse contra bonum totius humani generis, ut patet ex predictis (art. præc.) est etiam contra Christum, secundum illud I. ad Corinth. vi. 15. *Tollens membra Christi, faciam membra meveticis?* Ergo fornicatio est gravissimum peccatum.

Sed contra est quod Gregorius dicit (implic. Lib. XXXIII. Moral. cap. xi. parum

ante med.) quod *peccata carnalia sum ministris culpa quam peccata spiritualia*. (2)

Respondeo dicendum, quod gravitas alijus peccati potest attendi dupliciter: uno modo secundum se; alio modo secundum accidentes. Secundum se quidem attenditur gravitas peccati ex ratione sua speciei, quæ consideratur secundum bonum cui peccatum opponitur. Fornicatio autem est contra bonum hominis nascituri. Et ideo est gravius peccatum secundum speciem suam peccatis quæ sunt contra bona exteriora, sicut est furtum, & alia hujusmodi; minus est, autem peccatis quæ sunt directe contra Deum; & peccato quod est contra vitam hominis jam nati, (3) sicut est homicidium.

Ad primum ergo dicendum, quod libido quæ aggravat peccatum, est quæ consistit in inclinatione voluntatis. Libido autem quæ est in appetitu sensitivo, diminuit peccatum quia quanto aliquis ex majori passione impulsus peccat, tanto levius est peccatum. Et hoc modo libido in fornicatione est maxima. Et inde est quod Augustinus dicit in Lib. de agone christiano, (id hab. express. serm. ccl. de tem. cap. ii. ante med.) quod *inter omnia Christianorum certamina duriora sunt prelia castitatis, ubi est quotidiana pugna & rara victoria*. (4) Et Isidorus dicit in Lib. II. de summo bono (cap. xxxix. cir. fin.) quod *magis per carnis luxuriam humanum genus subditur diabolo quam per aliquod aliud*, quia scilicet difficilius est vincere vehementiam hujusmodi passionis.

Ad secundum dicendum, quod ille qui fornicatur, dicitur peccare in corpus suum non solum quia fornicationis delectatio consummatur in carne, quod etiam in gula accedit; sed etiam quia contra bonum proprii corporis agit qui fornicatur, inquantum scilicet in-

(1) *Equivalester tantum & implicite super illud, Melius est nubere quam uri*, hoc est *ardore libidine*, sicut explicat, & ex Petro Lombardo mutuatur ejus nomine non expresso, nisi potius ex eadem Lombardus vendicavit: Plenius autem Haymo: *Melius est nubere quam uri*, quod est proprie calore corporis coagendo libidinem explorare, & quocumque modo nefas perpetrare.

(2) Jam non semel antea notatum est non sic expresse apud Gregorium haberi sed ex lib. 33. Mora- lium cap. ii. posse implicite colligi, ubi proinde necat aliquando permitti ut aliquis in luxuriam cadat ad superbiam ejus reprimendam, quia etsi gravior superbia est, tamen luxuria turpior &c.

(3) Quidni etiam contra bonum hominis nascituri, dum nativitas ejus impeditur: Cum legitimum

tantum modum & legitimam prolis conditionem per se fornicatio impedit.

(4) Nihil tale ibi de agone Christiano, sed in Tract. de honestate mulierum qui sub eo titulo notabatur veterem Augustini editionem tomo 9. & hunc est sermo 250. de tempore qui de inculta familiaritate mulierum extranearum inscribitur: Appendix autem Isidori sic plenius habetur apud illum lib. 2. de summo bono (five Sententiarum) cap. 39. num. 21. *Magis per carnis luxuriam humanum genus subditur diabolo quam per cetera via*: Cum enim ille variis tentamentis illectos homines concetur pervertere, magis tamen macchandi desideriorum suggerit, quia utrumque serum in hoc vicio magis egreditur intendit, &c.

indebite resolvit illud, inquinat, & alteri commiscet. Nec tamen propter hoc sequitur quod fornicatio sit gravissimum peccatum: quia ratio in homine prævalet corpori: unde si sit peccatum magis repugnans rationi, gravius erit.

Ad tertium dicendum, quod peccatum fornicationis est contra bonum speciei humanae, inquantum impedit generationem singularem unius hominis nascituri. Magis autem pertinet ad rationem speciei qui actu jam participat speciem, quam qui est potentia homo: & secundum hoc etiam homicidium est gravius quam fornicatio, & omnes luxuriaz species, tamquam magis bono speciei humanæ repugnans. Bonum etiam divinum est majus bono speciei humanæ: & ideo etiam peccata quæ sunt contra Deum, sunt majora. Nec fornicatio est directe peccatum in Deum, quasi fornicator Dei offendam intendat, sed ex consequenti, sicut & omnia peccata mortalia. Sicut autem membra corporis nostri sunt membra Christi; ita etiam & spiritus noster est unus cum Christo, secundum illud I. ad Corinth. vi. 17. *Qui adhæres Deo, unus spiritus est.* Unde etiam peccata spiritualia sunt magis contra Christum quam fornicatio.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a scripturis, & Gregorio suisse insinuatum, quod fornicatio non est gravissimum peccatorum. A B. Gregorio quidem: *ut in arg. con. A Scripturis vero in simili, qu. 148. art. 3. append. & qu. 118. art. 5. append.* Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS IV. 745

Utrum in tactibus, & osculis consistat peccatum mortale.

- I. 2. quest. lxxiv. art. 10. & ver. quest.
XV. art. 4. cor. & mai. quest. XV.
art. 2. ad 18. & Epb. v.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod in tactibus, & osculis non consistat peccatum mortale. Apostolus enim ad Ephes. v. 3. dicit: *Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos: subdit autem, aut turpitudo, Glossa (1) ut in osculis, & amplexibus; aut stultiloquium, ut blanda verba; aut scurrilitas, quæ a stultis curialitas dicitur, idest jocularitas: postea autem subdit: Hoc enim sciote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi, & Dei.* Ubi non replicat de turpitudine, sicut nec de stultiloquio, aut scurrilitate. Ergo ista non sunt peccata mortalia.

2. Præterea. Fornicatio dicitur esse peccatum mortale ex hoc quod per eam impedit bonum prolixi generandæ, & educandæ. Sed ad hoc nihil operantur oscula, & tactus, sive amplexus. Ergo in his non contingit esse peccatum mortale.

3. Præterea. Illa quæ secundum se sunt peccata mortalia, numquam possunt bene fieri. Sed oscula, & tactus, & hujusmodi possunt quandoque fieri absque peccato. Ergo non sunt secundum se peccata mortalia.

Sed contra. Minus est aspectus libidinosus quam tactus, amplexus, vel osculum. Sed aspectus libidinosus est peccatum mortale, secundum illud Matth. v. 28. *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam maceratus est eam in corde suo.* Ergo multo magis osculum libidinosum, & alia hujusmodi sunt peccata mortalia.

Præterea. Cyprianus ad Pomponium de virginitate (2) (Lib. I. epist. xi. cir. med.) di-

(1) Expresse quidem cum his omnibus verbis vetus Manuscripta ex qua desumpit S. Thomas: Moderna vero vel impressa interlinealis jocularitatem hic interjectam non expri mens. Iisdem porro verbis ac manucripta Petrus Lombardus haec omnia exprimit; sed Haymo cuius in ea nomen indicatur, sic tan-

tum: *Turpitudo est motus carnis nimis inflammatus ad libidinem; Stultiloquium ositus sermo & nullius utilitatis: Scurrilitas, jocularitas &c.*

(2) Sive de virginibus, ut inscribitur modo: *Nimirum epist. 62. seu lib. 7. epistolarum epist. 11. ubi legendum simpliciter cum exclamatiōis nota ex*

dicit : *Certe ipse concubitus, ipse amplexus, ipsa confubatio, & osculatio, & conjacendum duorum turpis & fæda dormitio, quantum dedecoris & criminis confitetur!* Ergo per prædicta homo fit reus criminis, id est peccati mortalis.

Respondeo dicendum, quod aliquid dicitur esse peccatum mortale duplicitate. Uno modo secundum speciem suam: & hoc modo osculum, amplexus, vel tactus, secundum suam rationem non nominant peccatum mortale: possunt enim hæc absque libidine fieri vel propter consuetudinem patriæ, vel propter aliquam necessitatem, aut rationabilem causam.

Alio modo dicitur aliquid esse peccatum mortale ex sua causa; sicut ille qui dat eleemosynam, ut aliquem inducat ad hæresim, mortaliter peccat propter intentionem corruptam. Dicatum est autem supra (1. 2. quæst. lxxiv. art. 7. & 8.) quod consensus in delectationem peccati mortalis est peccatum mortale, & non solum consensus in actum. Et ideo cum fornicatio sit peccatum mortale, & multo magis alia luxuriaz species, consequens est quod consensus in delectationem talis peccati sit peccatum mortale, & non solum consensus in actum (1). Et ideo cum oscula, & amplexus hujusmodi propter delectationem hujusmodi fiant, consequens est quod sint peccata mortalia; & sic solum dicuntur libidinosa. Unde hujusmodi, secundum quod libidinosa sunt, sunt peccata mortalia (2).

Ad primum ergo dicendum, quod Apostolus ideo non resumit illa tria, quia non habent nomen peccati, nisi secundum quod ordinantur ad præcedentia.

Ad secundum dicendum, quod oscula, & tactus, quamvis secundum se non impediunt bonum prolis humanæ, procedunt tamen ex libidine, quæ est radix hujusmodi impedimenti; & ex hoc habent rationem peccati mortalis.

Ad tertium dicendum, quod ratio illa concludit, quod hujusmodi non sunt pecca-

ta secundum suam speciem.

A P P E N D I X.

Ex art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in sensu recto intelligas, merito insinuatum esse a scripturis, & ab Augustino, & quidem a fortiori: quod oscula, tactus, amplexus, sunt peccata mortalia. A scripturis quidem: ut discurratur, & extenditur in arg. con. A B. Augustino autem in Regula. „ Cum se invicem „ sibimet, etiam tacente lingua, conspectu „ mutuo corda nuntiant impudica: etiam in- „ tactis ab immunda violatione corporibus, „ fugit castitas ipsa de moribus. “ Non enim propter conspectum mutuum tales fu- geret castitas: nisi conspectus talis esset pec- catum mortale. Per hoc B. Augustinus clarum reliquissime intendit, quod multo ma- gis oscula, tactus, amplexus libidinosi cum tali carnis, seu concupisibilis, ardore, sunt peccata mortalia. Secundo vides: quo- modo &c.

A R T I C U L U S V. 746

Utrum nocturna sit peccatum.

III. P. quæst. IIII. art. 7. cor. & IV. dis. VIII. qu. 1. art. 4. quæst. 1. ad 1. & quæst. 2. per tot. & opus. IXIV. cap. XVI.

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod nocturna pollutio sit peccatum. Meritum enim, & demeritum habent fieri circa idem. Sed dormiens potest mereri; sicut patet de Salomone, qui dormiens a Domino donum sapientiæ impetravit, ut dicitur III. Reg. III. & II. Paral. 1. Ergo in dor- miendo potest aliquis demereri: & ita vide- tur quod nocturna pollutio sit peccatum.

2. Præterea. Quicumque habet usum ratio- nis,

ex originali textu reponimus, quantum dedecoris & criminis confitetur! (supple turpis & fæda dormitio, vel concubitus &c.) quasi dicat, quantum de- decoris & criminis p[ro] se fert vel ostendit: Non ut impressa Summae passim sine ulla constructione, quantum dedecoris & criminis sit confitetur: Sed Manu- scriptum, ut nos.

(1) Sic enim ex professo 1. 2. quæst. 74. art. 8. ubi queritur usus consensus in delectationem sit pecca-

tarum mortale: Minus expresse autem art. 7. qui prius tamen adjungebatur ad marginem.

(2) Quam impudenter porto Begardi olim & Be- guinæ inter execrados errores quos hoc nomine Cle- mens v. in Concilio Viennensi damnavit, hunc septi- mum jactabant quod malieris osculum quidem cum ad hoc natura non inclinet est mortale peccatum; a- gnos autem carnalis, cum ad hoc natura inclinet pe- ccatum non est; maxime cum tentatus exercens, &c.

nis , potest peccare (1) . Sed in dormiendo aliquis habet usum rationis : quia frequenter aliquis in somnis ratiocinatur , & praeligit unum alteri , consentiens , vel dissentiens . Ergo in dormiendo potest aliquis peccare : & ita propter sonum nocturna pollutio non impeditur quin sit peccatum , cum ex genere actus sit peccatum .

3. Præterea . Frustra increpatur , & instruitur qui non potest agere secundum rationem , vel contra rationem . Sed homo in somnis instruitur a Deo , & increpatur , secundum illud Job xxxiii . 15 . *Per somnum in visione nocturna , quando sopor solet occupare homines , tunc aperit aures virorum , & eruditens eos instruit disciplina* (2) . Ergo in somnis potest aliquis agere secundum rationem , vel contra rationem , quod est bene agere , vel peccare : & sic videtur quod nocturna pollutio sit peccatum .

Sed contra eam quod Augustinus dicit XII . super Gen . ad litter . (cap . xv . in med .) *Ipsa phantasia , que fit in cogitatione sermonanis , cum ita expressa fuerit in visione somnianis , ut inter illam , & veram commixtionem corporum non discernatur , continuo moveretur caro , & sequitur quod eum motum sequi solet , cum hoc tam sine peccato fiat , quam sine peccato a vigilantibus dicitur , quod us diceretur , sine dubio cogitatum est .*

Respondeo dicendum , quod nocturna pollutio duplum potest considerari . Uno modo secundum se : & hoc modo non habet rationem peccati . Omne enim peccatum dependet ex judicio rationis : quia etiam primus motus sensualitatis non habet quod sit peccatum , nisi in quantum judicio rationis reprimi potest : & ideo , sublato judicio rationis , tollitur ratio peccati . In dormiendo autem ratio non habet liberum judicium .

Summ . S . Th . Tom . IX .

Nullus enim est dormiens qui non intendat aliquibus similitudinibus phantasmatum , velut rebus ipsis , ut patet ex his quæ in primo dicta sunt (quæst . lxxxiv . art . 8 .) Et ideo id quod agit homo dormiens , qui non habet liberum judicium rationis , non imputatur ei ad culpam , sicut nec illud quod agit furiosus , aut amens .

Alio modo potest considerari nocturna pollutio per comparationem ad suam causam . Quæ potest esse triplex . Una quidem corporalis . Cum enim humor seminalis superabundat in corpore , vel cum facta est humoris resolutio vel per nimiam calefactionem corporis , vel per quamcumque aliam commotionem , somniat dormiens ea quæ pertinent ad expulsionem hujusmodi humoris abundantis , vel resoluti ; sicut etiam contingit , quando natura gravatur ex aliqua alia superfluitate , ita quod quandoque formantur in imaginatione phantasmatum pertinientia ad emissionem talium superfluitatum (3) . Si igitur superabundantia talis humoris sit ex causa culpabili , (puta cum causata est ex superfluitate cibi , vel potus) , tunc nocturna pollutio habet rationem culpe ex sua causa . Si autem superabundantia vel resolutio talis humoris non sit ex aliqua causa culpabili , tunc nocturna pollutio non est culpabilis nec in se , nec in sua causa .

Alia vero causa nocturnæ pollutionis potest esse animalis , & interior ; puta cum ex cogitatione præcedenti contingit aliquem dormientem pollui . Cogitatio autem quæ in vigilia præcessat , quandoque est pure speculativa , puta cum aliquis causa disputacionis cogitat de peccatis carnalibus ; quandoque autem est cum aliqua affectione vel concupiscentia , vel horroris (4) . Contingit autem magis pollutio nocturna ex cogitacio-

E ne

(1) Quia nimis eo ipso quod habet usum rationis , habet etiam usum liberi arbitrii quo in utramque partem indifferenter verti potest : Peccatum autem fit ab anima rationali cui liberum voluntatis arbitrium est ; ut ait Augustinus libro de fide contra Manichæos cap . 9 .

(2) Sive paulo aliis verbis vers . 14 . ac deinceps : *Quando irruit sopor super homines & dormiunt in loculo , Tunc &c. Et si aliter adhuc 70 . Quando incidit sarsus timor super homines in dormitionibus cubilibus sunt revoluta mentem hominum &c. Exempla porro Beda subiungit ibi multiplicia e Scripturis ; ubi legitimus (inquit) in somnis homines fuisse corruptos ; us Nabuchodonosor superbissimum Regem Daniel . 4 . & Laban qui generi sui Jacob intersum dis-*

ponebat Gen . 31 . & Abimelech Regem qui sancti Abraham domum contaminare tentabat (ejus uxore abutendo) Gen . 20 . & uxorem Pilati que ait ad eum de Domino nostro Iesu Christo , nihil tibi & iusto illi ; multa enim passa sum per somnum propere uno Matth . 27 . Et Magi in Evangelio in somnis admoniti per aliam viam regrediebuntur Matth . 2 . Fideles etiam vii a Deo in somnis instruuntur , ut Jacob Patriarcha Genet . 28 . &c.

(3) Puta urinas quæ interdum somniantibus ejus effusionem effluere ac excidere solet , quamvis non semper , sed cum vehementius eam somnianti abundant humor corporalis .

(4) Nempe cum vel cogitatio illa sic afficit animalium cogitantis ut concupiscat rem cogitata ; vel sic

ne carnalium vitiorum , quæ sunt cum concupiscentia talium delectationum , quia ex hoc remanet quoddam vestigium , & inclinatio in anima , ita quod dormiens faciliter induxit in sua imaginatione ad assentendum actibus ex quibus sequitur pollutio . Et secundum hoc Philosophus dicit in I. Ethic. (cap. ut. a med.) quod in quantum paulatim persistente quidam motus & vigilantibus ad dormientes , meliora sunt phantasmatata studiosorum quam quorumlibet : & Augustinus dicit XII. super Gen. ad lit. (cap. xv. ad fin.) quod propter bonam animæ affectionem quedam ejus merita etiam in somnis clarent . Et sic patet quod nocturna pollutio habet rationem culpe ex parte suæ causæ . (1) Quandoque tamen contingit quod ex præcedenti cogitatione carnalium actuum , etiam speculativa , vel si sit cum horrore , sequitur in somnis pollutio : & tunc non habet rationem culpe nec in se , nec in sua causa .

Tertia vero causa est spiritualis extrinseca , puta cum ex operatione dæmonis commoventur phantasmatata dormientis in ordine ad talem effectum . Et hoc quidem quandoque est cum peccato præcedenti , scilicet negligenter preparandi se contra dæmonis illusiones : unde & in sero cantatur .

*Hoc emque nostrum comprime ,
Ne polluantur corpora .*

Quandoque vero est absque omni culpa hominis ex sola nequitia dæmonis ; sicut in Collationibus Patrum (collat. xxxii. cap. vi.) legitur de quadam , qui semper in diebus suis pollutionem nocturnam patiebatur , hoc diabolo procurante , ut impeditetur a sacra communione (2) . Sic igitur patet quod nocturna pollutio numquam est peccatum , sed quandoque est sequela peccati præcedens .

Ad primum ergo dicendum , quod Salomon non mernit in dormiendo sapientiam a

Deo ; sed fuit signum præcedentis desideriæ propter quod dicitur talis petitio Deo placuisse , ut Augustinus dicit XII. super Gen. ad lit. (cap. xxv. in fin. (3) .

Ad secundum dicendum , quod secundum quod vires sensitivæ interiores magis vel minus opprimuntur a somno propter vaporis turbulentiam , vel puritatem , secundum hoc usus rationis magis vel minus impeditur in dormiendo . Semper tamen quantum ad aliquid impeditur , ut non possit omnino liberum judicium habere , ut in prima parte dictum est (quæst. lxxxiv. art. 8.) Et ideo non imputatur ei ad culpam quod tunc agit .

Ad tertium dicendum , quod apprehensionis rationis non ita impeditur in somno , sicut ejus judicium , quod perficitur per conversionem ad sensibilia , quæ sunt prima principia cogitationis humanae . Et ideo nihil prohibet hominem secundum rationem apprehendere aliquid de novo in dormiendo vel ex ipsis reliquis præcedentium cogitationum , & phantasmatibus oblatis , vel etiam ex revelatione divina , aut immissione Angeli boni , vel mali .

A P P E N D I X .

EX art. habes *primo* : quomodo per rationem & ostendas , & in sensu recto intelligas , merito insinuatam esse a scripturis , Augu. Gregor. & Isidoro : quod pollutio nocturna non est peccatum . A D. August. quidem : ut in arg. cons. A D. Gregorio autem ut diffuse legitur in *Decretis* dist. 6. c. 1. & 2. a scripturis vero per hoc : quod dicitur Jüdith 13. *Dominus sine pollutione peccati revocavit me gaudentem in victoria sue* . Ac si , hoc modo loquendi , subindicetur ; quod aliqua pollutio reperitur , quæ , quamvis pollutio sit , non est tamen pollutio peccati , idest quæ sit peccatum . Hujusmodi autem maxime est pollutio nocturna .

Nam

Sic e contrario ut exhorreat : Quam somnolente porro in quibusdam impressis (ut in Editione Parisiensi) cum aliqua affectione vel concupiscentia vel horor .

(1) Per oppositum ad somnia studiosorum id est eorum qui virtute prædicti ejus actibus exercendis toto studio diligenter incumbunt , & ad somnia bene dispositorum quoad internas animorum affectiones de quibus mox ; quia etiam ex parte causæ sum meritoria ejusmodi somnia dici possunt .

(2) Quid cum intelligent Seniores , eum nihil-

minus communicare iusserunt , & sic cessavit illusio diabolica : ut ex professo referetur 3. part. qu. 8a. art. 7.

(3) Sic tamen ibi Augustinus paulo expressiore sensu : *EIAM dormiens Salomon sapientiam preposuisse omnibus rebus , eamque ceteris neglectis est præcessus a Domino , & scimus Scriptura testatur , placuit hoc coram Domino , nec distulit retributionem bonam pro desiderio bono ut cap. 15. videre est in fine ? ac ex l. 3. Reg. c. 3. colligitur : Sed ea de re iam dictum est l. 2. quæst. 113. art. 1. ad 2.*

Nam hanc animus nesciens potius intelligi-
tur tunc pati , quam agere : ut colligitur
ex dis. predicta c. i. & ex text. & ex glos.
Ab Isidoro item insinuatur idipsum dist. ead.
cap. Non est peccatum , quando nolentes imagi-
nibus nocturnis illadimur . Hac ille . Vide
Sanct. Doctorem in 3. qu. 80. ar. 7. Secun-
do vides : quomodo &c.

ARTICULUS VI. 747

*Vixim siuprum debet posse una species
luxurie.*

*Sup. art. I. cor. & IV. dist. xli. art. 4.
& 2. cor. & mal. quest. xv.
art. 3. cor.*

AD sextum sic proceditur. Videtur quod stuprum non debeat poni una species luxuriaz. Scuprum enim importat illicitam virginum deflorationem, ut habetur in Decretis xxxvi. (i) quæst. i. (in appendice Grat. ad c. Lex illa.) Sed hoc potest esse soluti cum soluta; quod pertinet ad fornicationem. Ergo stuprum non debet poni species luxuriaz a fornicatione distincta.

2. Præterea . Ambrosius dicit in Lib. de Patriarchis (seu Lib. I. de Abraham cap. iv. inter princ. & med.) *Nemo sibi blandiatur de legibus hominum : omne stuprum adulterium est . Sed specierum ex opposito diversarum una non continetur sub alia . Cum ergo adulterium ponatur species luxuriaz ; videtur quod stuprum species luxuriaz poni non debet .*

3. Præterea . Inferre alicui injuriam videtur magis ad injustitiam quam ad luxuriam

pertinere . Sed ille qui stuprum committit
injuriam facit alteri , scilicet patri puellæ
quam corruptum , qui potest ad animum suum
injuriam revocare , & agere actione injuria-
rum contra stupratorem . Ergo stuprum non
debet poni species luxurie .

Sed contra est quod stuprum propriè consistit in actu venereo quo virgo defloratur. Cum igitur luxuria propriè sit circa venerea videtur quod stuprum sit species luxuriaz.

Respondeo dicendum, quod ubi circa materialem alicuius vitii occurrit aliqua specialis deformitas, ibi debet poni determinata species illius vitii. Luxuria autem est peccatum circa venerea existens, ut supra dictum est (quest. praecl. art. 1. & 4.) In virgine autem sub custodia patris existente quadam deformitas specialis occurrit, si corrumpatur: cum ex parte puella, qua ex hoc quod violatur nulla passione conjugali praecedente, & impeditur a legitimis matrimonio (2) consequendo, & ponitur in via meretricandi, a quo retrahebatur, ne signaculum virginitatis amitteret: tum etiam ex parte patris qui de ejus custodia sollicitudinem gerit, secundum illud Eccli. xlit. 11. Super filiam luxuriosam confirmia custodianam, ne quando faciat se in opprobrium venire inimicis. Et ideo manifestum est quod stuprum, quod importat illicitam virginum deflorationem sub cura parentum existentium, est determinata luxuriaz scocles.

Ad primum ergo dicendum, quod quamvis virgo sit soluta a vinculo matrimonii, non tamen est soluta a patris potestate. Habet etiam speciale impedimentum fornicarii concubitus virginitatis signum (3) quod non debet nisi per matrimonium austeri. Unde

E 2 stuprum

(1) Supple *Causa* in appendice tantum five ad-
ditamento Gratiani, post caput *Lex illa ex Gelasio*
Papa p̄nnotatum: Sic enim ibi Gratianus explicans
quid sint singulæ supradictæ species luxurie: *Steprum*
proprie virginum est illicita deforſatio &c ut iam
notatum prius: Quod autem subiungitur ex Ambro-
ſio libro de Patriarchis, ut in Decretis causa 3a.
qu. 4. cap. *Nemo*, perinde est ac lib. 1. de Abra-
ham cap. 4. ut moderna Exemplaria notant. *De Pa-*
triarchis porro appellatur; quia post libros de A-
braham duos consequitur alius de Isaac, & rursum
duo de Jacob, ac alius de Joseph: adeoque videtur
tota illa series posse de Patriarchis uno tractu in-
ſcribi.

(2) Non cum precedentibus conjungendo sed cum subsequentibus; id est ex hoc quod violatur, duo incurrit damna; tum quia impeditur a legitimo matrimonio consequendo, tum quia expavitur meretrician-

di pericolo a quo eam antea puder ac timor amittendæ virginitatis avertebat.

(3) Vel transposita constructione: *Habet etiam signum virginitatis quod est speciale impeccatum fornicarii concubitus; utpote cum hic ad corruptas dumtaxat mulieres vel meretrices pertineat, ex Glosa mox adiuncta, pro qua Lombardus meretrices vel conjugatas ponit, nempe quae prius conjugatae fuerunt, alioqui adulterium esset, falem ex parte mulieris quae actu esset conjugata. Explicatio autem Ambrosii quae subjungitur ad secundum, non sic accipi debet quasi omne peccatum luxurie adulterium ab Ambrofio appelletur, sed quia cum per stuprum intelligatur communiter omne peccatum luxurie, commune autem nomen possit singulis inferioribus per appropriationem applicari, non immerito Ambrosius pro illo actu usurpavit quo conjugatus alienam poluit &c.*

stuprum non est fornicatio simplex, sed fornicatio est concubitus qui fit cum meretricibus, idest mulieribus jam corruptis, ut patet per Glossam (interi.) II. ad Corinth. XII. super illud, *Qui non egerunt paenitentiam super immunditia, & fornicatione &c.*

Ad secundum dicendum, quod Ambrosius ibi aliter accipit stuprum, prout scilicet communiter accipitur pro omni peccato luxurie. Unde stuprum ibi nominat concubitus viri conjugati cum quacumque alia muliere praeter uxorem: quod patet ex hoc quod subdit; *Nec viro licet quod mulieri non lices.* Et hoc modo etiam accipitur Numer. v. 13. ubi dicitur. *Si laet adulterium, & testibus argui non potest, quia non est inventa in stupro &c.*

Ad tertium dicendum, quod nihil prohibet unum peccatum ex adjunctione alterius deformius fieri. Fit aurem deformius peccatum luxurie ex peccato iniustitia: quia videtur concupiscentia esse inordinatrix, quae a delectibili non abstinet, ut injuriam vitet. Habet autem duplum injuriam annexam. Unam quidem ex parte virginis, quam etsi non vi corrumpat, tamen eam seducit; & sic tenetur ei satisfacere. Unde dicitur Exod. xxii. 16. *Si seduceris quis virginem nondum despensatam domicerisque cum ea, dorabit eam, & habebit uxorem.* Si autem pater virginis dare volueris, reddes pecuniam iuxta modum doris quam virgines accipere consueverunt. Aliam vero injuriam facit patri pueras: unde & ei secundum legem tenerat ad paenam. Dicitur enim Deuter. xxii. 28. *Si invenerit vir pueram virginem que non habet sponsum, & apprehendens concubuerit cum illa, & res ad iudicium venerit, dabit qui dormivit cum ea, patri pueras quinquaginta sicos argenti, & habebit eam uxorem:* & quia humiliavit illam non poseris dimittere eam cunctis diebus vita sue; & hoc ideo ne videatur ludibrium fecisse, ut Augustinus dicit (in Lib. Qq. in Deut. quest. xxxiv.)

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a scripturis, & Gelasio; quod stuprum est

determinata species luxurie. A Papa Gelasio quidem s. ut in Decretis, 36. quest. 1. cap. Lex illa. A scripturis vero per hoc, quod deflorationem virginis factam vocant stuprum Gen. 34. *Serventes ob stuprum sororis sua, qua erat virgo.* Ac si scriptura per hoc, quod & deflorationem virginum vocat stuprum, & hoc ipsum fecerit ab aliis speciebus luxurie (ut patet in art. L. append.) dicat scholastice loquens: stuprum proprie dictum debet ponи determinata species luxurie. Secundo video: quomodo &c.

A R T I C U L U S VII. 748

Utrum rapus sit species luxurie distincta a stupro.

Sup. art. 1. cor. & IV. diff. xl. art. 4. quest. cor. fin. & quest. 2. cor. & ad 6. & mal. quest. xv. art. 3. cor.

AD septimum sic proceditur. Videlur quod raptus non sit species luxurie distincta a stupro. Dicit enim Isidorus in Lib. V. Etymol. (cap. xxvi. ante med.) quod stuprum idest raptus, proprie est illicitus coitus a corrumpendo dictus: unde & qui rapus potitur, stupro fruatur. Ergo videlur quod raptus non debeat ponи species luxurie a stupro distincta.

2. Præterea. Rapeus videlur quamdam violentiam importare: dicitur enim in Decretis xxxvi. (1) quest. 1. (in append. Grat. ad cap. Lex illa) quod rapus committitur, cum puella violenter a domo patris abducitur, ut corrupta in uxorem habeat. Sed hoc quod violentia alicui inferatur, per accidentem se habet ad luxuriam, quae per se respicit delectationem concubitus. Ergo videlur quod raptus non debeat ponи determinata species luxurie.

3. Præterea. Peccatum luxurie per matrimonium cohibetur: dicitur enim I. ad Corinth. vii. 2. *Propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat.* Sed raptus impedit matrimonium sequens: dicitur enim in Concilio Meldensi: (2) (habet cap. Placuit xxxvi. quest. xx.) *Placuit ut hi qui rapiunt feminas, vel furantur, vel seducant, eas nullaten-*

(1) Supple causa ut supra, non in Canone ipso sed in additamento vel appendice Gratiani post caput prænotatum Lex illa: Præmittitur etiam ibi cap. Raptus quod argumento 1. ex Isidoro notatum est, & ex codex refertur.

(2) Ex quo etiam in Decretis refertus Causa 36.

ut supra qu. 2. cap. Placuit, et si non occurrit in aliquo Meldensi satis appendix insinuat, sicut re ipsa non occurrit: Ex Concilio Aquitanensi can. 3. refert Ivo part. 8. cap. 171. sed nec in illo Concilio Aquitanensi tale aliquid modo extat: Habetur autem lib. 7. Capitularium Carolinorum cap. 395.

laeternus habeant uxores, quamvis eas postmodum nuptialiter cum consensu parentum suorum suscepserint. Ergo raptus non est determinata species luxuriaz.

4. Præterea. Aliquis potest cognoscere suam sponsam absque peccato luxuriaz. Sed raptus potest committi, si aliquis violenter sponsam suam auferat de domo parentum, & eam carnaliter cognoscat. Ergo raptus non debet poni determinata species luxuriaz.

Sed contra est quod *raptus est illicitus coitus ut Isidorus dicit (Lib. V. Etym. cap. xxvi. ante med.) Sed hoc pertinet ad peccatum luxuriaz. Ergo raptus est species luxuriaz.*

Respondeo dicendum, quod raptus, prout nunc de eo loquimur, (1) est species luxuriaz: & quandoque quidem in idem concurret cum stupro; quandoque autem invenitur raptus sine stupro; quandoque vero stuprum sine raptu.

Concurrunt quidem in idem, quando aliquis violentiam infert ad virginem illicite deflorandam. Quæ quidem violentia quandoque infertur tam ipsi virgini, quam patri quandoque autem infertur patri, sed non virgini, puta cum ipsa contentit ut per violentiam de domo patris abstrahatur. Differt etiam violentia, & raptus alio modo: quia quandoque puella violenter abducitur a domo parentum, & violenter corrompitur; quandoque autem violenter abducatur, non tamen violenter corrompitur, sed de voluntate virginis, sive corromputur fornicario concubitu, sive matrimoniali: qualitercumque enim violentia adsit, salvatur ratio raptus. Invenitur autem raptus sine stupro; puta si aliquis rapiat viduam vel puellam corruptam. Unde Symmachus Papa dicit (in ep. v. ad Cæsarium cap. iv. Tom. IV. Conc. & hab. cap. Raptore xxxvi. quæst. xx.) *Raptori viduarum, vel virginum ob immanita-*

tem facinoris ransi deflorantur (2) Stuprum vero sine raptu invenitur, quando aliquis absque violentia illatione virginem illicite deflorat.

Ad primum ergo dicendum, quod quis raptus plerunque cum stupro in idem concurret, ideo quandoque unum pro alio ponitur.

Ad secundum dicendum, quod illatio violentia videtur procedere ex magnitudine concupiscentiaz, ex qua aliquis non refugit (4) periculo se injicere violentiaz inferendæ.

Ad tertium dicendum, quod aliter est dicendum, de raptu puellarum quæ sunt alii desponsatæ, & aliter de raptu illarum quæ non sunt alii desponsatæ. Illæ enim quæ sunt aliis desponsatæ, restituendæ sunt suis sponsis, qui in eas ex ipsa desponsatione jus habent; illæ autem quæ non sunt alii desponsatæ, primo restituendæ sunt patris potestatæ; & tunc de voluntate parentum licito possunt eas in uxores accipere (5) Si autem aliter fiat, illicite matrimonium contrahitur: tenetur enim qui quamcumque rem rapit, ad ejus restitutionem. Nec tamen raptus dirimit matrimonium jam contractum, etiæ impedit contrahendum. Quod autem dicitur in prædicto Concilio, dictum est in detestationem illius criminis, & est abrogatum. Unde Hieronymus contrarium dicit. *Tria inquit, conjugia legitima in Scripturis leguntur. Primum est, virgo casta in virginitate viro data legitime. Secundum est, virgo in civitate deprehensa a viro, & illi per vim copulata, si voluerit pater ejus, dorabit eam iste vir, quantum judicaverit pater, & dabit pretium pudicitiae ejus. Tertium autem est, quando auferunt ei, & traditum alteri de voluntate patris. Vel potest intelligi de illis quæ sunt alii desponsatæ, & maxime per verba de praesenti.*

Ad

(1) Nimur quia *raptus* passivo sensu longe aliter accipitur quo quis rapit quodammodo extra se ad contemplationem divinarum, ut qu. 173. ex professo dicitur: *Quin & activo sensu significare alius potest ad speciem furti pertinens quo quis in illicitum usum rem alienam rapit: Sed hoc rapina solet communione usu appellari.*

(2) Quibus & adjungitur immediate quasi per appendicem, *illos vehementius persequendo qui sacras virgines vel valentes vel invitas matrimonio sociare tentaverint: Sed expressius infra occasione luxuriosi sacrilegii ad quod potissimum pertinet art. 10. referetur.*

(3) Ita Theologi, Nicolajus, & edit. Patav. Mf. pericula, se injicere. Edit. Rom. periculose ignitis-

tere. *Theologi ramen legendum conjectant; periculo se injicere violentiam inferendo.*

(4) Supple raptore earundem, quos ea conditions raptas habere in uxores, parentum nutu vel consensu subinde accedente, insinuat in Decretis ut sup. cap. Si autem ex can. 65. Concilii Meldensis; & ibidem cap. *Tria sub nomine Hieronymi refertur quod ex illo subjunct S. Thomas, & ex eodem Ivo refert part. 8. cap. 30. Quamvis in Hieronymo non occurrit, ut Causa 27. qu. 2. cap. additur aliud ex professo Appendix notat. Appendix autem Gelasii quæ in solutione quarti subjunctione, utroque illo loco Causa 27. & Causa 36. refertur sub eodem cap. vel titulo *Lex illa* &c.*

Ad quartum dicendum, quod sponsus ex ipsa defensione habet aliquod jus in sua sponsa: & ideo quamvis peccet violentiam inferendo, excusat tamen a crimen raptus. Unde Gelasius Papa dicit (hab. cap. Lex, xxxvi. quest. i.) *Lex illa præteriorum Principum ibi raptum dixit esse commissum, ubi puerilla, de cuius ante nuptiis nibil actum fuerat, videbatur abducta.*

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a scripturis, & Gelasio; quod raptus est species luxuriæ distincta a stupro. A Gelasio quidem, ut in Decr. 36. qu. 1. c. *Lex illa.* A scripturis vero per hoc; quod 1. Corin. 5. 6. distinctum ab aliis speciebus luxuriæ (inter quas subintelligitur stuprum, ex Gen. 34.) nominatur raptus, sub vocabulo tamen *rapacium*, quod in proposito nihil obest. Ac si ex isto suo textu, atque contextu scriptura, cholastice loquendo, dicat: Ideo raptum distincte nomino, ut exinde cognoscere faciam quod raptus est species luxuriæ distincta ab aliis, & consequenter a stupro. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS VIII. 749

Utrum adulterium sit determinata species luxuria ab aliis distincta.

*IV. dist. xii. art. 4. quest. 2. cor. & mal.
quest. xv. art. 3. corp.*

AD octavum sic proceditur. Videtur quod adulterium non sit determinata species luxuriæ ab aliis distincta. Dicitur enim adulterium ex eo quod aliquis ad alteram ac-

cedit præter suam, sicut dicit quædam Glosa super Exodum (ord. sup. illud cap. xx. Non *mætaberis*: & est Aug. in Lib. Qq. sup. Exod. quest. lxii. a med.) Sed alia mulier præter suam potest esse diversarum conditionum, scilicet vel virgo, vel in protestate patris existens, vel meretrix, vel cujuscumque alterius conditionis. Ergo videtur quod adulterium non sit species luxuriæ ab aliis distincta.

2. Præterea. Hieronymus dicit (Lib. I. cont. Jovin. prope fin. & hab. cap. Origo xxxii. quest. iv.) (1) *Nihil interest, ex qua causa quis infans: unde Sextus Pythagoricus in sententiis: Adulter, inquit, est amator ardenter in suam uxorem, & pari ratione in quamlibet aliam mulierem. Sed in omni luxuria est amor ardenter debito. Ergo adulterium invenitur in omni luxuria. Non ergo debet ponи luxuriæ species.*

3. Præterea. Ubi est eadem ratio deformitatis, ibi non videretur esse alia species peccati. Sed in stupro, & adulterio videretur esse eadem ratio deformitatis, quia utrobique violatur mulier alienæ potestati subjecta. Ergo adulterium non est determinata species luxuriæ ab aliis distincta.

Sed contra est quod Leo Papa (2) dicit (id hab. Aug. Lib. de bono conjug. cap. IV. Vide append. Grat. ad cap. *Illa autem*, xxxii. quest. v.) quod *adulterium committitur, cum propria libidinis instinctu, vel alieno consensu cum altero, vel altera contra patrem conjugale concubuitur.* Sed hoc importat speciale deformitatem luxuriæ. Ergo adulterium est determinata species luxuriæ.

Respondeo dicendum, quod adulterium, sicut ipsum nomen sonat, est accessus ad alienum torum. In quo quidem dupliciter contra castitatem, & humanæ generationis horum aliquis delinquit. Primo quidem inquantum accedit ad mulierem non sibi matri-

(1) Ex quo refertur in Decretis Causa 32. qu. 2. cap. Origo verbis elegantius immutatis; ut & in Hieronymi originali textu vel potius in textu ipso unde sumpfit: *Adulter est in suam uxorem amator ardenter.* Et licet ibi Pythagoricus non exprimatur, intelligi nihilominus debet.

(2) Sive potius Augustinus lib. de bono conjugali cap. 4. cum nihil tale in Leone occurrat: Sed cum vetus Decreti editio additamenta Gratiani a capitibus canonice non distinguere, additamentum autem Gratiani hoc sic Augustinum citantur in appendice capituli *Illa autem famula* quod ex Leone Papa sine indice speciali eadem editio antiqua praenotabat (ut in gothica quoque videre est) hinc S. Thomas ut ex Leone Papa id notavit: Quod quia præcedentes Edi-

tiones non adverterant, nihil omnino in margine noscarunt, quia nec in Leone invenerant, apud quem tamén caput *Illa autem* cui hanc appendicem Gratianus addidit, invenitur in epistola 85. vel secundum alias editiones 82. quam Episcopis Africanis inscripsit Leo, ca. 5. ut in moderna Decretorum Editione reponitur. Quod item ex cap. *Lex illa* in Decretis Causa 36. qu. 1. Editiones aliae ad marginem indicant, ut ex ipso nomine adulterium sit *accessus ad alienum torum* appendix tantum Gratiani est ad illud caput ex Gelasio prænotatum, ut iam plenus art. 1. admonitus ad calcem: Sed qui vetera tantum Exemplaria legunt, sic falluntur, & hinc alios fallunt parum cautos.

trrimonio copulatam ; quod requiritur ad bonum proliis propriæ educandæ . Alio modo quia accedit ad mulierem alteri per matrimonium copulatam : & sic impedit bonum proliis alienæ . Eadem ratio est de muliere conjugata quæ per adulterium corruptitur . Unde dicitur Eccli. xxiiii. 32. *Omnis mulier relinquens virum suum peccabit . Primo enim in lege Altissimi incredibilis fuit , in qua scilicet precipitatur , Non mæcaberis : in vi- rum suum delinquit , in quo facit contra certitudinem proliis ejus : Tertio in adulterio fornicata est , & ex alio viro filios statuit sibi , quod est contra bonum propriæ proliis . Sed primum est commune in omnibus peccatis mortalibus ; alia vero duo specialiter pertinent ad deformitatem adulterii . Unde manifes- tum est quod adulterium est determinata species luxuriaz , utpote speciale deformitatem habens circa actus venereos .*

Ad primum ergo dicendum , quod si ille qui habet uxorem , ad aliam accedat , peccatum ejus potest denominari vel ex parte sua ; & sic semper est adulterium , quia contra fidem matrimonii agit : vel ex parte mulieris ad quam accedit ; & sic quandoque est adulterium , puta cum conjugatus accedit ad uxorem alterius : quandoque autem habet rationem stupri , vel alicujus alterius , secundum diversas conditiones mulierum ad quas accedit . Dictum est autem supra (art. i. hu- quæst.) quod species luxuriaz accipiuntur secundum diversas mulierum conditions .

Ad secundum dicendum , quod matrimonium specialiter est ordinatum ab bonum humanae proliis , sicut dictum est (art. 2. hu- quæst.) Adulterium autem specialiter matrimonio contrariatur , inquantum violat matrimonii fidem , quam quis conjugi debet . Et quia ille qui est ardenter amator uxoris , facit contra bonum matrimonii , inhonestè eo utens , licet fidem non violet , ideo aliquiliter potest adulter nominari , & magis ille qui est ardenter amator alterius mulieris .

Ad tertium dicendum , quod uxor est in potestate viri , sicut ei matrimonio copulata ; puerla autem est sub potestate patris , sicut per eum matrimonio copulanda . Et ideo alio modo

contra bonum matrimonii est peccatum adulterii , alio modo peccatum stupri : & propter hoc ponuntur diversæ luxuriaz species . De aliis autem ad adulterium pertinentibus di- cetur in tertia parte (quam non absolvit : vid. IV. dist. xl.) cura de matrimonio tractabitur .

A P P E N D I X.

EX art. habes primo : quomodo per ratio- nem ostendas , merito insinuatum fuisse a scripturis , & Leone , quod adulterium est species luxuriaz ab aliis distincta . A Papa Leone quidem , ut in *orgum. constr.* A scri- pturis vero per hoc , quod distinctum nomi- nant , & per hoc secernunt adulterium ab aliis speciebus luxuriaz : ut patet in art. x. append. quasi ergo ex hoc ipso scholastici aperte di- cunt : Adulterium est determinata species luxuriaz , ab aliisque distincta . Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S IX. 750

Utrum incestus sit determinata species luxuriaz .

*Svp. art. x. corp. & IV. dist. xl. art. 4.
quæst. x. & 2. corp. & mal. quæst.
xv. art. 3. corp.*

AD nonum sic proceditur . Videtur quod incestus non sit species determinata lu- xuriaz . Incestus enim dicitur per privatio- nem castitatis (1) . Sed castitati universaliter opponitur luxuria . Ergo videtur quod incestus non sit species luxuriaz , sed sit universaliter ipsa luxuria .

2. Præterea . In Decretis dicitur xxxvi. quæst. 1. (in append. Grat. ad cap. Lex illa) quod incestus est consanguinearum , vel affinium abusus . Sed affinitas differt a con- sanguinitate . Ergo incestus non est una spe- cies luxuriaz , sed plures .

3. Præterea . Illud quod de se non impor- tant aliquam deformitatem , non constituit aliquam determinatam speciem vitii . Sed acce-

(1) Quasi non coetus vel incestus ex Isidoro lib. 5. etymologicarum vel originum tit. de criminibus in le- go constitutis ; ut & in Syntagmate Juris lib. 9. cap. xi. §. 2. a Nonnio referunt explicatum : Et si alia ibi subiectitur explicatio quodd incestus dicatur , ut non justa venere iniurias , quia coetus idem est ac

cingulum veneris quod a maritis tantum solvi debo- bat cum ad sponsas in legitimo toro accederent . Quod autem ex Decretis 36. (scilicet Causa) qu. 1. subiungitur ac ex cap. Lex illa in aliis Editioni- bus ad marginem notatur , est iterum additamentum Gratiani .

accedere ad consanguineas, vel affines, non est secundum se deforme; alias nullo tempore licuisset. Ergo incestus non est determinata species luxuriaz.

Sed contra est quod species luxuriaz distinguunt secundum conditiones mulierum quibus aliqui abutuntur. Sed in incestu importatur specialis conditio mulierum, quia est abusus consanguinarum, vel affinium, ut dictum est (in arg. 2. & art. 1. hu. quest.). Ergo incestus est determinata species luxuriaz.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. x. & 6. hu. quest.), ibi necesse est inveniri determinatam speciem luxuriaz, ubi inventitur aliquid repugnans usui debito venereorum. In usu autem consanguinarum, vel affinium invenitur aliquid incongruum commixtione venereaz triplici ratione. Primo quidem quia naturaliter homo debet quadam honorificentiam parentibus, & per consequens aliis consanguineis, qui ex eisdem parentibus de propinquuo originem trahunt; intantum quod apud antiquos, ut Maximus Valerius refert (Lib. II. cap. 1. n. 7. (1) non erat fas filium simul cum patre balneari, ne scilicet se invicem nudos conspicerent. Manifestum est autem secundum predicta (quest. cxi. art. 4. & quest. clx. art. 4.) quod in actibus venereis maxime consistit quedam turpitudo honorificentiaz contraria: unde de his homines verecundantur. Et ideo incongruum est quod takis commixtio venerea fiat talium personarum ad invicem. Et haec causa videtur exprimi Levit. xviii. 7. ubi dicitur: *Mater sua est: non revelabis turpitudinem ejus.* Et idem postea dicitur in aliis. Secunda ratio est, quia personas sanguine conjunctas necesse est ad invicem simul conversari. Unde si homines non arcerentur a commixtione venerea, ni-

mia opportunitas daretur hominibus ~~venereaz~~ commixtione; & sic animi hominum nimis emollescerent per luxuriam. Et ideo in veteri lege illae personaz specialiter videntur prohibita esse quas necesse est simul commixtari. Tertia ratio est, quia per hoc impeditur multiplicatio amicorum. Dum enī homo uxorem extraneam accipit, junguntur sibi quadam speciali amicitia omnes consanguinei uxoris, ac si essent consanguinei sui. Unde Augustinus dicit XV. de civitate Dei (cap. xvi. cir. princ.) *Habita est ratio regissima caritatis, ut homines, quibus esset utilis, aique honesta concordia, diversarum vicissitudinum vinculis necterentur, nec unus in una multas babere, sed singula spargerentur in singulos.* Addit autem Aristoteles quartam rationem in II. Polit. (cap. xx. cir. med.) quia cum naturaliter homo consanguineam diligit, si adderetur amor, qui est ex commixtione venerea, fieret nimius ardor amoris, & maximum libidinis incentivum; quod castitati repugnat. Unde manifestum est quod incestus est determinata luxuriaz species.

Ad primum ergo dicendum, quod abusus conjunctarum personarum maxime judiceret corruptelam castitatis, tum propter opportunatatem, tum etiani propter nimium ardorem amoris, ut dictum est (in corp. art.) Et ideo antonomastice abusus talium personarum vocatur *incestus* (2).

Ad secundum dicendum, quod persona affinis conjungitur alicui propter personam consanguinitate conjunctam: & ideo quia unum est propter alterum, ejusdem rationis inconvenientiam facit consanguinitas, & affinitas.

Ad tertium dicendum, quod in commixtione personarum conjunctarum aliquid est quod est secundum se indecens, & repugnans na-

(1) Id haberi lib. 2. tit. 1. cap. 9. quod est de beneficio lavandi cum necessariis: prius indicabatur ad marginem: In Valerio tamen meo id habetur eodem libro tit. 1. cap. 1. quod inscribitur de matrimoniorum ritis & necessitudinum officiis §. 7. ubi ait: *Inter conjuges vercundia quid? Inter ceteras necessitudines nonne appetit consonantia?* Nam ut minimo iudicio maximam vim ejus significem, aliquandiu nec posset cum filio pubere, nec facer cum genere lavabatur: Manifestum est igitur tantum religionis affinitati & sanguini quantum ipsis diis immortalibus tributum, quia in ea ipsa tam sancta vincula non magis quam in aliquo sacro loco nudare se fas esset credebatur: Non ut Exemplaria quadam contradicen-

te sensu fas: Alioqui dicendum esset non minus nefas.

(2) Nempe, quia *incestus* alioqui generaliter significat quemlibet concubitum illegitimum & illicitum iuxta notationem in calce istius argumenti positum quod *incestus* dicatur quidquid alienum est a mariti coniunctione, ad quem unice pertinebat ut eorum vel cingulum solveret castitatis: Et sic etiam Glossa notat ad Rubricam de incestis nuptiis in Cod. & Paulus Jurisconsultus in ff. (Digestis) leg. Sororis pronepem 39. de ritu nuptiarum sic expresse respondet, ac ex illo in Syntagma Juris lib. 9. c. 21. refertur, ubi supra.

naturali rationi ; sicut quod commixtio fiat inter parentes , & filios , quorum est per se , & immediata cognatio : nam filii naturaliter honorem debent parentibus . Unde Philo- phus dicit in IX. de animali (cap. xlvi.) quod quidam equus , quia deceptus fuit ut matri commiseretur , seipsum præcipitavit quasi præ horrore , eo quod etiam animalibus aliquibus inest naturalis reverentia ad parentes . Aliæ vero personæ quæ non con- junguntur secundum seiphas , sed per ordinem ad parentes , non habent ita ex seiphs indecentiam ; sed variatur circa hoc decen- tia , vel indecentia secundum consuetudinem , & legem humanam , vel divinam : quia , ut dictum est (art. 2. hu. quæst.) usus vertere- rum , qui ordinatur ad bonum commune , subiacet legi . Et ideo , sicut Augustinus di- cit in XV. de civitate Dei (cap. xv. cir. princ.) commixtio sotorum & fratrū quanto fuit antiquior , compellente necessitate , tanto postea facta est damnabilior , religione prohibens .

APPENDIX.

EX art. habes primo : quomodo per ratio- nem ostendas : merito fuisse a scripturi- sis , & Gelasio insinuatum : quod incestus est determinata species luxuriaz . A Gelasio Papa quidem : ut in Decr. 36. qu. 1. ca. Lex il- la . A Scripturis vero per hoc , quod ince- stum distinctum ponunt ab aliis speciebus luxuriaz : ut patet consideranti dicta Scriptu- rarum supra art. 1. append. Ac si aperte ex hoc scholasticis inhærendum dicant : quod incestus est luxuriaz species determinata , id est ab aliis distincta . Secundo vides : quomodo &c.

ARTICULUS X. 751

Utrum sacrilegium possit esse species luxuriae .

*Sup. art. 1. ad 3. & IV. dist. xl. quæst. 1.
art. 4 quæst. 2. ad 7.*

AD decimum sic proceditur . Videtur quod sacrilegium non possit esse species luxu-
Summ. S.Th. Tom. IX.

riæ . Eadem enim species non invenitur sub diversis generibus non subalternatim positis . Sed sacrilegium est species irreligiositatis , ut supra dictum est (quæst. xcix. art. 1.) Ergo sacrilegium non potest poni species luxuriaz .

2. Præterea . In Decret. xxvii. quæst. 1. (1) sacrilegium non ponitur inter alia que ponuntur species luxuriaz . Ergo videtur quod non sit luxuriaz species .

3. Præterea . Sicut per luxuriam contingit aliquid fieri contra aliquam rem sacram , ita etiam per alia vitiorum genera . Sed sac- rilegium non ponitur species gulz , aut alterius alicujus hujusmodi vitii . Ergo etiam non debet poni species luxuriaz .

Sed contra est quod Augustinus dicit XV. de civ. Dei (cap. xvi. a med.) quod si iniquum est aviditate possidendi transgredi li- mitem agrorum , quanto est iniquius libidine concubandi subvertere limitem morum ? Sed transgredi limitem agrorum in rebus sacris est peccatum sacrilegii . Ergo pari ratione subvertere limitem morum libidine concum- bendi in rebus sacris facit sacrilegii vitium . Sed libido concubandi pertinet ad luxu- riæ . Ergo sacrilegium est luxuriaz spe- cies .

Respondeo dicendum , quod , sicut supra dictum est (implic. quæst. xcix. art. 1. & art. 2. ad 2. & 1. 2. quæst. xviii. art. 7.) actus unius virtutis , vel vitii ordinatus ad finem alterius , assunit speciem illius ; sicut furtum quod propter adulterium committitur , transit in speciem adulterii . Manife- stum est autem quod observatio castitatis , secundum quod ordinatur ad cultum Dei , fit actus religionis , ut patet in illis qui vovent , & servant virginitatem , ut patet per Augustinum in Lib. de virginitate (cap viii.) Unde manifestum est quod etiam luxuria , secundum quod violat aliquid ad divinum cultum pertinens , pertinet ad spe- ciem sacrilegii , & secundum hoc sacrilegium potest poni species luxuriaz (2) .

Ad primum ergo dicendum , quod luxu- ria , secundum quod ordinatur ad finem alterius vitii , efficitur illius vitii species . Et sic aliqua luxuriaz species potest etiam esse

F species

(1) Et hic iterum notant præcedentes Editiones ad marginem ut prius ex cap. Ier illa : Sed jam plu- tries notavimus additamentum esse Gratiani ad illud caput : Ubi sic tantum Gelasius Papa breviter & summativum : *Lex illa præseriorum Principum ibi ra-*

ptum commissum esse dixit , ubi puella de cuius an- ze nuptiis nihil actuum fuerat , videatur abducta : ed hac occasione , Gratianus varias luxuriaz species jam antea relatas enumerat in quibus istam non recenset.

(2) Sic in Decretis Cœlia 27. quæst. 1. cap. Im- pudi-

species irreligiositatis , sicut cuiusdam superioris generis .

Ad secundum dicendum , quod ibi enumerauntur illa quæ sunt species luxuriæ secundum se ipsa . Sacrilegium autem est species luxuriæ , secundum quod ordinatur ad alterius vitii finem ; & potest concurrere cum diversis luxuriæ speciebus . Si enim aliquis abutatur persona conjuncta sibi secundum spiritualem cognitionem , committit sacrilegium ad modum incestus . Si autem abutatur virgine Deo sacrata , inquantum est sponsa Christi , est sacrilegium per modum adulterii . Inquantum vero est sub spiritualis patris cura constituta , erit quoddam spirituale stuprum : & si violentia inferatur , erit spiritualis raptus ; qui etiam secundum leges civiles gravius punitur quam alias raptus . Unde Justinianus Imperator dicit (Lib. Si quis , cap. de Episcop. & Clerici .) Si quis non dicam rapere , sed attentare tantummodo matrimonii conjugandi causa fractissimas virgines ausus fuerit , capitali pena feriatur (1) .

Ad tertium dicendum , quod sacrilegium committitur in re sacrata . Res autem sacrata est vel persona (*) sacrata , quæ concupiscitur ad concubitum ; & sic pertinet ad luxuriam : vel quæ concupiscitur ad possidendum ; & sic pertinet ad injustitiam . Potest etiam ad iram pertinere sacrilegium ; puta si aliquis ex ira injuriam inferat personæ sacrae , vel si gulose cibum sacrum assumat , sacrilegium committit . Specialius tamen sacrilegium attribuitur luxuriæ , quæ opponitur castitati , ad cujus observantiam aliquæ personæ specialiter consecrantur .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per ratio nem , ostendas , merito insinuatum suis a scripturis , & August. quod sacrilegium est species luxuriæ . A D. Augustino quidem ut extenditur cum discursu in arg. cont. A scripturis vero per hoc , quod injurias factas rebus Deo sacratis vocant sacrilegia , homines talium injuriarum , seu violationum autores vocant sacrilegos . 2. Macbab. 4. in tribus locis . Ex his argumentare ad positum articuli hujus , secundum quod fecit B. Th. super autoritatem B. Aug. in arg. cont. Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S XI. 752

Utrum vitium contra naturam sit species luxurie .

IV. dist. iii. quest. i. art. 4. quest. 2.

AD undecimum sic proceditur . Videtur ad quod vitium contra naturam non sit species luxuriæ . Quia in predicta enumeratio ne specierum luxuriæ (art. 1. hu. quest.) nulla fit mentio de vitio contra naturam . Ergo non est species luxuriæ .

2. Præterea . Luxuria opponitur virtuti ; & ita sub malitia continetur . Sed vitium contra naturam non continetur sub malitia sed sub bestialitate , ut patet per Philosop hum in VII. Ethic. (cap. v.) Ergo vitium contra naturam non est species luxuriæ .

3. Præterea . Luxuria consistit circa actus ad

pudicas ex Concilio Triburiensi cap. 6. Impudicas detestabilesque personas Monachorum ac Monacharum que abjecto proposito sanctitatis illicita & sacrilegia contagione se miscuerunt , & in abruptum conscientia desperatione perdulta de illicitis complexibus libere filias procreaverunt , a monasteriorum custodi ecclesiasticisque convenientibus eliminandas esse mandamus &c.

(1) Ut in Cod. leg. 9. tit. 13. videre est : Præter id quod ex ejus Novellis in Decretis resertur Causa 27. qu. 1. cap. Si quis , ubi veluti ex Novella 124. cap. 94. sic dicitur : Si quis rapuerit vel sollicitaverit vel corruperit ascetiam vel monacham vel aliam mulierem religiosam viam vel habitum babentem , bona ipsius & eorum qui hujusmodi sceleris communi- ne contaminati sunt , a loco religioso vendicentur in quo talis mulier habebat ; ipsi autem capitali periculo subiiciantur : Mulier autem ubique investigetur , ab cum suis rebus monasterio cauitori tradatur : Ma le porro vetera Decretrorum exemplaria ex incisitia

græce vocis *afficeriam* pro *ascetria* obtruferant , quæ sic dicitur græce *ασκητια* quasi spirituali exercitio vacans , quemadmodum ascetae vel *ασκηται* vocantur qui & spiritualem vitam seu monasticam professi sunt , ex verbo *ασκω* , quod significat *exercere* , ac per excellentiam quandam ejusmodi exercitiis tribuitur : Quod autem in seculi legibus capitalis pena est , per excommunicationem in predictos ascetiarum si ve monialium violatores latam ecclesiastici Canones exequuntur & supplent : Unde cap. *Virginibus* predicta causa & quæstione sic habetur ex Concilio Triburiensi vel etiam Chalcedonensi & ex capitularibus lib. 1. cap. 106. & codice canonum Geladii cap. 20. *Virginis* sacris quosdam temere sociare se cognovimus & post dicatum Deo propositum incesta fædera sacrilegaque miscere : Quos protinus agnum est a sacra communione deprudi , & nisi per publicam probatumque parsenitiam omnino non recipi .

(*) Ita passim . Cod. Alcan. sacra .

ad generationem humanam ordinatos , ut patet ex supradictis (quæst. præc. art. 1.) Sed vitium contra naturam consistit circa actus ex quibus non potest generatio sequi . Ergo vitium contra naturam non est species luxuriaz .

Sed contra est quod II. Cor. 111. connumeratur aliis luxuriaz speciebus , ubi dicitur : *Et non egerunt paenitentiam super immundicias & fornicatione & impudicitia* : ubi dicit Gloria (interl .) „ *Immundicias* , idest luxuria contra naturam . “

Respondeo dicendum , quod , sicut supra dictum est (art. 6. & 9. huius quæsti.) ibi est determinata luxuriaz species ubi specialis ratio deformitatis occurrit , quæ facit indecentem actum venereum . Quod quidem potest esse dupliciter . Uno quidem modo quia repugnat rationi rectæ ; quod est commune in omni vitio luxuriaz . Alio modo quia etiam super hoc repugnat ipsi ordini naturali venerei actus , qui convenit humanæ speciei , quod dicitur *vitium contra naturam* . Quod quidem potest pluribus modis contingere . Uno quidem modo , si absque omni concubitu causa delectationis venereæ pollutio procuretur ; quod pertinet ad peccatum *immundicias* , quam quidam *mollitionem* vocant . Alio modo si fiat per concubitum ad rem non ejusdem speciei , quod vocatur *bestialitas* . Tertio si fiat per concubitum ad non debitum sexum , puta masculi ad masculum , vel feminæ ad feminam , ut Apostolus dicit ad Rom. 1. quod dicitur *Sodomiticum vitium* . Quarto si non servetur naturalis modus concubendi aut quantum ad instrumentum non debitum , aut quantum ad alios monstruosos , & bestiales concubendi modos .

Ad primum ergo dicendum , quod ibi enumerantur species luxuriaz quæ non repugnant humanæ naturæ : & ideo prætermittitur vitium contra naturam .

Ad secundum dicendum , quod bestialitas differt a malitia , quæ humanæ virtuti opponitur per quemdam excessum circa eamdem materiam : & ideo ad idem genus reduci potest .

Ad tertium dicendum , quod luxuriosus non intendit generationem humanam , sed delectationem venereum , quam potest aliquis experiri sine actibus ex quibus sequitur hu-

mana generatio . Et hoc est quod queritur in vitio contra naturam .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum fuisse a scripturis , quod vitium contra naturam est species luxuriaz . Ut 1. Cor. 6. & Lev. 8. secundum quod citatur art. 1. append. Per hoc enim quod vitium istud nominant distinctum ab aliis luxuriaz speciebus , ut in ead. app. patet , scholasticis Theologis concludendum relinquunt : quod , secundum scripturas , est determinata luxuriaz species . Item a 2. Cor. 12. secundum quod extenditur in arg. cor. Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S XII. 753

Utrum vitium contra naturam sit maximum peccatum inter species luxuriaz .

Inf. quest. clxx. art. 1. ad 2. & 1. 2. quest. 11111. art. 7. cor. & IV. dist. ill. quest. 1. art. 4. quest. 3. cor. si.

AD duodecimum sic proceditur . Videtur quod vitium contra naturam non sit maximum peccatum inter species luxuriaz . Tanto enim aliquod peccatum est gravius , quanto magis contrariatur caritati . Sed magis videntur contrariari caritati proximi adulterium , & stuprum , & raptus , quæ vergunt in injuriā proximi , quam peccatum contra naturam , per quæ nullus alteri injuriatur . Ergo peccatum contra naturam non est maximum inter species luxuriaz .

2. Præterea . Illa peccata videntur esse gravissima quæ contra Deum committuntur (1) . Sed sacrilegium directe committitur contra Deum , quia vergit in injuriam divini cultus . Ergo sacrilegium est gravius peccatum quam vitium contra naturam .

3. Præterea . Tanto aliquod peccatum videtur esse gravius , quanto exercetur in personam quam magis diligere debemus . Sed secundum ordinem caritatis magis debemus diligere personas nobis conjunctas , quæ polluantur per incestum , quam personas extraneas

F 2

(1) Immediate ac directe velut contra proprium per se objectum ad quod offensa terminatur ; sicut infidelitas , blasphemia , sacrilegium , & similis ; cum

alioqui qualemque peccatum contra Deum committi dicendum sit , quia & contra legem illius committitur ; ut siue loco 1. 2. ostensum est .

neas , quæ interdum polluuntur per vitium contra naturam . Ergo incestus est gravius peccatum quam vitium contra naturam .

4. Præterea . Si vitium contra naturam est gravissimum , videtur quod tanto sit gravius , quanto est magis contra naturam . Sed maxime videtur esse contra naturam peccatum immunditiaz , seu mollitiei (1) quia hoc videtur esse maxime secundum naturam ut alterum sit agens , & alterum sit patiens . Ergo secundum hoc immunditia esset gravissimum inter vitia contra naturam . Hoc autem est falsum . Ergo vitia contra naturam non sunt gravissima inter peccata luxuriaz .

Sed contra est quod Augustinus dicit in Libro de adult. conjugiis (hab. in Lib. de bono conjug. cap. ix. & xi. & hab. cap. Adulterii xxxii. quest. vii.) quod *omnium horum vitiorum* , scilicet quæ ad luxuriam pertinent , *peccatum est quod contra naturam fit* .

Respondeo dicendum , quod in quolibet genere pessima est principii corruptio , ex quo alia dependent . Principia autem rationis sunt ea quæ sunt secundum naturam : nam ratio , præsuppositis his quæ sunt a natura determinata , disponit alia secundum quod convenit . Et hoc apparet tam in speculativis , quam in practicis . Et ideo sicut in speculativis error circa ea quorum cognitio est homini naturaliter indita , est gravissimus , & turpissimus ; ita in agendis agere contra ea quæ sunt secundum naturam determinatam , est gravissimum , & turpissimum . Quia ergo in vitiis quæ sunt contra

naturam , transgreditur homo id quod est secundum naturam determinatum circa usum venereum , inde est quod in tali materia hoc peccatum est gravissimum .

Pot quod est *incestus* , qui , sicut dictum est (art. 9. hu. quest.) est contra naturalem reverentiam quam personis conjunctis debemus . Per alias autem luxuriaz species præteritur solum id quod est secundum rationem rectam determinatum , ex præsuppositione tamen naturalium principiorum . Magis autem repugnat rationi quod aliquis venereis utatur , non solum contra id quod convenit proli generandz , sed etiam cum injurya alterius . Et ideo *fornicatio simplex* , quæ committitur sine injurya alterius personæ , est minima inter species luxuriaz . Major autem injurya est , si quis abutatur muliere alterius potestati subjecta ad usum generationis , quam ad solam custodiā . Et ideo adulterium est gravius quam stuprum : & utrumque aggravatur per violentiam . Propter quod *raptus virginis* est gravius quam *stuprum* , & *raptus uxoris* quam *adulterium* . Et hac omnia etiam aggravantur secundum rationem *sacrilegii* , ut supra dictum est (art. 10. hu. quest. ad 2.)

Ad primum ergo dicendum , quod sicut ordo rationis rectæ est ab homine , ita ordo naturæ est ab ipso Deo . Et ideo in peccatis contra naturam , in quibus ipse ordo naturæ violatur , fit injurya ipsi Deo ordinatori naturæ . Unde Augustinus dicit in III. Confess. (cap. viii. cir. princ.) *Flagitia que sunt contra naturam , ubique , ac semper detestanda , aique punienda sunt ; qualia Sodomitæ*

(1) Per autonomiam & singularem quamdam appropriationem sic vocatum ; cum significet mollietis generaliter delicatum affectum , præferim si sit cum excessu : Hinc libro de animi tranquillitate cap. 15. circa medium sic Seneca : *Scipio triumphale ac militare corpus movit ad numeros non mollesse se infringens , ut nunc mos est etiam incestus ipso ultra mulierem mollietem fluens* : Et de Sardanapalo gulæ ac luxuriaz monstrø a Vellejo Paterno dictum est , *mollitissima ultra feminam fluens* ; id est ipsam deliciosaſeminarum vitam & mollietem delicatam excedens &c. Quod autem argum. *Sed contra ut ex libro de adulteriis conjugiis refertur , & ex cap. Quemadmodum Causa 32. quest. 7.* prius indicabatur ad marginem , famili hallucinatione ac jam supra factum est ut Gratiani additamentum pro ipso textu sumeretur : *Quamvis nec in additamento Gratiani hoc ipsum sic habetur : Sed tantum : Sunt in fornicatione gradus ; ut sicut gravius peccas adulter quæ fornicator , sic*

gravius delinqutas qui nec sua dimissa aliam ducit , eo qui suam dimisitens aliam cognoscit ; gravius quoque qui uxorem habens ad conjugem proximi sui accedit , quam qui non habens uxorem torum alterius violat , vel uxoratus ad solitam accedens : Sed hos omnes incestuosi transducent , quos vincunt contra naturam delinquentes : Nec tale quidquam cap. Quemadmodum quod ex cap. 9. libri primi de conjugiis adulterinis prænotatur : Proxime porro in cap. Adulterii quod fine tertio indice rursus ex libro de adulterinis conjugiis prænotatum est & prius quoque indicabatur ad marginem , expresse quidem id habetur quod S. Thomas refert , & sic plenius , adulterii malum visicis fornicationem , vincunt autem ob incestu : Pejus est enim cum matre quam cum aliena uxore concubere . Sed omnium horum est peccatum quod contra naturam fit ; ut si vir membro mulieris non ad hoc (sive ad hunc usum) concessu voluerit uti &c. Aliunde collectum tamen , puta ex lib. de bono conjugali cap. 8. 9. & 11. appendix ibi notat .

mitarum fuerunt : quæ si omnes gentes facerent, omnes eodem criminis reatu divina lege severentur, quæ non sic fecit homines, ut se illo usserentur modo. Violatur quippe ipsa societas quæ cum Deo nobis esse debet; cum eadem natura, cujus ille auctor est, libidinis perversitate polluitur.

Ad secundum dicendum, quod etiam virtus contra naturam sunt contra Deum, ut dictum est (in solut. præc.) & tanto sunt graviora quam sacrilegii corruptela, quanto ordo naturæ humanæ inditus est prior, & stabilior quam quilibet alius ordo superaditus.

Ad tertium dicendum, quod unicuique individuo magis est conjuncta natura speciei quam quocumque aliud individuum. Et ideo peccata quæ sunt contra naturam speciei, sunt graviora.

Ad quartum dicendum, quod gravitas in peccato magis attenditur ex abuso alicujus rei quam ex omissione debiti usus. Et ideo inter virtus quæ sunt contra naturam, infimum locum tenet peccatum immunditia, quod consistit in sola omissione concubitus ad alterum. Gravissimum autem est peccatum bestialitatis: quia non servatur debita species. Unde super illud Gen. xxxvii. Acculavit fratres suos crimino pessimo, dicit Glossa (interl.) quod „cum pecoribus miscerantur: „Post hoc autem est vitium Sodomiticum, cum ibi non servetur debitus sexus. Post hoc autem est peccatum ex eo quod non servatur debitus modus concubandi; magis autem si non sit debitum vas, quam si sit inordinatio secundum aliqua alia pertinentia ad modum concubitus.

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationes nem intetimas hereses Cainorum dicentium: adorandos esse Sodomitas, quos & ipsi colebant; & consequenter factò etiam assertent, sodomitam non esse peccatum. Item Condormientium dicentium: Viros, ac feminas, juvenes, ac virgines, debere in communi in uno loco, & conclavi vivere, & in eodem cubiculo dormire: ubi, extinctis luminaribus, ad omnes promiscue sit dicendum: Crescite, & multiplicamini. Item quosundam (Hi a Prateolo ponuntur in titul. Dulcinus.) sinilia cum additione dicentium, quod coitus promiscuus cum qualibet muliere licitus est congregatis in Ecclesia, extensis luminibus, post Solis occasum. Item Panoptum de Lugduno (ut refertur ex Summa

F. Yconetti par. 5. cap. 2. in biblioteca Vaticanana manuscripta) dicentium: Coitum quemcumque commixtum, urente carnis libidine, tam inter viros, quam inter feminas, esse licitum: Et, quod libidini satisfacere in quolibet actu turpi, melius est, quam intus in corde tentari. Item Anabaptistarum dicentium quod coire tenetur mulier cum quolibet viro eam petente; & e contra. Praedicti namque omnes, aliqui similes, cum ne gent, aliqua, vel alias luxuriaz species esse peccatum (ut consideranti patet) militant contra praesentem articulum, & a Sancto Doctore per hunc eudem expugnantur. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hereses præmissas merito condemnari a Levit. 8., Cum omni pecore non coibis. Mulier non succumbet jumento, nec miscebitur ei, quia scelus est. Cum masculo non commisceatur coitus femineo, quia abominatio est. Item a Genes. 13. Homines Sodomitas pestini erant, & peccatores coram Domino nimis. Item a Rom. 1. Feminæ eorum mutaverunt naturalem usum in eum usum, qui est contra naturam. Similiter & masculi, relusto naturali usu feminæ, exarserunt in desideriis suis invicem, masculi in masculos turpitudinem operantes. Et infra: Qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam, qui consentiunt factientibus. Item a Levit. 20. Si adulterium perpetravit cum uxore alterius, morte morietur moechus, & adultera. , Item de fornicatione simplici a dictis in art. 2. append. Item a 1. Corinth. 6. Neque fornicariis, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitos, &c. neque rapaces, regnum Dei possidebunt. Item a Deuter. 24. Non erit meretrix de filiabus Israël, nec scortator: quia abominatio est utrumque apud Dominum Deum tuum. Item a dictis in art. 1. & omnium sequentium, appendicibus. Nam ex eo, quod singula monstrantur esse species luxuriaz, communistratum intelligitur, quod sunt peccata mortalia. Et propterea rationes etiam articulorum eorumdem adductæ a Sancto Doctore ad conclusiones probandas faciunt contra prædictas hereses, singillatim pro sua portione. Tuum erit applicare specialiter hic quæcumque dicta (sicut & alibi semper) ad singula, pro quanto requiritur. Item a Veritatis aureis super legem veterem, Gen. 26. conc. 4. Tertio vides: quomodo &c.

Q U E S T I O C L V .

*De partibus potentialibus temperantiae,
Et primo de continentia.*

In quatuor articulos divisa.

POstea considerandum est de partibus potentialibus temperantiae : & primo de continentia ; secundo de clementia ; tertio de modestia .

Circa primum considerandum est de continentia , & de incontinentia .

Circa continentiam queruntur
quatuor .

Primo , utrum continentia sit virtus .

Secundo , quæ sit materia ejus .

Tertio , quod sit ejus subjectum .

Quarto de comparatione ejus ad temperantiam .

A R T I G U L U S I . 754

Utrum continentia sit virtus .

i. 2. quest. lxxxv. art. 3. ad 2. & III. P.
quest. VII. art. 2. ad 3. & ver. quest. XIV.
art. 1. cor. fin.

AD primum sic proceditur . Videtur quod continentia non sit virtus . Species enim non condividitur generi . Sed continentia condividitur virtuti , ut patet per Philosophum in VII. Ethic. (cap. i. in prin. & cap. ix.) Ergo continentia non est virtus .

2. Præterea . Nullus utendo virtute peccat : quia secundum Augustinum in Lib. II. de lib. arbit. (cap. xviii. & xix.) (1) *virtus est qua nemo male utitur*. Sed aliquis continendo potest peccare ; puta si desideret aliquid bonum facere , & ab eo se contineat .

Ergo continentia non est virtus .

3. Præterea . Nulla virtus retrahit hominem a licitis , sed solum ab illicitis . Sed continentia retrahit hominem a licitis : dicit enim Glossa (2) interl. sup. illud , *Fides, modestia &c.* Gal. v. quod per continentiam aliquis se etiam a licitis abstinet . Ergo continentia non est virtus .

Sed contra . Omnis habitus laudabilis videtur esse virtus . Sed continentia est hujusmodi : dicit enim Andronicus , quod continentia est habitus invictus a delectatione . Ergo continentia est virtus .

Respondeo dicendum , quod nomen continentiae duplicitur sumitur a diversis . Quidam enim continentiam nominant per quam aliquis ab omni delectatione venerea abstinet (2) unde & Apostolus ad Galat. v. continentiam castitati conjungit . Et sic continentia perfecta principalis quidem est virginitas , secundaria vero viduitas . Unde secundum hoc eadem ratio est de continentia quæ de virginitate , quam supra diximus virtutem (quæst. clxi. art. 3.)

Alii vero dicunt , continentiam esse per quam aliquis resistit concupiscentiis pravis , quæ in eo vehementes existunt : & hoc modo accipit Philosophus continentiam in VII. Ethic. Hoc etiam modo accipitur continentia in Collationibus Patrum (collat. xii. cap. x. & xi.) Hoc autem modo continentia habet aliiquid de ratione virtutis in quantum scilicet ratio firmata est contra passiones ne ab eis deducatur ; non tamen attingit ad perfectam rationem virtutis moralis , secundum quam etiam appetitus sensitivus subditur rationi sic ut in eo non insurgant vehementes passiones rationi contrarie . Et ideo Philosophus dicit in IV. Ethic. (cap. ult.) quod continentia non est virtus , sed quedam mixta , in quantum scilicet habet aliiquid de virtute , & in aliquo deficit a virtute .

(1) Ubi sic ait : *Virtute nemo male utitur quia opus virtutis est bonus usus illorum quibus non bene uici possumus ; nemo autem bene utendo male utitur.*

(2) Tum vetus manuscripta expresse ut hic , si correcite legatur ; cum corrupte in exemplari quo ad manum est , irreperitur ab illicetis : *Nova vero impressa interlinealis implicite dumtaxat & summatim.*

(3) Sic Haymo super locum proxime indicandum ex 5. ad Galatas , ubi Spiritus-sancti fructus undecimus enumeratur *continentia* , duodecimus vero *castitas* continentiae subjungitur . *Continentia* (inquit) est abstinentia qua se homo coibet a coitu , & mulier vidua similiter ab illecebris : *Castitas* vero pro-

prie virginum est &c. Quoad sequentem porro significationem sic in Collationibus Patrum Collat. 12. cap. 10. Chæremon Abbas : *Castitas* (inquit) nos us arbitramini distinctionis praesidio sed amore sui & propriæ puritatis delectatione subsistit : Non enim castitas sed continentia dicitur ubi adhuc ei aliqua resistit adversitate voluptatis : *Quamobrem donec pulsari nos carnis commotione sensimus , noverrimus nos ad castitatis nondum pervenisse fastigia , sed adhuc sub infirmitate continentie confitentes preliis fatigari :* Unde cap. 11. concludit : *Quamobrem perfectio castitatis a laboriosis continentie rudimentis perpetua tranquillitate discernitur .*

tute. Largius tamen accipiendo nomen virtutis pro quolibet principio landabilium operum, possumus dicere, continentiam esse virtutem.

Ad primum ergo dicendum, quod Philosophus continentiam condividit virtuti quantum ad hoc in quo deficit a virtute.

Ad secundum dicendum, quod homo proprie est id quod est secundum rationem. Et ideo ex hoc dicitur aliquis in seipso se tenere quod tenet se in eo quod convenit rationi. Quod autem pertinet ad perversitatem rationis, non est convenientis rationi. Unde ille solus vere continens dicitur qui tenet se in eo quod est secundum rationem rectam, non autem in eo quod est secundum rationem perversam. Rationi autem recte opponuntur concupiscentiaz pravae, sicut & rationi perversee opponuntur concupiscentiaz bonae. Et ideo proprie & vere continens est qui persistit in ratione recta, abstinens a concupiscentia pravis; non autem qui persistit in ratione perversa, abstinens a concupiscentiis bonis; sed hic magis potest dici obstinatus in malo.

Ad tertium dicendum, quod Glossa ibi loquitur de continentia secundum primum modum, secundum quem continentia nominat quamdam virtutem perfectam, quae non solum ablinet ab illicitis bonis, sed etiam a quibusdam licitis minus bonis, ut totaliter intendatur perfectioribus bonis. (1)

A P P E N D I X.

EX art. habes: primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito suisse insinuatum a Scripturis, & Andronico, quod continentia est virtus. Hinc ergo agnosces, quomodo & per rationem, & per Andronicum, & per scripturas, destruere debeas errorem quorundam Philosophorum, ut refert Direct. Inquisit. 2.

par. q. 4. dicentium: quod continentia non est virtus. Ab Andronico quidem: ut in arg. contr. Vide quest. 143. art. 1. A scripturis vero, per hoc, quod dicitur Eccl. 26. *Omnis ponderatio non est digna continentis animae.* Item Sap. 8. *Scihi, quoniam aliter non possem esse continens; nisi Deus det.* Per haec enim monstratur ibi, continentiam & esse donum Dei, & magnæ quidem dignitatis: atque ideo commonistratura rationabiliter scholasticis intelligitur, quod continentia est virtus. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 755

Utrum materia continentiae sint concupiscentiae delectationum tactus.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod materia continentiae non sint concupiscentiae delectationum tactus. Dicit enim Ambrosius in I. de offic. (cap. xvi. cir. princ.) *Generale decorum ita est, ac si aquabilem formam, atque universitatem honestatis habeat in omni actu suo continentem.* Sed non omnis actus humanus pertinet ad delectationes tactus. Ergo continentia non est solum circa concupiscentias delectationum tactus.

2. Præterea. Nomen continentiae ex hoc sumitur quod aliquis tenet se in bono rationis recte, sicut dictum est (art. præc.) Sed quædam aliæ passiones vehementius abducunt hominem a ratione recta quam concupiscentiae delectabilium tactus; sicut timor periculorum mortis, qui stupefacit hominem; & ira quae est insanæ similis, ut Seneca dicit (Lib. I. de ira cap. 1.) Ergo continentia non dicitur proprie circa concupiscentias delectationum tactus.

3. Præterea. Tullius dicit in II. Rethor. (seu de invent. aliquant. ante fi.) quod continentia est per quam cupiditas consilii gubernatione regitur. Cupiditas autem magis con-

(1) De hujusmodi continentia intelligendum quod in libro de bono conjugali cap. 21. dicit Augustinus: *Continenzia non corporis sed animæ virtus est:* Et ep. 43. prope finem: *Si continentia virtus est, sicut est, cur ad eam sit promptior sexus infirmior, cum virtus a viro potius cognominata videatur?* Etsi paulo alter in sermone 248. de tempore qui de continentia inscribitur: *Debet unusquisque continens esse ab omnibus illicitis;* his autem quæ licita sunt, cum modestia sit. Sed secundum priorem significationem Hieronymus in epistolam ad Galatas: *Inter continentiam & modestiam hoc interest, quod modestia in vi-*

ris perfectis est, consummataque virtutis; continentia vero in via quidem virtutis est, sed nequum perversit ad calcem; quia cupiditates adducere ejus qui se continent cogitatione nascentur & mentis polluent principale, lices non superent nec ad opus pertrahant cogitantem; Unde præmittit quod *extrema continentia in fructibus spiritus collocatur;* Nec mirum cum in illis omittat castitatem, sicut & in predictis patientiam ac modestiam prætermittit; quamvis in sacro textu sit ultima castitas, & penultimum loco *continentia præmittatur.*

confuevit dici divitiarum , quam delectabiliorum tactus , secundum illud I. ad Timoth. ult. 10. *Radix omnium malorum est cupiditas.* Ergo continentia non est proprie circa concupiscentias delectationum tactus .

4. Præterea . Delectationes tactus non solum sunt in rebus venereis , sed etiam in usu ciborum . Sed continentia solum circa usum venereorum confuevit dici . Ergo non est propria materia ejus concupiscentia delectationum tactus .

5. Præterea . Inter delectationes tactus quædam sunt non humanæ , sed bestiales , tam in cibis , utpote si quis delectaretur in esu carnium humanarum , quam etiam in venereis , puta in abuso bestiarum , vel puerorum . Sed circa hujusmodi non est continentia , ut dicitur in VII. Ethic. (cap. v.) Non ergo propria materia continentia sunt concupiscentiaz delectationum tactus .

Sed contra est quod Philosophus dicit in VII. Ethic. (cap. iv.) quod *continentia* , & *incontinentia* sunt circa eadem circa quæ *temperantia* , & *intemperantia* . Sed temperantia , & intemperantia sunt circa concupiscentias delectationum tactus , ut supra habitum est (quest. cxli. art. 4.) Ergo etiam continentia , & incontinentia sunt circa eamdem materiam .

Respondeo dicendum , quod nomen continentia refrenationem quamdam importat , in quantum scilicet tenet se aliquis ne passiones sequatur . Et ideo proprie continentia dicitur circa illas passiones quæ impellunt ad aliquid prosequendum , in quibus laudabile est ut ratio retrahat hominem a prosequendo ; non autem proprie est circa illas passiones quæ important retractionem quamdam , sicut timor , & alia hujusmodi . In his enim laudabile est firmitatem servare in prosequendo quod ratio dictat , ut supra dictum est (1.).

Est autem considerandum , quod naturales inclinations principia sunt omnium supervenientium , ut supra dictum est (elicetur

ex quest. xxvi. art. 3. 7. & 8.) Et ideo passiones tanto vehementer impellunt ad aliquid prosequendum , quanto magis sequuntur inclinationem naturæ ; quæ præcipue inclinat ad ea quæ sunt sibi necessaria vel ad conservationem individui , sicut sunt cibi , vel ad conservationem speciei , sicut sunt actus venerei , quorum delectationes ad tantum pertinent . Et ideo continentia , & incontinentia proprie dicuntur circa concupiscentias delectationum tactus .

Ad primum ergo dicendum , quod sicut nomen temperantia potest communiter accipi in quacumque materia ; proprie tamen dicitur in illa materia in qua est optimum hominem frenari : ita etiam continentia proprie dicitur in materia in qua est optimum , & difficillimum contineri , scilicet in concupiscentiis delectationum tactus ; communiter autem , & secundum quid potest dici in quacumque alia materia : & hoc modo utitur Ambrosius nomine continentia (2.).

Ad secundum dicendum , quod circa timorem non proprie laudatur continentia , sed magis firmitas animi , quam fortitudo importat . Ira autem impetum quidem facit ad aliquid prosequendum ; iste tamen impetus magis sequitur apprehensionem animalem , prout scilicet aliquis apprehendit se esse ab alio læsum , quam inclinationem naturalem . Et ideo dicitur quidem aliquis secundum quid continens iræ , non tamen simpliciter .

Ad tertium dicendum , quod , hujusmodi exteriora bona , sicut honores , divitiae , & hujusmodi , ut Philosophus dicit in VII. Ethic. (cap. iv. a princ.) videntur quidem secundum se esse eligibilia , non autem quasi necessaria ad conservationem naturæ . Et ideo circa ea non dicimus simpliciter aliquos continent , vel incontinentes , sed secundum quid , apponendo quod sint continentes , vel incontinentes lucri , vel honoris , vel alicujus hujusmodi . Et ideo vel Tullius com-

(1) Colligitur ex questione 123. art. 3. sed expref-sius 4. Appendix autem immediate sequens , collig-i-tur ex questione 36. art. 3. 7. & 8. ubi amorem na-turalem per gratuum & supernaturalem probat per-fici S. Thomas ; ita ut suo modo magis per carita-tem amandi sint ad quos amandos ex naturæ propen-sione inclinamur .

(2) Atqui prædicto loco non sic habet ut argumen-tum citat ; nempe quod *equalem formam* & *uni-ver-sitatem beneficis* in omni actu suo continentem ba-

beat generale decorum ; sed *universitatem beneficis* in omni actu suo *conscientem* , ut emendata nova exemplaria restituunt : quasi conscientem dicat vel concordanter , sicut & *equalem* prius dixit : Unde mox addit cur *conscientem* dicat , cum omnis (in-quit) *sibi ejus vita conscientias nec in ulla re discre-pet* : Sed ex corrupto Exemplari quod incurrit *conscientem* desumptus S. Thomas , & egregie tamen explicavit .

communiter usus est nomine continentia, prout comprehendit sub se etiam continentiam secundum quid; vel accipit cupiditatem stricte pro concupiscentia delectabilium tactus.

Ad quartum dicendum, quod delectationes venereorum sunt vehementiores quam delectationes ciborum: & ideo circa venerea magis consuevimus continentiam, & incontinentiam dicere, quam circa cibos; licet secundum Philosophum circa utrumque possit dici (1).

Ad quintum dicendum, quod continentia est bonum rationis humanæ: & ideo attenditur circa passiones quæ possunt esse homini connaturales. Unde Philosophus dicit in VII. Ethic. (cap. v. a med.) quod si aliquis tenens puerum concupiscat eum vel comedere, vel ad venereorum inconvenientem delectationem, sive sequatur concupiscentiam, sive non, non dicetur simpliciter continens, (*) sed secundum quid.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a scripturis, & Philosopho insinuatum fuisse, quod continentia materia sunt concupiscentia delectationum tactus. A Philosopho quidem, secundum quod extenditur cum discursu in arg. con. A scripturis vero, ut Tob. 6. *Tu autem, cum acceperis eam, ingressus cubiculum per tres dies continens es ab ea.* Ac si, ad propositum, scholastice dicat. Continentia est circa hoc, tamquam materiam propriam, quod refrenat concupiscentias delectationum tactus venerei. Secundo vides: quomodo &c.

Summ. S. Tb. Tom. IX.

(1) Imo & Hieronymus loco jam ad Galatas annotato, continentiam (inquit) non solum in castitate debemus accipere, sed etiam in cibo & potu: Sed & generalius Augustinus ut sup. in ser. 248. de temp. continentiam in cultu quoque ac ornata. & in mortibus confixis.

(*) Forte huic communiori lectioni addendum vel incontinentis. Nicolajus pro sive sequatur &c. habet & non sequatur concupiscentiam, non dicetur &c.

(2) In genitivo; supple *malitia* illius potentia quæ concupisibilis appellatur: Pro *malitia* quoque quam ex græco *xæcia* vetus interpres reddit, *vitiū* reddi præstat, sicut & Græci (qualis hic Andronicus fuit)

Utrum subjectum continentia sit vis concupisibilis.

Sup. quest. lxxi. art. 5. ad 3. & i. 2. quest. lvi. art. 3. ad 2. & III. dis. xxxiiii. qu. ii. art. 4. quest. 2. & VII. Eth. lect. 10.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod subjectum continentia sit vis concupisibilis. Subjectum enim alicujus virtutis oportet esse proportionatum materiæ. Sed materia continentia, sicut dictum est (art. præc.) sunt concupiscentia delectabilium tactus, quæ pertinent ad vim concupisibilem. Ergo continentia est in vi concupisibili.

2. Præterea. Opposita sunt circa idem. Sed incontinentia est in concupisibili, cuius passiones superant rationem: dicit enim Andronicus, quod *incontinentia est malitia concupisibilis*, (2) secundum quam eligit *pravas delectationes, probibente rationali*. Ergo & continentia pari ratione est in concupisibili.

3. Præterea. Subjectum virtutis humanæ vel est ratio, vel vis appetitiva, quæ dividitur in voluntatem, concupisibilis, & irascibilem. Sed continentia non est in ratione, quia sic esset virtus intellectualis; neque etiam in voluntate, quia continentia est circa passiones, quæ non sunt in voluntate; nec etiam est in irascibili, quia non est proprie circa passiones irascibilis, ut dictum est (art. præc. ad 2.) Ergo relinquitur quod sit in concupisibili.

Sed contra. Omnis virtus in aliqua potentia existens aufert malum actum illius potentia (3). Sed continentia non aufert malum actum concupisibilis: habet enim continens concupiscentias pravas, ut Philosophus dicit in VII. Ethicor. (4) Ergo

G con-

per ipsummet *xæcia* nomen intelligunt.

(3) Cum ad virtutem pertineat reddere opus bonum, ut ex Eth. 2. sæpe dictum.

(4) Nempe cap. 11. græco-latin. paulo post principium, vel in antiquis cap. 9. prope finem, & apud S. Thomam lect. 9. Hoc ipsum etiam est quod in Collat. 12. jam notata Chærenion Abbas tam expresse dicebat, ut a continentia quæ passionum adhuc præliis fatigatur perfectionem castitatis tranquillitate perpetua fruentis distinguere: Aut quod etiam Hieronymus, in cogitatione continentis cupiditates adhuc nasci que principale mensis coiquinent, licet non vincant &c.

continentia non est in concupisibili.

Respondeo dicendum, quod omnis virtus in aliquo subiecto existens facit illud differre a dispositione quam habet, dum subjicitur opposito vicio. Concupisibilis autem eodem modo se habet in eo qui est continens, & in eo qui est incontinens, quia in utroque prorumpit in concupiscentias pravas vehementes. Unde manifestum est quod continentia non est in concupisibili sicut in subiecto.

Similiter etiam ratio eodem modo se habet in utroque: quia tam continens, quam incontinens habet rationem rectam; & uterque extra passionem existens gerit in propenso concupiscentias illicitas non sequi. Prima autem differentia eorum invenitur in electione: quia continens, quamvis patiatur vehementes concupiscentias, tamen eligit non sequi eas propter rationem; incontinens autem eligit sequi eas, non obstante contradictione rationis. Et ideo oportet quod continentia sit sicut in subiecto in illa vi animæ cujus actus est electio: & haec est voluntas, ut supra habitum est (1. 2. quest. xiiii. art. 1.)

Ad primum ergo dicendum, quod continentia habet materiam concupiscentias delectationum tactus, (1) non sicut quas moderetur (quod pertinet ad temperantiam, quæ est in concupisibili) sed est circa eas, quasi eis resistens. Unde oportet quod sit in alia vi, quia resistentia est alterius ad alterum (2).

Ad secundum dicendum, quod voluntas media est inter rationem, & concupisibillem, & potest ab utroque moveri. In eo autem qui est continens, movetur a ratione; in eo autem qui est incontinens, movetur a concupisibili. Et ideo continentia potest attribui rationi sicut primo moventi (3) & incontinentia concupisibili; quamvis utrumque immediate pertineat ad voluntatem sicut ad proprium subiectum.

Ad tertium dicendum, quod licet passiones non sint in voluntate sicut in subiecto, est tamen in potestate voluntatis eis resistere: & hoc modo voluntas continentis resi-

sit concupiscentiis.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum esse ab Ecclesia, Scripturis, & Philosopho, quod continentia non est in concupisibili, tamquam in subiecto. A Philosopho quidem: ut discurrat in arg. con. A Scripturis autem per hoc, quod dicitur 2. Corinth. 12. *Datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Sabana, qui me colaphizet. Propter quod, &c.* Et Dominus dixit mihi: *sufficie tibi gratia mea.* Ecce: quod Apostolus, qui utique erat continens, juxta illud 1. Corinth. 7. *Volo, omnes homines esse, sicut meipsum, concupiscentias pravas habebat, & quibus, & per Dei gratiam viriliter resistebat.* Ex hoc igitur loco si argueris, ad similitudinem textus in arg. con. videbis, quod secundum Scripturam continentia non est in concupisibili. Ab Ecclesia vero insinuatur idem: dum B. Hieronymum, Franciscum, Benedictum, narrat publice in festivitatibus ipsorum, quod concupiscentias carnales habebant, & illis, vel laborum asperitate, inedia, vigiliis, austерitate ferme incredibili, vel se nudos in nivis, aut aquaz, spinarum, sive urticarum projiciendo congeriem, forti animo contranitebanr. Ex his argumentare ad propositum scholasticum: ut supra. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S IV. 757

Utrum continentia sit melior quam temperantia.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod continentia sit melior quam temperantia. Dicitur enim Eccli. xxvi. 20. *Omnis ponderatio non est digna continentis anime.* Ergo nulla virtus potest continentie adæquari.

2. Præterea. Quanto aliqua virtus mereatur maius præmium, tanto potior est. Sed continentia videtur mereri maius præmium: dicitur enim II. ad Timoth. 11. 5. *Nun* (*) co-

(1) *Seu concupiscentias delectationum tactus habet pro materia.*

(2) *Quippe non potest idem esse resistens & id cui resistitur, vel non potest aliquid sibi ipsi resistens esse.*

(3) *Quod in genere tantum tale dicitur, quia est primum movens intrinsecum respectu aliarum potentiarum quam motionem ejus presupponunt: Nam extra genus & simpliciter primum movens Deus est: Et quidem in genere moventis intrinseci recte ratio primum movens dicitur, quia ipsi voluntas delibera quæ ad agendum per se immediate movet, pendet a motu rationis ea quæ sunt agenda ostendantis.*

tiarum quæ motionem ejus presupponunt: Nam extra genus & simpliciter primum movens Deus est: Et quidem in genere moventis intrinseci recte ratio primum movens dicitur, quia ipsi voluntas delibera quæ ad agendum per se immediately movet, pendet a motu rationis ea quæ sunt agenda ostendantis.

(*) *coronabitur*, nisi qui legitime certaverit: magis autem certat continens, qui patitur vehementes passiones, & concupiscentias pravas, quam temperatus, qui non habet eas vehementes (1). Ergo continentia est potior virtus quam temperantia.

3. Præterea. Voluntas est dignior potentia quam vis concupisibilis. Sed continentia est in voluntate, temperantia autem in vi concupisibili, ut ex dictis patet (art. præc. in corp. & ad i.) Ergo continentia est potior virtus quam temperantia.

Sed contra est quod Tullius (Lib. II. de invent. aliquant. ante fi.) (2) & Andronicius ponunt continentiam adjunctam temperantie sicut principali virtuti.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. i. bu. quæst.) nomen continentie dupliciter accipitur. Uno modo, secundum quod importat cessationem ab omnibus delectationibus venereis: & sic sumendo nomen continentie, continentia est potior temperantia simpliciter dicta, ut patet in his quæ supra dicta sunt (quæst. cl. i. art. 5.) de præminentia virginitatis ad castitatem simpliciter dictam (3).

Alio modo potest accipi nomen continentie, secundum quod importat resistentiam rationis ad concupiscentias pravas, quæ sunt in homine vehementes: & secundum hoc temperantia est multo potior quam continentia: quia bonum virtutis laudabile est ex eo quod est secundum rationem. Plus autem viget bonum rationis in eo qui est temperatus, in quo etiam ipse appetitus

sensitivus est subjectus rationi, & quasi a ratione edomitus, quam in eo qui est continens, in quo appetitus sensitivus vehementer resistit rationi per concupiscentias pravas.

Unde continentia comparatur ad temperantiam sicut imperfectum ad perfectum.

Ad primum ergo dicendum, quod auctoritas illa potest dupliciter intelligi. Uno modo, secundum quod accipitur continentia, prout abstinet ab omnibus venereis: & hoc modo dicitur, quod *omnis ponderatio non est digna animæ continentis* in genere castitatis: quia nec etiam fecunditas carnis, quæ surritur in matrimonio, adæquatur continentie virginali, vel viduali, (4) ut supra dictum est (quæst. cl. i. art. 4. & 5.)

Alio modo potest intelligi, secundum quod nomen continentie sumitur communiter pro omni abstinentia a rebus illicitis: & sic dicitur, quod *omnis ponderatio non est digna animæ continentis*, quia non recipit estimationem auri vel argenti, quæ commutantur ad pondus.

Ad secundum dicendum, quod magnitudo concupiscentie, seu debilitas ejus ex duplicitate procedere potest. Quandoque enim procedit ex causa corporali. Quidam enim ex naturali complexione sunt magis pronati ad concupiscendum quam alii; & iterum quidam habent opportunitates delectationum concupiscentiam inflammantes magis paratas quam alii. Et talis debilitas concupiscentie diminuit meritum; magnitudo vero auget. Quandoque vero debilitas, vel magnitudo concu-

G 2 pi.

(3) *Vulgata coronatur.*

(1) Vel nullas habet, ut superius ex Philosopho, qui temperatum continentem opponit velut pravas cupiditates habentem non habenti.

(2) Ubi ait: *Temperantia est rationis in libidinem atque alias non rectos impetus animi firma & moderata dominatio: Ejus partes sunt continentia &c.* Sed Andronicus ad manum non est.

(3) Hoc enim sensu Augustinus lib. de bono conjugali cap. 6. *Melior est ab omni concubitu continentia quam vel ipse matrimonialis concubitus qui sit causa gigendi:* Et cap. 19. *Bono nupsiarum procul dubio bonum continentia preferendum est:* Et 25. *Qui pari consensu continentiam Deo voverunt, sciant sibi mercedis amplius deberi quam conjugalis castitas posseit.*

(4) Præsertim autem virginali, de qua sic Augustinus lib. de sancta virginitate cap. 12. *Nulla fecunditas carnis sancte virginitati etiam carnis comparari potest:* Ut & paulo post: *Cedat virginitati omnis fecunditas carnis, omnis pudicitia conjugalis;* It-

Ia non est in potestate (scilicet fecunditas carnis) *Ia non est in eternitate (scilicet pudicitia conjugalis)* *Fecunditatem carnalem non habet liberum arbitrium: Pudicitiam conjugalem non habet cœlum.* Videlur tamen Ecclesiastici locus ad virginalem continentiam non pertinere quam servare tunc mos non erat; sed ad continentiam conjugalem quæ ipso actu conjugii decenter & sobrie ac moderate utebatur & alioqui ab illicitis voluptatibus abstinebat: Unde ibidem præmittitur vers. 11. *Gratia super gratiam mulier sancta & pudorosa:* Quasi quod subjungitur, ad eundem etiam sensum vel ad ejusdem sancte ac pudicitæ mulieris laudem literaliter pertineat: Ex illo tamen quomodo cumque intelligatur, argumentum efficax duci potest, quod si mulier sancta in conjugio moderate licitis utens & ab illicitis abstinenus tantæ dignitatis visa est ut nullum ei pro tempore pretium sufficiens sequari posset, quanto magis quæ conjugio renuntians, quo posset uti, a licitis etiam abstinere proponeat &c.

piscientia provenit ex causa spirituali laudabili, puta ex vehementia caritatis, vel fortitudine rationis, sicut est in homine temperato. Et hoc modo debilitas concupiscentia auger meritum ratione sua cause; magnitudo vero minuit.

Ad tertium dicendum, quod voluntas propinquior est rationi quam vis concupisibilis. Unde bonum rationis, ex quo virtus laudatur, majus esse ostenditur ex hoc quod pertingit non solum usque ad voluntatem, sed etiam usque ad vim concupisibilem, quod accidit in eo qui est temperatus, quam si pertingat solum ad voluntatem, ut accidit in eo qui est continens.

APPENDIX.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in sensu recto intelligas, merito insinuatum fuisse a scripturis, Tullio, & Andronico, quod temperantia est potior virtus, quam continentia. A Tullio quidem, & Andronico: ut in arg. cont. Vide q. 143. art. 1. A scripturis vero per hoc, seu per simile, quod, ut eminentiam singulararem Josaphat regis describerent, dixerunt. 1. Paralip. 17. ly nec omnia regna terrarum per gyrum Iuda audebant bellare contra Josaphat. Et Judith virilitatem mirandam significarunt per ly in omni spatio vite ejus non fuit, qui perturbaret Israel, & post mortem ejus annis multis. Judith 16. Sed & magnitudinem victoriae exercitus Josue adversus inimicos denotarunt per ly nullus contra filios Israel mutire ausus est. Josue 10. Quin & perfectissimam Domini nostri tum in solvendis dubiis, tum in proponendis questionibus ab intellectu adversariorum insolubilibus, sapientiam designarunt per ly neque ausus fuit quisque ex illa die eum amplius interrogare. Matth. 22. Ex praedictis enim tamquam a simili concludendum scholasticis Theologis reliquerunt: quod temperantia, eo, quod contra eam dominiz passiones vix mutire audent, est potior, quam continentia, contra quam passiones adhuc vehementer insurgunt. Secundo vides: quomodo &c.

QUÆSTIO CLVI.

De incontinentia,

In quatuor articulos divisa.

POstea considerandum est de incontinentia: & circa hoc queruntur quatuor.

Primo, utrum incontinentia pertineat ad animam, vel ad corpus.

Secundo, utrum incontinentia sit peccatum.

Tertio de comparatione incontinentia ad intemperantiam.

Quarto, quis sit turpior, utrum incontinentis iræ, vel incontinentis concupiscentia.

ARTICULUS I. 758

Utrum incontinentia pertineat ad animam, an ad corpus.

AD primum sic proceditur. Videtur quod incontinentia non pertineat ad animam, sed ad corpus. Diversitas enim sexum non est ex parte animæ, sed ex parte corporis. Sed diversitas sexum facit diversitatem circa incontinentiam: dicit enim Philosophus in VII. Ethic. (cap. v. ante med.) quod mulieres non dicuntur neque continent, neque incontinentes. Ergo incontinentia non pertinet ad animam, sed ad corpus.

2. Præterea. Id quod pertinet ad animam, non sequitur corporis complexionem. Sed incontinentia sequitur corporis complexionem: dicit enim Philosophus in VII. Eth. (cap. vii. in fin.) quod maxime acuti, idest cholericæ, & melancholici secundum irrefrenatam concupiscentiam sunt incontinentes. Ergo incontinentia pertinet ad corpus.

3. Præterea. Victoria magis pertinet ad eum qui vincit, quam ad eum qui vincitur. Sed ex hoc dicitur aliquis esse incontinentis: quod caro concupiscentia adversus spiritum superat ipsum (1). Ergo incontinentia magis pertinet ad carnem quam ad animam.

Sed contra est quod homo differt a bestiis principaliter secundum animam. Differt autem secundum rationem continentia: bestias enim dicimus neque continent, neque incontinentes, ut patet per Philosophum in VII.

(1) Ut ad Galatas 5. vers. 17. Apostolus loquitur; subdens quoque per oppositum quod spiritus adver-

sus carnem: Absit autem ut semper caro concupiscentia ita spiritum vincat.

VII. Ethic. (cap. iii. & vi. a med.) (1) Ergo incontinentia maxime est ex parte animæ.

Respondeo dicendum, quod unumquidque attribuitur magis ei quod est causa per se, quam ei quod solam occasionem præstat. Id autem quod est ex parte corporis, solam occasionem præstat incontinentia: ex dispositio-ne enim corporis potest contingere quod insurgant passiones vehementes in appetitu sensitivo, qui est virtus corporis organici (2). Sed hujusmodi passiones, quantumcumque vehementes, non sunt sufficiens causa incontinentia, sed occasio sola, eo quod durante usu rationis, semper homo potest passionibus resistere.

Si vero passiones adeo insurgant quod totaliter auferant usum rationis, sicut accidit in his qui propter vehementiam passionum amentiam incurunt, non remanebit ratio continentia, neque incontinentia: quia non salvatur in eis judicium rationis, quod continens servat, & incontinentis deserit. Et sic relinquitur quod per se causa incontinentia sit ex parte animæ, quæ ratione passionibus non resistit.

Quod quidem fit duobus modis, ut Philosophus dicit in VII. Ethic. (cap. vii. non procul a fi.) Uno modo, quando anima pa-

sionibus cedit, antequam ratio confilietur: quæ quidem vocatur irrefrenata incontinencia, vel prævolatio. (3) Alio modo, quando non permanet homo in his quæ confilata sunt, eo quod debiliter est firmatus in ea quod ratio judicavit: unde hæc incontinentia vocatur debilitas. Et sic patet quod incontinentia principaliter ad animam pertinet.

Ad primum ergo dicendum, quod anima humana est corporis forma, & habet quasdam vires corporeis organis utentes: quarum operationes aliquid conferunt etiam ad illa opera animæ quæ sunt sine corporeis instrumentis, id est ad actum intellectus, & voluntatis, inquantum scilicet intellectus a sensu accipit, & voluntas impellitur a passione appetitus sensitivi. Et secundum hoc quia femina secundum corpus habet quamdam debillem complexionem, sit ut in pluribus quod etiam debiliter inbeat quibuscumque inhæret; et si raro in aliquibus aliter accidat, secundum illud Proverb. ult. 10. *Mulierem formam quis inveniet?* Et quia id quod est parvum, vel debile, reputatur quasi nullum, inde est quod Philosophus loquitur de mulieribus, quasi non habentibus judicium rationis firmum, quamvis in aliquibus mulieribus contrarium accidat. (4) Et propter hoc dicit, quod mulieres non dicimus continentes, quia non.

(1) Veluti ex capite 3. a medio & ex cap. 6. declinando ad finem prius indicabatur in margine; ac ita quidem in antiquis habetur, sicut & apud S. Thomam tum. 3. tum 6. lectione: *Sed in græco latinis capi. 5. pro 3. & cap. 7. pro 6.*

(2) Sic vocati, ut suo loco notatum est, quia partibus conflat quibus ut instrumentis ad varias uitius functiones, cum sit ὄψις idem quod instrumentum &c.

(3) Ex græco τροπήσια quod prævolationem significat si vocabuli derivatio attendatur, ut & vertit & inde sumpt S. Thomas: *Temeritatem vero ad voluptates nimis precipitanter festinante nec expectantem donec ab illis urgeatur, si vocabuli usum spectes quod a modernis passim interpretibus temeritas redditur; ut cap. 7. græco-lat. videre est, vel in antiquis 5. sicut supra.*

(4) Hinc Augustinus tractans illud, *Mulierem formam quis inveniet?* serm. 217. de temp. Quod dixit quis inveniet (inquit) difficultatem inveniendi non impossibilitatem oportet intelligi: Quamvis mox ad mysticum detorquet sensum & Ecclesie accommodat: que ab initio mundi tantis tribulationibus fasigatur & tamen non vincitur: Hanc porro quis alias invenit nisi Christus? Non autem eam formam invenit sed inveniendo fortem fecit: Et similiter Ambrosius ac Beda in euandem Proverbiorum locum intelligunt: Bernardus vero ad Mariam Virginem

Deiparam hom. 2. super *Missus* est velut singulariter pertinere vult, ut § 4. videre est, ubi sic ait: *Quam aliam Salomon requirebat, cum dicebat, Mulierem fortem quis inveniet? Noverat quippe vir sapiens hujus sexus infirmitatem, fragile corpus, lubricam mentem: Quia tamen & Deum promisisse legeras & ita congrueret videbat ut qui viseras per feminam, vinceretur per ipsam, vehementer admirans ajetas, Mulierem fortem quis inveniet? At ne hoc quasi putes desperando, subdit prophetando: Procul & de ultimis finibus pretium ejus, hoc est de summo calo &c. Quamvis deinceps tot aliæ virginines feminine sine infirmum sexum (sicut in homilia de militia spirituali Chrysostomus loquitur) virili mente viceant &c. Quod nominatim de illarum martyrio subendo fortitudine intelligit: Sed Maximus generalius homilia de beata Agneta: *Virginizantes preferens vite tam contra libidines quam contra supplicia omnia universa fortiter dimicavit & vicit: Postquam præmisit paulo ante quod eo usque integras perseveravit ad palmarum ut in virginibus tropicorum sanctitatem arriperet, & per vestigia matris virginis ad celestem thalamum perveniret: Hinc de qualibet virgine simul & martyre in hymno sic dicitur: Duplici beata forte, dum gestis fragilem domare corporis sexum, domuit cruentum corpore seculum. Quamvis hæc supernaturalis fortitudo.**

non ducuntur quasi habentes solidam rationem, sed ducuntur quasi de facili sequentes passiones.

Ad secundum dicendum, quod ex imperio passionis contingit quod aliquis statim sequatur passionem ante consilium rationis. Imperius autem passionis provenire solet vel ex velocitate, sicut in cholericis, vel ex vehementia, sicut in melancholicis, qui propter terrestrem complexionem vehementissime inflammantur; sicut e contrario contingit quod aliquis non persistat in eo quod consiliatum est, ex eo quod debiliter inheret propter molliorem complexionis, ut de mulieribus dictum est (in solut. præc.) quod etiam visetur in phlegmaticis contingere propter eamdem causam, sicut etiam in mulieribus. Hæc autem accidunt, inquantum ex complexione corporis datur aliqua incontinentia occasio, non autem causa sufficiens, ut dictum est (in cor. art.)

Ad tertium dicendum, quod concupiscentia carnis in eo qui est incontinentis, superat spiritum non ex necessitate, sed per quamdam negligentiam spiritus nostra resistentis fortiter.

A P P E N D I X.

Ex art. habes primo: quomodo per rationem destruas errorem, pro quanto huic veritati contraponitur, *Liberorum* dicentium, Carnem tantum peccare. Articulo enim huic et diametro contravenient isti Liberi: quoniam per hoc incontinentiam neque principaliiter, neque secundario pertinere ad animam implicite necessario dicunt. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, errorem praeditum, pro quanto nunc sufficit, condemnari merito etiam a Philosopho: secundum quod cum discursu extenditur in argum. contr. Item a D. Augustino. Peccatum non est peccatum, nisi sit voluntarium. Item Ezech. 18. *Anima, qua peccaverit, ipsa morietur.* Ubi proprie de anima se loqui monstrat per contextum *Iy filius non portabat iniquitatem patris.* Item ad litteram ab Eccles. 26. *Omnis ponderatio non est digna continentis anima.* Per hoc enim, tamquam ab oppositis, innuitur: quod incontinentia pertinet ad animam. Item ab Isa. 65. *Quæ nolui, elegisti.* Elecio enīa non in corpore, sed in anima est. Tertio vides: quomodo &c.

Utrum incontinentia sit peccatum.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod incontinentia non sit peccatum. Quia, ut Augustinus dicit in Lib. III. de lib. arb. (cap. xviii. parum a princ.) *nullus peccat in eo quod vitare non potest.* Sed incontinentiam nullus potest ex seipso vitare, secundum iHud Sap. viii. 21. (*) *Scio quod non possum esse continens, nisi Deus des.* Ergo incontinentia non est peccatum.

2. Præterea. Omne peccatum in ratione videtur consistere. Sed in eo qui est incontinentis, vincitur judicium rationis. Ergo incontinentia non est peccatum.

3. Præterea. Nullus peccat ex eo quod Deum vehementer amat. Sed ex vehementia divini amoris aliquis sit incontinentis: dicit enim Dionysius iv. cap. de div. Nom. (par. i. lext. 10.) quod *Paulus per incontinentiam divini amoris dixit: Vivo ego, jam non ego.* Ergo incontinentia non est peccatum.

Sed contra est quod connumeratur aliis peccatis II. Timoth. iii. ubi dicitur: *Criminatores, incontinentes, immites &c.* Ergo incontinentia est peccatum.

Respondeo dicendum, quod incontinentia potest attendi circa aliiquid tripliciter. Uno modo proprio, & simpliciter: & sic incontinentia attenditur circa concupiscentias delectationum tactus, sicut & intemperantia, ut supra dictum est de continentia (quæst. præc. art. 2.) Et hoc modo incontinentia est peccatum ex dupli ratione: uno modo ex eo quod incontinentis recedit ab eo quod est secundum rationem; alio modo ex eo quod se immergit quibusdam turpibus delectationibus. Et ideo Philosophus dicit in VII. Ethic. (cap. viii. a med.) quod *incontinentia intemperans non solum ut peccatum, quod scilicet est per recessum a ratione, sed sive malitia quedam, inquantum pravas concupiscentias sequitur.*

Alio modo incontinentia attenditur circa aliiquid, proprie quidem inquantum homo recedit ab eo quod est secundum rationem, sed non simpliciter; puta cum aliquis non servat modum rationis in concupiscentia honestis, divitiarum, & aliorum hujusmodi, quæ secundum se videntur esse bona: circa que

(*) *Vulgaris:* Et ut scivi &c. adii Dominum.

quæ non est incontinentia simpliciter , sed secundum quid , sicut supra de continentia dictum est (quest. præc. art. 2. ad 3.) Et sic incontinentia est peccatum , non ex eo quod aliquis ingerat se pravis concupiscentiis , sed ex eo quod non servet modum debitum rationis etiam in concupiscentia rerum per se appetendarum .

Tertio modo incontinentia dicitur esse circa aliiquid non proprie , sed secundum similitudinem ; puta circa concupiscentias eorum quibus non potest aliquis male uti , puta circa concupiscentias virtutum : circa quas potest aliquis dici incontinentis esse per similitudinem : quia sicut ille qui est incontinentis , totaliter ducitur per concupiscentiam malam ; ita aliquis totaliter ducitur per concupiscentiam bonam , quæ est secundum rationem . Et talis incontinentia non est peccatum , sed pertinet ad perfectionem virtutis .

Ad primum ergo dicendum , quod homo potest vitare peccatum , & facere bonum , non tamen sine divino auxilio , secundum illud Joan. xv. 5. *Sine me nihil potest facere* . Unde per hoc quod homo indiget divino auxilio ad hoc quod sit continens , non excluditur quin incontinentia sit peccatum : quia , ut dicitur in III. Ethic. (cap. IIII. a med.) *que per amicos possumus , aliquatenus per nos possumus* .

Ad secundum dicendum , quod in eo qui est incontinentis , vincitur judicium rationis , non quidem ex necessitate , quod auferret rationem peccati , sed ex negligentia quædam hominis non firmiter intendentis ad resistendum passioni per judicium rationis quod habet .

Ad tertium dicendum , quod ratio illa procedit de incontinentia per similitudinem dicta , & non proprie .

A P P E N D I X.

Ex art. habes primo : quomodo per rationem destruas errorem *Philosophorum* quorundam , quod ex eo , quod continentiam negabant esse virtutem , ut dictum est , atque damnatum , quest. 155. ar. I. append.

videntur ex opposito etiam dicere voluisse , quod incontinentia non est peccatum . Secundo habes : quomodo per rationem ostendas , errorem hunc merito damnari a 2. Timoth. 3. ut extenditur in arg. con. Item a 1. Cor. 7. ne sentes vos *Satanas proper incontinentiam vestram* . Hoc est . Ne cadatis in laqueum Satanæ per incontinentiam vestram . Hanc vero esse peccatum , constat indicari per hoc , quod per illam venit quis in manus Satanæ . Item ab eodem Apostolo ibidem : *Quod si non se continent , nubant . Melius est enim nubere , quam uti , id est , quam non se continere* . Patet autem , quod uscio , de qua loquitur , est peccatum (ut patet consideranti) & consequenter Apostolus , cum pro eodem sumat ly *sri* , & ly *non se continere* , contextu isto demonstrat ad litteram , quod incontinentia est peccatum . Tertio vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 760

Urum incontinentis plus peccat quam intemperatus .

1. 2. quest. lxxviii. art. 3. cor. & II. diff. xliii. quest. 1. art. 4. cor. & ver. quest. xxiv. art. 10. corp. & I. Ethic. lect. 3. & Lib. VII. lect. 4.

Ad tertium sic proceditur . Videtur quod incontinentis plus peccet quam intemperatus . Tanto enim aliquis videtur gravius peccare , quanto magis contra conscientiam agit , secundum illud Lucæ xii. 47. (*) *Servus sciens voluntatem domini sui , & non faciens , plagis vapulabit multis &c.* Sed incontinentis magis videtur agere contra conscientiam quam intemperatus : quia , ut dicitur in VII. Eth. (cap. IIII.) incontinentis sciens quam prava sunt quæ concupiscit , nihilominus agit propter passionem ; intemperatus autem judicat ea quæ concupiscit , esse bona (1) . Ergo incontinentis gravius peccat quam intemperatus .

2. Præterea . Quanto aliquod peccatum gravius est , tanto videtur esse minus sanabile : unde & peccata in Spiritum sanctum , quæ

(*) *Vulgata* : *Servus qui cognovit voluntatem domini sui ; & non preparavit , & non fecit secundum voluntatem ejus , vapulabit multis.*

(1) Saltem hic & nunc vel in particulari , quamvis non simpliciter & in universalis ; ut ex lib. 3. E-

thicorum cap. 2. græco-latino vel cap. 3. in antiquis & apud S. Thomam lect. 3. implicite colligi potest , ubi dicitur pravus quisque habere quidem ignorantiam particulariem ejus quod agit , sed non ignorantiam universalem ejus quod agendum est .

quæ sunt gravissima , dicuntur esse irremissibilia . Sed peccatum incontinentia videtur esse insanabilis quam peccatum intemperantia : sanatur enim peccatum aliquius per admonitionem , & correctionem ; quæ nihil videtur conferre incontinenti , qui scit se male agere , & nihilominus male agit ; intemperato autem videtur quod bene agat , & sic aliquid ei conferre posset admonitio . Ergo videtur quod incontinentia gravius peccet quam intemperatus .

3. Præterea . Quanto aliquis ex majori libidine peccat , tanto gravius peccat . Sed incontinentia peccat ex majori libidine quam intemperatus : quia incontinentia habet vehementes passiones , & concupiscentias , (1) quas non semper habet intemperatus . Ergo incontinentia magis peccat quam intemperatus .

Sed contra est quod impenitentia aggrava omne peccatum : unde Augustinus in Lib. de verb. Dom. (serm. xi. cap. xii. (2) & xiii.) dicit , quod *impenitentia est peccatum in Spiritum sanctum* . Sed , sicut Philosophus dicit in VII. Eth. (cap. vii. & viii. in princ.) *intemperatus non est paenitens , immanes enim electioni ; incontinentia autem omnis est paenitens* . Ergo intemperatus gravius peccat quam incontinentia .

Respondeo dicendum , quod peccatum secundum Augustinum (in Lib. de duab. animab. cap. x. & xi.) præcipue in voluntate consistit . Voluntas enim est qua peccatur , & recte vivitur . Et ideo ubi est major inclinatio voluntatis ad peccandum , ibi est gravius peccatum . In eo autem qui est intemperatus , voluntas inclinatur ad peccandum ex propria electione , quæ procedit ex habitu per consuetudinem acquisito ; in eo autem qui est incontinentia , voluntas inclinatur ad peccandum ex aliqua passione . Et quia passio cito transit , habitus autem est

qualitas difficile mobilis ; (3) inde est quod incontinentia statim penitent , transiente passione : quod non accidit de intemperato ; quoniam gaudet se peccasse , eo quod operatio peccati est sibi facta connaturalis secundum habitum . Unde de his dicitur Proverb. ii. 14. quod *terantur , cum male fecerint , & exultant in rebus pessimis* . Unde patet , quod intemperatus est multo pejor quam incontinentia , ut etiam Philosophus dicit in VII. Ethic. (cap. vii. ante med.)

Ad primum ergo dicendum , quod ignorantia intellectus quandoque quidem praedit inclinationem appetitus , & causat eam : & sic quanto est major ignorantia , tanto magis peccatum diminuit , vel totaliter excusat , in quantum causat involuntarium . Alio modo e converso ignorantia rationis sequitur inclinationem appetitus : & talis ignorantia quanto est major , tanto peccatum est gravius , quia ostenditur inclinatione appetitus esse major . Ignorantia autem tam incontinentis , quam intemperati provenit ex eo quod appetitus est in aliquid inclinatus sive per passionem , sicut in incontinentia , sive per habitum , sicut in intemperato . Major autem ignorantia causatur ex hoc in intemperato quam in incontinentia : & uno quidem modo quantum ad durationem : quia in incontinentia durat illa ignorantia solum passione durante , sicut accessio febris tertianæ durat durante commotione humoris ; ignorantia autem intemperati durat assidue propter permanentiam habitus , unde assimilatur phthisi , (4) vel cuiuscumque morbo continuo , ut Philosophus dicit in VII. Ethic. (cap. viii. circ. princ.) Alio autem modo est major ignorantia intemperati quantum ad id quod ignoratur . Nam ignorantia incontinentis attenditur quantum ad aliquod particulare eligibile , prout scilicet estimat hoc nunc esse eligendum ; sed intemperatus ha-

(1) Ut jam supra ex Cassiano & Philosopho notatum est .

(2) Ubi circa medium ait quod quia propter modum processionis appropriatur Spiritui-sancto benignitas , & primum ejus benignitatis beneficium est remissio peccatorum , proinde Spiritui-sancto hæc remissio tribuitur ; *contra hoc donum autem gratuitum tollitur cor impenitens* ; & sic peccat contra Spiritum sanctum &c.

(3) Ex Philosophi categoriis cap. de qualitate ubi habitum a dispositione sic distinguit quod hæc facile sit mobilis (*suxire*) Ut & ibidem de passione dicit quod sit cito transiens &c. Quamvis de passione

ibi loquitur prout est quedam commotio subita quam proinde a passibili qualitate distinguit ; sicut cum ex verecundia rubor subitaneus vel etiam subitaneus palor ex timore subrepit : Sed huc accommodari potest ; quia licet passio de qua modo agitur , sit secundum se permanens , excitatio tamen ejus ut in proprium sibi actum prorumpat , est subita & non diu permanet sed quietescit .

(4) Quam sic Medici vocant ex greco φέων quam languorem quemdam consumptivum quo macilenter corpus efficitur , & sic paulatim contabescit juxta significatum verbi φέων quod perinde est ac in se mem resolvo vel corrupto .

habet ignorantiam circa ipsum finem , in quantum scilicet judicat hoc esse bonum, ut irrefrenate concupiscentias sequatur . Unde Philosophus dicit in VII. Ethic. (cap. vii. ante med. & cap. viii. in si.) quod *incontinentis est melior intemperato, quia salvatur in eo optimum principium* , (1) scilicet recta estimatio de fine .

Ad secundum dicendum, quod ad sanationem incontinentis non sufficit sola cognitio, sed requiritur interius auxilium gratia concupiscentiam mitigantis ; & adhibetur etiam exterius remedium admonitionis , & correctionis , ex quibus aliquis incipit concupiscentis resistere , ex quo concupiscentia debilitatur , ut supra dictum est (quæst. cxli. art. 2.) Et iisdem etiam modis potest sanari intemperatus . Sed difficilior est ejus sanatio propter duo . Quorum primum est ex parte rationis , quæ corrupta est circa estimationem ultimi finis ; quod se habet sicut principium in demonstrativis . Difficilius autem reducitur ad veritatem ille qui errat circa principium , & similiter in operativis ille qui errat circa finem . Aliud autem est ex parte inclinationis appetitus ; quæ in intemperato est ex habitu , qui difficile tollitur ; inclinatio autem incontinentis est ex passione , quæ facilius reprimi potest .

Ad tertium dicendum, quod libido voluntatis , quæ auget peccatum , major est in intemperato quam in incontinentे , ut ex dictis patet (in cor. art.) Sed libido concupiscentia appetitus sensitivi quandoque major est in incontinentе : quia incontinentis non peccat nisi ex gravi concupiscentia ; sed intemperatus etiam ex levi concupiscentia peccat , & quandoque eam prævenit . Et ideo Philosophus dicit in VII. Ethic. (cap. vii. & viii. circ. med.) quod *magis intemperatum vituperamus, quia non concupiscent, vel quiete, idest remisse, concupiscent persequitur delectationes. Quid enim faceret, si adesse concupiscentia juvenilis* (2).

A P P E N D I X.

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum fuisse a Scripturis , & Philosopho : quod intemperatus est pejor , quam incontinentis . A Philosopho quidem : ut extenditur cum discursu in arg. con. A Scripturis vero per hoc : quod peccata ex fragilitate innuant esse minora , quam peccata ex habitu , seu ex malitia . Ad cujus rei evidentiam de peccantibus ex impulsu passionis , seu ex fragilitate , ait Psal. 102. *Longe fecit a nobis* (scilicet per remissionem) *iniquitatos nostras. Misertus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognovis pigmentum nostrum; recordatus es, quoniam pulvis sumus.* Quæ omnia quadam compassione ad fragilitatem , quasi quod fragilitas minus quid in peccatis importet , designant . E contra vero de peccantibus ex habitu malitioso inquit Psal. 72. „ Prodiit , quasi ex adipe , iniquitas eorum : transierunt in affectum cordis . Et infra . Dejecisti eos , dum allevarentur : perierunt propter iniquitatem suam : Domine in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges . „ Quibus profecto omnibus denotatur quædam magna gravitas peccatorum ex affectu cordis , idest ex habitu intimo , prodeuntium . Per hæc igitur , præsupposita veritate hac (ut par est) quod incontinentis ex passione per fragilitatem , & intemperatus ex habitu per malitiam peccet , manifestatur scholasticis intentum , scilicet , quod intemperatus est multo pejor , quam incontinentis . Secundo videtis : quomodo &c.

(1) Vel sic ex græca phrasí *σώλεται γάις τὸ δίαιτον, η ἀρχή Salvatur enim quod optimum est, puto principium* : Quod ergo hic redditur , & quod vetus Interpres reddit ex quo desumfit S. Thomas lect. 8. videre est . *Salvatur in eo optimum principium* , disjungendum est ; interiecta disputatione , ut disjungimus , quasi dicatur conservari optimum quod est

principium ; non autem unisepmi constructione appositive conjungendum ; quasi dicatur *principium optimum conservari* : Quamvis ad græcam phrasim non attendens ita conjungat S. Thomas & expressius ibi quam hic .

(2) Sive sic tantum , quid fecerit in passione existens (ēr vultu .)

ARTICULUS IV. 761

Utrum incontinentia iræ sit peior quam incontinentia concupiscentiæ.

*Inf. quest. clviii. art. 4. cor. & III.
dist. xxvi. quest. I. art. 2. cor. &
ver. quest. xxv. art. 2. cor. &
VII. Ethic. lect. 6. princ.*

AD quartum sic proceditur. Viderur quod incontinentia iræ sit peior quam incontinentia concupiscentiæ. Quanto enim difficultius est resistere passioni, tanto incontinentia videtur esse levior: unde Philosophus dicit in VII. Ethic. (cap. vii. a med.) *Non enim si quis a fortibus, & superexcedentibus (1) detectionibus vincitur, vel tristitia, est admirabile, sed condonabile.* Sed, sicut Heraclitus dixit, *difficilis est pugnare contra concupiscentiam quam contra iram:* Ergo levior est incontinentia concupiscentiæ quam incontinentia iræ.

2. Præterea. Si passio propter suam vehementiam totaliter auferat judicium rationis, omnino excusat aliquis a peccato, sicut patet in eo qui incidit ex passione in furiam. Sed plus remanet de judicio rationis in eo qui est incontinentia iræ, quam in eo qui est incontinentia concupiscentiæ: iratus enim aliqualiter audit rationem, non autem concupiscens, ut patet per Philosophum in VII. Ethic. (cap. vi. in princ.) Ergo incontinentia iræ est peior quam incontinentia concupiscentiæ.

3. Præterea. Tanto aliquod peccatum est gravius, quanto est periculosius. Sed incontinentia iræ videtur esse periculosior, quia perducit hominem ad maius peccatum, scilicet ad homicidium, quod est gravius peccatum quam adulterium, ad quod perducit con-

cupiscentiæ incontinentia. Ergo incontinentia iræ est gravior quam incontinentia concupiscentiæ.

Sed contra est quod Philosophus dicit in VII. Ethic. (cap. vi.) quod minus turpis est incontinentia iræ quam incontinentia concupiscentiæ.

Respondeo dicendum, quod peccatum incontinentiæ potest considerari duplíciter. Uno modo ex parte passionis, ex qua ratio superratur: & sic incontinentia concupiscentiæ turpior est quam incontinentia iræ, quia motus concupiscentiæ habet majorem inordinationem quam motus iræ.

Et hoc propter quatuor, quæ Philosophus tangit in VII. Ethic. (loc. cit.) Primo quidem quia motus iræ participat aliqualiter rationem (1) in quantum scilicet iratus tendit ad vindicandum injuriam sibi factam, quod aliqualiter ratio dictat, sed non perfecte, quia non intendit debitum modum vindictæ: sed motus concupiscentiæ totaliter est secundum sensum, & nullo modo secundum rationem. Secundo quia motus iræ magis consequitur corporis complexionem propter velocitatem motus cholera, quæ tendit ad iram: unde magis est in promptu quod ille qui est secundum complexionem corporis dispositus ad irascendum, irascatur, quam quod ille qui dispositus est ad concupiscendum, concupiscat: unde etiam frequentius ex iracundi nascuntur iracundi, quam ex concupiscentiæ concupiscentes. Quod autem provenit ex naturali corporis dispositione, reputatur magis venia dignum. Tertio quia ira quærit manifeste operari; sed concupiscentia quærit latebras, & dolose subintrat. Quarto quia concupiscentia delectabiliter operatur; sed iratus quasi quadam tristitia precedente coactus (2).

Alio modo potest considerari peccatum incontinentiæ quantum ad malum in quod quis

(1) In veteri versione habetur *superexcellentibus*, quam sic etiam lect. 7. refert & imitatur S. Thomas, ac Manuscriptum ipsum Summa legit: Annon tamen ex græco ὑπερβαλλούσι, *superexcedentibus* legi præstat? Et forte ita scriptum fuerat primo, sed commutare propter affinitatem utriusque facile fuit, cum *superexcellentes* minus apte quam *superexcidentes* dici videantur. Quod autem subiungitur ex Heraclito, non occurrit: Imo tantum in Moralibus Eudemiis (hoc est ad Eudemum directis) lib. 2. cap. 9. versus finem, & lib. 5. Politicorum cap. 11. quod *valde durum ac difficile, est contra iram pugnare, quia vita emittitur* (vel anima ex græco ψυχής)

(2) Sicut iam superius notatum est 1. 2. qu. 46.

art. 4. per exemplum quod Philosophus assert servitum festinantis qui non integre audit imperium domini ac proinde nec recte sed inconvenienter exequitur: Præter aliud quod subiungit exemplum canis qui statim atque strepitum audit, latrat antequam dijudicet an sit amicus nec ne ille a quo strepitus exicitatur.

(3) Non ergo eo sensu quod iram actu cura tristitia exequatur, quia potius delectatur in vindicando, vel exequendo illo ad quod incitat ira: Sed eo sensu tamen tantum quod ut ad iram exequendam erumpat, compellitur a tristitia quam propter injuriagnillatam sibi vel in se redundantem concepit &c.

quis incidit a ratione discedens , & sic incontinentia iræ est ut plurimum gravior , quia dicit in ea quæ pertinent ad proximi nocumentum .

Ad primum ergo dicendum , quod difficilius est assidue pugnare contra delectationem quam contra iram , quia concupiscentia est magis continua ; sed ad horam difficilius est resistere iræ propter ejus impetum .

Ad secundum dicendum , quod concupiscentia dicitur esse sine ratione , non quia totaliter auferat usum rationis , sed quia in nulo procedit secundum judicium rationis : & ex hoc est turpior .

Ad tertium dicendum , quod ratio illa procedit ex parte eorum in quæ incontinentia deducitur . (1)

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & recte intelligas , merito esse a Scripturis , & Philosopho insinuatum , quod incontinentis concupiscentia est turpior , quam incontinentis iræ . A Philoso- quidem , ut in arg. contr. A scripturis vero per hoc , quod 2. Reg. 12. narratur ; quod Nathan Propheta proposita parabola Davidi de incontinentia concupiscentia ejus (quamvis occasione ejusdem incontinentie commisisset homicidium) post nonnulla subintulit ly blasphemare fecisti inimicos nomen Domini propter verbum hoc , idest , propter tantæ concupiscentia incontinentiam . Quam expostionem , quod scilicet ly verbum hoc sic intelligatur , tamquam innuens contextus statim pro hujus poena subdit ly filius , qui natus est ibi (scilicet ex illa tua incontinentia) morietur . Item per hoc , quod legitur Eccles. 9. Omnis mulier , que est fornicaria , quasi stercus in via . Ecce , quod præ turpitudine incontinentia concupiscentia , homines tamquam verecundati de ignominia talis incontinentia , blasphemant nomen Domini : & ipsimet homines incontinentes vocitantur stercus in via . Quo quid turpius ? Ex his ergo loquendi phrasibus , quas de incontinentibus iræ simul dictas numquam in-

venies , Scriptura Theologis scholasticis no- tificavit , quod incontinentia concupiscentia est turpior , quam incontinentia iræ . Secun- do vides : quomodo &c.

Q U E S T I O C L V I I .

De clementia , & mansuetudine ,

In quatuor articulos divisâ .

Poste considerandum est de clementia , & mansuetudine , & virtutis oppositis .

Circa ipsas autem virtutes queruntur quatuor .

Primo , utrum clementia , & mansuetudo sint idem .

Secundo , utrum utraque earum sit vir- tus .

Tertio , utrum utraque earum sit pars tem- perantia .

Quarto de comparatione earum ad alias virtutes .

A R T I C U L U S I . 762

Utrum clementia , & mansuetudo sint penitus idem .

Inf. art. 4. ad 3. & III. diss. XXXII. quest. III. art. 2. quest. I. ad 2.

AD primum sic proceditur . Videtur quod clementia , & mansuetudo sint penitus idem . Mansuetudo enim est moderativa iræ , ut Philosophus dicit in IV. Ethicor . (cap. v.) Ira autem est appetitus vindictæ . (2) Cum ergo clementia sit lenitas su- perioris adversus inferiorem in constitutis pa- riis , ut Seneca dicit in II. de clementia (cap. III. cir. princ.) per paenam autem fiat vindicta , videtur quod clementia , & mansuetudo sint idem .

2. Præterea : Tullius dicit in II. Rethor . (Lib. II. de invent. aliquant. ante fi.) quod clementia est virus per quam animus te- mere concitatus in odium alijus , benignita- te resinetur : & sic videtur quod clementia

H 2 fit

(1) Respectu quorum nempe potest gravior esse ira vel incontinentia iræ quam concupiscentia vel incontinentia concupiscentia , quia pejus illud est in quod ira vel incontinentia iræ interdum præcipitat : Esi non omnis ira talis præcise sumpta : Unde non pro- pterea omnis ira concupiscentiam superexcedit secun-

dum se .

(2) Sicut eam a Philosopho definiri & a Tullio i. 2. notatum est , cum ex professo qu. 64. art. 2. age- retur de ira , & ex ipso etiam Augustino hanc definitio- nem veteribus attribuente recentum .

sit moderativa odii. Sed odium, ut Augustinus dicit (1) (epist. ccxi. al. cix. inter med. & fi.) caulfatur ab ira, circa quam est mansuetudo, & clementia. Ergo videtur quod clementia, & mansuetudo sint penitus idem.

3. Præterea. Idem vitium non contrariatur diversis virtutibus. Sed idem vitium opponitur mansuetudini, & clementiæ, scilicet crudelitas. Ergo videtur quod mansuetudo, & clementia sint penitus idem.

Sed contra est quod secundum prædictam definitionem Seneca, (2) clementia est lenitas superioris adversus inferiorem. Mansuetudo autem non solum est superioris ad inferiorem, sed cuiuslibet ad quemlibet. Ergo mansuetudo, & clementia non sunt penitus idem.

Respondeo dicendum, quod; sicut dicitur in II. Ethic. (cap. iii. ante med.) virtus moralis consistit circa passiones, & actiones. Passiones autem interiores sunt exteriorum actionum principia, aut etiam impedimenta. Et ideo virtutes, quæ moderantur passiones, quodammodo concurrunt in eundem effectum cum virtutibus, quæ moderantur actiones, licet specie differant: sicut ad justitiam proprie pertinet cohibere hominem a furto, ad quod aliquis inclinatur per inordinatum amorem, vel concupiscentiam pecuniae, quæ moderatur per liberalitatem: & ideo liberalitas concurrit cum justitia in hoc effectu qui est abstinere a furto. Et hoc etiam considerandum est in proposito. Nam ex passione iræ provocatur aliquis ad hoc quod graviorem inferat poenam; ad clementiam autem pertinet directe quod sit diminutiva poenarum: quod quidem impediri posset per excessum iræ.

Et ideo mansuetudo, inquantum refrenat

impetum iræ, concurrit in eundem effectum cum clementia; differunt tamen ab invicem inquantum clementia est moderativa exterioris punitionis, mansuetudo autem proprie diminuit passionem iræ. (3)

Ad primum ergo dicendum, quod mansuetudo proprie respicit ipsum vindictæ appetitum; sed clementia respicit ipsas poenas, quæ exterius adhibentur ad vindictam.

Ad secundum dicendum, quod affectus hominis inclinatur ad minorationem eorum quæ homini per se non placent. Ex hoc autem quod aliquis amat aliquem, provenit quod non placet ei per se poena ejus, sed solum in ordine ad aliud, puta ad iustitiam, vel ad correctionem ejus qui punitur. Et ideo ex amore provenit quod aliquis sit promptus ad diminuendum poenas, (quod pertinet ad clementiam) & ex odio impeditur talis diminutio. Et propter hoc Tullius dicit, quod animus concitatus in odium, scilicet ad gravius puniendum, per clementiam retinetur, (4) ne scilicet acriorem poenam inferat, non quod clementia sit directe odi moderativa, sed poena.

Ad tertium dicendum, quod mansuetudini quæ est directe circa iras, proprie opponitur vitium iracundia, quod importat excessum iræ; sed crudelitas importat excessum in puniendo. Unde dicit Seneca in II. de clementia (cap. iv.) quod crudeles (5) vocantur qui puniendi causam habent, modum tamen non habentes. Qui autem in poenis hominum propter se delectantur, etiam sine causa, possunt dici sibi, vel feri, quasi affectum humanum non habentes, ex quo naturaliter homo diligit hominem.

A P.

(1) Äquivalenter & implicite tantum, cum sic sit: *Lites aut nullas habeatis, aut quam colerimne finiat, ne ira crescat in odium*, ut epist. 109. videre est.

(2) Quam non solam affigiat loco jam superius indicato, sed & alias addit & se addere profitetur *ne una definitio potum rem comprehendat*: Premittit ergo quod clementia sit inclinatio animi ad lenitatem in pena exigenda: Et quod maxima ad verum accedat si dixerimus clementiam esse moderationem aliquid ex merita suis debita pena remitterent: Sed omnes eo referuntur ut clementia intelligatur superioris tantum erga inferiorem esse, adeoque a mansuetudine distinguunt quæ privati etiā erga quoscumque debet esse, sicut intendit S. Thomas.

(3) Sic ergo clementia non potest esse sine mansuetudine; sed sine clementia mansuetudo esse potest

in iis qui non habent autoritatem puniendi: Unde latius patet mansuetudo quam clementia, quia haec ad publicas personas tantum spectat, illa etiam ad privatas.

(4) Scilicet *comitato* (hoc est benignitate) quæ blanditiam quandam exteriorem significat: Unde Ovidianum illud, *Majestas comis virgine sua est*.

(5) Vel *crudeles* vocabo (inquit) qui &c. Et in eam rem Phalaridis exemplum afferit, quem ajune non quidem in homines innocentes sed super humanos ac probabilem modum saevisse: Hinc & Cicerio lib. 2. de officiis, *Phalaridis præter ceteros nobilitata crudelitas*, anno nempe tauro exegitato in quem homines vivi coniicerentur comburendi: Sed nondum prodiabant Nerones & alii Martyrum tam insuper & inhumani particide.

APPENDIX.

EX art. habes *primo* : quomodo per rationem ostendas , merito fuisse a Scripturis , & Seneca insinuatum : quod mansuetudo , & clementia non sunt penitus idem . A Seneca quidem : ut extenditur in *arg. I.* & *arg. contr.* A Scripturis vero ; ut *Jos. 11.*, Ut „ pugnarent contra Israel , & caderent ; & „ non mererentur ullam clementiam , ac pe- „ rirent . Item *Hes. 15.* convertit Deus spi- „ ritum regis in mansuetudinem . „ Hoc est furibundam iram regis , de qua præixerat . Per hoc ergo , quod clementia , secundum primam authoritatem , versatur circa poenas ; & mansuetudo , juxta secundum , circa ani- mali passiones , Scriptura , quasi scholastice lo- quens , dixit : mansuetudo non est omnino idem cum clementia . Secundo vides : quomo- do &c.

ARTICULUS II. 763

Utrum tam clementia , quam mansuetudo : sit virtus .

Inf. art. 3. cor. & III. dist. xxxvi. quest.
II. art. 2. ad 4.

AD secundum sic proceditur . Videtur quod neque clementia , neque mansuetudo sit virtus . Nulla enim virtus alteri virtuti op- ponitur . Sed utraque videtur opponi severi- tati , quæ est quædam virtus . Ergo neque clementia , neque mansuetudo est virtus .

2. Præterea . Virtus corrumpitur per su- perfliuam , & diminutum . Sed tam clemen- tia , quam mansuetudo in quadam diminu- tione consistunt ; nam clementia est diminu- tiva poenarum , mansuetudo autem est dimi-

nativa iræ . Ergo neque clementia , neque mansuetudo est virtus .

3. Præterea . Mansuetudo , sive mititas ponitur Matth. v. inter beatitudines , & in- ter fructus ad Galat. v. (1) Sed virtutes dif- ferunt & a beatitudinibus ; & a fructibus . Ergo non continentur sub virtute .

Sed contra est quod dicit Seneca in II. de clementia (cap. v. in princ.) *Clemen- tiam , & mansuetudinem omnes viri boni pro- flabunt* . Sed virtus est proprie quæ pertinet ad bonos viros : *virtus est quæ bonum facit habentem , & opus ejus bonum reddit* , ut di- citur II. Ethic. (cap. vi.) Ergo clementia & mansuetudo sunt virtutes .

Respondeo dicendum , quod ratio virtutis moralis consistit in hoc quod appetitus ra- tionis subdatur , ut patet per Philosopherum in I. Ethic. (cap. ult.) Hoc autem servatur tam in clementia , quam in mansuetudine . Nam clementia , diminuendo poenas , aspicit ad rationem , ut Seneca dicit in II. de clem- entia (cap. v. a princ.) similiter etiam mansuetudo secundum rationem rectam mo- deratur iras , ut dicitur in IV. Ethicor. (cap. v.) Unde manifestum est quod tam clementia , quam mansuetudo est virtus .

Ad primum ergo dicendum , quod man- suetudo non directe opponitur severitati : nam mansuetudo est circa iras , severitas , autem attenditur circa exteriorem inflictionem poenarum . Unde secundum hoc videretur magis opponi clementiæ , quæ etiam circa ex- teriorem punitionem consideratur , ut dictum est (art. præc.) Non tamen opponitur , eo quod utrumque est secundum rationem re- ctam . Nam severitas inflexibilis est circa inflictionem poenarum , quando hoc recta ra- tio requirit ; clementia autem diminutiva est poenarum etiam secundum rationem rectam , quando scilicet oportet , & in quibus opor- tet .

(1) Matthæi quidem 5. vers. 4. cum pro secun- da beatitudine dicit Christus , *Bassi mites* , qui semper malo non resistunt , sicut explicat Augustinus ; & vel non irascuntur vel irati non peccant , sicut interpretatur S. Ambrosius , & S. Thomas in Catena aurea refert : Sed ad Galat. 5. vers. 12. in- ter fructus (puta Spiritus-sancti) octavo loco recen- setur ; ubi & Hieronymus ait quod mansuetudo ad- versa est ira , rixis , dissensionibus & numquam ad sui contraria provocatur . Virtutem porro eam esse ibidem insinuat cum subdit modestiam esse in viris perfectis consummataque virtutis de quibus ait , Sal- vator , *Basti mites &c.* Eam etiam Bastius enim elo- gio singulare virtutem vocat in PG 33. super illud ,

Audient mansueri & latenter : Et Chrysostomus ho- milia 19. in Epistolam ad Romanos explicans illud ex Math. 5. *Ut sis filii Patris vestri quod per oc- casionem ibi afferit : Quomodo (inquit) poteris quis fieri filius Dei ? Si mansuetudinem erga conuictato- res offenditis : Nihil enim ita conformem Deo facit ac ista virtus : Ideo Paulus cum dicit (1. ad Corin- th. 11.) *Imitatores Dei esto* , ad hoc dicit ut isti studeatis virtuti &c. Sed & inter virtutes clemen- tiam Tullius ubi supra reponit : Et Seneca de cle- mentia libro 2. cap. 3. prope finem ; *Huius imperiti conseruari putant severitatem (inquit) sed nullis virtutis est virtus conseruari* .*

set. Et ideo non sunt opposita, quia non sunt circa idem.

Ad secundum dicendum, quod secundum Philosophum in IV. Ethic. (cap. v. in princ.) habitus qui medium tenet in ira, est innominatus: & ideo virtus nominatur a diminutione iræ, quæ significatur nomine mansuetudinis: eo quod virtus propinquior est diminutioni quam superabundantia, propter hoc quod naturalius est homini appetere vindictam injuriarum illatarum, quam ab hoc desicere, quia vix alicui nimis parvæ videntur injuriaz sibi illatae, ut dicit Sallustius (in conjur. Catil. ante med. orat. Cæsar.) Clementia autem est diminutiva pœnarum, non quidem in respectu ad id quod est secundum rationem rectam, sed in respectu ad id quod est secundum legem communem, quam respicit iustitiam legalis; sed propter aliquam particularia considerata clementia diminuit pœnas, quasi decernens hominem non esse magis puniendum. Unde dicit Seneca in II. de clementia (cap. ult. a med.) *Clementia hoc primum prestat ut quos dimittis, nihil aliud illos nisi dobuissse pronuntiet; venia vero debitis pene remissio est.* Ex quo patet quod clementia comparatur ad severitatem, sicut epicheia ad iustitiam legalem, cuius pars est severitas quantum ad inflictionem pœnarum secundum legem; differt tamen clementia ab epicheia, ut infra dicetur (art. seq. ad 1.).

Ad tertium dicendum, quod beatitudines sunt actus virtutum; fructus autem sunt delectationes de actibus virtutum: & ideo nihil prohibet mansuetudinem ponи & virtutem, & beatitudinem, & fructum.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito insinuatum esse a scripturis, & Seneca, quod clementia, & mansuetudo sunt virtutes. A Seneca quidem: ut extenditur cum discursu in arg. contr. A scripturis vero, ut Psal. 36. *Mansueti hereditabunt terram.*

ram. Quemadmodum & Matth. 5. *Beati miseres, quoniam ipsi possidebunt terram.* Item Proverb. 11. *Clementia preparat vitam, & seclatio malorum mortem.* Patet autem, quod solum virtuosis pro hereditate datur possessio terræ viventium, & virtutibus preparatur vita æterna, sicut e contra malis, idest peccatis mors. Per autoritates igitur præmissas scriptura, quasi scholastice loquens, dicit: Clementia, & mansuetudo sunt duæ virtutes. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 764

Urrum prædictæ virtutes sunt partes temperantie.

Sup. quest. cxlii. & infr. quest. clxi. art. 4. cor. & II. dist. xliv. quest. II. art. 1. ad 3. & III. dist. xxxiiii. quest. III. art. 2.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod prædictæ virtutes non sint partes temperantie. Clementia enim est diminutiva pœnarum, ut dictum est (art. præc.) Hoc autem Philosophus in V. Ethic. (cap. x.) attribuit epicheiaz, quæ pertinet ad iustitiam, ut supra habitum est (quest. cxx. art. 2.) Ergo videtur quod clementia non sit pars temperantie.

2. Præterea. Temperantia est circa concupiscentias (1). Mansuetudo autem, & clementia non respiciunt concupiscentias, sed magis iram, & vindictam. Non ergo debent ponи partes temperantie.

3. Præterea. Seneca dicit in II. de clementia (cap. iv. cir. med.) (2) *Cui voluptati sevitia est, possimus insaniam vocare.* Hoc autem opponitur clementia, & mansuetudini. Cum ergo insania opponatur prudentia, videtur quod clementia & mansuetudo sint partes prudentiaz magis quam temperantiez.

Sed contra est quod Seneca dicit in II. de clement. (cap. III. cir. princ.) quod *clementia est temperantia animi in potestate alii-*

(1) Ut eas moderetur, sicut supra dictum est qu. 141. art. 3..

(2) Sive paulo plenius & planius de illis loquens qui malis alienis ex prava quadam propositione delestat fine ulla occasione data obvios quoique ac ignoratos nomisli occidendi causa occidunt; hoc est non obliam causam quam quod occisione delectantur: *Hoc*

crudelitas quidem (inquit) sed quia nec ultionem sequitur (non enim laesa est) nec peccato alicui irascitur (nullum enim uncecessis crimen) possimus dicere non esse hanc crudelitatem, sed feritatem cui voluntati sevitia est (hoc est quam sevitia ipsa delestat) possimus insaniam vocare &c.

alascendi. Tullius etiam (Lib. II. de invent. aliquant. ante si.) ponit clementiam partem temperantiae.

Respondeo dicendum, quod partes assignantur virtutibus principalibus, secundum quod imitantur ipsas in aliquibus materiis secundariis quantum ad modum, ex quo principaliter dependet laus virtutis, unde & nomen accipit: sicut modus, & nomen iustitiae in quadam aequalitate consistit; fortitudinis autem in animi quadam firmitate; temperantiae autem in quadam refrenatione, in quantum scilicet referat concupiscentias vehementissimas delectationum tactus. Clementia autem, & mansuetudo similiter in quadam refrenatione consistunt, quia scilicet clementia est diminutiva poenarum, mansuetudo vero est mitigativa irae, ut ex dictis patet (art. 1. & 2. præc.)

Et ideo tam clementia, quam mansuetudo adjunguntur temperantiae sicut virtuti principali: & secundum hoc ponuntur partes temperantiae (1).

Ad primum ergo dicendum, quod in diminutione poenarum sunt consideranda duo. Quorum unum est quod diminutio poenarum fiat secundum intentionem legislatoris, licet non secundum verba legis; & secundum hoc pertinet ad epicheiam. Aliud autem est quædam moderatio affectus, ut homo non utatur sua potestate in inflictione poenarum; & hoc proprie pertinet ad clementiam. Propter quod Seneca dicit (Lib. II. de clement. cap. IIII. cir. princ.) quod clementia est temperantia animi in potestate ulciscendi. Et hæc quidem moderatio animi provenit ex quadam dulcedine affectus, qua quis abhorret omne illud quod potest alium contristare. Et ideo dicit Seneca (loc. cit.) quod clementia est quædam lenitas animi; nam e converso austeritas animi videtur esse in eo qui non veretur alios contristare.

Ad secundum dicendum, quod adjunctio virtutum secundiarum ad principales magis attenditur secundum modum virtutis, qui est quasi forma ejus, quam secundum materiam. Mansuetudo autem, & clementia convenientiunt

cum temperantia in modo, ut dictum est (in cor. art.) licet non convenienter in materia.

Ad tertium dicendum, quod insania dicitur per corruptionem sanitatis. Sicut autem sanitas corporalis corruptitur per hoc quod corpus recedit a debita complexione humanæ speciei; ita etiam insania secundum animam accipitur per hoc quod anima humana recedit a debita dispositione humanæ speciei. Quod quidem contingit & secundum rationem, puta cum aliquis usum rationis amittit: & quantum ad vim appetitivam, puta cum aliquis amittit actum humanum, secundum quem homo est naturaliter homini amicus, ut dicitur in VIII. Ethic. (cap. I.) Insania autem quæ excludit usum rationis, opponitur prudentiae. Sed quod aliquis delectetur in poenis hominum, dicitur esse insania, quia per hoc videtur homo privatus affectu humano, quem sequitur clementia.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quonodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a scripturis, Seneca, & Tullio: quod clementia, & mansuetudo sunt partes temperantiae. A Seneca quidem, & Tullio, ut in arg. con. Vide quest. 143. A Scripturis vero per hoc, quod seniores suadentes Regi Roboam, ut mitigaret, seu diminueret poenalia quædam, dixerunt 2. Paralip. 10. Si lenieris eos verbis clementibus, servient tibi omni tempore. Et Ezechias populo, si Domino servirent, promittens mitigationem poenalis captivitatis, dixit 2. Paral. 30. Clemens est Dominus vester: & non avertet faciem suam a vobis si reverti fueritis ad eum. Item de mitigatione passionis iræ dicit Apost. 2. Tim. 2. Servum Domini non oportet litigare; sed mansuetum esse ad omnes. Quia enim Scripturæ tam clementiam, quam mansuetudinem consistere monstrant in quædam refrenatione vel poena, vel ira: ideo scholasticis ex hoc inferendum commonstrant, quod secundum ipsas clementia, & mansuetudo

tudo

(1) Expressæ quidem clementia, ut ex Tullio patet loco iam superius indicato, sed implicitè mansuetudo quæ quoddammodo cum clementia coincidit, sicut dictum est: Unde convenit ei definitio clementiae ibidem a Tullio posita quod per illam animus retinetur, cum in odium aliquid concitatus est: Dictum est enim ad mansuetudinem pertinere ut cohireat i-

ram, quod est concitatum animum retinere. Ad hunc etiam sensum referri potest quod clementia paulo infra dicitur a Seneca vocari quædam lenitas animi, sive inclinatio animi ad lenitatem ut in Senecæ textu, quamvis addit in pœna exigenda, quod ad mansuetudinem per se non spectat, quia potest ad non subditos esse & quibus pœnam exigere non potest.

tudo sunt partes temperantiae. Secundo vi-
des: quomodo &c.

ARTICULUS IV. 765

*Utrum clementia, & mansuetudo sint
potissima virtutes.*

AD quartum sic proceditur. Videtur quod clementia, & mansuetudo sint potissimae virtutes. Laus enim virtutis consistit præcipue in hoc quod ordinat hominem ad beatitudinem, quæ in Dei cognitione consistit (1). Sed mansuetudo maxime ordinat hominem ad Dei cognitionem: dicitur enim Jacobi 1. 21. *In mansuetudine suscipe insitum verbum: & Eccli. v. 13. Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei: & Dionysius dicit in epist. ad Demophilum (quæ est VIII. in princ.) Moyen propter multam mansuetudinem Dei apparitione dignum habetum.* Ergo mansuetudo est potissima virtutum.

2. Præterea. Tanto virtus aliqua videtur esse potior, quanto magis acceptatur a Deo: & ab hominibus. Sed mansuetudo maxime videtur acceptari a Deo: dicitur enim Eccli. 1. 34. quod *beneplacitum est Deo fides, & mansuetudo: unde & specialiter ad suæ mansuetudinis imitationem Christus nos invitat, dicens (Matth. xi. 29.) Discite a me, quia misericordia sum, & buntur corde: & Hilarius dicit (can. iv. in Matth. parum a princ.) quod per mansuetudinem mentis nostræ habitat Christus in nobis.* Est etiam hominibus acceptissima: unde dicitur Eccli. 111. 19. *Fili, in mansuetudine perfice opera tua, & propter quod & Proverb. xx. 28. dicitur, quod clementia thronos regius robatur.* Ergo mansuetudo, & clementia sunt potissimæ virtutes (2).

3. Præterea. Augustinus dicit in Lib. I.

de serm. Dom. in monte (cap. 11. a princ.) quod *mites sunt qui cedunt improbitatis, & non resistunt malo, sed vincunt in bono malum.* Hoc autem videtur pertinere ad misericordiam, vel pietatem, quæ videtur esse potissima virtutum: quia super illud I. ad Timoth. iv. *Pietas ad omnia utilis est,* dicit Glossa Ambrosii, quod, summa religionis christianæ in pietate consistit. "Ergo mansuetudo, & clementia sunt maximæ virtutes.

Sed contra est, quia non ponuntur virtutes principales, sed adjunguntur alteri virtuti quasi principaliori. (3)

Respondeo dicendum, quod nihil prohibet aliquas virtutes non esse potissimas simpliciter, nec quoad omnia, sed secundum quid, & in aliquo genere. Non autem est possibile quod clementia, & mansuetudo sint potissimæ virtutes simpliciter: quia laus eorum attenditur in hoc quod retrahunt a malo, in quantum scilicet diminuunt iram, vel posnam. Perfectius autem est consequi bonum quam carere malo. Et ideo virtutes quæ simpliciter ordinant in bonum sicut fides, spes, caritas, & etiam prudentia, & justitia, sunt simpliciter majores virtutes quam clementia, & mansuetudo.

Sed secundum quid nihil prohibet clementiam, & mansuetudinem habere quamdam excellentiam inter virtutes quæ resistunt affectionibus pravis. Nam ira, quam mitigat mansuetudo, propter suum impetum maxime impedit animum hominis ne libere judicet veritatem (4), & propter hoc mansuetudo maxime facit hominem esse compotem sui. Unde dicitur Eccli. 1. 31. *Fili in mansuetudine serva animam tuam.* Quamvis concupiscentiae delectationum tactus sint turpiores, & magis continuo infestent: propter quod temperantia magis ponitur virtus principalis, ut ex dictis

(1) Sive consideretur naturalis beatitudo ad quam ordinat solum virtus moralis, ut de illa loquitur Philosophus in libris Ethicorum felicitatem semper cum virtute conjungens, quam & in altissima contemplatione constituit, quemad potuit naturali lumine cognoscere: Sive consideretur beatitudo supernaturalis ad quam ordinant christianæ virtutes, & quam in Dei visione passim reponit S. Thomas.

(2) Præter illud quod Basilus ait ubi supra Psal. 33. *Maxima omnium virtutum mansuetudo; eoque in beatitudinum numerum relata est:* Et Chrysostomus quod nulla virtus ita conformem Deo facit &c.

(3) Puta temperantiae, ut nominatum de clementia ex Tullio sed implicite de mansuetudine notatum est. Num & hoc ipsum forte intelligendum quod in-

ter illa quæ sequuntur temperantiam appellatur a Macrobius *moderatio?* cum paenarum moderatio sit clementia, mansuetudo moderatio ira, ut ex predictis patet.

(4) Quatenus nempe rationis usum impedit & excecat oculum cordis, vel confundit ac turbat mentem, ut ex professo I. 2. qu. 48. art. 3 discussum est, & paulo infra qu. 158 art. 1. ad 2. ex Caffiano & Gregorio notabiliter: Præter id quod eodem ut supra lib. 5. cap. 30. vel 31. dicit: *Per iram lux veritatis amittitur, quia cum mensi confusionis tembras iracundia incurrit, huic Deus radium sua cognitio abscondit:* Unde Beda Jacob. 1. *Sapientia mortalis non nisi tranquilla mente perficitur.*

Eis patet (quæst. cxii.. art. 7. ad 2.) Clementia vero in hoc quod diminuit pœnas , maxime videtur accedere ad caritatem , quæ est potissima virtutum , per quam bona operamur ad proximos , & eorum mala impedimus .

Ad primum ergo dicendum , quod mansuetudo preparat hominem ad Dei cognitionem removendo impedimentum ; & hoc dupliciter : primo quidem , faciendo hominem compotem sibi per diminutionem iræ , ut dictum est (in corp. art.) alio modo quia ad mansuetudinem pertinet quod homo non contradicat verbis veritatis ; quod plerumque aliqui faciunt ex commotione iræ . Et ideo Augustinus dicit in II. de doctr. christ. (cap. vii. a princ.) *Mitescere est non contradicere divine Scripturae , sive intellectu , si aliqua via nostra percudit , sive non intellectu , quasi nos melius sapere , veriusque percipere possemus .*

Ad secundum dicendum , quod mansuetudo , & clementia reddunt hominem Deo , & hominibus acceptum , (1) secundum quod concurrunt in eundem effectum cum caritate , quæ est maxima virtutum , scilicet in subtrahendo mala proximorum .

Ad tertium dicendum , quod misericordia , & pietas conveniant quidem cum mansuetudine , & clementia , inquantum concurrunt in eundem effectum , qui est prohibere mala proximorum ; differunt tamen quantum ad motivum : pietas enim removet mala proximorum ex reverentia , quam habet ad aliquem superiorem , pura Deum , vel parentem ; misericordia vero removet mala proximorum ex hoc quod in eis aliquis contristatur , inquantum estimat ea ad se pertinere , ut supra dictum est (quæst. xxx. art. 2.) quod provenit ex amicitia , quæ facit amicos de eisdem gaudere , & tristari ; mansuetudo autem hoc facit , inquantum removet iram in citatem ad vindictam ; clementia vero hoc facit ex animi lenitate , inquantum judicat esse æquum ut aliquis non amplius puniatur .

APPENDIX.

Ex art. habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & recte intelligas , merito insinuatum a scripturis , Seneca , & Tullio , quod clementia , & mansuetudo non sunt potissima virtutes : A Seneca quidem ; & Tullio , ut in art. 3. append. jungendo ei discursum factum hie in arg. contr. A scripturis etiam , ut ibidem , adjungendo hoc . Item a scripturis per locum a simili citando subindicatis ; quæst. 736. art. 5. appen. & q. 628. art. 12. append. Vide ibi , & pro quanto decet , tibi illis ad præsentem materiam deservias . Quod etiam ubique in similibus citationibus , & subintelligendum , & observandum est . Secundo vides : quomodo &c.

QUESTIO CLVIII.

De iracundia ,

In octo articulos divisa .

Prostea considerandum est de vitiis oppositis : & primo de iracundia , quæ opponitur mansuetudini ; secundo de crudelitate , quæ opponitur clementiæ .

Circa iracundiam queruntur octo .

Primo , utrum irasci possit esse aliquando licitum .

Secundo , utrum ira sit peccatum .

Tertio , utrum sit peccatum mortale .

Quarto , utrum sit gravissimum peccatum .

Quinto de speciebus iræ .

Sexto , utrum ira sit vitium capitale .

Septimo , quæ sint filiae ejus .

Octavo , utrum habeat vitium oppositum .

Summ. S. Tb. Tom. IX.

I

AR-

(1) Sic enim Basilius in constitutionibus monasticis cap. 14. Mansuetudo patientia maior est qua conjuncta benignitati prestantissimam omnium virtutum caritatem efficit &c. Num & ad eum sensum referri potest quod clementia quedam virtutum parent ab Ambroso de obitu Satyri fratris appellatur , sicut e contrario iracundia visitorum omnium educatrix ? Nec alienum illud quod libro I. de clementia cap. 3. Seneca dicit : Nullam ex omnibus virtutibus magis bo-

mini convenire , cum sit nulla humanior , confiteri ne-
cessum est inter nos qui hominem sociale animal commu-
ni bono genitum videri volumus &c. Et epist. 85.
Magno scilicet laus est , si homo est homini mansue-
tus : Omne quod vides , quo divina atque humana
conclusa sunt , unum est : Membra sumus corporis ma-
gni : Natura nos cognatos edidit , cum ex iisdem &
in eadem gigneret : Hac nobis amorem indidit mu-
stum &c.

A R T I C U L U S I . 766

Utrum irasci sit licitum.

III. dist. XI. quest. IV. art. 2. quest. 2. co-
 & mal. quest. XII. art. 1. & Epb. IV.
 lect. 8. & Job XVI. princ.

AD primum sic proceditur. Videtur quod irasci non sit licitum. Hieronymus enim exponens illud Matth. v. *Qui irasci-
 tur fratri suo,* &c. dicit: „In quibusdam
 codicibus additur, *Sine Causa.* Ceterum
 in veris definita sententia est, & ira pe-
 nitius tollitur. “ Ergo irasci nullo modo
 licitum est.

2. Præterea. Secundum Dionysium. IV.
 cap. de div. Nom. (par. IV. lect. 22.)
 malum anima est sine ratione esse. Sed ira
 semper est sine ratione: dicit enim Philosophus in VII. Ethic. (cap. vii. in princ.)
 quod *ira non perficie audit rationem:* & Gregorius dicit in V. Moral. (cap. xxx. parum:
 a princ.) (1) quod cum tranquillitatem mentis ira diverberat, dilaniatam quodammodo,
 scissimique perturbas: & Cassianus dicit in
 Lib. VIII. de institut. Coenob. (cap. vi.
 in princ.) *Qualibet ex causa iracundie mo-
 ralis effervescere exercetas oculum cordis.* Ergo
 irasci semper est malum.

3. Præterea. *Ira est appetitus vindictæ,* ut
 Glossa (ord. Augustini. Lib. de Qq. in Le-
 vit. quest. lxx. a med.) dicit super Levit.
 xix. *Non oderis fratrem tuum in corde tuo*
 (2). Sed appetere ultionem non videtur esse
 licitum; sed hoc est Deo reservandum, secun-
 dum illud Deuter. xxxi. 35. *Mea est
 ultio.* Ergo videtur quod irasci semper sit
 malum.

4. Præterea. Omne illud quod abducit
 nos a divina similitudine, est malum. Sed
 irasci semper abducit nos a divina similitu-
 dine: quia Deus cum tranquillitate judicat,

ut habetur Sap. XII. 18. Ergo irasci semper
 est malum.

Sed contra est quod Chrysostomus (alius
 Author) dicit super Matth. (hom. XI. in
 op. imperf. aliquant. a princ.) *Qui sine
 causa irascitur, reus erit; qui vero cum cau-
 sa, non erit reus: nam si ira non fuerit, nec
 doctrina proficit, nec iudicia stant, nec crimi-
 na compescuntur.* Ergo irasci non semper est
 malum.

Respondeo dicendum, quod ira, propriæ
 loquendo, est passio quædam appetitus sensi-
 tivi, a qua vis irascibilis denominatur, ut
 supra habitum est (r. 2. quest. xlvi. art.
 1.) cum de passionibus ageretur (3). Est
 autem hoc considerandum circa passiones
 animæ, quod dupliciter potest in eis malum
 inveniri. Uno modo ex ipsa specie passio-
 nis, quæ quidem consideratur secundum ob-
 jectum passionis; sicut invidia secundum
 suam speciem importat quoddam malum,
 est enim tristitia de bono aliorum, quod
 secundum se ratione repugnat & ideo invidia
 mox nominata sonat aliquid mali, ut
 Philosophus dicit in II. Eth. (cap. vi. a
 med.) (4). Hoc autem non competit ira,
 quæ est appetitus vindictæ: potest enim
 vindicta & bene, & male appeti. Alio modo
 invenitur malum in aliqua passione se-
 cundum quantitatem ipsius, id est superabun-
 dantiam, vel defectum ipsius: & sic potest
 malum in ira inveniri, quando scilicet ali-
 quis irascitur plus, vel minus præter ra-
 tionem rectam. Si autem aliquis irascitur
 secundum rationem rectam, tunc irasci est
 laudabile.

Ad primum ergo dicendum, quod Stoici
 iram, & omnes alias passiones nominabant
 affectus quosdam præter ordinem rationis
 existentes & secundum hoc ponebant iram,
& omnes alias passiones esse malas, ut supra
 dictum est (1. 2. quest. xxiv. art. 2.)
 cum de passionibus ageretur. Et sic accipit
 iram Hieronymus; loquitur enim de ira
 qua-

(1) *Ubi proinde addit post initium 20. capituli in modernis & prope finem in antiquis quod per tumultum illum ira similitudinem conditoris qui cum tran-
 quillitate judicas, mens amittit.*

(2) Sic Augustinus quoque in Leviticum qu. 70. (unde Glossa desumpli) propterea subjungi notat,
 *Non queras ultionem nec memor eris iniuria civium
 tuorum: vel non vindicabis manus tua, nec ira-
 cis filii populi tui,* sicut ipse ibidem juxta 70. le-
 git, quia recte ira definita est quod sit ulciscendi li-
 bido &c. ut & lib. 14. de civit. Dei cap. 15. & lib.

50. homil. hom. 42. 43. &c.

(3) Nempe 1. 2. qu. 23. art. 1. quantum ad pa-
 ssiones irascibilis in communi; & qu. 45. art. 1. quan-
 tum ad iram speciatim quod sit passio appetitus sen-
 sitivi.

(4) Ex cap. 7. in antiquis & apud S. Thomam
 lect. 7. vel ex cap. 6. greco-latino colligitur; ubi
 non omnes actiones vel omnes passiones in mediocri-
 tate confondere posse dicuntur. quia nonnulli sunt ef-
 fectus qui ex ipso nomine sui cum præmitte inveni-
 tur, ut *malvolentia, impudentia, inuidia.*

qua quis irascitur contra proximum , quasi malum ejus intendens (1) . Sed secundum Peripateticos , quorum sententiam magis approbat Augustinus in IX. de civ. Dei (cap. ix.) ira , & aliae passiones animae dicuntur motus appetitus sensitivi , sive sunt moderatae secundum rationem , sive non : & secundum hoc ira non semper est mala.

Ad secundum dicendum , quod ira dupliciter se potest habere ad rationem . Uno quidem modo antecedenter ; & sic retrahit rationem a sua rectitudine , unde habet rationem mali . Alio modo consequenter , prout scilicet appetitus sensitivus movetur contra vitia secundum ordinem rationis : & haec ira est bona , quae dicitur ira per zelum . Unde Gregorius dicit in V. Moral. (cap. xxx. ad fi.) Curandum summopere est ne ira , quae ut instrumentum virtutis assumitur , menti dominetur , ne quasi domina praecat , sed velut ancilla ad obsequium parata a rationis tergo numquam recedat . Haec autem ira , eti in ipsa executione actus judicium rationis aliqualiter impedit , non tamen restitutidinem rationis tollit . Unde Gregorius ibidem dicit , quod ira per zelum turbat rationis oculum , sed ira per vitium excusat . Non est autem contra rationem virtutis ut intermitteatur deliberatio rationis in executione ejus quod est a ratione deliberatum : quia etiam ars impediretur in suo actu , si dum debet agere , deliberaret de agendis .

Ad tertium dicendum , quod appetere vindictam propter malum ejus qui puniendus est , illicitum est ; sed appetere vindictam propter vitiorum correctionem , & bonum justitiae conservandum , laudabile est : & in hoc potest tendere appetitus sensitivus , in quantum movetur a ratione : & dum vindicta secundum ordinem iudicii fit , a Deo fit , cuius minister est potestas puniens , ut dicitur Rom. xiii. .

Ad quartum dicendum , quod Deo assimilari possumus , & debemus in appetitu boni , sed in modo appetendi ei omnino assimilari non possumus , quia in Deo non est appeti-

tus sensitivus , sicut in nobis , cuius motus debet rationi deservire . Unde Gregorius dicit in V. Moral. (loc. sup. cit.) quod tunc robustius ira contra vitia erigitur , cum subdita rationi famulatur .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem & ostendas & in recto sensu intellegas , merito insinuatum a scripturis , & Chrysostomo , quod irasci aliquando est licitum . A D. Chrysost. quidem : ut extenditur in arg. cont. A scripturis vero , ut Psal. 4. *Irascimini* , & nolite peccare : Hoc est irascimini illa ira , quae non est peccatum . Ubi per hoc , quod precipit de illa , dicendo ly irascimini , monstrat unum & aliud , quod scilicet illa ira non tantum non est peccatum , sed etiam est bonum . Item a Num. 25. quod , cum vidisset Phinees , &c. arrepro pugione perfudit ambos . Ubi , quod illa ira fuerit bona , monstrat & effectus divinus a textu mox relatus per ly Cessavitque plaga a filiis Israel : & testimonium divinum narratum per ly Phinees zelo meo commorans est contra eos , & praemium divinum per ly ecce do ei pacem fæderis mei . Item a 1. Machab. 2. Accessit quidam Judeus sacrificare idolis , & vidit Mathathias , & doluit , & & contremuerunt renes ejus , & accensus est furor ejus secundum iudicium legis , & insensibilis trucidavit eum super aram . Item Exodi 11. 16. 32. Levit. 10. Num. 16. de irato Moyle , & 1. Reg. 20. de irato Jonatha , & 2. Reg. 12. de irato David contra furem ovis , & 4. Reg. 13. de ira Elizæ , & Neem. 5. de ira ejusdem propter usurias , & Hester 7. de ira Assueri contra Aman . Sed & Marc. 3. Matth. 21. 17. Joan. 2. 11. de Domino nostro contra vitia irato , vitiosumque flagellante ex ira per zelum . Secundo vides : quomodo &c.

(1) Unde subiungit , quasi reddens illius dicti rationem : Si enim verborum jubemus alteram prebere maxillam & inimicos nostros amare & orare pro persecutis , omnis ire occasio tollitur : Radendum est ergo , sine causa , quia ira virtutis Dei non operatur (ut dicitur Jacob. 1.) Vult ergo iram tolli quae repercutit percutientes , quae inimicis malum optat , quae pro persecutibus non precatur , sed illis imprecatur ; & nullam esse causam indicat ob

quam eo animo & eo fine illis irasci permittantur , quasi directe malum eorum intendententes . Et propterea illud sine causa radendum putat quia definita est sententia quod absolute non sit irascendum . Nam alioqui quis in iram adversus veritatis infestatores imo & suos effusio , quia sic veritatis intererat , aut quis emotiori bile adversus illos excandescens quam Hieronymus ipse ?

ARTICULUS II. 767

Utrum ira sit peccatum.

I. dist. XXXVI. art. 1. ad 2. & III. dist. XV.
quest. 11. art. 2. quest. 2. co. & mal.
quest. XI. art. 2. & Ephes. IV. lec. 1.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod ira non sit peccatum. Peccando enim demeremur. Sed passionibus non demeremur, sicut nec vituperamur, ut dicitur in II. Ethicor. (cap. v. cir. med.) Ergo nulla passio est peccatum. Ira autem est passio, ut supra habitum est (1. 2. quest. XLVI. art. 1.) cum de passionibus ageretur. Ergo ira non est peccatum.

2. Præterea. In omni peccato est conversio ad aliquod bonum commutabile (1). Sed per iram non convertitur aliquis ad aliquod bonum commutabile, sed in malum aliquius. Ergo ira non est peccatum.

3. Præterea. Nullus peccat in eo quod vitare non potest, ut Augustinus dicit (Lib. III. de lib. arb. cap. xix. a princ.) Sed iram homo vitare non potest: quia super illud Psal. IV. *Irascamini, & nolite peccare*, dicit Glossa (ord. Cassiod.) quod „motus iræ non est in potestate nostra.“ Philosophus etiam in VII. Ethicor. (cap. vi. cir. med.) dicit, quod *iratus cum tristitia operatur*: tristitia autem est contraria voluntati. Ergo ira non est peccatum.

4. Præterea. Peccatum est contra naturam, ut Damascenus dicit in II. Lib. (orth. Fid. cap. iv. & xxx.) Sed irasci non est contra naturam hominis, cum sit actus naturalis potentia, quæ est irascibilis: unde & Hieronymus dicit in quadam epistola (2) quod

irasci est hominis. Ergo irasci non est peccatum.

Sed contra est quod Apostolus dicit ad Ephes. IV. 31. *Omnis indignatio, & ira tollatur a vobis.*

Respondeo dicendum, quod ira, sicut dictum est (art. prec. & 1. 2. quest. XLVI. art. 1.) proprie nominat quamdam passionem. Passio autem appetitus sensitivi intantum est bona, in quantum ratione regulatur, si autem ordinem rationis excludat, est mala. Ordo autem rationis in ira potest attendi quantum ad duo. Primo quidem quantum ad appetibile in quod tendit, quod est vindicta. Unde si aliquis appetat quod secundum ordinem rationis fiat vindicta, est laudabilis iræ appetitus; & vocatur ira per zelum (3).

Si autem aliquis appetat quod fiat vindicta qualitercumque contra ordinem rationis (puta si appetat puniri eum qui non meruit, vel ultra quam meruit, vel etiam non secundum legitimum ordinem, vel non propter debitum finem, qui est conservatio iustitiae, & correccio culpe, .) erit appetitus iræ vitiosus; & nominatur ira per vitium.

Alio modo attenditur ordo rationis circa iram quantum ad modum irascendi, ut scilicet motus iræ non immoderate fervescat nec interius, nec exterius: quod quidem si prætermittatur, non erit absque peccato, etiam si aliquis appetat justam vindictam.

Ad primum ergo dicendum, quod quia passio potest esse regulata ratione, vel non regulata; ideo secundum passionem absolute consideratam non importatur ratio meriti, vel demeriti, seu laudis, vel vituperii; secundum tamen quod est regulata ratione, potest habere rationem meritorii, & laudabilis; & e contrario secundum quod non est regulata ratione, potest habere rationem deme-

(1) Ut colligitur ex Augustino lib. 1. de libero arbitrio cap. 16. ubi ait quod *omnia peccata hoc uno genere continentur, cum quisque avertitur a divinis verisque manentibus & ad mutabilitia atque incertitudo conversitur*: Et ex lib. 2. cap. 19. ubi ait: *Motus avertio ab incommutabili bono & conversio ad mutabilitia bona &c.*

(2) Epistola scilicet 9. de servanda viduitate ad Salvinam, non ut inepte prius ad Sabinam: Per antithesim autem addit: *Iram non perficiere, Christiani: Ut post medium videre est.*

(3) Sic eam vocat Gregorius in Moralibus lib. 5. c. 30. vel in antiquis 33. ubi ait: *Solorete sciendus est quod alia est ira quam impatiens excitas, alia quam zelus iustitiae formas: Illa ex zelio, hec ex ira generatur: Si enim nulla ira ex virtute surge-*

*ret, divina animadversionis imperium prohibet per gladium non placasset: De hac ira per Psalmistam dicitur (Psal. 11.) *Irascamini & nolite peccare: Quod nimis non recte intelligunt qui nos irasci nobis tantummodo non etiam proximus delinquentibus volunt: Si enim sic proximos ut nos amare principiar: restat ut sic eorum erroribus sicut nostris visitis irascamur: De hac per Salomonem dicitur (Ecclesiast. 7.) Melior ira tuis, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis: De hac iterum Psalmista (Psal. 6.) Turbat est praes ira oculus meus: Ira quippe per vitium oculum mentis exercitat, ira per zelum turbat &c. Quod autem subjungitur vituperiori cum aus laudari qui aliquatenus irascitur, sensus est qui hoc vel illo modo, non simpliciter omnis qui irascitur.**

meriti, vel vituperabilis. Unde & Philosophus ibidem dicit, quod laudatur, vel viuperatur qui aliquiliter irascitur.

Ad secundum dicendum, quod iratus non appetit malum alterius propter se, sed propter vindictam, in quam convertitur appetitus ejus sicut in quoddam commutabile bonum.

Ad tertium dicendum, quod homo est dominus suorum actuum per arbitrium rationis: & ideo mores qui præveniunt judicium rationis, non sunt in potestate hominis in generali, ut scilicet nullus eorum insurgat; quamvis ratio possit quemlibet singulariter impedire, si insurgat. Et secundum hoc dicitur, quod motus iræ non est in potestate hominis, ita scilicet quod nullus insurgat. Quia tamen aliquiliter est in hominis potestate, non totaliter perdit rationem peccati, si sit inordinatus. Quod autem Philosophus dicit, iratum cum tristitia operari, pon est sic intelligendum, quasi tristetur de eo quod irascitur, sed quia tristatur de injuria, quam aestimatur ibi illatam; & ex hac tristitia moveretur ad appetendum vindictam.

Ad quartum dicendum, quod irascibilis in homine naturaliter subjicitur rationi: & ideo actus ejus instantum est homini naturalis, in quantum est secundum rationem, in quantum vero est præter ordinem rationis, est contra hominis naturam.

APPENDIX.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito a Scripturis fuisse insinuatum, quod ira est peccatum. Ut Ephes. 4. ut in argum. contr. Item 4. Reg. 5. de ira Naaman post consilium Elisei de lotione in Jordane. Et Paralip. 26. de Ozia rege irato contra Sacerdotes correctores. Et Tob. 2. de uxoris ira contra Tobiam. Et Job 32. de Eliu irato contra Job. Et Matth. 2. de Herode irato valde. Et Luc. 4. de Nazaret civibus iratis

contra Salvatorem nostrum. Quia vero in praesenti articulo etiam de ira bona in speciali fit mentio: ideo pro hoc vide abundantanter dicta in art. 1. append. Secundo vides; quomodo &c.

ARTICULUS XI. 768

Utrum omnis ira sit peccatum mortale.

1. 2. quest. lxxxviii. art. 5. ad 1. & mal. quest. vii. art. 3. ad 1. & quest. xii. art. 3. & Gal. v. ieb. 5.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod omnis ira sit peccatum mortale. Dicitur enim Job v. 2. (*) *Vixum stultum interficit iracundia:* & loquitur de interfectione spirituali, a qua denominatur peccatum mortale (1). Ergo omnis ira est peccatum mortale.

2. Præterea. Nihil meretur damnationem æternam nisi peccatum mortale. Sed ira meretur damnationem æternam: dicit enim Dominus Matth. v. *Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio:* ubi dicit Glossa (ord.) (2) quod per illa tria quæ ibi tanguntur, scilicet *iudicium, concilium, & gehenna,* diversæ mansiones in æterna damnatione pro modo peccati signanter exprimuntur. Ergo ira est peccatum mortale.

3. Præterea. Quidquid contrariatur caritati, est peccatum mortale. Sed ira de se contrariatur caritati, ut patet per Hieronymum (3) super illud Matth. v. *Qui irascitur fratri suo* &c. ubi dicit, quod hoc est contra proximi dilectionem. Ergo ira est peccatum mortale.

Sed contra est quod super illud Psal. 1v. *Irascamini, & nolite peccare,* dicit Glossa (ord. Cassiod.) (4) „ Venialis est ira quæ non perducitur ad effectum. ”

Respondeo dicendum, quod motus iræ potest esse inordinatus, & peccatum dupliciter, sicut dictum est (art. præc.).

Uno

(*) *Valgata:* vere stultus.

(1) *Quod & inde mortale appellatur, quia spiritualem vitam auferit.*

(2) *Nullo nomine prænotata;* sed eam quoque commentarius habet qui Anselmi nomine insignitus, tametsi non videtur Anselmi esse.

(3) *Æquivalenter tantum & implicite, cum omnem iræ occasionem tolli ait quando iubemus inimicos amare.*

(4) Cassiodori nomen præferens qui & rẽ ipsa eam habet verbis pauculum immutatis. Postquam enim præmisit hoc ad Judeos bene trahi, ut se eos irasci contigerit, saltem se ab illicisis ausibus abstinerent; subiungit: *Quod tamen generaliter compenseret accipitius: Venialis est enim ira quæ ad effectum indigneatur sua non pervenit: Sicut scriptum est (Prov. 16.) Melior est qui vincit iram quam qui capit clementatem: Et ideo preceptum scriptoris addibetur,* &c.

Unus modo ex parte appetibilis, utpote cum aliquis appetit injustam vindictam: & sic ex genere suo ira est peccatum mortale, quia contrariatur caritati, & iustitiae.

Potest tamen contingere quod talis appetitus sit peccatum veniale propter imperfectiōnē actus. Quæ quidem imperfectio attenditur vel ex parte appetentis, puta cum motus iræ prævenit judicium rationis; vel etiam ex parte appetibilis, puta cum aliquis appetit in aliquo modo se vindicare, quod quasi nihil est reputandum, ita quod etiam si actu inferatur, non est peccatum mortale; puta si aliquis parum trahit aliquem puerum per capillos, vel aliquid hujusmodi.

Alio modo potest esse motus iræ inordinatus quantum ad modum irascendi, utpote si nimis ardenter irascatur interius, vel si nimis exterius manifestet signa iræ: & sic ira secundum se non habet ex suo genere rationem peccati mortalis; potest tamen contingere quod sit peccatum mortale: puta si ex vehementia iræ aliquis excidat a dilectione Dei, & proximi.

Ad primum ergo dicendum, quod ex illa auctoritate non habetur quod omnis ira sit peccatum mortale, sed quod stulti per iracundiam spiritualiter occiduntur, inquantum scilicet non refrenando per rationem motum iræ, dilabuntur in aliqua peccata mortalia, puta in blasphemiam Dei, vel injuriam proximi.

Ad secundum dicendum, quod Dominus dixit verbum illud de ira, quasi superaddens ad illud verbum legis, *Qui occideris, reus eris iudicio.* Unde loquitur ibi Dominus de motu iræ in quo quis appetit proximi occisionem, aut quamcumque gravem lassionem: cui appetit si consensus rationis superveniat, absque dubio erit peccatum mortale.

Ad tertium dicendum, quod in illo casu in quo ira contrariatur caritati, est pecca-

tum mortale; sed hoc non semper accidit, ut ex dictis patet (in corp.)

A P P E N D I X.

Ex art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, merito insinuatum fuisse a scripturis: quod ira quandoque est mortalis, quandoque venialis: ut 1. Machab. 3. Audiens Antiochus prelia Jude, & vitoriam, quam obtinaverat iratus est animo, & congregavit exercitum. Item 2. Machab. 7. Post septimi fratribus verba Rex Antiochus accusans ira in illum super omnes dicit. Quod autem venialis, Gen. 31. Tumensque Jacob cum iugia, ait: Quam obculpam meam? &c. In hominibus enim perfectis, qualis erat Jacob, non sunt ponenda peccata mortalia, q. 110. art. 3. ad 3. & arg. 5. cum respon. & alibi sæpe. Item Pial. 4. cum glo. ut in arg. contr. Ubi nota quod ille effectus, de quo glo. dicit, est vel effectus alias venialis (puta, quando est parum quid, pro vindicta: ut in probat. conclus. prime) vel effectus mortalis, sed sine consensu rationis a sensitivo appetitu defideratus, ut tangit ibid. & in ad 2. & art. 2. ad 3. Vide circa hujusmodi materiam de ira art. 2. append. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S . IV. 769

Utrum ira sit gravissimum peccatum.

1. 2. quest. xlvi. art. 6. & mal. quest. XII. art. 4.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod ira sit gravissimum peccatum. Dicit enim Chrysostomus (hom. xlvi. in Joan. ad fin.) (1) quod nihil est turpius visu su-

er si jam irascimur, non inconsulta temeritate peccamus: Motu sequidem animi servidum, propter humanam fragilitatem, habere in potestate non possumus; suffragante tamen De gracia ratione disciplinabilis continemur. Et ideo beatus Prophetæ quod oft quidem consuetudinis permisit; quod vero culpa, prohibuit: Nam's irascimur nec Domini consideratione refrenemur, sed a voto nostro impediamur aliquo necessitatis objectu (vel obstaculo) tunc utique constat nos facti crimen portare, etiam si non possimus quæ tolleamus effire.

(1) Ubi habetur eo modo quo repominus versus finem; non ut prius hic & in ipso etiam Summæ Manuscripto corrupte prouersus & absurdus, nihil defor-

mias severo visu: An enim severitas que iustitia pars est & maxime Judicem decet, velletur tam deformiter; Sic porro habet græca phrasis, ne quis nugetur vel haereat: οὐδὲν αἰσχύλος ὅψες θυμόπαιος, οὐδὲν δυρδίσαπος οὐδὲ ὄψεις, πολὺς μάλλον ψυχή. Idest: Nihil irati vel furensis aspectu deformius, nihil turpius aut fadius: Si autem visu (supple nihil turpis aut fadius est) multo magis anima (supple nihil et am deformius). Appendix quoque sequens quod nihil inter iram & insaniam sit medium, sumpta est ex eadem etiam homilia 47. in Joannem, ut auspicio tandem prius indicabatur in margine, unde mirum cur non etiam anterior.

rendis, & nibil deformius severo visu, & multo magis anima. Ergo ira est gravissimum peccatum.

2. Præterea. Quanto aliquod peccatum est magis nocivum, tanto videtur esse peius: quia, sicut Augustinus dicit in Enchirid. (cap. xii.) malum dicitur aliquid, quia nocet. Ira autem maxime nocet, quia auferit homini rationem, per quam est dominus sui ipsius: dicit enim Chrysostomus (loc. cit.) quod inter iram, & insaniam nibil differt, sed temporarius quidam densus est, immo quam qui diabolio vexatur, gravior. Ergo ira est gravissimum peccatum.

3. Præterea. Interiores moros dijudicantur secundum exteriores effectus. Sed effectus iræ est homicidium, quod est gravissimum. Ergo ira est gravissimum peccatum.

Sed contra est quod ira comparatur ad odium, sicut festuca ad trahem: dicitur enim Augustinus in Regula. (epist. ccxi. al. cix. aliquant. ante fi.) Ne ira crescat in odium & trahem facias de festuca. Non ergo ira est gravissimum peccatum.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. i. & 2. ha. quæst.) inordinationem iræ secundum duo attenditur, scilicet secundum indebitum appetibile, & secundum indebitum modum irascendi. Quantum igitur ad appetibile, quod iratus appetit, videtur esse ira minimum peccatorum: appetit enim ira malum pœna alicujus sub ratione boni quod est vindicta: & ideo ex parte mali quod appetit, convenit peccatum iræ cum illis peccatis quæ appetunt malum proximi putata cum invidia, & odio: sed odium appetit absolute malum alterius, inquantum hujusmodi; invidus autem appetit malum alterius propter appetitum propriæ gloriæ; sed irarus appetit malum alterius sub ratione justæ vindictæ. Ex quo patet quod odium est gravius quam invidia, & invidia quam ira: quia peius est appetere malum sub ratione mali, quam sub ratione boni; & peius est appetere malum sub ratione boni exterioris, quod est honor, vel gloria, quam sub ratione rectitudinis justitiae.

Sed ex parte boni, sub cuius ratione iratus appetit malum, convenit ira cum peccato concupiscentie, quod tendit in aliquod bonum. Et quantum ad hoc etiam abso-lute loquendo peccatum iræ videtur esse minus quam concupiscentie, quanto me-lius est bonum justitiae, quod appetit ira-
tus, quam bonum delectabile, vel utile quod appetit concupiscentis. Unde Philosophus dicit in VII. Ethic. (cap. vi.) quod incon-sciens concupiscentia est surior quam incon-scientes iræ.

Sed quantum (*) ad inordinationem, quæ est secundum modum irascendi, ira habet quandam excellentiam (1) propter vehemen-tiam, & velocitatem sui motus, secundum illud Proverb. xxvii. 4. Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati spiritus (2) ferre quis poterit? Unde Gregorius dicit in V. Moral. (cap. xxx. ante med.) Ira suo stimulis accen-sum cor palpitar, corpus tremit, lingua se præpedit, fa-cies ignescit, exasperantur oculi, & nequaquam recognoscuntur nisi: lingua quidem clamorem format, sed sensus quid loquatur ignorat.

Ad primum ergo dicendum, quod Chrysostomus loquitur de turpitudine quantum ad gestus exteriores, qui proveniunt ex impetu iræ.

Ad secundum dicendum, quod ratio illa procedit secundum inordinatum (**) motum iræ, qui provenit ex ejus impetu, ut dictum est (in corp. art.)

Ad tertium dicendum, quod homicidium non minus provenit ex odio, vel invidia quam ex ira; ira tamen levior est, inquan-tum attendit rationem justitiae, ut dictum est (in corp.)

A P P E N D I X.

Ex art. habes primo: quomodo per ratio-nem ostendas, merito esse insinuatum a scripturis, & August. quod ira non est ma-ximum peccatorum. A. D. Augustino quidem, ut extenditur in argu. contr. A scriptu-ris vero per hoc, quod Judæi crucifigendum

Do-

(*) Ira cum mss. plurimis edit. passim. Al. ad ordinationem.

(1) Abusi & loquendi modo quo etiam in malam partem excusatia sumi potest velut excusatia &c.

(2) Jam notatum est i. 2. qu. 46. art. 6. ad i. ubi eadem verba referuntur, haberi tantum in Bibliis modernis emendatis, impetum concitati ferre quis posse? Sed subaudiri spiritum posse inveniat similis-

phrasis Proverb. 18. vers. 14. Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam: Spiritum vero ad irascendum faciem quis poterit sustinere? Appendix quoque Gre-gorii expresse sub iisdein etiam verbis relata est i. 2. quæst. 28. art. 2.

(**) Ira cum codd. Aleian. & Rom. edit. plurimi, Nicolaus cum codd. Camer. & Parisi. modum.

Dominum dicuntur tradidisse per invidiam, Matb. 27. & per odium Ps. 34. oderant me gratis, & 108. ly sermonibus odio circumdecentur me. Invidiam enim; & odium, tamquam graviora quedam proportionaliter ad scelus gravissimum tunc a Iudeis commissum adduxerunt scripturæ magis, quam iram. Ex quo scripturarum facto intelligitur; quod quandoque, si contingat, de ira Iudorum fieret in scripturis mentio ad propositum crucifixionis Christi, debet semper accipi autonomastice per durationem, idest, de ira inveterata; quæ procul dubio aut odium, aut verius hic loquendo, utrumque est. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS V. 770

Utrum Philosophus convenienter determinet species iracundie, dicens, quod iracundo. rum quidam sunt acuti, quidam amari, & quidam difficiles.

1. 2. quest. xlvi. art. 2. & IV. Eth. lect. 13.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter determinantur species iracundie a Philosopho in IV. Ethicor. (1) ubi dicit, quod iracundorum quidam sunt acuti, quidam amari, quidam difficiles, sive graves. Quia secundum ipsum amari dicuntur quorum ira difficile solvit, & multo tempore manet. Sed hoc videtur pertinere ad circumstantiam temporis. Ergo videtur quod etiam secundum alias circumstantias possunt accipi aliae species iræ.

2. Præterea. Difficiles, sive graves. (2) dicit (ibid.) esse quorum ira non commutatur sine cruciatu, vel panitione. Sed hoc etiam pertinet ad insolubilitatem iræ. Ergo videtur quod idem sint difficiles, & amari.

3. Præterea. Dominus Matth. v. ponit tres gradus iræ, cum dicit, qui irascitur fratri suo, & qui dixerit fratri suo, Racha, & qui dixerit fratri suo, Fatus: qui quidem gradus ad prædictas species non referuntur. Ergo videtur quod prædicta divisio iræ non sit conveniens.

Sed contra est quod Gregorius Nyssenus. (3) dicit, quod tres sunt iracibilitatis species; scilicet ira quæ vocatur fellea, & mania quæ vocatur infania, & furor. Quæ tria videantur esse eadem tribus præmissis. Nam iram felleam dicit esse quæ principium, & motum habet, quod Philosophus (loc. sup. cit.) attribuit acutis; maniam vero dicit esse iram quæ permanet, & in vetustatem devenit, quod Philosophus attribuit amaris; furorem autem dicit esse iram quæ observat tempus in supplicium, quod Philosophus attribuit difficilibus. Et eamdem etiam divisionem ponit Damascenus in II. Lib. (orth. Fid. cap. xvi.) Ergo prædicta distinctio Philosophi non est inconveniens.

Respondeo dicendum, quod prædicta distinctio potest referri vel ad passionem iræ, vel etiam ad ipsum peccatum iræ. Quomodo autem referatur ad passionem iræ, iuxta habitum est (1. 2. quest. xlvi. art. 8.) cum de passione iræ ageretur (4). Et sic præcipue videtur ponи a Gregorio Nysseno, & Damasceno. Nunc autem oportet accipere distinctionem harum specierum, secundum quod per-

(1) Non ut ex capite 5, prius indicabatur ad manu sed ex cap. 11. græco-latino desumptum est, vel 13. in antiquis & apud S. Iohannam lect. 13.

(2) Hoc enim significat χαρεῖς græcum quod ibi Philosophus usurpat: Iraut autem eorum non commutari sicut vetus Interpres reddit ex græco διαλλαγῆσαι, melius & planius moderni reddunt non reconciliari vel non placari.

(3) Velut ex lib. 4. de viribus animæ cap. 13. prius indicabatur ad marginem juxta vetera quedam Exemplaria quæ sub nomine Gregorii Nysseni referabantur: Sed Negeshi esse jam ad nauream notatum est, habeturque tomo 12. Bibliothecæ novæ Parrini in Tractatu de natura hominis c. 21. quod inscribitur ex professo de ira.

(4) Ubi eadem quoque iræ species ex istud affiguntur sunt, & earum conditiones explicatae; sicut & significatio græca vocis μέντη quæ diximus ex Nemesis & Damasceno a verbo μέντη vel a futuro μέν-

τη derivari quod perinde est ac manere sicut & S. Thomas ibi a manendo derivat, quasi voce in latinam supponeret, quæ permanetem iram dicat: Sed non sic ab aliis quibusdam derivatur qui primitivam vocem putant qua simpliciter significatur infancia, sicut Budæus in lexico indicat. Hinc & 3. Tusculana num. 11. Tullius quasi de illius derivatione vera dubitans: Graci autem μέντη unde derivens (inquit) non facile dixerim: Eam tamen ipsam distinguisimus melius nos quam illi: Hanc enim infaniam que juncta flutissima patet latius, a furore disjungimus: Graci volunt illi quidem, sed parum valent verbo &c. Quem nos furorem nemp̄, illi melancholiam vocant (μελαγχολία) quæ vero attra bili solum ac non sepe vel iracundia graviora vel sinore vel doloris mens moveatur; quo genero Ajacem & Orestem furor dicinus, & iratum duodecim tabule furiosum appellans &c.

pertinent ad peccatum iræ, prout ponitur a Philosopho.

Potest autem inordinatio iræ ex duobus attendi. Primo quidem ex ipsa iræ origine: & hoc pertinet ad acutos, qui nimis cito irascuntur, & ex qualibet levi causa.

Alio modo ex ipsa iræ duratione, eo scilicet quod ira nimis perseverat: quod quidem potest esse dupliciter. Uno modo quia causa iræ, scilicet injuria illata, nimis manet in memoria hominis: unde ex hoc homo diuinam tristitiam concipit; & ideo sunt sibi ipsius *graves*, & *amari*. Alio modo contingit ex parte ipsius vindictæ, quam aliquis obstinato appetitu querit: & hoc pertinet ad *difficiles*, siue *graves*, qui non dimittunt iam, quoique puniant.

Ad primum ergo dicendum, quod in speciebus prædictis non principaliter consideratur tempus, sed facilitas hominis ad iram, vel firmitas in ira.

Ad secundum dicendum, quod utriusque, scilicet *amari*, & *difficiles*, habent iram diuturnam, sed propter aliam causam. Nam *amari* habent iram permanentem propter permanentiam tristitiae, quanu inter viscera tenent clausam: & quia non prorumpunt ad exteriora iracundia signa, non possunt persuaderi ab aliis, nec ex seipsis recedunt ab ira, nisi prout diuturnitate temporis aboleantur tristitia, & sic deficit ira. Sed in *difficilibus* est ira diuturna propter vehemens desiderium vindictæ: & ideo tempore non digeritur, sed per solam punitionem quiescit.

Ad tertium dicendum, quod gradus iræ quos Dominus ponit, non pertinent ad diuersas iræ species, sed accipiuntur secundum processum humani actus. In quibus primo aliquid in corde concipiuntur; & quantum ad hoc dicit: *Qui irascitur fratri suo*. Secundum autem est, cum per aliqua signa exteriora manifestetur exterius, etiam antequam prorumpat in effectum; & quantum ad hoc dicit: *Qui dixerit fratri suo Racha*, quod est interiectione irascientis. Tertius gradus est quando peccatum interius conceptum ad effectum perducitur. Est autem effectus iræ documentum alterius sub ratione vindictæ: minimum autem documentorum est quod fit solo verbo: & ideo quantum ad hoc dicit: *Qui dixerit fratri suo, Fatue*. Et sic pater quod secundum addit supra primum, & tertium supra utrumque. Unde si primum est peccatum

Summ.S.Tb.Tom.IX.

mortale in casu in quo Dominus loquitur, sicut dictum est (art. 3. *hu. quest. ad 2.*) multo magis alia. Et ideo singulis eorum ponuntur correspondentia aliqua pertinentia ad condemnationem. Sed in primo ponitur judicium, quod minus est: quia, ut Augustinus dicit (Lib. I. de serm. Dom. in monte cap. ix. a med.) *in iudicio adhuc defensioni locus datur*: in secundo vero ponit (⁴) consilium, in quo judices inter se conferunt, quo supplicio damnari oporteat: in tertio ponit gebennam ignis, quæ est certa damnatio.

A P P E N D I X .

EX artic. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a scripturis insinuatum fuisse; quod iracundia sunt tres species, scilicet quod iracundorum aliqui sunt *acuti*, alii *amari*, aliqui *difficiles*. Ut de acutis, per hoc, quod narrant quosdam ex levibus causis ira cito commotos, secundum quod dicitur *Jonas 4. Jonas iratus est super bederam*. Et i. Reg. 30. Cum excusasset Jonathas Davidem apud patrem suum Saul, ipse Saul iratus subito contra Jonatham in hæc verba prorupit. *Fili mulieris ultra virum capientis numquid ignorat* &c.? Item de amaris, per hoc, quod aliquos iratos introducit, qui contra eos, quibus irati erant, nihil asperum locuti dicuntur: sed in seipsis, quasi præ amaritudine choleræ indignabundi, deficientes costernabantur, secundum quod colligitur de Achab itato 3. Reg. 21. *Venit ergo Achab in domum suam indignans, & frendens super verbo Naboth;* & projiciens se in leclulum suum avertit faciem suam ad parietem, & non comedit panem. Item de difficilibus, per hoc, quod de quibusdam narrat iratis, qui obstinato appetitu vindictæ querebant, secundum quod habetur i. Reg. 18. de Saul, qui audiens de mira victoria Davidem satis commendari, iratus est nimis, & displicuit in oculis ejus ille commendationis sermo. *Non rectis ergo, subdit scriptura, oculis Saul aspiciebat David a die illa, & deinceps*. Quod, quoad verissimum sit, legas tu ab isto loco usque ad finem hujus libri, idest usque ad mortem ipsius Saul. Secundo vides: quomodo &c.

K

AR.

(⁴) Ita ms. & editi, quos vidimus, omnes libri. An concilium? ut Mass. v.

ARTICULUS VI. 771

Utrum ira debet poni inter vitia capitalia.

Sup. quest. xxxiv. art. 5. & mal. quest. viii. art. 2. cor. & ad 21. & 22. & quest. xi. art. 5.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod ira non debet poni inter vitia capitalia. Ira enim ex tristitia nascitur. Sed tristitia est vitium capitale, quod dicitur acedia. Ergo ira non debet poni vitium capitale.

2. Præterea. Odium est gravius peccatum quam ira. Ergo magis debet poni vitium capitale quam ira.

3. Præterea. Super illud Proverb. xxxix. *Vir iracundus provocat risas*, dicit Glossa (ord.) (1) „ Janna est omnium vitiorum „ iracundia: qua clausa, virtutibus intrinsecus „ dabitur quietes; aperta autem, ad omnes factus cinus armabitur animos. “ Nullum autem vitium capitale est principium omnium peccatorum, sed quorumdam determinate. Ergo ira non debet poni inter vitia capitalia.

Sed contra est quod Gregorius XXXI. Moral. (cap. xviii. 2 med.) ponit iram inter vitia capitalia.

Respondeo dicendum, quod, sicut ex præmissis patet (1. 2. quest. lxxxiv. art. 3. & 4.) vitium capitale dicitur ex quo multa vitia oriuntur. Habet autem hoc ira quod ex ea multa vitia oriri possunt dupli ratione. Primo ex parte sui objecti, quod multum habet de ratione appetibilitatis, in quantum scilicet vindicta appetitur sub ratione justi, vel honesti, quod sua dignitate allicit, (2) ut supra habitum est (art. 4. huius quest.) Alio modo ex suo impetu, quo mentem precipitat ad inordinata quæcumque agenda. Unde manifestum est quod ira est vitium capitale.

Ad primum ergo dicendum, quod illa tristitia ex qua oritur ira, ut plurimum non

est acedia vitium, sed passio tristitia, quæ consequitur ex injuria illata.

Ad secundum dicendum, quod, sicut ex supradictis patet (1. 2. quest. lxxxiv. art. 3. & 4.) ad rationem vitii capitalis pertinet quod habeat finem multum appetibilem, ut sic propter appetitum ejus multa peccata committantur. Ira autem, quæ appetit malum sub ratione boni, habet finem magis appetibilem quam odium, quod appetit malum sub ratione mali: & ideo magis est vitium capitale ira quam odium.

Ad tertium dicendum, quod ira dicitur esse janua vitiorum per accidens, scilicet removendo prohibens, id est impediendo iudicium rationis, per quod homo retrahitur a malis; directe autem, & per se est causa aliquorum specialium peccatorum, quæ dicuntur filiaz ejus.

APPENDIX.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a scripturis, & Gregorio insinuatum fuisse: quod ira est vitium capitale. A D. Gregor. quidem, ut in arg. con. A scripturis vero per hoc; quæ multa mala oriri ex ira denotant. Ut Prov. 30. *Qui provocat iras, producit discordias.* Et Eccl. 31. *Venit multum potatum, iram, & ruinas multas (quæ quod illæ ruinæ sint postea ex ira) facit.* Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS VII. 772

Utrum convenienter assignentur sex filie ire, scilicet rixa, rumor montis, consumelia, & clamor, indignatio, & blasphemia.

Sup. quest. xxxvii. art. 2. ad 1. & quest. xi. art. 2. & mal. quest. xii. art. 5. cor.

AD septimum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter assignentur sex filie ire; quæ

(1) Est Beda sub iisdem expressæ verbis in eum locum vers. 22. ubi 70. *irritum râres*; id est suscitare conseruacionem; sed aliqui *irritu*, hoc est fovere: Symmachus vero *irritu* *maixi* hoc est, *irritas* *pergnem*.

(2) Ut est in Manuscripto ipso & sic omnino legi debet: Non sicut prius in quibusdam impressis, quia *sus dignitate allicio*; in aliis *quis sub dignitate*;

constructione violenta & perturbato sensu, qui plainer est sicut reddimus, & refertur ad justum vel honestum quod sua dignitate allicit eo ipso quod justum & honestum est vel presumuntur esse: Non autem de vindicta intelligitur quod sua dignitate allicit; sicut propter seriem ambiguum videri prius posset.

que sunt rixa , humor mentis , consumelia , clamor , indignatio , blasphemie . Blasphemia enim ponitur ab Isidoro filia superbiz (Lib. comment. in Deut. cap. xvi.) Non ergo debet poni filia iræ .

2. Præterea . Odium nascitur ex ira , ut Augustinus dicit in Regula (epist . ccxi . al . cix . aliquant. ante si .) (1) Ergo debet numerari inter filias iræ .

3. Præterea . Tumor mentis videtur idem esse quod superbia . Superbia autem non est filia alicujus virtutis , sed mater omnium vitiorum , ut Gregorius dicit XXXI . Moral . (cap . xvii . a med .) Ergo tumor mentis non debet numerari inter filias iræ .

Sed contra est quod Gregorius XXXI . Moral . (ibid .) assignat has filias iræ (2) .

Respondeo dicendum , quod ira potest trinaciter considerari . Uno modo secundum quod est in corde ; & sic ex ira nascuntur duo vitia . Unum quidem ex parte eius contra quem homo irascitur , quem reputat indignum ut sibi tale quid fecerit : & sic ponitur *indignatio* . Aliud autem vitium est ex parte sui ipsius , in quantum scilicet excogitat diversas vias vindictæ , & talibus cogitationibus animum suum replet , secundum illud Job xv . 2 . *Numquid sapiens . . . implebit ardore flosacbum suum ?* Et sic ponitur *tumor mentis* .

Alio modo consideratur ira , secundum quod est in ore ; & sic ex ira duplex inordinatio procedit . Una quidem secundum hoc quod homo in modo loquendi iram suam demonstrat , sicut dictum est (art . 5 . hu . quæst . ad 3 .) de eo qui dicit fratri suo , *Rache* : (3) & sic ponitur *clamor* , per quem intelligitur inordinata , & confusa locutio . Alia etiam est inordinatio , secundum quod aliquis prorumpit in verba injuriosa : quæ quidem si sint contra Deum , erit *blasphemie* ; si autem contra proximum , *consumelia* .

Tertio modo consideratur ira , secundum quod procedit usque ad factum ; & sic ex ira oriuntur *rixe* , per quas intelliguntur omnia documenta quæ factò proximis inferuntur ex ira .

Ad primum ergo dicendum , quod blasphemia in quam aliquis prorumpit delibera-
ta mente , procedit ex superbia hominis con-
tra Deum se erigentis : quia , ut dicitur
Eccli . x . 14 . *imitemur superbie hominis apo-
stolares a Deo* ; idest , recedere a veneratione
eius , est prima superbiz pars : & ex hoc
oritur blasphemia . Sed blasphemia in quam
aliquis prorumpit ex commotione animi ,
procedit ex ira .

Ad secundum dicendum , quod odium esti
aliquando nascatur ex ira , tamen habet alia
quam priorem causam , ex qua directius ort-
tur , scilicet tristitiam ; sicut e contrario
amori nascitur ex delectatione . Ex tristitia
autem illata quandoque in iram , quandoque
in odium aliquis movetur . Unde convenien-
tius fuit quod odium poncretur oriri ex ace-
dia quam ex ira .

Ad tertium dicendum , quod tumor men-
tis non accipitur hic pro superbia , sed pro
quodam conatu , sive audacia hominis inten-
tantis vindictam : audacia autem est vitium
fortitudini oppositum .

A P P E N D I X .

EX art . habes primo : quomodo per ratio-
nem ostendas , merito fuisse a scripturis ,
& Gregor . insinuatum , quod *indignatio* , *tu-
mor mentis* , *consumelia* , *blasphemia* , *clamor* ,
rixa , sunt filiae iræ . A B . Greg . quidem ,
ut in arg . con . A scripturis vero , per hoc ,
quod hæc sex specialiter ab ira nasci , de-
monstrant . Ut de *indignatione* 2 . Reg . 12 .
*Irratus autem indignatione David adversus il-
lam . De tumore , Judicum 8 . requievit spiri-
tus eorum , quo sumebant contra eum . Hoc*

K 2 enim

(1) Äquivalenter tantum & implicite , cum sic sit : *Litteras suas nullas habeatis , aut quas celestissime scribatis ; ne ira osseos in ossem &c.*

(2) Sic enim primum de superbia quod sit regina vitiorum ; quod radix eucti mali & iniustum oneris peccati ; quod illius prima soboles principia septem virtutis finis , scilicet inanis gloria , invisa , ira &c. Deinde speciatione iræ conditiones explicando : *De ira
riva* , *tumor mentis* , *consumelia* , *clamor* , *indigne-
tia* , & *blasphemie* profervuntur .

(3) Quod ab Hebreo quodam se audivisse dicit Augustinus non esse vocem significansem aliquid sed

*indignancis animi motus exprimerentur ; ut interiectiones quæ proinde sic vocant Grammatici : Aliter tan-
men Hieronymus : Hoc verbum (inquit) propria Hebraeorum est : Rache enim dicitur x̄v̄s , idest inani-
nis aut vacuus quæ nos possamus vulgaris injuria
absque cerebro noncupare : Sicut qui ex graco ſ̄d̄x̄s
idest pannus quasi pannosus dici velint ; sed ineptum
hoc , & proinde ab Augustino ubi supra rejectum ;
nempe de serm . Dom . lib . i . cap . 9 . Nec vero ſ̄d̄x̄s
cum x̄ sicut Rache , sed ſ̄d̄x̄s cum x̄ significat ru-
dem ac villem pannum vel detinatum : Unde ita deri-
vatio non cohæret .*

enim dicitur de iratis prius, ut patet id.
De contumelia, & clamore Ecclesiastici 22.
Ante ignem camini vapor, & fumus exaltantur: sic & ante sanguinem maledicta, & contumelia, & mine; Hoc est. Sic & ante vindictam sanguinis ab irato intentam praecedunt contumeliz, & clamores per maledicta & minas, importati. De blasphemia Lev. 24. *Jurgatus est cum viro Israelita; cumque blasphemasset nomen Domini, &c.* Ecce ex ira, per quam factum est jurgium contra alium, oritur blasphemia. De rixa Prov. 27. *Homo iracundus fuscitas rixas.* Ex his ergo collectis in unum scripturæ, scholastice loquendo, dicunt: Indignatio, tumor mentis, contumelia, clamor, blasphemia, rixa, sunt convenienter filiae iræ. Pro ly convenienter, quod nunc diximus, vide regulam fundamentalem de totall convenientia scripturarum, q. 122. ar. 1. app. & qu. 140. ar. 1. appen. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS VIII. 773

Utrum sit aliquod vitium oppositum iracundia proveniens ex defectu iræ.

AD octavum sic proceditur. Videtur quod non sit aliquod vitium oppositum iracundie, proveniens ex defectu iræ. Nihil enim est vitiosum per quod homo Deo assimilatur. Sed per hoc quod homo omnino est sine ira, assimilatur Deo, qui cum tranquillitate judicat. (Sap. xii. 18.) (1) Ergo non videtur quod sit vitiosum omnino ira carere.

2. Præterea. Defectus ejus quod ad nihil est utile, non est vitiosus. Sed motus iræ ad nihil est utilis, ut probat Seneca in Lib. quem fecit de ira (2) Ergo videtur quod defectus iræ non sit vitiosus.

3. Præterea. *Malum hominis*, secundum Dionyrium (cap. iv. de div. Nom. part. iv. lect. 22.) est præter rationem esse. Sed subtracto omni motu iræ, adhuc remanet integrum judicium rationis. Ergo nullus defectus iræ vitium causat.

Sed contra est quod Chrysostomus (alius Author) dicit super Matth. (hom. xi. in op. imperf. inter princ. & med.) *Qui cum causa non irascitur, peccat.* *Patentia enim irrationalis vitia seminat, negligentiam nutrit, & non solum malos, sed etiam bonos invitat ad malum.*

Respondeo dicendum, quod ira dupliciter potest intelligi. Uno modo ut est simplex motus voluntatis, quo aliquis non ex passione, sed ex judicio rationis poenam infligit: & sic defectus iræ absque dubio est peccatum. Et hoc modo ira accipitur in verbis Chrysostomi, qui dicit ibidem: *Iracundia que cum causa est, non est iracundia, sed iudicium.* *Iracundia enim proprie intelligitur commotio passionis* (3). Qui autem cum causa irascitur, ira illius non est ex passione: ideo judicare dicitur, non irasci.

Alio modo accipitur ira pro motu appetitus sensitivi, qui est cum passione, & transformatione corporali. Et hic quidem motus ex necessitate consequitur in homine ad simplicem motum voluntatis: quia naturaliter appetitus inferior sequitur motum appetitus superioris, nisi aliquid repugnet. Et ideo non potest totaliter deficere motus iræ in appetitu sensitivo, nisi per subtractionem, vel debilitatem voluntarii motus. Et ideo ex consequenti etiam defectus passionis iræ vitiosus est, sicut & defectus voluntarii motus ad puniendum secundum iudicium rationis (4).

Ad primum ergo dicendum, quod ille qui totaliter non irascitur, cum debet irasci, imi-

(1) Sic ibi: *Tusutela dominator virtutis cum tranquillitate judicas &c.*

(2) Scilicet lib. 1. cap. 13. ubi sic ait: *Nihil habes in se utile ira, nec acuit animum ad res bellicas: Numquam enim virius vitio adjuvanda est, se contenta: Quod & probare deinceps pergit aliquorum exemplis qui bellicosus licet ac fortissimi viri, propter immoderatam tamen iracundiam sapere in pugna vincit solent. Unde cap. 12. infert: Non est tequa seculis nec in pratis quidem aut bellis ira: In temeritatem enim prona est, & pericula dum inferre vult, non cauet.*

(3) Nec verus tamen Chrysostomus haec habet, ut

nec illud quod præmittitur argum. *Sed contra*; sed sub eius nomine author operis imperfecti, ut hom. xi. super Matthæum videtur est.

(4) Hinc eleganter suo more Bernardus ep. 69. *Peccas non minus nimis irascendo quam omnino non irascendo: Siquidem non irasci ubi irascendum sit, nolle emendare peccatum est: Plus vero irasci quam irascendum sit, peccatum peccato addere est &c.* Et epist. 138. contra impunitatem execrandi cuiusdam facinoris ab eius intentore speratam agens: *Quanta putamus (inquit) impunitas ista in Ecclesia parvioris punienda? Et lib. 1. de consideratione ad Eugenium cap. 3. Magna virtus passionis, sed non bene*

imitatur quidem Deum quantum ad carentiam passionis, non autem quantum ad hoc quod Deus ex judicio punit.

Ad secundum dicendum, quod passio iræ utilis est, sicut & omnes alii motus appetitus sensitivi, ad hoc quod homo promptius exequatur id quod ratio dicit: alioquin frustra esset in homine appetitus sensitivus, cum tamen natura nihil faciat frustra.

Ad tertium dicendum, quod in eo qui ordinare agit, judicium rationis non solum est causa simplicis motus voluntatis, sed etiam passionis appetitus sensitivi, ut dictum est (in cor. art.) Et sicut remotio effectus est signum remotionis causæ, ita etiam remotio iræ est signum remotionis judicij rationis.

APPENDIX.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, & in recto sensu intelligas, merito insinuatum a scripturis, & Chrys. quod defectus aliquis iræ est viciosus. A B. Chrys. quidem, ut extenditur in arg. cor. Unde profundius inspice, quot, & quantorum malorum causa est mala illa, male vocata, patientia. Talis, ut pro aliquali rerum luce dicam, fuit in malum & suum, & duorum filiorum, & omnium posteriorum suorum, mala patientia sacerdotis Heli. De quo vide 1. Reg. 2. 3. A scripturis vero insinuatur Psal. 4. *Irascamini, & nolite peccare*. Hoc est. Erit casus, in quo operet irasci, si non vultis peccare: ita, quod si tunc non irascamini, peccabitis. Item ab oppositis insinuant id ipsum scripturæ illæ, quæ commendant aliquos de hoc, quod irati sunt. Patet enim a contrario sensu secundum veras Dialeticorum regulas, quod, si tunc irati, & sic irati non fuissent, peccassent. Verbi gratia, de Phinees, de Matthia, de Moysè, &c. in casibus illis honoris divini, & caritatis proximorum, ut abundantanter dictum, atque citatum est, ar. 1. append. Tuum erit videre, & applicare (ut decet.) Secundo habes: quomodo &c.

- QUÆSTIO CLI.

De crudelitate,

In duos articulos divisæ.

DEinde considerandum est de crudelitate: & circa hoc queruntur duo.

Primo, utrum crudelitas opponatur clementiæ.

Secundo de comparatione ejus ad lenitatem vel feritatem.

ARTICULUS I. 774

Utrum crudelitas opponatur clementiæ.

Inf. art. 2. ad 1.

AD primum sic proceditur. Videtur quod crudelitas non opponatur clementiæ. Dicit enim Seneca in II. de clementia (cap. iv.) quod *illi vocantur crudelites, qui excedunt modum in puniendo*: quod contrariatur iustitiae. Clementia autem non ponitur pars iustitiae, sed temperantiae. Ergo crudelitas non videtur opponi clementiæ.

2. Præterea. Hierem. vi. 23. dicitur: *Crudelis est, & non misericordia: & sic videtur quod crudelitas opponatur misericordiæ.* Sed misericordia non est idem clementiæ, ut supra dictum est (quæst. clvii. art. 4. ad 3.) Ergo crudelitas non opponitur clementiæ.

3. Præterea. Clementia consideratur circa inflictionem penarum, ut dictum est (quæst. clvii. art. 1.) Sed crudelitas consideratur in subtractione beneficiorum, secundum illud Proverb. xi. 17. *Qui autem crudelis est, etiam propinquos abjecit.* Ergo crudelitas non opponitur clementiæ.

Sed contra est quod dicit Seneca in II. de clementia (cap. iv. in princ.) quod *opponitur clementiæ crudelitas, que nihil aliud est quam atrocitas animi in exigendis penis.*

Respondeo dicendum, quod nomen crudelitatis a cruditate symptomum esse videtur (1) Si-

tibi ad malefacta optaverim: Interdum impatiens esse probabilitus: Tu ne approbes illorum patientiam quibus Paulus dicebat (2. ad Cor. 11.) Libenter sufficiens suspientes cum sitis ipsi sapientes: Non laus sed suggestio mansuetudinis eras &c. Et Am-

brosius Officiorum lib. 1. cap. 21. Irascimini ubi culpa est cui irasci debetis: Non posset enim fieri ut non verum indignitate moveamur: Alioqui non virtus sed lenitudo & remissio judicatur.

(1) Sicut autem ea quæ sunt cocta, & digesta, solent habere suavem, & dulcem saporem; ita illa quæ sunt cruda, habent horribilem, & asperum saporem. Dictum est autem supra (quest. clvii. art. 3. ad 1. & art. 4. ad 3.) quod clementia importat quamdam animi lenitatem, sive dulcedinem, per quam aliquis est diminutus poenarum. Unde directe crudelitas clementiæ opponitur.

Ad primū ergo dicendum, quod sicut diminutio poenarum quæ est secundum rationem, pertinet ad epichejam; sed ipsa dulcedo affectus, ex qua homo ad hoc inclinatur, pertinet ad clementiam; ita etiam superexcessus poenarum, quantum ad id quod exterius agitur, pertinet ad injustitiam; sed quantum ad austoritatem animi, per quam aliquis fit promptus ad poenas augendas, pertinet ad crudelitatem.

Ad secundum dicendum, quod misericordia, & clementia convenient in hoc quod utraque refugit, & abhorret miseriā alienam; aliter tamen, & aliter: nam ad misericordiam pertinet miseria subvenire per beneficii collationem; ad clementiam autem pertinet miseriā diminuere per subtractiōnem poenarum: & quia crudelitas superabundantiam in exigendis poenis importat, diligenter opponitur clementiæ quam misericordiæ; tamen propter similitudinem harum virtutum accipitur quandoque crudelitas pro immisericordia.

Ad tertium dicendum, quod crudelitas ibi accipitur pro immisericordia, ad quam pertinet beneficia non largiri.

Quamvis etiam dici possit, quod ipsa beneficiorum subtractio quedam poena est.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a scripturis, & Seneca, quod crudelitas op-

ponitur clementiæ. A Seneca quidem, ut in arg. con. A scripturis vero, ut Hester 16. pietatem nostram sua crudelitate commaculans. Hoc est. Clementiam nostram. Loquitur enim de dominandi lenitate, contra quam dictum legimus Isa. 19. Traditum *Egyptum in manus dominorum crudelium*. Et lenitatem affectus cuiusdam interioris significat, contra quam legimus Prov. 12. *viscera impiorum crudelia*. Ubi & quantum importet crudelitas tali pietati, id est clementiæ opposita, appetit, scilicet interiorem animi affectum ad cum asperitate poenosa dominandum: & consequenter ad augendum poenas subditorum plus, quam merentur. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 775

Utrum crudelitas a savitia, sive feritate differat.

Sup. quest. ccvil. art. 1. ad 3.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod crudelitas a savitia, sive feritate non differat. Uni enim virtuti ex una parte (2) unum vitium videtur esse oppositum. Sed clementiæ per superabundantiam opponitur & savitia, & crudelitas. Ergo videtur quod savitia, & crudelitas sint idem.

2. Præterea. Isidorus dicit in Lib. X. Etymolog. (ad lit. S.) (3) quod *severus* dicitur *quasi sevus & verus*, *quia sine pietate tenet iustitiam*: & sic savitia videtur excludere remissionem poenarum in judiciis; quod pertinet ad pietatem. Hoc autem dictum est (art. præc. ad 1.) ad crudelitatem pertinere. Ergo crudelitas est idem quod savitia.

3. Præterea. Sicut virtuti opponitur aliiquid vitium in excessu, ita etiam in defectu; quod quidem contrariatur & virtuti quæ est in medio, & vitio quod est in excessu.

(1) Sic derivari mavult Calepinus per metaphoram a fructuum immaturorum vel crudorum asperitate quam a cruento sicut quidam derivant. Quamvis & crudum a cruento derivat Isidorus, quia dicitur crudum quod cum cruento seu sanguine adhuc mixtum est, ut lib. 20. etymologicarum vel originum cap. 2. in voce *crudum* notat: Sed hoc ad illud solum potest pertinere quod in carnibus *crudum* dicitur, quia in iis tantum admixtus crux ex quo præsumi posset denominata crudelitas: Interdum porro *crudum* accipi pro crudeli ex il. *Aeneidos* colligi potest, ubi

crudescere pugna dicitur velut inhumanus immittius que savire, vel atrocus & immanius renovari.

(2) Hoc est excessus, vel defectus; quorum uterque suo modo virtuti adversatur.

(3) Paulo alter tamen in Exemplari quod ad transnum est quantum ad prima verba, *Severus quasi satis verus*; tametsi ad marginem *alias* reponitur: Nec satis accurate utrumque, cum & diptongo *savus* & prima longa constet, severus prima brevi sine diptongo &c. Non tam etymologia ergo videtur esse quam allusio.

cessit . Sed idem vitium ad defectum pertinens opponitur & crudelitati , & sevitiae , videlicet remissio , vel dissolutio : dicit enim Gregorius XX. Moral. (cap. viii. ante med.) Sit amor , sed non emollientis ; sit rigor , sed non exasperans ; sit zelus , sed non immoderata sevitas ; sit pietas , sed non plus quam expedita parsens . Ergo sevitia est idem crudelitati .

Sed contra est quod Seneca dicit in II. de clementia (cap. iv. cir. med.) quod ille qui non est Iesus , nec peccatori irascitur , non dicitur crudelis , sed ferus , sive sevus (1) .

Respondeo dicendum , quod nomen sevitiae , & feritatis a similitudine ferarum accipitur , quae etiam dicuntur sevae . Hujusmodi enim animalia nocent hominibus , ut ex eorum corporibus pascantur , non ex aliqua iustitiae causa , cuius consideratio pertinet ad solam rationem . Et ideo , proprie loquendo , feritas , vel sevitia dicitur , secundum quam aliquis in poenis inferendis non considerat aliquam culpam ejus qui punitur , sed solum hoc quod delectatur in hominum cruciatu . Et sic patet quod continetur sub bestialitate : nam talis delectatio non est humana , sed bestialis , proveniens vel ex mala consuetudine , vel ex corruptione naturae , sicut & aliae hujusmodi bestiales affectiones .

Sed crudelitas non Yolum attendit culpam in eo qui punitur , sed excedit modum in puniendo : & ideo crudelitas differt a sevitia , sive feritate , sicut malitia humana differt a bestialitate , ut dicitur in VII. Ethic. (cap. v.)

Ad primum ergo dicendum , quod clemencia est virtus humana : unde directe ipsi opponitur crudelitas , quae est malitia humana . Sed sevitia , vel feritas continetur sub bestialitate : unde non directe opponitur clementiae , sed superexcellenter virtuti , quam Philosophus (Lib. VII. Ethic. cir. princ.)

vocat heroicam , vel divinam , quae secundum nos videtur pertinere ad dona Spiritus sancti . Unde potest dici , quod sevitia directe opponitur dono pietatis .

Ad secundum dicendum , quod severus non dicitur simpliciter sevus , quia hoc sonat in vitium ; sed dicitur sevus circa (*) veritatem proper aliquam similitudinem sevitiae , quae non est diminutiva poenarum .

Ad tertium dicendum , quod remissio in puniendo (2) non est vitium , nisi in quantum praetermititur ordo iustitiae , quo aliquis deberet puniri propter culpam , quam excedit crudelitas . Sevitia autem penitus hunc ordinem non attendit . Unde remissio punitionis directe opponitur crudelitati , non autem sevitiae .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum fuisse a scripturis , & Seneca , quod crudelitas differt a sevitia , seu feritate . A Seneca quidem , ut in arg. con. Ubi vult dicere sic , quod ille , qui nocet alicui sine causa , neque ex parte sua , quia non est Iesus ab eo , neque ex parte ejus , quia ipse non est peccator , id est non meretur , ille , inquam , dicitur non crudelis , sed ferus , sive sevus : Ac si brevius dixerit , & clarius . Qui nocet alicui sine causa , & culpa , est ferus . A scripturis autem ictipsum insinuatur 2. Machab. 4. *Animos vero crudelis tyranni , & fera bestiae iram gerens* . Ubi patet , quod & a crudelitate feritatem distinguit , & feritatem esse malitiam bestiale designat per hoc , quod eam nominat belluina , dicendo *fera bestia* . Secundo vides : quomodo &c.

QUE-

(1) Sive sic pleniori serie , ut iam supra : *Quid opponitur clementie ? Crudelitas , qua nihil aliud est quam atrocitas animi in exigendis penas : Sed quidem non exigunt penas ; crudelis tamen sunt , tamquam qui homines ignotos & obvios non in compendium (id est propter commodum quoddam vel intuitu aliquius boni) sed occidendi causa occidunt (id est quia eorum occidente delectantur). Nec interficie contenti seviant , ut Sisini & Procrustes & pirates qui captos verbaverant & in ignem vivos imponerant : Hac crudelitas quidem : Sed quia nec ulationem sequitur (non enim leja est) nec peccato alicui ira-*

ficitur (nullum enim antecessit crimen) possumus dicere non esse hanc crudelitatem sed feritatem cui voluntatis sevitia est , &c.

(*) Ad severitatem .

(2) Seu remissio pena : Non enim hic significatur omnimoda relaxatio que remissio pena dici solet ; sed mollior , mitior , & non satis rigida punitio ; quae superioris a Bernardo dicta est *tenuitudo vel remissio seu defectus acrimonie in puniendo illud quod est punitione dignum* . Qualis in Heli Sacerdote notatur 1. Reg. 2. &c.

Q U A E S T I O C L X .

*De modestia,**In duas articulos divisa.*

DEINDE considerandum est de modestia: & primo de ipsa in communi; secundo de singulis quæ sub ea continentur.

Circa primum queruntur duo.

Primo, utrum modestia sit pars temperantie.

Secundo, quæ sit materia modestie.

A R T I C U L U S I . 776

Utrum modestia sit pars temperantie.

Sup. quest. cxliii. & II. dist. xliv. quest. III. art. 1. ad 3. & III. dist. xxxviii. quest. III. art. 2. quest. 2. co. & ad 3. & ad Tit. 3.

AD primum sic proceditur. Videtur quod modestia non sit pars temperantie. Modestia enim a modo dicitur. Sed in omnibus virtutibus requiritur modus: nam virtus ordinatur ad bonum: *bonum autem, ut Augustinus dicit in Lib. de natura boni (cap. III.) consistit in modo, specie, & ordine.* (1) Ergo modestia est generalis virtus. Non ergo dedit poni pars temperantie.

2. Præterea. Laus temperantie videtur consistere præcipue in quadam moderatione. Ex hac autem sumitur nomen modestie. Ergo modestia est idem quod temperantia, & non pars eius.

3. Præterea. Modestia videtur consistere circa proximorum correctionem, secundum illud II. ad Timoth. 11. 24. *Servum Dei non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, eum modestia corripiens eos qui resistunt veritati.* Sed correctio delinquentium est actus iustitiae, vel caritatis, ut supra habitum est

(quest. xxxviii. art. 1. & 1.) Ergo videtur quod modestia magis sit pars iustitiae quam temperantie.

Sed contra est quod Tullius (Lib. II. de invent. aliquant. ante fin.) (2) ponit modestiam partem temperantie.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quest. cxli. art. 4 & quest. clxi. art. 3.) temperantia moderationem adhibet circa ea in quibus difficultatum est moderari, scilicet circa concupiscentias detractionum tactus. Ubicumque autem est aliqua virtus specialiter circa aliquid maximum, oportet esse aliam virtutem circa ea quæ mediocriter se habent, eo quod oportet quantum ad omnia vitam hominis secundum virtutes esse regulatam, sicut supra dictum est (quest. cxxxiv. art. 3. ad 1.) quod magnificencia est circa magnos sumptus pecuniarum; præter quam est necessaria liberalitas, quæ sit circa mediocres sumptus. Unde necessarium est quod sit quædam virtus moderativa in aliis mediocribus, in quibus non est ita difficile moderari; & hæc virtus vocatur modestia, & adjungitur temperantie tamquam principali.

Ad primum ergo dicendum, quod nomen commune quandoque appropriatur his quæ sunt infima, sicut nomen commune Angelorum appropriatur infimo ordini Angelorum: ita etiam & modus, qui communiter observatur in qualibet virtute, appropriatur specialiter virtuti quæ in minimis modum ponit.

Ad secundum dicendum, quod aliqua indigent temperatione propter suam vehementiam; sicut forte vinum temperatur; sed moderationem requiritur in omnibus: & ideo temperantia magis se habet ad passiones vehementes, modestia vero ad mediocres.

Ad tertium dicendum, quod modestia accipitur ibi modo communiter sumpto, prout requiritur in omnibus virtutibus.

A P.

(1) Hinc apud Ciceronem in Rethoricis ad Herennium quæ alteri tamen authori tribuuntur, sic definitur ut sit in animo continens moderationem cupiditatum, sicut lib. 3 §. 8. videre est; & §. 9. quæ modum unicuique rei statuit, &c.

(2) Ubi postquam temperantiam definivit quod *srationis in libidinem atque in glos non rectos mores vel impetus animi firma & moderata dominatio, subdit: Ejus partes sunt continentia, clemencia, modestia;* & hanc subinde ait esse quam puer ho-

nostus claram & stabilem comparat autoritatem, &c. Nec immerito tantam autoritatem comparari per modestiam ait, quia nihil est quod animos intentuum efficaciam & facilius conciliat. Sic enim lib. 1. epistolarum Indict. 9. epist. 2. Gregorius Justino Sicitiæ Prætori scribens: *Ipsa incessus vestre modestia quibusdam consibus exigebat ut diligenter & noleunce debuisset: Ac deinde in epistolæ fine: Tantam gloria sue modestiam didici ut esse non vnu erubescam.*

APPENDIX.

Ex articulo habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum esse a scripturis , & Tullio quod modestia est pars temperantia . A Tullio quidem , ut in arg. conr. Pro quo vide qu. 144. art. 1. A scripturis vero per hoc , quod de iis , quae ad temperantiam pertinent lequeates , dicunt 1. Timot. 2. Muliæs in habitu ornato cuius uersecundia , Et fabricato ornamento se ; non in eoris cunibis , aut auro , que margaritis , vel uofe pretiosa ; sed quod decors mulieres primitentes pietatem per opera bona . Ecce , quod , ut consideransi patet potest , scriptura introducunt modestiam , tamquam partem temperantia ; qua specialiter convenit ipsas mulieribus . Nam intendunt ibi docere mulieres , quemam sit modestia exterioris ornatus , qua temperantiam , tamquam suam principalem virtutem , non offendat . Secundo vides : quomodo &c.

ARTICULUS II. 777

Uerum modestia sit solum circa exteriores actiones .

Inf. queſt. clviii. art. 1. & III. difſ. xxxiiii. queſt. III. artic. 2.
queſt. I. ad 3.

A secundum sic proceditur . Videtur quod modestia sit solum circa exteriores actiones . Interiores enim motus passionum alii non possunt . Sed Apostolus ad Phi-

Summ. S. Tb. Tem. IX.

(1) Non fidelibus tantum sed & infidelibus , ait Haymo in eum locum : Et fidelibus quidem ut in omni per hoc exemplum nostrum corroborentur honestati : infidelibus autem ut videntes religionem nostram & bonam conversationem infamare non possint nostram fidem ; sed potius ab infidelitate sua & errore nostris exemplis revoconantur .

(2) Ut ex predicto libro Rethoricorum ad Herennium inter opera Ciceronis colligi potest : Ubi dicitur quod utimur partibus modestia , si nimis progrederi diffudaderimus , & modum unicuique rei statuerimus : Nec aliud est quod a moderatione sumi dicitur supra (seu art. 1. arg. 2.) quia moderatio ipsa domen sumit a modo &c.

(3) Videtur tamen Ambrosius de modestia & de temperantia indifferenter loqui Officiorum lib. 1. cap. 43. cum sic ait : Quoniam de tribus virtutibus diximus , restat ut de quarta virtute dicamus qua temperantia ac modestia vocatur , in qua maxime tran-

spicitur . mandat ut modestia nostra nos & omibus hominibus . (1) Ergo modestia est solum circa exteriores actiones .

2. Præterea . Virtutes quæ sunt circa passiones , distinguuntur a virtute justitia , quæ est circa operationes . Sed modestia videtur esse una virtus . Si ergo est circa operationes exteriores , non erit circa aliquas interiores passiones .

3. Præterea . Nulla virtus una & eadem est circa ea quæ pertinent ad appetitum , quod est proprium virtutum moralium , & circa ea quæ pertinent ad cognitionem , quæ est proprie virtutum intellectualium , neque etiam circa ea quæ pertinent ad irascibilem , & concupiscibilem . Si ergo modestia est una virtus , non potest esse circa omnia predicta .

Sed contra . In omnibus predictis sportet obseruare modum , a quo modestia dicitur (2) . Ergo circa omnia predicta est modestia .

Respondeo dicendum , quod , sicut dictum est (art. præc.) modestia differt a temperantia in hoc quod temperantia est moderativa eorum quæ difficillimum est refrenare , modestia autem est moderativa eorum quæ in hoc mediocriter se habent . Diversimode autem aliqui de modestia videntur esse locuti . Ubicumque enim consideraverunt aliquam speciem rationem boni , vel difficultatis in moderando , illud subtraxerunt modestiæ , relinquentes modestiam circa minora . Manifestum est autem omnibus quod refrenatio delectationum tactus speciem quandam difficultatem habet . Unde omnes temperantiam a modestia distinxerunt (3) .

Sed præter hoc Tullius (Lib. II. de invent. aliquant. ante si.) consideravit , quod-

L. dam

quilitas animi studium mansuetudinis , moderationis gratia , honesti tuta , decoris (vel decori) consideratio spectator & queritor : Sed & Tullius brat. pro Deiotaro Rege post medium : Us uolos quisque accipias : Ego tamen frugalitatem (id est modestiam & temperantiam) virtutem esse maximum judico : Et similiiter de finibus bonorum & malorum libro 2. num. 6c. Perspicuum est nisi aquitas , fides , iustitia , proficienscur a natura , eti omnia bac ad utilitatem referantur , virum bonum non posse reperi : Transfers idem (Ladius) ad modestiam vel temperantiam quæ est moderatio cupiditatum rationi obedientis . Qui- bus in locis quoque patet quod modestiam accipiat non pro moderatione tantum exteriori sed etiam interiori prout virtutes omnes comprehendit quas hic indicat S. Thomas , quod jam supra ex Rethoricis ad Herennium lib. 3. subindicatum & notatum est , nimirum quod animali partibus modestia , si modum unicuique rei statuerimus .

dam speciale bonum esse in moderatione pœnarum : & ideo etiam clementiam subtraxit modestia , ponens modestiam circa omnia quæ felinquuntur moderanda . Quæ quidem videntur esse quatuor . Quorum unum est motus animi ad aliquam excellentiam , quam moderatur *humilitas* . Secundum autem est desiderium eorum quæ pertinent ad cognitionem : & hoc moderatur *studiositas* , quæ opponitur curiositati . Tertium autem quod pertinet ad corporales motus , & actiones : ut scilicet decenter , & honeste fiant tam in his quæ serio , quam in his quæ ludo aguntur . Quartum autem est quod pertinet ad exteriorem apparatus , puta in vestibus , & in aliis hujusmodi .

Sed circa quædam eorum alii posuerunt quædam speciales virtutes ; sicut Andronicus mansuetudinem , simplicitatem , humilitatem , & alia hujusmodi , de quibus supra dictum est (quest. cxliiir.) Aristoteles autem (Lib. IV. Ethic. cap. viii.) circa delegationem ludorum posuit *euryapelium* : quæ omnia continentur sub modestia , secundum quod a Tullio accipitur .

Et hoc modo modestia se habet non solum circa exteriore actiones , sed etiam circa interiores .

Ad primum ergo dicendum , quod Apostolus loquitur de modestia , prout est circa exteriora ; & tamen etiam interiorum moderationis manifestari potest per quædam exteriæ signa .

Ad secundum dicendum , quod sub modestia continentur diversæ virtutes , que a diversis assignantur . Unde nihil prohibet modestiam esse circa ea quæ requirunt diversas virtutes . Et tamen non est tanta diversitas inter partes modestiæ ad invicem , quanta est iustitiæ , que est circa operationes , ad temperantiam , que est circa passiones : quia in actionibus , & passionibus in quibus non est aliqua excellens difficultas ex parte materiaæ , sed solum ex parte moderationis , non attenditur virtus , nisi una , scilicet secundum rationem moderationis .

Et per hoc patet etiam responsio ad tertium .

A P P E N D I X.

Ex art. habes primo : quomodo per rationem ostendas : merito insinuatum suisse à scripturis , quod modestia est & circa res interiores , & circa exteriore . Ut 1. Pet. 3. Considerantes sanctam conservacionem vestram &

quarum non sit extrinsecus capillatura , aut circumdatio auri , aut indumenti vestimentorum cultus : Sed qui absconditus est cordis homo , in incorruptibiliitate quieti , & modesti spiritus , qui est in conspectu Dei locuples . Ecce modestia circa actiones interiores (puta , humilitatem , studiositatem , simplicitatem , &c.) per ly modesti spiritus : Et circa exteriore (puta , apparatum in vestibus , in actibus) per ly non sit extrinsecus capillatura , circumdatio auri , vestimentorum cultus . Talia enim facere invenimus ad litteram appellari modestiam . Philipp. 4. *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus* . Item insinuantur a. 1. Tim. 2. ut extenditur in a. 1. appen. Ex qua autoritate , cum eum videris loqui ad litteram de modestia circa exteriæ , inferas tu , & ipsum de modestia circa interiora præsuppositive simul locutum : quoniam modestiam exteriorem , ut signum interioris , in suis requirebat Apostolus . Vide a simili , qu. 161. a. 1. ad 2. & ar. 2. ad 4. Secundo vides : quomodo &c.

Q U E S T I O C L X I .

De speciebus modestiæ , & primo de humilitate ,

In sex articulos divisæ .

P Ostea considerandum est de speciebus modestiæ , & primo de humilitate , & superbia , quæ ei opponitur : secundo de studiositate , & curiositate ipsi opposita ; tertio de modestia , secundum quod est in verbis , vel in factis ; quarto de modestia , secundum quod est circa exteriorem cultum .

Circa humilitatem quæruntur sex .

Primo , utrum humilitas sit virtus .

Secundo , utrum consistat in appetitu , vel in iudicio rationis .

Tertio , utrum aliquis per humilitatem se debeat omnibus subjecere .

Quarto , utrum sit pars modestiæ , vel temperantiae .

Quinto de comparatione ejus ad alias virtutes .

Sexto de gradibus humilitatis .

ARTICULUS I. 778

Uerum humilitas sit virtus.

Sup. quest. clx. art. 2. & in presenti quest. art. 2. & 4. cor.

AD primum sic proceditur. Videtur quod humilitas non sit virtus. Virtus enim importat rationem boni. Sed humilitas videtur importare rationem mali poenitentiae, secundum illud Psal. cix. 18. *Humiliaverunt in compedibus pedes ejus* (1). Ergo humilitas non est virtus.

2. Præterea. Virtus, & vitium opponuntur. Sed humilitas quandoque sonat in vitium: dicitur enim Eccli. xix. 28. *Est qui nequiter se humiliat.* Ergo humilitas non est virtus.

3. Præterea. Nulla virtus opponitur alii virtuti. Sed humilitas videtur opponi virtuti magnanimitatis, quæ tendit in magna, humilitas autem ipsa refugit. Ergo videtur quod humilitas non sit virtus.

4. Præterea. *Virtus est dispositio perfecti*, ut dicitur in VII. Phys. (tex. 17. & 18.) Sed humilitas videtur esse imperfectorum: unde & Deo non convenit humiliari, quia

nulli subjici potest. Ergo videtur quod humilitas non sit virtus.

5. Præterea. Omnis virtus moralis est circa actiones, & passiones, ut dicitur in II. Ethic. (cap. 11.) Sed humilitas non connumeratur a Philosopho inter virtutes quæ sunt circa passiones; nec etiam continetur sub iustitia, quæ est circa actiones. Ergo videtur quod non sit virtus.

Sed contra est quod Origenes dicit, expōnens illud Luc. 1. *Respxit humilitatem ancille sue*: (hom. VIII. in Luc. a med.) „Proprie in Scripturis una de virtutibus humilitas prædicatur (2) : ait quippe Salvator: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.“

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (1. 2. quest. xxii. art. 2.) cum de passionibus ageretur, bonum arduum habet aliquid unde attrahit appetitum, scilicet ipsam rationem boni; & habet aliquid retrahens, scilicet ipsam difficultatem adipiscendi; secundum quorum primum insurget motus spei, & secundum aliud motus desperationis. Dicitum est autem supra (1. 2. quest. lx. art. 4.) quod circa motus appetitivos qui se habent per modum impulsionis, oportet esse virtutem moralem moderantem, & refrenantem; circa illos autem quis se habet

(1) Nimurum Joseph Patriarchæ quem propter factum crimen ei a Putipharis uxore impositum Putipharis ipse in carcere detruji justi ubi detinebantur vires Regis, ut Genef. 39. versu 20. dicitur: *An non inde colligi satis potest quod & ipse fuerit vinclitus?* Quamvis exp̄esse ibi non legatur, ut Augustinus in eum Psalmum notat: *Præsumit autem Caphidorus ut nos fieri posuisse us qui retrusus est in ergastulo, ferreis nexibus ligaretur:* Deinde addit. *Referr ergo (Psalmista) humiliatos pedes in compedibus ut afflictionem corporis indicaret.*

(2) Hoc nempe sensu intelligit humilitatem quam hic indicat Virgo nec pro abjectione vult eam intelligi: *Quid enim, inquit humile ac dejectum habebat que filium Dei gestabat in utero?* Nec obstat huic sensui *græca vox τατείνων* quam pro abjectione tantum non pro virtute quidam usurpari contendunt: Quasi vero melius græcam vocem intellexerint quam Origenes; aut Macarius; etiam Christiani dicos *Antonius cordis græce scribit τατείνων* nec. *Radix & Jacobus* cum Deum dicunt *humiliatus datus gratiosus*, *huc græce τατείνων*; ubi plane *virtutem humiliatis* intelligi manifestum est. Obscure videtur potius, ut quibusdam videtur, quod virtutem propriam non sit Virgo laudet: *Quidni autem hoc potuerit, laudem suam in Deum referendo, sicut & mox addidit se beatam subinde ab omnibus generationibus prædicandam?* Unde hac ratione non obstante non

Origenes tantum sed Augustinus & Bernardus explicant virtutem. Quidquid porro sit de illorum verborum sensu, certius aliunde virtus humilitatis comprobatur: Ut ex Bernardo in Tractatu de gradibus humilitatis, ubi sic ait: *Humilitas est virtus qua homo verissima sui agnitione sibi ipse vilescit*: Hieronymo ad Eustochium ep. 27. ubi de B. Paula loquens, *qua prima*, inquit, *Christianorum virtus est tanta humilitate se dejecti, ut qui eam non vidisset ultimam ancillarum credere*: Gregorio In Moralibus lib. 21. cap. 10. vel 11. ubi ait quod potentibus viris magna est virtus humiliatis: Et ad Joannem Episcopum Constantinopolitanum lib. 4. Indict. 13. epist. 38. *Quanta humiliatis virtus propter quam solam veraciter edocendam is qui sine estimatione magis est usque ad passionem mortis factus est parvus*: Ambrolio in Psalm. 21. *versus finem*, cum ait: *Cum Dominus creature vermiculose voluerit comparari? Possamus hoc quidem humiliati affigere, qua sanctarum virtus est maxima*: Augustino deinde lib. 1. de civitate Dei cap. 1. *Sic quibus viribus apud nos ut perfudatur superbus, quam si virgines humiliatis, &c.* Quod autem ex eodem in epistola quadam insinuat ad 2. colligi potest ex epistola 59. ubi Paulino scribent *versus finem septimæ questionis* ait: *Fie miris modis in anima hominis ut de falsa humiliata magis infestat quam spernas superbior.*

bent per modum retractionis, & resiliationis, ex parte appetitus, oportet esse virtutem moralem firmantem, & impellentem. Et ideo circa appetitum boni ardui necessaria est duplex virtus. Una quidem qua: temperet, & refrenet animum, ne immoderate tendat in excessu: & hoc pertinet ad virtutem humilitatis. Alia vero qua: firmet animum contra desperationem, & impellat ipsam ad prosecutionem magnorum secundum rationem rectam: & haec est magnanimitas. Et sic patet quod humilitas est quædam virtus.

Ad primum ergo dicendum, quod, siue Isidorus dicit in Lib. X. Etymol. (ad lit. H.) *humilis* dicitur *quaes bumi activis*, id est imis inherens. Quod quidem contingit dupliciter. Uno modo ex principio extrinseco, puta cum aliquis ab alio deicitur: & sic humilitas est poena. Alio modo a principio intrinseco: & hoc potest fieri quandoque quidem bene, puta cum aliquis considerans suum defectum, tenet se in infinitum secundum suum modum, sicut Abraham dixit ad Dominum Gen. xviii. 27. *Lagos ad Dominum meum, cum sum puluis, & cenis;* & hoc modo humilitas ponitur virtus: quandoque autem potest fieri male, puta cum homo honorem suum non intelligens, comparat se jumentis insipientibus, & similis sit illis.

Ad secundum dicendum, quod, scutum est (in sol. præc.) humilitas, secundum quod est virtus, in sui ratione importat quamdam laudabilem dejectionem in ima. Hoc autem quandoque sit solum secundum signa exteriora secundum fictionem; unde haec est falsa humilitas, de qua Augustinus dicit in quadam epist. (implic. epist. cxlii. al. lxx. quæst. vii, vers. f.) quod est magna superbia; quia scilicet videtur tendere ad excellentiam gloriæ. Quandoque autem sit secundum interiorem motum animæ: & secundum hoc humilitas proprie posnatur virtus: quia virtus non consistit in exterioribus, sed principaliter in interiori electione mentis, ut patet per Philosophum in Lib. II. Ethic. (cap. v. a med.)

Ad tertium dicendum, quod humilitas reprimit appetitum ne tendat in magna praeter rationem rectam; magnanimitas autem animum ad magna impellit secundum rationem rectam. Unde patet quod magnanimitas non opponitur humilitati; sed converniunt in hoc quod utraque est secundum rationem rectam.

Ad quartum dicendum, quod perfectum dicitur aliud duplice. Uno modo simpliciter, in quo scilicet nullus defectus inventur nec secundum suam naturam, nec per respectum ad aliud aliud, & sic solus Deus est perfectus, cui secundum naturam divinam non competit humilitas, sed solum secundum naturam assumptam. Alio modo potest dici aliud perfectum secundum quid, puta secundum suam naturam, aut statum, aut tempus: & hoc modo virtuosus est perfectus; cujus tamen perfectio in comparatione ad Deum deficiens invenitur, secundum illud Isa. xl. 17. *Omnès gentes, quaes non sint, sic sunt coram eo;* & sic cuilibet homini potest convenire humilitas.

Ad quintum dicendum, quod Philosophus intendebat agere de virtutibus, secundum quod ordinantur ad vitam civilem, in qua subjectio unius hominis ad alterum secundum legis ordinem determinatur: & ideo continetur sub justitia legali. Humilitas autem, secundum quod est specialis virtus, præcipue respicit subjectionem hominis ad Deum, propter quem etiam aliis humiliando se subiicit.

A P P E N D I X.

Ex art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum esse a scripturis, quod *humilitas* est *virtus*. *Eccl. Luc. i. Respxit, &c. Item Matth. ii. Disceite, &c.* adjuncta declaratione Origenis: ut in arg.con. Item i. Rég. t5. *Cum esses pârvulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel facias* &c. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 779

Urrum humilitas consistat circa appetitum.

*Inf. art. 6. cor. & quest. cliv.
art. 3. ad 2.*

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod humilitas nostra consistat circa appetitum, sed magis circa iudicium rationis. Humilitas enim superbia opposuitur. Sed superbia maxime consistit in his quæ pertinent ad cognitionem: dicit enim Gregorius XXXIV. Moral. (cap. xviii. cir. princ.) *quod superbia, cum extorris usque ad corpus extera*

extenditur, prius per oculos (*) indicatur: unde & in Psal. cxxx. 1. dicitur: *Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei: oculi autem maxime deferviunt cognitioni.* Ergo videtur quod humilitas maxime sit circa cognitionem, per quam de se aliquis aestimat parva.

2. Præterea. Augustinus dicit in Lib. de virginit. (cap. xxxi. in med.) quod *humilitas pene tota disciplina christiana est.* Nihil ergo quod in disciplina christiana continetur, repugnat humiliari. Sed in disciplina christiana admonemur ad appetendum meliora, secundum illud I. ad Cor. xii. 31. *Aemulamini charismata meliora.* Ergo ad humilitatem non pertinet reprimere appetitum arduorum, sed magis aestimationem.

3. Præterea. Ad eamdem virtutem pertinet refrenare superfluum motum, & firmare animum contra superfluam retractionem; sicut eadem fortitudo est quæ refrenat audaciam, & quæ firmat animum contra timorem. Sed magnanimitas firmat animum contra difficultates quæ accident in prosecutione magnorum. Si ergo humilitas refrenaret appetitum magnorum, sequeretur quod humilitas non esset virtus distincta a magnanimitate: quod patet esse falsum. Non ergo humilitas consistit circa appetitum magnorum, sed magis circa aestimationem.

4. Præterea. Andronicus ponit humilitatem circa exteriorem cultum: dicit enim, quod *humilitas est habitus non superabundans sumptibus, & preparationibus.* Ergo non est circa motum appetitus.

Sed contra est quod Augustinus (1) dicit in libro de pœnitentia, (qui est hom. ult. inter l. cap. i. in med.) quod *humilis est qui eligit abjici in domo Domini magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Sed elecio pertinet ad appetitum. Ergo humilitas consistit circa appetitum magis quam circa aestimationem.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc.) ad humilitatem propriæ pertinet ut aliquis reprimat seipsum, ne feratur in ea quæ sunt supra se. Ad hoc autem necessarium est ut aliquis cognoscat id in quo deficit a proportione ejus quod suam virtutem excedit. Et ideo cognitio propriæ defectus pertinet ad humilitatem, sicut regula quædam directiva appetitus.

Sed in ipso appetitu consistit humilitas essentialiter. Et ideo dicendum est, quod humilitas proprie est directiva, & moderativa motus appetitus.

Ad primum ergo dicendum, quod extollentia oculorum est quoddam signum superbie, in quantum excludit reverentiam, & timorem: confuerunt enim timentes, & verecundiati maxime oculos deprimere, quasi non audentes se aliis comparare. Non autem ex hoc sequitur quod humilitas essentialiter circa cognitionem consistat.

Ad secundum dicendum, quod tendere in aliqua majora ex propriarum virium confidencie, humilitati contrariatur; sed quod aliquis ex confidencia divini auxili in majora tendat, hoc non est contra humilitatem; præsertim cum ex hoc aliquis magis (**) apud Deum exaltetur, quod ei se magis per humilitatem subjicit. Unde Augustinus dicit in Lib. de pœnitentia (2) *Aliud est levare se ad Deum, aliud est levare se contra Deum. Qui ante illum se projicit, ab illo erigitur: qui adversus illum se erigit, ab illo projicitur.*

Ad tertium dicendum, quod in fortitudine invenitur eadem ratio refrenandi audaciam, & firmando animum contra timorem: utriusque enim ratio est ex hoc quod homo bonum rationis debet periculis mortis præfere. (***) Sed in refrenando præsumptionem spei, quod pertinet ad humilitatem, & in firmando animum contra desperationem, quod pertinet ad magnanimitatem, est alia & alia ratio

(*) Aliud judicatur.

(1) Ut passim Beda etiam citat, ac nominativa super l. ad Corinthios cap. 5. & 6. Est autem homilia ultima libri 50. homiliarum quæ propter sui prolixitatem liber potuit appellari, sicut & in capita distinguuntur. Äquivalenter porro cap. 1. sic habetur appendix hic notata: *Deus cum sis omnium excellensissimus, non elatione sed humilitate contingit: Et infra: Quisquis ergo pœnitentia recusat humilitatem Deo appropinquare non cogitat: Et rursum paulo infra: Qui eligit abjici in domo Dei magis quam habere in tabernaculis peccatorum, eligit illum*

Deus ut inhabebet in atris ejus, & nihil fibi affument in sedens sue beatitudinis assumit, &c.

(**) Ita mss. & editio omnes libri quos vidimus, Theologi legendum credunt ad Deum.

(2) Vel hom. 50. ubi supra verbis inter mox indicata interjectis: Quibus etiam addit: *Alio enim est soliditas magnitudinis (in humili) alia inanitas inflationis (in superbo).*

(***) Ita cum cod. Alcan. aliquisque edit. passim Edip. Rom. & in refrenando præsumptionem spei &c. sum adhuc in puncto affirmacionis. Est alia & alia ratio,

ratio (1). Nam ratio firmandi animum contra desperationem est adeptio proprii boni, ne scilicet desperando homo se indignum reddat bono quod sibi competit; sed in reprimendo presumptionem spei, ratio principia sumitur ex reverentia divina, ex qua contingit ut homo non plus sibi attribuat quam sibi competit secundum gradum quem est a Deo fortitus. Unde humilitas præcipue videtur importare subjectionem hominis ad Deum: & propter hoc Augustinus in Lib. I. de serm. Domini in monte (cap. iv. a princ.) humilitatem, quam intelligit per paupertatem spiritus, attribuit dono timoris, quo homo Deum reveretur. Et inde est quod fortitudo aliter se habet ad audaciam, quam humilitas ad spem. Nam fortitudo plus utitur audacia quam eam reprimat: unde superabundantia est ei similius quam defectus. Humilitas autem plus reprimit (*) spem, vel fiduciam de seipso quam ea utatur: unde magis opponitur sibi superabundantia quam defectus.

Ad quartum dicendum, quod superabundantia in exterioribus sumptibus, & preparationibus solet ad quamdam jactantiam fieri, quæ per humilitatem reprimitur: & quantum ad hoc secundario consistit in exterioribus, prout sunt signa interioris appetitivi motus.

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per ratio nem ostendas, & in recto sensu intelligas, merito insinuarum fuisse a scripturis: quod humilitas consistit circa appetitum. Ut Ps. 83. *Elegi abjectus esse in domo Dei mei*. Sap. per quam autoritatem discurre tu: ut in arg. conser. Item Matth. 11. *Mitis sum & humilis corde*. Nomine enim cordis intel-

ligitur voluntas: quoniam, sicut corporale est principium omnium motuum corporalium, ita voluntas est principium omnium spiritualium motuum. qu. 44. art. 5. corp. Secundo videt: quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 78

Utrum homo debet se omnibus per humiliarem subjicere.

Infr. art. 6. ad 2. & Philip. 11.

AD tertium sic proceditur. Videatur quod homo non debet se omnibus per humiliarem subjicere. Quia, sicut dictum est art. præc. ad 3. humilitas præcipue consistit in subjectione hominis ad Deum. Sed id quod debetur Deo, non est homini exhibendum, ut patet in omnibus actibus latrige. Ergo homo per humiliatem non debet se humiliari subjicere.

2. Præterea. Augustinus dicit in Lib. de natura, & gratia (cap. xxxiv. ante med.) *Humilitas collectanda est in parte veritatis, non in parte falsitatis*. Sed aliqui sunt in supremo statu, qui si se inferioribus subiungent, absque falsitate hoc fieri non posset. Ergo homo non debet se omniibus per humiliatem subjicere.

3. Præterea. Nullus debet facere id quod vergat in detrimentum salutis alterius. Sed si quis per humiliatem se alteri subjiccat, quandoque hoc vergeret in detrimentum illius cui se subjicit, qui ex hoc superbire, vel excessu contemneret: unde Augustinus dicit in Regula (sc. epist. ccxxi. al. cix. vers. fin.) (2) *Ne dum nuncium forsanum humilis, regendi frangatus authoritas*. Ergo homo per humiliatem non debet omnibus se subjicere. Sed contra est quod dicitur Philip. 11. 3.

(1) Sic reponendum cum appendice tota subsecuente juxta codices manuscriptos quod prius perturbata constructione textus & corrupta integritate in plerisque impressis habebatur, ex hoc quod homo bonum rationis debet periculis mortis preferre in refrenando presumptionem spei quod pertinet ad humiliatem, in firmando animum contra desperationem quod pertinet ad magnanimitatem: Est & alia ratio: Quid tam enigmaticus logographus? Minus intoleranda nonnullarum Editionum corruptela; sed in refrenando presumptionem spei, &c. Est & alia ratio. Planus autem sensus est quem correcta serie reponimus, aliam esse rationem in refrenando presumptionem, & aliam in firmando animum contra

desperationem: non oppositum ad precedentem appendicem quod est eadem ratio &c.

(2) Ita cum codd. Terrac. & Alcan. edis Paqu. ap. 1712. opibz. Nicolajus: spem & fiduciam de seipso quam utatur: unde magis opponitur ei abundantia quam defectus. Edis. Rom. Humilitas autem plus reprimit spem de seipso, quam ea utatur: unde magis opponitur sibi.

(2) Non sicut prius indicabatur ad marginem cap. 29. nisi vetusta forsan Augustini Exemplaria sic habent: Moderna vero uniformiter habent ut reponimus; etiæ verbis paulum immutatis, codicem tamens sensu.

In humilitate superiores sibi invicem arbitrantur.

Respondeo dicendum, quod in homine duo possunt considerari, scilicet id quod est Dei, & id quod est hominis. Hominis autem est quidquid pertinet ad defectum; sed Dei est quidquid pertinet ad salutem, & perfectionem, secundum illud Osee xiiii. 9. (*) *Perditio tua, Israel, ex te est: ex me tantum auxilium tuum.* Humilitas autem, sicut dictum est (art. i. hu. quest. ad 3.) proprie respicit reverentiam, qua homo Deo subjicitur: & ideo quilibet homo secundum id quod suum est, debet se cuilibet proximo subjicere quantum ad id quod est Dei in ipso; non autem hoc requirit humilitas ut aliquis id quod est Dei in seipso, subjiciat ei quod appetet esse Dei in altero. Nam illi qui dona Dei participant, cognoscunt ea se habere (1) secundum illud I. ad Cor. ii. 12. *Ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis.* Et ideo absque prajudicio humilitatis possunt dona quae ipsis acceperunt, præferre donis Dei quae aliis apparent collata; sicut Apostolus ad Ephes. iiiii. 5. dicit: *Aliis generationibus non est agnatum filiis hominum, sicut nunc revelatum est sanctis Apostolis ejus.*

Similiter etiam non hoc requirit humilitas ut aliquis id quod est suum in seipso, subjiciat ei quod est hominis in proximo; alioquin oporteret ut quilibet reputaret se magis peccatorem quolibet alio; cum tamen Apostolus absque prejudicio humilitatis dicat Galati ii. 15. *Nos natura Judaei, & non ex gentibus peccatores.*

Potest tamen aliquis reputare aliquid boni esse in proximio quod ipse non habet, vel aliquid mali in se esse quod in alio non est, ex quo se potest ei subjicere per humilitatem.

(*) *Vulgata: Perditio tua, Israel: tantummodo in me auxilium tuum.*

(1) Considerali tantum & affectiva quidam eorum sententia circa se suavitatem percipiunt; secundum illud Apocal. 2. versu 17. *Vincenti dabo sternen ab scanditu, & nomen novum quod nemo scit nisi quis scripti,* sicut explicat ibi sequenter lect. 2. S. Thomas: Non enim certo & evidenter scire possunt extra cognitionem revelatam quod eiusmodi dona illis inquit, quia nescire possunt an caritatem vel gratiam habeant, sicut 1. 2. quest. 112. art. 5. expicatum est ex professo. Quod autem subsumitur ad Ephes. 3. *aliis generationibus,* perinde est ac si dicatur *aliis temporibus,* eti propter generatio quoque hominibus accipi posse addat ibidem S. Thomas.

(**) *Hoc ordine editi, miss. autem sic non solum debemus Deum revereri.*

Ad primum ergo dicendum, quod (**) non debemus solum Deum revereri in seipso, sed etiam quod est ejus, debemus revereri in quolibet; non tamen eo modo reverentia quo reveremur Deum. Et ideo per humilitatem debemus nos subjecere omnibus proximis propter Deum, secundum illud I. Pet. ii. 13. *Subjecti estote omni humano creature propter Deum;* latram tamen soli Deo debemus exhibere.

Ad secundum dicendum, quod si nos præferamus id quod est Dei in proximo, ei quod est proprium in nobis, non possumus incurrire falsitatem. Unde super illud Philip. ii. *Superiores sibi invicem arbitrantur,* dicit Glossa (2) „Non hoc ita debemus æstimare, ut nos æstimare fingamus; sed „vere æstimemus posse esse aliquid occultum „in alio, quo nobis superior sit, etiam si „bonum nostrum, quo illo videmur superiores esse, non sit occultum.“

Ad tertium dicendum, quod humilitas sicut & ceteræ virtutes, præcipue interioris in anima consistit. Et ideo potest homo secundum interiorum actum animæ alteri se subjicere, sine hoc quod occasionem habeat alius quod pertinet ad detrimentum suæ salutis. Et hoc est quod Augustinus dicit in Regula (sc. epist. ccxxi. al. cix. prope fin.) *Timore coram Deo priuatus substratus si pedibus vestris.* Sed in exterioribus humilitatis actibus, sicut & in actibus ceterarum virtutum, est debita moderatio adhibenda, ne possint vergere in detrimentum alterius. Si autem aliquis quod debet faciat, & alii ex hoc occasionem sumant peccati, non imputatur humiliter agenti: quia ille non scandalizat, quamvis alter scandalizetur.

A P-

(2) Ex Augustino Epistola lib. 83. questionum quest. 71. ubi plenius: *Cogitandum est, inquit, nullum esse hominem qui non possit habere aliquod bonum quod non est habens (eritamque latet) in quo sine dubio possit esse se superior: Quod cogitatio ad confundendam admodumque superbiam vales, non arbitritis quodcumque bona sua quidem ostinentur & apparent, ideo astutum nulla habere quæ latent, & fortassis inservient ponderis dona quibus se superiores nos sciencem: Non enim fallit nos aut adulacio potius uti Apostolus jubet, cum dicit: Nihil per contentum organum per suorum gloriam, sed in humilitate mentis alter alterum sibi superiorem existimantes: Tunc decide: Non hoc ita debemus existimare ut non existimemus sed nos existimare frangamus, sed vero existimus scimus.*

A P P E N D I X .

EX artic. habes *primo*: quomodo per rationem & ostendas, & in sensu recto intelligas, merito insinuatum a scripturis fuisse, quod homo debet se omnibus per humilitatem subjecere. Ut Philip. 2. secundum quod adducitur *in argum. contr.* Vide ad *secundum* Item 1. Petr. 2. ut adducitur in ad *primum*. Item per hoc, quod narrant, 1. Reg. 17. Davidem, quamvis jam c. 16. esset coram fratribus suis unctus in regem, portasse virtualia de mandato patris fratribus eisdem, quibus & coram Deo & coram hominibus a Dei Prophetam solemniter praelectus erat. Item per hoc quod narrant 2. Reg. 16. Davidem jaen regem receperum a populo seipsum humiliasse coram Semei servo suo maledicente sibi, & multipliciter vilipendente, dum & suos compescuit, ne quidquam mali redderent (quod volebant) pro tanta vilificatione, & ipsum Semei in tanta maledicta proficienter tam humiliter, quam patienter audivit, atque sustinuit. Per haec enim duo humilitatis ad inferiores exempla, David in scripturis, & scripturaz in David, quasi scholastice loquendo, dicitur: Homo debet, se per humilitatem omnibus, quantumvis inferioribus, secundum rectam rationem prudenter subjecere. De qua prudentia rationabili vide ad *tertium*. *Secundo* vides: quomodo &c.

ARTICULUS IV. 781

Utrum humilitas sit pars modestiae, vel temperantiae.

*Sup. quest. clx. art. 2. corp. & III. dist.
xxxxii. quest. iii. art. 2. quest.
3. corp.*

AD quantum sic proceditur. Videtur quod humilitas non sit pars modestiae, vel temperantiae. Humilitas enim præcipue respicit reverentiam, qua quis subjecitur Deo, ut dictum est (art. præc.) Sed ad virtutem

theologicam pertinet quod habeat Datum pro objecto. Ergo humilitas magis debet ponи virtus theologica quam pars temperantiae, seu modestiae.

2. Præterea. Temperantia est in concupisibili; humilitas autem videtur esse in irascibili, sicut & superbia, quæ ei opponitur, cuius objectum est ardum. Ergo videtur quod humilitas non sit pars temperantiae, vel modestiae.

3. Præterea. Humilitas, & magnanimitas circa eadem sunt, ut ex supradictis patet (art. 1. hu. quest. ad 3. & quest. cxxix. art. 3. ad 4.) Sed magnanimitas non ponitur pars temperantiae, sed magis fortitudinis, ut supra habitum est (quest. cxxix. art. 5.) Ergo videtur quod humilitas non sit pars temperantiae, vel modestiae.

Sed contra est quod Origenes dicit super Lucam (1) *Si vis nomen bujus audire virtutis, quomodo a Philosophis etiam appelleatur, aufculta eadem esse humilitatem, quam respicit Deus, quæ ab aliis uermotis dicuntur, ideo mensuratio, vel moderatio; quæ manifeste pertinet ad modestiam, vel temperantiam.* Ergo humilitas est pars modestiae, vel temperantiae.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quest. cxviii. & qu. cxxix. art. 5. & quest. clvi. art. 3.) in assignando partes virtutibus præcipue attenditur similitudo quantum ad modum virtutis. Modus autem temperantiae, ex quo maxime habet laudem, est refrenatio; vel repressio impetus alicujus passionis. Et ideo omnes virtutes refrenantes, sive reprimentes impetus aliquarum affectionum, vel actiones moderantes, ponuntur partes temperantiae. Sicut autem mansuetudo reprimit motum iræ, ita etiam humilitas reprimit motum spei, qui est motus spiritus in magna tendentis. Et ideo sicut mansuetudo ponitur pars temperantiae; ita etiam humilitas.

Unde & Philosophus in IV. Ethicorum (cap. viii. parum a princ.) cum qui tendit in parva secundum suum modum, dicit non esse magnanimum, sed temperatum, quem nos humilem dicere possumus. Et inter alias partes temperantiae, ratione superiorius dicta (quest. præc. art. 1.) continetur

(1) Scilicet homil. 8. jam notata ubi non metrio tantum dicitur appellari ex greco μετρίων quod mensurationem vel moderationem significat, sed arte-

oria quasi typhum excludens vel tumorem ex grano rupes.

ter sub modestia (1) , prout Tullius de ea loquitur (Lib. II. de invent. aliquant. ante fin.) in quantum scilicet humilitas nihil est aliud quam quædam moderatio spiritus . Unde I. Pet. III. 4. dicitur : *In incorruptione quiete, & modesti spiritus.*

Ad primum ergo dicendum , quod virtutes theologicas , quæ sunt circa ultimum finem , qui est primum principium in appetibiliis , sunt causa omnium aliarum virtutum . Unde ex hoc quod humilitas causatur ex reverentia divina , non excluditur quin humilitas sit pars modestiæ , vel temperantie .

Ad secundum dicendum , quod partes principalibus virtutibus assignantur , non secundum convenientiam in subjecto , vel in materia , sed secundum convenientiam in modo formalis , ut dictum est (quest. cxxxvi. art. 2. ad 1. & quest. clvii. art. 3. ad 2.) Et ideo licet humilitas sit in irascibili sicut in subjecto ; ponitur tamen pars modestiæ , & temperantie propter modum .

Ad tertium dicendum , quod licet magnanimitas , & humilitas in materia convenient ; differunt tamen in modo , ratione cuius magnanimitas ponitur pars fortitudinis , humilitas autem pars temperantie .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito a scripturis , & Origene fuisse insinuatum , quod humilitas est pars temperantie , & modestiæ . Ab Origene quidem , ut in arg. con. A scripturis vero per hoc , quod narrant 4. Reg. I. quod principis illius loquentis tertio ad Heliam humilitas fuit in hoc , quod temperavit sua dicta , & ipsa commensuravit (en , modestia) iis operibus bonis , quæ erga prophetas Domini exercerat . Item insinuat per hoc , quod Matth. 3. Luc. 3. Joan. 1. monstrant humilitatem Joannis Baptiste consistere in hoc ; quod commensuravit suam partem .

Summ. S. Tb. Tom. IX.

vitatem , suaque dicta secundum illam temperavit ; nec seipsum videlicet ad Christi præcellentiam (pro Christo enim reputabatur) erigendo , nec illud , quod dono ipsius Christi erat , denegando . His enim dubios in locis per dicta premissa scripturæ volunt , scholastice loquendo , fateri , quod humilitas est pars temperantie , & modestiæ . Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S V . 782

Utrum humilitas sit potissima virtutum .

IV. diff. ext. II. quest. III. art. 3. ad 6.

AD quintum sic proceditur . Videlur ad quod humilitas sit potissima virtutum . Dicit enim Chrysostomus (implic. hom. v. de incomprehensibili Dei natura , prope fin.) exponens illud quod dicitur Lucas xviii. de Phariseo , & Publicano , quod si mixta deliciis humilitas tam facile currit , ut justitiam superbia conjunctam transeat , si justitia conjunxerit eam , quo non ibit ? Afflites ipsi tribunali divino in medio Angelorum . Et sic patet quod humilitas praefertur justitiae . Sed justitia est præclarissima omnium virtutum , & includit in se omnes virtutes , ut patet per Philosophum V. Ethicor. (cap. III. & med. (2) Ergo humilitas est maxima virtutum .

2. Præterea . Augustinus dicit in Lib. de verb. Dom. (serm. x. cap. 1.) *Cogitas magnam fabricam construere celitusq[ue]n[us] De fundamento prius cogita humilitatis .* Ex quo videtur quod humilitas sit fundamentum omnium virtutum . Ergo videtur esse potior aliis virtutibus .

3. Præterea . Majori virtuti majus debetur præmium . Sed humilitati maximum debetur præmium : quia quæ se humiliat exaltabitur , ut dicitur Lucas xiv. 11. Ergo humilitas est maxima virtutum .

4. Præterea . Sicut Augustinus dicit in Lib.

M

(1) An properea forte sub nomine proprio non expressit humilitatem Philosophus , quia sub modestia intellexit ? Quod ad responsonem quinti argumenti art. 1. veluti pro secunda solutione addi potest : ubi obiectum erat quod Philosophus eam inter virtutes quas agnoscit ignorare omnifuerit : Quod autem hic notatur ex Ethic. 4. & prius ad marginem veluti ex capite 3. notabatur , notandum fuit ex capite 7. græco-lat. vel cap. 8. in antiquis & apud S. Thomam lect. 8. ubi pro tempore regnos quod

modestum etiam significat , ut a Tullio Tusculana 3. explicatur .

(2) Ubi proinde nec hesperum nec luciferum sequitur admirabilem ait esse ac justitiam : & eo refert græcum versum quem abesse in proverbium notat , εἰ δὲ θεούσιν οὐλαβόν τυράννον σι (pro iis) sive in justitia continetur summum omnis virtus : Non sicut prius indicabatur ad marginem cap. 1. sed cap. 3. græco-lat. vel cap. 2. in antiquis & apud S. Thomam lect. 3.

Lib. de vera relig. (cap. xvi. non procul a fin.) tota vita Christi in terris per hominem , quem suscipere dignatus est , disciplina morum fuit . Sed præcipue humilitatem suam imitandam proposuit , dicens (Matth. xi. 29.) *Dicite a me , quia missi sum , & humiliis corde : & Gregorius dicit in Pastor. (part. III. cap. I. admonit. 18. parum a princ.) quod argumentum redēptionis nostra inventa est humilitas Dei (1) . Ergo humilitas videtur esse maxima virtutum .*

Sed contra est quod caritas præfertur omnibus virtutibus , secundum illud Coloss. 111. 14. *Super omnia caritatem habete . Non ergo humilitas est maxima virtutum .*

Respondeo dicendum , quod bonum humanæ virtutis in ordine rationis consistit : qui quidem principaliter attenditur respectu finis , unde virtutes theologicae , quæ habent ultimum finem pro objecto , sunt potissimum : secundario autem attenditur prout secundum rationem finis ordinantur ea quæ sunt ad finem .

Et hæc quidem ordinatio essentialiter consistit in ipsa ratione ordinante , participative autem in ipso appetitu per rationem ordinatio : quam quidem ordinationem universaliter facit justitia , præsertim legalis . Ordinationi autem facit hominem bene subjectum humilitas in universalis quantum ad omnia : quilibet autem alia virtus quantum ad aliquam materiam specialem . Ideo post virtutes theologicas , & virtutes intellectuales , quæ respiciunt ipsam rationem , & post ju-

stitiam , præsertim legalem (2) potior ceteris est humilitas .

Ad primum ergo dicendum , quod humilitas iustitiae non præfertur , sed iustitia cui superbia conjungitur , quæ jam definit esse virtus ; sicut e contrario peccatum per humilitatem remittitur . Nam de Publicano dicitur Luc. xvii. 14. quod merito humilitatis descendit iustificatus in domum suam . Unde & Chrysostomus dicit (loc. cit. in arg.) *Geminus bigas mibi accomedes ; alteram quidem superbie , & iusticie ; alteram vero peccati , & humilitatis : & videbis peccatum præversens (3) iustitiam non propriis , sed humilitatis vincere viribus : aliud vero per videbis devitium non fragilitate iustitiae , sed mole , & tumore superbie .*

Ad secundum dicendum , quod sicut ordinata virtutum congregatio per quamdam similitudinem ædificio comparatur ; ita etiam illud quod est primum in acquisitione virtutum , fundamento comparatur , quod primum in ædificio jacit . Virtutes autem vere infunduntur a Deo . Unde primum in acquisitione virtutum potest accipi dupliciter . Uno modo per modum removentis prohibens : & sic humilitas primum locum tenet (4) , in quantum scilicet expellit superbiam , cui Deus resistit , & præbet hominem subditum , & patulum ad suscipiendum influxum divinitatis gratiarum , in quantum evacuat inflationem superbie . Unde dicitur Jacobi iv. 6. quod *Deus superbis resistit , humilibus autem das gratiam .* Et secundum hoc humilitas dicitur spiriti-

(1) Postquam præmisit ibi quod occasio perdisionis nostra facta est superbis diaboli : Et rationem reddit quia inter omnia conditus voluit videri super omnia existat : Redemptor autem noster magnus manens super omnia fieri inter omnia dignatus est parvus : Unde insert : Dicatur ergo humilibus quia dum se dejetur ad Dei similitudinem ascendens : Dicatur glatis quia dum se origine , in apostolo Angeli imitationem cadunt , &c.

(2) Hoc est eam quæ non privatim tantum ad singulos proximos bene ac recte nos ordinat , sed quæ publice reddit unicuique quod suum est : Hæc enim propter ipsum publicum bonum humilitati anteretur .

(3) Vel precurrens ex greco προλαμβάνω pro quo ineptissime prius perveniens iustitiam , sicut impressa passim legunt ; sed manuscriptum abbreviatis characteribus de alterutro incertum est . Mox autem per exprimit quod in impressis deest .

(4) Eo sensu intelligendum quo Cyprianus in serm. de Nativitate Christi (vel sub ejus nomine vetus alias author) eam *primum religionis ineritum &*

sancitatis fundamentum appellat : quod omnium virtutum inexpugnabilem fortitudinem appellat Ambrosius Demetriadi scribens , & virtutem omnium caput serm. 20. in Psalm. 118. cum explicat litteram hebraicam ibi præfixam per quam significatur caput : quod Hieronymus ad Eustochium epist. 27. ubi supra , primam Christianorum virtutem vocat , & epist. 14. que inscribitur ad Celantiam & Paulino ab aliis adscribitur , præcipuum conservaricem custodemque virtutum ; quod magistrum & matrem conservandæ virtutum vocat lib. 23. moralium cap. 13. (five 7.) Gregorius ; ut & originem virtutis lib. 27. versus finem , quod subfrumentum fundamentum cui superfructus virtutes debent , homil. 35. super Gedenium Chrysostomus , quod firmissimum ecclesiæ ædificii fundamentum Collat. 15. cap. 7. ex persona Neoforetis Abbatis Cassianus , quod bonum fundum in quo ædificium spirituale construitur lib. 2. de consideratione ad Eugenium cap. 6. Bernardus : Præter illud quod in ipsomet arguit 2. ex August. verbis relatum est , ut & alia passim quæ in consideratione addi possunt .

spiritualis ædificii fundamentum. Alio modo est aliquid primum in virtutibus directe, per quod scilicet jam ad Deum acceditur. Primus autem accessus ad Deum est per fidem, secundum illud Hebr. xi. 6. *Accedentes ad Deum sponset credere.* Et secundum hoc fides ponitur fundamentum nobiliore modo quam humilitas.

Ad tertium dicendum quod contemnenti terrena promittuntur coelestia, sicut contemnentibus divitias terrenas promittuntur coelestes thesauri, secundum illud Matth. vi. 19. *Nolite vobis thesaurizare thesauros in terra, sed thesaurizate vobis thesauros in caelo.* Et similiter contemnentibus mundi gaudia promittuntur consolationes coelestes, secundum illud Matth. v. 5. *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Et eodem modo humilitati promittitur spiritualis exaltatio, non quia sola ipsam mereatur, sed quia ejus est propriam contemnere sublimitatem terrenam. Unde Augustinus dicit in Libro de penitentia (qui est hom. ult. inter l. cap. 1. a med.) *Ne puses, cum qui se humiliat, semper jacere, cum dictum, sit, Exaltabitur: & ne opineris, ejus exaltationem in oculis hominum per sublimitates fieri corporales.*

Ad quartum dicendum, quod ideo Christus præcipue nobis humilitatem commendavit, quia per hoc maxime removetur impedimentum humanæ salutis, quæ consistit in hoc quod homo ad coelestia, & spiritualia tendat, a quibus homo impeditur, dum in terrenis magnificari studet. Et ideo Dominus, ut impedimentum salutis auferret, exteriorum celitudinem contemnendam monstravit per humilitatis exempla. Et sic humilitas est quasi quedam dispositio ad liberum accessum hominis in spiritualia, & divina bona. Sicut ergo perfectio est potior dispositione; ita etiam caritas, & aliæ virtutes, quibus homo directe movetur in Deum, sunt potiores humilitate.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a Scripturis esse insinuatum, quod humilitas non est maxima

virtutum. Ut Colos. 3. secundum quod adducitur in arg. con. Item i. Corinth. 12. *Excellenciem vobis viam demonstro.* Post quod cap. 13. mox incipit tractare diffusius de caritate. Item a simili vide quest. 157. art. 4. append. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S VI. 783

Utrum convenienter distinguantur secundum B. Benedictum duodecim gradus humilitatis, scilicet corde, & opere semper humilitatem ostendere, defixis in terram aspectibus &c.

Inf. quest. clxi. art. 4. ad 4. & Matth. iii.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter distinguantur duodecim gradus humilitatis, qui in Regula B. Benedicti (cap. VII.) ponuntur. Quorum primus est corde, & corpore semper humilitatem ostendere, defixis in terram aspectibus: secundus, ut pauca verba, rationabilia loquatur aliquis non clamora voce: tertius, ut non sit facilis, aut promptus in risum: quartus, exacturnitas usque ad interrogationem: quintus, senore quod habet communis monastri regula: sextus, credere, & pronuntiare se omnibus viliorum: septimus, ad omnia indignum, & iniuriam se confiteri, & credere: octavus, confessio peccatorum: nonus, per obedientiam in datus, & asperis patientiam amplecti: decimus, ut cum obedientia se subdat majori: undecimus, ut voluntatem propriam non deleletur implevere: duodecimus, ut Deum timeat, & memor sit omnium que præcepit (1). Enumerantur enim hic quedam quæ ad alias virtutes pertinent, sicut obedientia, & patientia: enumerantur etiam aliqua quæ ad falsam opinionem pertinere videntur, quæ nulli virtuti potest competere, scilicet quod aliquis pronuntiet se omnibus viliorum, & quod ad omnia indignum, & iniuriam se confiteatur, & credat. Ergo inconvenienter ista ponuntur inter gradus humilitatis.

2. Præterea. Humilitas ab interioribus ad exteriora procedit, sicut & ceteræ virtutes.

M 2 In-

(1) Non eadem serie tamen vel in Regula S. Benedicti habentur isti gradus, vel a S. Bernardo referruntur in eo speciali Tractatu in quo illos explicat; sed ordine inverso: ut pro primo 12. pro secundo 11. pro tertio 10. pro quarto 9. pro quinto 8. pro

sesto 7. pro septimo 6. pro octavo 5. pro nono 4. pro decimo 3. pro undecimo 2. & pro 12. primus paulo aliis verbis assignetur: Hic ergo descendendo & ibi ascendendo recentiti sunt &c.

Inconvenienter ergo præmittuntur in præmissis gradibus illa quæ pertinent ad exteriōres actus , his quæ pertinent ad intēriōres .

3. Præterea . Anselmus in Lib. de similitudinibus (1) ponit septem humilitatis gradus : quorum primus est , *contempibilem se esse cognoscere* : secundus , *de hoc dobre* : tertius , *hoc confitevi* : quartus , *hoc persuadere* , *ut scilicet hoc velit credi* : quintus , *ut patiens et sustinet hoc dici* : Sextus , *ut patiens contemptibiliter se tractari* , septimus , *ut hoc amet* . Ergo videntur præmissi gradus esse superflui .

4. Præterea . Marth. 111. dicit Glossa (ord. super illud , *Implere omnem iustitiam* :) *Perfecta humilitas tres habet gradus* . *Primus est* , *subdere se maiori* , & non preferre se aequali ; *qui est sufficiens* : *secundus est* , *subdere se equali* , nec preferre se minori ; & *bis dicuntur abundans* : *tertius gradus est* , *subesse minori* , *in quo est omnis iustitia* . Ergo præmissi gradus videntur esse superflui .

5. Præterea . Augustinus dicit in Lib. de virginitate . (cap. xxxi. ante med.) *Mensura humilitatis cuique ex mensura ipsius magnitudinis data est* , *cui est periculosa superbia* , *qua amplius amplioribus infidatur* . Sed mensura magnitudinis humanæ non potest sub certo numero graduum determinari . Ergo videntur quod non possint determinati gradus humilitatis assignari .

Respondeo dicendum , quod , sicut ex supra dictis patet (art. 2. hū. quest.) humilitas essentialiter in appetitu consistit , secundum quod aliquis refrenat impetum animi sui , ne inordinate tendat in magna ; sed regulam habet in cognitione , ut scilicet aliquis non se existimet supra id esse quod

est : & utriusque principium , & radix est reverentia quam quis haber ad Deum . Ex interiori autem dispositione humilitatis procedunt quædam exteriora signa in verbis , & factis , & gestibus , quibus id quod interius latet , manifestatur , sicut & in ceteris virtutibus accidit . Nam ex *vix cognoscitur vir* , & ab *occursu faciei sensatus* , ut dicitur Eccl. xix. 26. Et ideo in predictis gradibus humilitatis ponitur aliquid quod pertinet ad humilitatis radicem , scilicet duodecimus gradus , qui est , *ut homo Deum simetas* , & *memor sit omnium quae præcipit* .

Ponitur etiam aliquid pertinens ad appetitum , ne scilicet in propriam excellentiam inordinate tendat : quod quidem fit tripliciter . Uno modo , ut homo non sequatur propriam voluntatem : quod pertinet ad undecimum gradum . Alio modo , ut regulet eam secundum superioris arbitrium : quod pertinet ad gradum decimum . Tertio modo , ut ab hoc non deficiat propter dura , & aspera , quæ occurruant : & hoc pertinet ad nonum .

Ponuntur etiam quædam pertinentia ad existimationem hominis recognoscētis suum defectum ; & hoc tripliciter . Uno quidem modo per hoc quod proprios defectus recognoscat , & confiteatur : quod pertinet ad octavum gradum . Secundo , ut ex consideratione sui defectus aliquis insufficientem se existimet ad majora : quod pertinet ad septimum . Tertio , ut quantum ad hoc alias si- bi præferat : quod pertinet ad sextum .

Ponuntur etiam quædam quæ pertinent ad exteriora signa : quorum unum est in factis , ut scilicet homo non recedat in suis operibus a via communi ; quod pertinet ad quintum . Alia due sunt in verbis , ut scilicet homo

(1) A cap. 10. usque ad 18. prius indicabatur ad marginem ; sed a cap. 100. usque ad 108. debuit indicari : Cap. quippe 100. primus gradus , cap. 102. secundus gradus , cap. 103. 104. 105. 106. 107. tertius , quartus , quintus , sextus , septimus gradus respectively plenioribus quam hic verbis explicantur , & omnes universim cap. 108. resumuntur . Tres autem gradus quæ subduntur ex Glossa super illud quod Christus dicit ad Joannem Baptistam , *Sine modo* ; *Sic enim docet nos impleo omnem iustitiam* , ex nullo ibi speciali auctore indicantur , sed ex Bernardo implicite colligi possunt super eundem locum sic dicente . (sermon 4. in Epiphania Domini circa medium) *Est iustitia quadam angusta valde nec proponere se aequali nec aquare Proposito* : *Altera latior & amplior* nec aquare se pari nec inferiori preponere : *Sicut enim grandis & gravis est superbia preferre se*

aequali aut aquore Proposito , *ita magna humilitatis est inferiori se exhibere aequali* , *aut aequali inferiori* : *Maxima & plena iustitia est se inferiori exhibere etiam ipsi inferiori* : *Quasi conformatiōnem iustitiae in humilitatis perfectione constitutus* , *ut ipse in serm. 47. super Cantica loquitor versus finem* : *Iudem est ergo quod iustitia hos tres gradus assignat ac si humiliati assignaret* : *Quin & in Sententiis quæ sub eius nomine (licet auctorito) circumferuntur & in recentiori Editione inter adulterina rejecta sunt* , *Humilitatis virtus habet hec tria* : *Superiori subdi ut ad ejus aequalitatem nulla ambitione vel invidia rapiat* : *Aequali non preferri* , *ne illico appetitus superior vello fieri videatur* : *Minori subdi potius quam præponi ut ex hoc humilitatis verè est comprobetur* . *Præter septem alios gradus descendionis quos ibidem præmittit* .

Homo non præcipiat tempus loquendi ; quod pertinet ad quartum : nec excedat modum in loquendo ; quod pertinet ad secundum . Alia vero consistunt in exterioribus gestibus, puta in reprimendo extollentiam oculorum ; quod pertinet ad primum : & in cohibendo exterius risum, & alia inepta latitiae signa ; quod pertinet ad tertium .

Ad primum ergo dicendum , quod aliquis abique faltitate potest se credere , & pronuntiare omnibus viliorum secundum defectus occultos , quos in se recognoscit , & dona Dei , quae in aliis latent . Unde Augustinus dicit in Lib. de virginit. (cap. lli . patrum a med.) Existimate aliquos in occulto superiores , quibus estis in manifesto meliores . Similiter etiam abique faltitate potest aliquis confiteri , & credere ad omnia se inutilem esse , & indignum per proprias vires , ut sufficientiam suam totam in Deum referat , secundum illud II. ad Corinth. lli . 5. Non quod sufficientes sumus abiquid cogitare a nobis , quasi ex nobis , sed sufficientia nostra deo est . Non est autem inconveniens quod ea qua ad alias virtutes pertinent , humilitati adscribantur : quia sicut unum vitium eritur ex alio , ita naturali ordine actus unus virtutis procedit ex actu alterius .

Ad secundum dicendum , quod homo ad humilitatem pervenit per duo . Primo quidem & principaliter per gratias donum : & quantum ad hoc interiora praecedunt exteriora . Aliud autem est humanum studium per quod homo prius exteriora cohiberet , postmodum pertingit ad extirpandum interiorum radicem : & secundum hunc ordinem assi-

gnantur hic humilitatis gradus .

Ad tertium dicendum , quod omnes gradus quos Anselmus ponit , reducuntur ad opinionem , & manifestationem , & voluntatem propriæ abjectionis . Nam primus gradus pertinet ad cognitionem proprii defectus . Sed quia vituperabile esset , si quis proprium defectum amaret , hoc per secundum gradum excluditur . Sed ad manifestationem sui defectus pertinet tertius , & quartus gradus ; ut scilicet aliquis non solum simpliciter suum defectum enuntiet , sed etiam persuadeat . Alii autem tres gradus pertinent ad appetitum , qui excellentiam exteriorum non querit , sed exteriorum abjectionem vel æquanimiter patitur , sive in verbis , sive in factis : quia , sicut Gregorius dicit in Registro (Lib. II. Indict. x. epist. xxiv.) non grande est iis nos esse humiles a quibus honoramus , quia & hoc seculares quilibet faciunt ; sed illis maxime humiles esse debemus a quibus aliqua patimur (1) : & hoc pertinet ad quintum ; & sextum gradum : vel etiam desideranter exteriorum abjectionem amplectitur : quod pertinet ad septimum gradum . Et sic omnes isti gradus continentur sub sexto , & septimo superioris enumeratis .

Ad quartum dicendum , quod illi tres gradus accipiuntur , non ex parte ipsius rei , id est secundum naturam humilitatis , sed per comparationem ad gradus hominum , qui sunt vel maiores , vel minores , vel æquales .

Ad quintum dicendum , quod etiam illa ratio procedit de gradibus humilitatis , non secundum ipsam naturam rei , (2) secundum quam assignantur præmissi gradus , sed secundum diversas hominum conditions .

AP.

(1) Ad quod ibidem refert illud Psalmi 9. versu 13. Vidi humilitatem meam de inimicis meis ; nempe lib. 2. epistolarum Indict. 10. ep. 24. Eusebii Abbati scriptam qui propter injuriam sibi ab Episcopo interrogata redire in gratiam solebat , &c.

(2) Similiter etiam de gradibus qui septem ex Bernardo vel sub ejus nomine primiti assignati sunt ac serm. 3. de resurrectione apud verum Bernardum indicantur in septuplii mense Naaman in Jordane per quem designatus defensus , dicendum est quod non integrum rationem humilitatis in se continent , sed in ordine tantum ad seipsum : Et de aliis duodecim qui tunc sub illius nomine in sermone de S. Maria inter adulterina nunc rejecto diversimode a predictis exumerantur , nempe odium peccati , fuga delicti , metus odii , subesse Creatori , obedire meliori , vobis temporare compari , obsequi inferiori , subesse sibi , finem suum jugiter meditari , opera sua

semper vereri , cogitationes suas humiliiter conficeri , ad nutum & libitum Domini per omnia moveri , minus laborandum videtur , cum famosus authoris non sint , nec Benedicti aut Bernardi enumerationi supradictæ concordent ; quamvis & suo modo quandam partem humilitatis continere vel indicare dici possint . Tres vero illi qui serm. 3. de Annunciatione verius finem apud verum Bernardum assignantur contra deletionem peccati , neglectum vel contemptum confessionis , languitatem vel teponem fervoris , quasi tria gratis impedimenta præcipua , sunt extrinseci tantum gradus quibus ad ipsam humilitatem ascendiuntur , ut insinuat ibi ; Sed nunc de intrinsecis & propriis loquimur quibus ad summam sui despectionem humilitas descendit , vel ad summam ascendit sui perfectionem ac virtutem , quales illi sunt quos ex Regula S. Benedicti assignat S. Thomas , & quos proinde S. Bernardus explicavit . Denique decima illa humi-

A P P E N D I X.

Ex art. habes primo : quomodo per ratio-
nem ostendas, merito insinuantum a scri-
ptruris, & Benedicto, quod duodecim sunt
gradus humilitatis. A B. Benedicto quidem,
ut in principio articuli . A scripturis vero,
ut de humilitate Abrahæ Gen. 18. Ubi in
ly cum sim pulvis vide gradum sextum, se-
ptimum, in ly loquar ad dominum , &c. vi-
de secundum. Item de humilitate David 2,
Reg. 12. in ly peccavi : vide octavum : &
c. 15. in ly si dixerit mihi , non places,
presto sum : faciat , quod bonum est in oculis
suis : similiter alibi (quando , scilicet Deus
cum pro peccatis ejus corripuit , & punivit,
patientiam obedientier amplexus est 2. Reg.
15. c. 20. 24. vide nonum . Item c. 16. in
ly dimisisti , ut maledicat justa preceptum
Dominii ; vide undecimum . Item Luc. 1. de
humilitate B. Virginis ly cogitabat , qualis ,
&c. (non enim signa ineptæ lœtitia mon-
siravit , auditis tantis suis præconis : neque
ante tempus opportunum locuta est : tam-
quam seniata) vide terium , & quartum :
in ly Quomodo fiet , &c. vide secundum : in
ly Ecce Ancilla Domini , vide primum , &
(quoniam in hoc tenet , quod communis
regula docet , sc. ancillari Domino) etiam
quintum : in ly Fiat mihi secundum verbum
sum , vide decimum (subdit enim se Deo).
Item in ly Magnificat anima mea Dominum ,
& exultavit spiritus meus in Deo salutari
meo (scilicet per sanctum Dei timorem ,
& memoriam practicalem omnium manda-
torum ejus) vide duodecimum . Consule
tu qu. 70. art. 1. append. regulam pro le-
ctoribus , & secundum ipsam te in hac dif-
fusa materia pro studio tuo exerce . Secundo
vides : quomodo &c.

Q U E S T I O C L X I I .

*De superbia,**In octo articulos divisa .*

Postea considerandum est de superbia :
& primo de superbia in communi ; se-
cundo de peccato primi hominis , quod po-
nitur esse superbia .

Circa primum queruntur octo .
Primo , utrum superbia sit peccatum .
Secundo , utrum sit vitium speciale .
Tertio , in quo sit sicut in subiecto .
Quarto de speciebus ejus .
Quinto , utrum sit peccatum mortale .
Sexto , utrum sit gravissimum omnium
peccatorum .
Septimo de ordine ejus ad alia peccata .
Octavo , utrum debeat poni vitium ca-
pitale .

A R T I C U L U S I . 784

Utrum superbia sit peccatum .

1. 2. quæst. lxxxiv. art. 2. & mal. quæst.
viii. art. 2. ad 16. & Ps. xvi.

Ad primum sic proceditur . Videtur quod
superbia non sit peccatum . Nullum
enim peccatum est reprobissimum a Deo . Pro-
mittit enim Deus quod ipse facturus est ;
non est autem actor peccati . Sed superbia
connumeratur inter reprobationes divinas :
dicitur enim Isa. lx. 15. Posam te in super-
biam seculorum , gaudium in generationem &
generationem . Ergo superbia non est pec-
catum .

2. Præterea . Appetere divinam similitudi-
nem

humilitatis indicia que libro 4. de Institutis Renun-
tiantium cap. 9. a Cassiano maxima parte cum su-
pradicis Benedicti gradibus convenient ; scilicet 1.
Si mortificatas in se habeat omnes voluntates ; Si
actuum vel cogitationum nihil suum celaverit senio-
tem (idest Praelatum) 3. Si judicio ejus universa
committat & moneta sciens ac libenter auscultet ; 4.
Si servet in omnibus obedientiam , mansuetudinem ,
& patientia constantiam ; 5. Si nec injuriam ulli
facias , nec ab alio sibi factam doleas : 6. Si nihil
agas vel presumas quod non vel communis Regula
seras vel majorum cobortentur exempla : 7. Si omni-
vilitate contentus ad omnia que sibi precipiuntur ve-

lus malum operarium sese iudicaveris & indignum ;
8. Si semetipsum cunctis inferiore non superficie pro-
nuntiet labiorum sed intimo cordis credat affectu ;
9. Si linguam cobibeat , vel non sit clamosus in voce ; 10. Si non sit promptus & facilis in risu ; non
ut gradus humilitatis assignantur , totum id continen-
tes quod ad illius perfectionem spectat ; sed velut
principi & magis evidentes vel usitati modi per quos
manifestari exterius apud homines potest : Unde in-
dicia humilitatis Cassianus appellat : Ac deinde sub-
jungit ut alia etiam insinuat : Talibus namque in-
dictis & similibus humilitas vera dignoscitur .

nem non est peccatum : hoc enim naturaliter appetit qualibet creatura , & in hoc optimum ejus consistit , & præcipue hoc convenit rationali creature , quæ facta est ad imaginem & similitudinem Dei . Sed , sicut dicitur in Lib. Sotent. Prosperi (sent. cxcii.) *superbia est amor propria excellentie , per quam homo Deo assimilatur , qui est excellentissimus :* unde dicit Augustinus in II. Confess. (cap. vi. ante med.) *Superbia confundit imitatur , cum tu sis unus super omnia Deus exotus . Ergo superbia non est peccatum.*

3. Præterea . Peccatum non solum contrariatur virtuti , sed etiam opposito vitio , ut patet per Philosophum in II. Ethic. (cap. viii.) Sed nullum vitium inventur oppositum esse superbæ . Ergo superbæ non est peccatum .

Sed contra est quod dicitur Tob. 14. *Superbia numquam in tuo sensu , aut in tuo verbo dominari permittas .*

Respondeo dicendum , quod superbæ nominatur ex hoc quod aliquis per voluntatem tendit supra id quod est . Unde dicit Isidorus in Lib. Etymol. (ad lit. S.) *Superbas dictus est , quia super vult videri quam est :* qui enim vult supergredi quod est , superbæ est . Habet autem hoc ratio recta ut voluntas uniuscujusque feratur in id quod est proportionatum sibi . Et ideo manifestum est quod superbæ importat aliquid quod adverteretur rationi rectæ .

Hoc autem facit rationem peccati : quia secundum Dionysium (cap. iv. de div. Nomin. (part. iv. leff. 22.) *malum anima est præter rationem esse .* Unde manifestum est quod superbæ est peccatum .

Ad primum ergo dileendum , quod superbæ dupliciter accipi potest . Uno modo ex eo quod supergreditur regulam rationis : & sic dicimus eam esse peccatum . Alio modo potest superbæ nominari simpliciter a superexcessu : & secundum hoc omne superexcedens potest nominari superbæ : & ita reprobatur a Deo superbæ , quasi quidam superexcessus bonorum . Unde & Glossa Hieronymi (super illud Isa. lxi. *Vos autem Sacerdotes*) dicit ibidem quod est *superbia bona , & mala .*

Quamvis etiam dici possit , quod superbæ ibi accipitur materialiter pro abundantia rerum , de quibus possunt homines superbire .

Ad secundum dicendum , quod corum quæ naturaliter homo appetit , ratio est ordinatrix : & ita si aliquis a regula rationis rece-

dit vel in plus , vel in minus , erit talis appetitus vitiosus , sicut patet de appetitu cibi , qui naturaliter desideratur . Superbia autem appetit excellentiam in excessu ad rationem rectam . Unde Augustinus dicit in XVI. de civ. Dei (cap. xiiii. cir. princ.) quod *superbia est perversa celitudinis appetitus .* Et inde est etiam quod , sicut Augustinus dicit in XIX. de civ. Dei (cap. xiiii. a med.) *superbia perverse imitatur Deum :* *odit namque cum sociis equalitatem sub illo , sed imponere vult sociis dominationem suam pro illo .*

Ad tertium dicendum , quod superbæ directe opponitur virtuti humilitatis , quæ quodammodo circa eadem cum magnanimitate existit , ut supra dictum est (quæst. præc. art. i. ad 3.) Unde & vitium quod opponitur superbæ , in defectum vergens , propinquum est vitio pusillanimitatis , quæ opponitur magnanimitati secundum defectum . Nam sicut ad magnanimitatem pertinet impellere animum ad magna contra desperationem ; ita ad humilitatem pertinet retrahere animum ab inordinato appetitu magnorum contra presumptionem . Pusillanimitas autem , si importet defectum a prosecutione magnorum , proprie opponitur magnanimitati per modum defectus ; si autem importet applicationem animi ad aliqua viliora quam hominem deceant , opponitur humilitati secundum defectum , utrumque enim ex animi paritate procedit : sicut & e contrario superbæ potest secundum superexcessum & magnanimitati , & humilitati opponi , secundum rationes diversas : humilitati quidem , secundum quod subjectionem aspernatur ; magnanimitati autem , secundum quod inordinate ad magna se extendit . Sed quia superbæ superioritatem quandam importat , directius opponitur humilitati ; sicut & pusillanimitas , quæ importat parvitatem animi in magna tendentis , directius opponitur magnanimitati .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum a Scripturis , quod superbæ est peccatum . Ut Tob. 4. *Superbiā in tuo sensu numquam dominari permittas , ab ipso enim summis initium omnis perditio .* Item Jacob 4. *Deus superbis resistit .* Non resistit autem Deus alicui , tamquam abominans illud , nisi peccato , & peccatori formaliter sumpto , idest , quatenus vesti-

vestitus est peccatum. Item Psal. 73. Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. Ex peccato enim provenit, quod aliquis odio beat Deum. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS II. 785

Utrum superbia sit speciale peccatum.

Inf. art. 8. cor. & I. 2. quest. lxxxiv. art. 2. & II. dist. v. quest. I. art. 3. cor. & dist. xlvi. quest. II. art. 3. ad 2. & mat. quest. VIII. art. 2.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod superbia non sit speciale peccatum. Dicit enim Augustinus in Lib. de natura, & gratia (cap. xxix. parum a princ.) quod *sine superbia appellatione nullum peccatum inveneries*: & Prosper dicit in Lib. III. de vita contemplativa (cap. II. parum a princ.) quod *nullum peccatum sine superbia potest, vel potuit esse, aut poterit*. Ergo superbia est generale peccatum.

2. Præterea. Job xxxviii. super illud, *Ut averras hominem ab iniuitate*, dicit Glossa (ord.) quod „contra conditorem superbis, „est ejus præcepta peccando transcedere.“ Sed secundum Ambrosium (Lib. de parad. cap. VIII. parum ante med.) *omne peccatum est transgressio legis divine, & celestium inobedientia mandatorum*. Ergo omne peccatum est superbis.

3. Præterea. Omne peccatum speciale aliqui speciali virtuti opponitur. Sed superbis opponitur omnibus virtutibus: dicit enim Gregorius XXXIV. Moral. (cap. xviii. a princ.) *Superbia nequam est unius virtutis extinctione contenta: contra cuncta anima membra se erigit, & quasi generalis, ac perfliser morbus corpus omne corruptit*: & Isidorus dicit in Lib. II. de summo bono (cap. xxxviii. a med.) quod *est ruina omnium virtutum*. Ergo superbis non est speciale peccatum.

4. Præterea. Omne peccatum speciale habet speciale materiam. Sed superbis habet

generalem materiam: dicit enim Gregorius XXXIV. Moral. (cap. xviii. ante med.) quod *alter intumescit auro, alter eloquio, alter infimis & ceteris rebus, alter summis carafebusque virtutibus*. Ergo superbis non est speciale peccatum, sed generale.

Sed contra est quod Augustinus dicit in Libro de natura, & gratia (cap. xxix. cit. med.) *Querat diligenter, & inveniet secundum legem Dei superbiam esse peccatum multum disertum ab aliis virtutis* (1). Genus autem non distinguuntur a suis speciebus. Ergo superbis non est generale peccatum, sed speciale.

Respondeo dicendum, quod peccatum superbis duplicitate potest considerari. Uno modo secundum propriam speciem, quam habet ex ratione proprii objecti: & hoc modo superbis est speciale peccatum, quia habet speciale objectum: est enim inordinatus appetitus propria excellentia, ut dictum est (art. præc.) Alio modo potest considerari secundum redundantiam quamdam in alia peccata: & secundum hoc habet quamdam generalitatem, in quantum scilicet ex superbis oriri possunt omnia peccata, duplice ratione: uno modo per se, in quantum scilicet alia peccata ordinantur ad finem superbis, qui est propria excellentia, ad quam potest ordinari omne id quod inordinate appetit; alio modo indirecte, & quasi per accidens, scilicet removendo prohibens, in quantum scilicet homo per superbiam contemnit divinam legem, per quam prohibetur a peccando, secundum illud Hierem. 11. 20. *Confregisti jugum, rupisti vincula, dissipasti, Non servias*.

Sciendum tamen, quod ad hanc generalitatem superbis pertinet quod omnia virtus interdum ex superbis oriri possint; non autem ad eam pertinet quod omnia virtus semper ex superbis oriuntur. Quamvis enim omnia præcepta legis possint quis transgredi qualcumque peccato ex contemptu, qui pertinet ad superbiam, non tamen semper ex contemptu aliquis præcepta divina transgreditur, sed quandoque ex ignorantia, quan-

(1) Sive paulo aliter *Invenies in lege multum diforesum esse a ceteris peccatis superbis*: Ubi per legem intelligit Scripturam in qua Pelagius, contra quem hoc opposit, peccatum, contendebat a superbis non distinguui. Sic enim illum prius loquenter introducit: *Quomodo superbiam separabimus a peccato?* Tamen peccare superbis est quam superbis peccare: Nam quare quid sit quodcumque peccatum, & vide si invenies aliquod sine superbis ap-

pellatione peccatum: Ac deinde hanc sententiam sic ab eo probari notat: *Omne peccatum Dei consensus est; & omnis Dei contemptus superbis est, quid enim tam superbium quam Deum consenserit? Omnes ergo peccatum superbis est*, dicens Scriptura (Ecclesiastici 10.) *Initium omnis peccati superbis*: Tunc vero sicut supra retorquet: *Querat diligenter, & inveniet* &c.

quandoque ex infirmitate. Et iude est quod, sicut Augustinus dicit in Lib. de natura, & gratia (cap. xxix. in med.) *multa perperam fiant quae non fiant superbe* (1).

Ad primum ergo dicendum, quod Augustinus illa verba inducit in Lib. de nat. & gratia, non ex sua persona, sed ex persona alterius, contra quem disputat. Unde & postmodum improbar ea, ostendens quod non semper ex superbia peccaserat.

Potest ramen dici, quod authoritates illas intelliguntur quantum ad exteriorem effectum superbie, qui est transgredi precepta, quod invenitur in quolibet peccato; non autem quantum ad interiore actum superbie, qui est contemptus precepti. Non enim semper peccatum sit ex contemptu, sed quandoque ex ignorantia, quandoque ex infirmitate, ut dictum est (in cor. art.)

Ad secundum dicendum, quod quandoque aliquis committit aliquod peccatum secundum effectum, sed non secundum affectum; sicut ille qui ignoranter occidit patrem, committit parricidium secundum effectum, sed non secundum affectum, quia hoc non intendebat: & secundum hoc transgredi preceptum Dei, dicitur esse contra Deum superbire, secundum effectum quidem semper, non autem semper secundum affectum.

Ad tertium dicendum, quod peccatum aliquod potest corrumpere virtutem dupliciter. Uno modo per directam contrarietatem ad virtutem: & hoc modo superbia non corrumpit quamlibet virtutem, sed solum humilitatem, sicut & quodlibet aliud speciale peccatum corrumpit speciale virtutem sibi oppositam, contrarium agendo. Alio modo peccatum aliquod corrumpit virtutem, abutendo ipsa virtute, & sic superbia corrumpit quamlibet virtutem, inquantum scilicet ex ipsis virtutibus sumit occasionem superbendi, sicut ex quibuslibet aliis rebus ad excellentiam pertinentibus. Unde non sequitur quod sit generale peccatum.

Suum. S. Tb. Tom. IX.

Ad quartum dicendum, quod superbia attendit speciem rationem objecti, quae tamen inveniri potest in diversis materia: est enim inordinatus amor proprii excellentiae: excellentia autem in diversis rebus potest inveniri.

A P P E N D I X.

Ex art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, merito esse a scripturis, & Augustino insinuatam, quod superbia est speciale peccatum. A D. Augustino quidem: ut in arg. cont. A scripturis vero per hoc, quod connumerant superbiam aliis specialibus virtutis. Ut Ro. 1. *Consumeliosos, superbos, elatos, parentibus non obedientes, &c.* Item 2. Tim. 3. *Cupidi, elati, superbii, blasphemanti, &c.* Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 786

Urum superbia sit in irascibili sicut in subiecto.

Mal. quest. VII. art. 3. & ver. quest. I. art. 5. ad 10.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod superbia non sit in irascibili sicut in subiecto. Dicit enim Gregorius XXIII. Moral. (cap. x. ante med.) (2) *Obstaculum veritatis tumor mentis est: quia dum inflat, obnubilat.* Sed cognitio veritatis non pertinet ad irascibilem, sed ad vim rationalem. Ergo superbia non est in irascibili.

2. Præterea. Gregorius dicit XXIV. Moral. (cap. xi. a med.) quod *superbi non eorum vitam considerant quibus se humiliando postponant, sed quibus superbiendo se preferant:* & sic videtur quod superbia ex indebita consideratione procedat. Sed consideratio non pertinet ad irascibilem, sed potius ad rationalem.

N

(1) *Vel sic, verbis paulum immutatis: Multa peccata per superbiam consumantur; sed non omnia superbie fiant que perperam fiant, certe a nescientibus (ut peccata ignorantiae) certe ab infirmis (ut fragilitatis peccata) certe plorantes a gementibus & flentibus, ut illa quae committunt inviti propter metum a tanto quidem sed non a toto excusantem, id est impedientem ne tam gravia peccata fint, sed non impedientem simpliciter & absolute ne peccata fint.*

Diximus porro quinam ille sit contra quem Augustinus disputat, ut hic ad primum indicatur, nimi-

rum Pelagi, quem et si ex proprio nomine non appellat in eo libro Augustinus, libro tamen 2. Retractat. cap. 42. exprimit ejus nomen & Pelagi librum vocat quem hic refellit.

(2) *sive 16. in antiquis ad illa verba Job. 33. Hoc est ergo in quo non es justificatus.* Appendix autem sequens habetur in modernis cap. 6. Sed cap. 12. in antiquis, ubi non de superbis nominatim sed generaliter de reprobis hoc dicit, postquam per oppositum dixit de sanctis viris illud quod infra in 2. solutione refertur.

lem. Ergo superbia non est in irascibili, sed potius in rationali.

3. Præterea. Superbia non solum querit excellentiam in rebus sensibilibus, sed etiam in rebus spiritualibus, & intelligibilibus: ipsa autem principaliter consistit in contemptu Dei secundum illud Eccli. x. 14. *In iustum superbiam hominis apostatare a Deo.* Sed irascibilis, cum sit pars appetitus sensitivi, non potest se extendere in Deum, & in intelligibilia. Ergo superbia non potest esse in irascibili.

4. Præterea. Ut dicitur in Lib. Sententiar. Prospcri (sent. ccxcii.) (1) *Superbia est a-sper proprie excellentie.* Sed amor non est in irascibili, sed in concupiscibili. Ergo superbia non est in irascibili.

Sed contra est quod Gregorius in II. Moral. (cap. xxvi. parum a princ.) ponit contra superbiam donum timoris. Timor autem pertinet ad irascibilem. Ergo superbia est in irascibili.

Respondeo dicendum, quod subjectum cuiuslibet virtutis, vel vitiis oportet inquirere ex proprio objecto. Non enim potest esse aliud objectum habitus, vel actus, nisi quod est objectum potentiae, que utrique subjicitur. Proprium autem objectum superbiaz est arduum: est enim appetitus propriæ excellentiæ, ut dictum est (art. 1. & 2. præc.) Unde oportet quod superbia aliquo modo ad vim irascibilem pertineat.

Sed irascibilis dupliciter accipi potest. Uno modo proprie: & sic est pars appetitus sensitivi, sicut & ira proprie sumpta, est quædam passio appetitus sensitivi. Alio modo potest accipi irascibilis largius, scilicet ut pertineat etiam ad appetitum intellectivum, cui etiam quandoque attribuitur ira, prout scilicet attribuimus iram Deo, & Angelis, non quidem secundum passionem, sed secundum judicium justitiae judicantis: & tamen irascibilis

sic communiter dicta non est potentia distincta a concupiscibili, ut patet ex his quæ in primo dicta sunt (quæst. lxx. art. 4. & quæst. lxxxi. art. 5. ad 1. & 2.)

Si ergo arduum, quod est objectum superbiaz, esset solum aliquid sensibile, in quod posset tendere appetitus sensitivus, oporteret quod superbia esset in irascibili, que est pars appetitus sensitivi. Sed quia arduum, quod respicit superbiam, communiter invenitur & in sensibilibus, & in spiritualibus rebus: necesse est dicere, quod subjectum superbiaz sit irascibilis non solum proprie sumpta, prout est pars appetitus sensitivi, sed etiam communius accepta, prout invenitur in appetitu intellectivo. Unde & in demonibus superbiaz ponitur.

Ad primum ergo dicendum, quod cognitio veritatis est duplex. Una pure speculativa: & hanc superbiaz indirecte impedit, subtrahendo causam. Superbus enim neque Deo intellectum suum subicit, ut ab eo veritatis cognitionem percipiat, secundum illud Matth. xi. 25. *Abscondisti hec a sapientibus, & prudentibus, id est a superbis, qui fibi sapientes, & prudentes videntur, & revelasti ea parvulis, id est humilibus: neque etiam ab omnibus addiscere dignatur;* cum tamen dicatur Eccli. vi. 34. *Si inclinaveris aurem tuam, scilicet humiliiter audiendo, excipies doctrinam.* Alia autem est cognitio veritatis, scilicet affectiva: & tales cognitionem veritatis directe impedit superbiaz: quia superbis, dum delectantur in propria excellentia, excellentiam veritatis fastidunt, ut Gregorius dicit XXIII. Moral. (cap. 2. cir. med.) quod superbis, et si secreta quedam intelligendo percipiunt, eorum dulcedinem experiri non possunt; & si neverunt quomodo sunt, ignorant quomodo sapienti. Unde & Proverb. xi. 2. dicitur: *Ubi humiliatus, ibi sapientia.* (2)

Ad

(1) Sive Sententiarum a Prospero ex Augustino collectarum, inter opera subjectiorum Augustino tom. 3. Sent. 292. ut & apud Prosperum ipsum cuius nomine referuntur. Quod autem subiungitur ex Gregorio & ad marginem prius ut ex cap. 36. juxta vetus Exemplar notabatur, nunc ex cap. 27. colligitur æquivalenter in modernis: *Ubi plenius in hunc modum: Donum spiritus quod in subiecta mente ante omnia prudential, temperamental, insitual, fortitudinem format, eamdem mentem ut contra singula quoque tentamenta eruditas, in septem mox virtutibus temperas, ut contra stultitiam, sapientiam, contra bebetudinem, intellectum, contra precipitationem consilium, contra timorem fortitudinem, contra ignorantiam, scientiam, contra duritatem pietatem, contra superbiam simorem:* Alludit porro tum ad

septem filios quos habuit Job cap. 1. tum ad septem spiritus quos Iosias enumerat c. 11. & qui dona spiritus sancti passim appellantur.

(2) Vel secundum 70. *soula transiens resuta mō oris* id est, os humilium medicatur sapientiam: Ubi sensus est eum qui est vere humili nihil fatigis de seipso dicere quod ad simulationem contentiosam provocare alios possit, per oppositum ad id quod ibi præmittitur immediate vers. 2. *Ubi fuerit superbia, ibi erit consumelua:* Quamvis aliter quoque 70. *Ubi fuerit consumelua (03cc) ibi erit ignominia* sive in honore, a qua (Peda nihilominus interpretatur ut hic, ibi esse sapientiam ubi est humilius, quia divina mysteria parvulus (id est humilius) a Deo revelantur.

Ad secundum dicendum, quod, sicut supra dictum est (quest. præc. art. 1. & 2.) humilitas attendit ad regulam rationis rectæ, secundum quam aliquis veram estimationem de se habet. Hanc autem regulam rectæ rationis non attendit superbia, sed de se majora existimat quam sint: quod contingit ex inordinato appetitu propriæ excellentiæ: quia quod aliquis vehementer desiderat, facile credit; & ex hoc etiam ejus appetitus in altiora fertur quam sibi conveniat. Et ideo quacumque conferunt ad hoc quod aliquis estimet se supra id quod est, inducunt hominem ad superbiam: quorum unum est, quod aliquis consideret defectus aliorum; sicut contra Gregorius ibidem dicit, quod sancti viri virtutum consideratione vicissim sibi alios preferunt. Ex hoc ergo non habetur quod superbia sit in rationali, sed quod aliqua causa ejus in ratione existat.

Ad tertium dicendum, quod superbia non est solum in irascibili, secundum quod est pars appetitus sensitivi, sed prout communius irascibilis accipitur, ut dictum est (in cor. art.)

Ad quartum dicendum, quod, sicut Augustinus dicit XIV. de civit. Dei (cap. vii. a med. & cap. ix.) amor præcedit omnes alias animi affectiones, & est causa earum: & ideo potest poni pro qualibet aliarum affectionum. Et secundum hoc superbia dicitur esse amor proprieæ excellentiæ, in quantum ex amore causatur inordinata præsumptio alios superandi; quod proprie pertinet ad superbiam.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, merito fuisse insinuatum a scripturis, & Gregorio; quod superbia est subjective in irascibili. A D. Gregorio quidem: ut in arg. contr. A scripturis autem per hoc, quod dicunt, Sap. 5. Ambulavimus vias difficiles, Quid nobis profuit superbia? Nam per ly difficiles, denotant ad litteram, quod superbia, de qua subiungunt, est circa ardua: Item a Luc. 1. Dispersit superbos mente cordis sui. Ubi per cor intelligitur voluntas: & per ly mente,

intelligitur intentio: ac si dixisset: Dispersit superbos quoad intentionem voluntatis eorum: hoc est, cassum fecit intentum, quod ipsi volebant. Voluntas vero est appetitus intellectivus, seu voluntas, qui appetitus intellectivus communiori vocabulo dicitur irascibilis, ut in conclusione articuli. Nam voluntas per cor intelligitur: quoniam, sicut cor corporale est principium omnium corporalium motuum, ita voluntas omnium spiritualium. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S IV. 787

Utrum convenienter a Gregorio assignentur quatuor superbie species, scilicet estimare bonum a seipso habere, sibi datum desuper credere pro suis accepisse meritum, jactare se habere quod non habet, & despiciens ceteris singulariter videri appetere habere quod habet.

*II. dist. xxiv. quest. ii. art. 4. & mal.
quest. viii. art. 4. & I. Cor. iv.
lect. 2. & II. Esth. lect. 3.*

AD quartum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter assignentur quatuor superbie species, quas Gregorius assignat XXIII. Moral. (cap. iv.) dicens; Quatuor quippe sunt species, quibus omnis tumor arrogantium demonstratur; cum bonum aut a semper suis habere se estimant; aut si sibi datum desuper credunt, pro suis se hoc accepisse meritum putant: aut certe cum jactant se habere quod non habent; aut despiciens ceteris, singulariter videntur appetere habere quod habent (1). Superbia enim est vitium distinctum ab infidelitate, sicut etiam humilitas est virtus distincta a fide. Sed quod aliquis estimet bonum se non habere a Deo, vel quod bonum gratia habeat ex meritis propriis, ad infidelitatem pertinet. Ergo non debet poni species superbie.

2. Præterea. Idem non debet poni species diverisorum generum. Sed jactantia ponitur species mendacii, ut supra habitum est (quest. cx. art. 2. & quest. cxiii.) Ergo non debet poni species superbie.

3. Præterea. Quædam alia videntur ad su-

N 2 per-

(1) Quoad primum i. ad Corinth. 4. Quid habes quod non accepisti? Quoad secundum ad Ephel. 2. Dei donum est, non ex operibus, ut ne quis glorietur. Quoad tertium Hiere. 49. de Moab: Arrogantium

ejus novi, & quod non sit junta cum virtus ejus: Pro quarto autem Pharisæi exemplum assert publicanum despiciens &c.

perbiām pertinere, quæ hic non connume-
rantur: dicit enim Hieronymus quod nihil
est tam superbū, quam ingrasum videri: &
Augustinus dicit XI V. de civit. Dei (cap.
xix.) quod excusare se de peccato commisso
ad superbiam pertinet. Præsumptio etiam,
qua quis tendit ad assequendum aliquid quod
sopra se est, maxime ad superbiam pertine-
re videtur. Non ergo sufficienter prædicta
divisio comprehendit superbiaz species.

4. Præterea. Inveniuntur aliz divisiones
superbiæ. Dividit enim Anselmus exaltatio-
nem superbiaz, dicens, quod quedam est in
voluntate, quedam in sermone, quedam in
operatione (1) Bernardus etiam (tract. de
grad. humilit. cap. x. & seq.) ponit duo-
decim gradus superbiaz; qui sunt curiositas,
mentis levitas, incepia letitia, jactantia, san-

gularitas, arrogancia, presumptio, defensio
peccatorum, simulata confessio, ribellio libertas
peccandi, confuerudo: quæ non videntur
comprehendi sub speciebus a Gregorio affi-
gnatis. Ergo videtur quod inconvenienter
assignentur.

In contrarium (*) sufficit authoritas Gre-
gorii.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra
dictum est (art. i. & hu. quest.) superbia
importat immoderatum excellentiaz appetitum,
qui scilicet non est secundum rationem rectam.
Est autem considerandum, quod quelibet ex-
cellentia consequitur aliquod bonum habitum.
Quod quidem potest tripliiter considerari.
Uno modo secundum se. Manifestum est e-
nim quod quanto majus est bonum quod
quis habet, tanto per hoc excellentiam ma-
jorem

(1) Imo plenius lib. de similitudinibus c. 21. Exal-
tationis genera sunt quindecim, eis quatuor sunt
simplicia, sex duplia, quatuor triplicia, unum vero
quadruplex: Et cap. 22 Quatuor ergo sunt simpli-
cia: Scilicet exaltatio aliquando in sola opinione, ut
si quis opinetur se esse dignum episcopatu, nec Epis-
copus sicut fieri velit: Aliquando in sola voluntate,
ut si velis fieri Episcopus, nec tamen opinetur
se esse dignum episcopatu: Aliquando in sola loquutione,
ut si jactet se esse dignum, nec tamen velit
fieri, sciens se esse indignum: Aliquando in solo opere,
ut si insinus per ignorantiam affideat juxta Re-
gem: Et cap. 23. Sex vero duplia: Quia scilicet
aliquando exaltatur homo in opinione simul & volun-
tate, ut cum aliquis prioratu se dignum estimat
& hoc vult ut Prior fiat: Aliquando in opinione &
loquutione, ut cum aliquis aliquam non vult prela-
tionem que fibi offertur, & ex hoc ipso se attollens
meliorum aliis arbitratur, & inde se jactat: Aliquando
in opinione & opere, ut si aliquis se estimat dignum
sedere juxta Episcopum, & alibi per igno-
rantiam sedeat juxta eum: Aliquando in voluntate
& loquutione, ut cum aliquis volens episcopari ja-
ctat inde se esse dignum, licet scias esse indignum:
Aliquando in voluntate & opere, ut cum aliquis in
convitulo vult residere in superiori loco, & ibi se in-
gerit invitante nullo, quamvis indignum se estimat
boco tam alto: Aliquando in loquutione & opere, ut
cum Prelatus aliquam in se fragilitatem vides, ob
quam (si honeste posset) ipsam prelationem defer-
ret, & tamen in verbis & actibus suis quoddam ex-
cellentiam ostentat ne ipsam ejus fragilitatem quis
animadverteret: Et c. 24: Quatuor triplicia: Quia
scilicet aliquando delectatur homo in opinione &
voluntate & loquutione, ut cum dignum se prelatione
estimat & eam vult, & inde se jactat: Aliquando
in voluntate, loquutione, & opere; ut cum ideo quia
vult prelati nem habere fingit verbo & opere & actu
dignum se esse, quamvis sciat se indignum: Aliquando
in loquutione opere, & opinione, ut cum aliquis
licet jactet dignum se esse prelatione, & ea libentias

agat quibus (vel per qua) dignus esse videatur,
& hoc idem arbitratur de se, non vult tamen prela-
tionem habere ut sanctior judicetur esse: Aliquando
in opere, opinione, & voluntate, ut cum Prelatus
subditos opprimit inmoderate ut suam prelationem
qua dignum se existimat esse, quandiu vult posside-
re, sine ullo obstacle habere possit: Et cap. 25. U-
num quadruplex: Quia plerumque se homo extollit in
opinione, voluntate, loquutione, & opere, ut cum
se laude dignum estimat, & eam appetit, & ipse
se laudat, & quadam usqna operatur ut laudem ac-
quirat: Tunc deinde refutum: Quidecim itaque sunt
excellentia genera: Quatuor simplicia, que sunt ma-
la: Sex duplia, que sunt pejora: Quatuor triplicia,
que sunt pejorata: Unum vero quadruplex quod
cessoris omnibus pejora est: Quanto enim in pluribus
homo extollitur, tanto excellenter ipsa pejoratur. I-
tem sciendum quia solius operis excellenter que sem-
per est per ignorantiam, est mala. Solius autem lo-
quutionis, pejor: Solius vero opinionis, pejorata:
Solius autem voluntatis, omnibus pejor: Stultus est
enim, cum aliqua visu persona per ignorantiam affi-
det juxta dignam: Sed stultus est, cum inde se ja-
ctat dignum: Stultissimum vero cum se hoc estimat
dignum: Multo autem stultus est cum vult residere
juxta eam, licet scias se esse indignum. Iis porro
singulis & omnibus monita e Scripturis potita sic
opponit: Contra extollentiam in opere Dominus ait
(Luc. 14.) Cum invictus fueris ad nupias, re-
cumber in novissimo loco: Contra eam que est in loquu-
tione Salomon dicit (Prov. 27.) Laudet et alacrus,
& non ex tuum: Contra eam que est in opinione
Apostolus ait (Rom. 11.) Noli altum sapere, sed
tim: Contra eam que est in voluntate Dominus iter-
um dicit discipulis suis (Matth. 20.) Qui volu-
rit inter vos primus esse, erit vester servus: Contra
omnia vero extollentia genera iterum ipse dicit (Luc.
14.) Omnes qui se exaltat, humiliabitur; & qui se
humilit, exaltabitur.

(*) Al sufficit.

forem consequitur. Et ideo cum aliquis attribuit sibi majus bonum quam habeat, consequens est quod ejus appetitus tendat in excellentiam propriam ultra modum sibi convenientem: & sic est tertia species superbiz, cum scilicet aliquis jaclat se habere quod non habet.

Alio modo ex parte causa, prout scilicet excellentius est quod aliquod bonum insit alicui a seipso quam quod insit ei ab alio. Et ideo cum aliquis estimat bonum quod habet ab alio, ac si haberet a seipso, fertur per consequens appetitus ejus in propriam excellentiam supra suum modum. Est autem duplexer aliquis causa sui boni, uno modo efficienter, alio modo meritorie: & secundum hoc sumuntur duæ primæ superbiz species, scilicet cum quis a semetipso habere estimat quod a Deo habet, vel cum propriis meritis sibi datum desuper credit.

Tertio modo ex parte modi habendi, prout excellentior aliquis redditur ex hoc quod bonum aliquod excellentius ceteris possidet: unde ex hoc etiam fertur inordinate appetitus in propriam excellentiam: & secundum hoc sumuntur quarta superbiz species, quæ est cum aliquis, alijs despiciens, singulariter vult videri.

Ad primum ergo dicendum, quod vera estimatio potest corrupti dupliciter: uno modo in universali; & sic in his quæ ad fidem pertinent corruptitur vera estimatio per infidelitatem: alio modo in aliquo particulari eligibili; & hoc non facit infidelitatem: sicut ille qui fornicatur estimat pro tempore illo bonum esse sibi fornicari; nec tamen est infidelis, sicut esset, si in universali diceret fornicationem esse bonum. Et ita etiam est in proposito: nam dicere in universali aliquod bonum esse quod non est a Deo, vel gratiam hominibus pro meritis dari, pertinet ad infidelitatem; sed quod aliquis ex inordinate appetitu propriæ excellentiæ ita de bonis suis glorietur, ac si ea a se haberet, vel ex meritis propriis, pertinet ad superbiam, & non ad infidelitatem, proprie loquendo.

Ad secundum dicendum, quod jaclantia ponunt species mendacii quantum ad exteriorem actum, quo quis falso sibi attribuit quod non habet; sed quantum ad interiorem cordis arrogiantiam ponunt a Gregorio species superbiz.

Ad tertium dicendum, quod ingratus est qui sibi attribuit quod ab alio habet: unde duæ primæ superbiz species ad ingratitudinem pertinent. Quod autem aliquis se excus-

set de peccato quod habet, pertinet ad tertiam speciem: quia per hoc aliquis attribuit sibi bonum innocentius, quod non habet. Quod autem aliquis presumptuose tendat in id quod supra ipsum est, præcipue videtur ad quartam speciem pertinere, secundum quam aliquis vult alias preferri.

Ad quartum dicendum, quod illa tria quæ ponit Anselmus, acepiuntur secundum progressum peccati cuiuslibet; quod primo corde concipitur, secundo ore profertur, tertio opere perficitur. Illa autem duodecim quæ ponit Bernardus, sumuntur per oppositum ad duodecim gradus humilitatis, de quibus supra habitum est (qꝫst. pꝫc. art. 6.) Nam primus gradus humilitatis est, corde, & corpore *semper humiliarem ostendere, defixis in terram asperilibus*: cui opponitur curiositas, per quam aliquis curiose ubique, & inordinate circumspicit. Secundus gradus humilitatis est *ut paucæ verba, & ratiocinabiliæ loquatur aliquis non clamore voce*: contra quem oponitur levitas mensis, per quam scilicet homo superbe se habet in verbo. Tertius gradus humilitatis est *ut non sit facilis, & promptus in vītu*: cui opponitur inœpta latitia. Quartus gradus humilitatis est *saciturnitas usque ad interrogacionem*, cui opponitur jactanciæ. Quintus gradus humilitatis est *tenere quod communis regula monastrii habet*: cui opponitur singularitas, per quam scilicet aliquis sanctior vult apparere. Sextus gradus humilitatis est *credere, & promoventiare se omnibus utiliorem*: cui opponitur arrogancia, per quam scilicet homo se alius præfert. Septimus gradus humilitatis est *ad omnia inutilem, & indignum se confiteri, & credere*: cui opponitur presumpcio, per quam scilicet aliquis reputat se sufficientem ad maiora. Octavus gradus humilitatis est *confessio peccatorum* cui opponitur defensio eorumdem. Nonus gradus humilitatis est *in duris, & aperis patientiam amplecti*: cui opponitur simulata confessio, per quam scilicet aliquis non vult subire posnam pro peccatis, quæ similate confitetur. Decimus gradus humilitatis est *obedientia*: cui opponitur rebellio. Unde decimus gradus humilitatis est *ut homo non delectetur facere propriam voluntatem*: cui opponitur libertas, per quam scilicet homo delectatur libere facere quod vult. Ultimus autem gradus humilitatis est *tiner Dei*: cui opponitur peccandi consueto, quæ implicat Dei contemptum. In his autem duodecim gradibus tanguntur non solum superbiz species, sed etiam quædam antecedentia, & con-

consequentia , sicut etiam supra de humilitate dictum est (quæst. præc. art. 6.)

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito a Scripturis , & Gregorio fuisse insinuatum , quod superbiz sunt quatuor species : prima scilicet estimare a seipso habere id , quod a Deo habet : secunda , credere esse a Deo datum sibi propter merita propria (idest a se , de suo , dependentia) tercya , iactare se habere , quod non habet : quarta , velle , aliis despiciens , singulariter videri . A B. Gregorio quidem : ut in princ. art. A scripturis vero per hoc : quod de quatuor istis , in tractando de superbia , tangunt . Ut de quarta in Gen. 16. quando Agar concepisse se videns ex hoc , quod ipsa , & non Sara conceperat , despexit Dominam suam . Simile habes 1. Reg. 1. quando Phenenua ex simili motivo despiciebat Annam . De tertia autem Isa. 16. Amdivimus superbiam Moab : superbia ejus plus quam fortitudo ejus . De prima vero simulum secunda Dan. 4. quando Rex Nabuchodonosor ait : Nonne haec est Babylon civitas magna , quam ego adificare in robore fortitudinis mea ; Per haec enim dicta , & similia (que multa studens ibi invenies) scripture scholasticis Theologis concludendum esse annuntiant , quod superbiz quatuor species praedictæ convenienter assignantur . De convenientia igitur Scripturarum in suis dictis vide qu. 182. art. 2. append. & qu. 140. art. 3. append . Secundo vides : quomodo &c.

ARTICULUS V. 788.

Utrum superbia sit peccatum mortale .

IV. dist. xxxiiii. quæst. 1. art. 3. qu. 2. ad 3.

AD quintum sic proceditur . Videtur quod superbia non sit peccatum mortale . Quia super illud Psal. vii. Domine Deus meus , si feci istud , dieit Glossa (ordin. Augustini :) , scilicet universale peccatum , „ quod est superbia . “ Si igitur superbia esset peccatum mortale , omne peccatum esset mortale .

2. Præterea . Omne peccatum contrariatur caritati : Sed superbia non videtur contrariari caritati neque quantum ad dilectionem Dei , neque quantum ad dilectionem proximi : quia excellentia , quam quis inordinate per-

superbiæ appetit , non semper contrariatur honori Dei , aut utilitati proximi . Ergo superbia non est peccatum mortale .

3. Præterea . Omne peccatum mortale contrariatur virtuti . Sed superbia non contrariatur virtuti , sed potius ex ea oritur : quia , ut Gregorius dicit XXXIV. Moral. (cap. xviii. ante med.) aliquando homo ex summis , cœlestibusque virtutibus intumescit . Ergo superbia non est peccatum mortale .

Sed contra est quod Gregorius in eodem Lib. (ibid. cit. fin.) dicit , quod evidenter reproborum signum superbia est ; at contra humilites electorum . Sed homines non sunt reprobi pro peccatis venialibus . Ergo superbia non est peccatum veniale , sed mortale .

Respondeo dicendum , quod superbia humilitati opponitur . Humilitas autem propriè respicit subjectionem hominis ad Deum , ut supra dictum est (quæst. præc. art. 1. ad 5.) Unde e contrario superbia propriè respicit defectum hujus subjectionis , secundum scilicet quod aliquis se excusat supra id quod est sibi præsumt secundum divinam regulam vel mensuram , contra id quod Apostolus dicit II. ad Cor. x. 13. Ne autem non in immensum gloriabimur , sed secundum mensuram qua mensus est nobis Deus . Et ideo dicitur Eccli. x. 14. quod initium superbia hominis est apostatare a Deo : quia scilicet in hoc radix superbie consideratur quod homo aliquatenus non subjicitur Deo , & regule ipsius .

Manifestum est autem quod hoc ipsum quod est non subjici Deo , habet rationem peccati mortalis , hoc enim est averti a Deo : unde consequens est quod superbia secundum genus suum sit peccatum mortale .

Sicut etiam in aliis quæ ex suo genere sunt peccata mortalia (puta fornicatione , & adulterio) sunt aliqui motus qui sunt peccata venialia propter eorum imperfectionem , quia scilicet præveniunt rationis judicium , & sunt præter ejus consensum ; ita etiam & circa superbiam accedit quod aliqui motus superbiz sunt peccata venialia , dum eis ratio non consentit .

Ad primum ergo dicendum , quod , sicut supra dictum est (art. 2. hu. quæst.) superbia non est universale peccatum per suam essentiam , sed per quamdam redundantiam , inquantum scilicet ex superbia omnia peccata oriiri possunt . Unde non sequitur quod omnia peccata sint mortalia , sed solum quando oriuntur ex superbia completa , quam di- ximus esse peccatum mortale .

Ad

Ad secundum dicendum, quod superbia semper quidem contrariatur dilectioni divinae, inquantum scilicet superbus non se subjicit divinae regulæ, prout debet; & quandoque etiam contrariatur dilectioni proximi, inquantum scilicet aliquis inordinate se preferit proximo, aut ab ejus subjectione se subtrahit: in quo etiam derogatur divina regula, ex qua sunt hominum ordines instituti, prout scilicet unus eorum sub alio esse debet.

Ad tertium dicendum, quod superbia non oritur ex virtutibus sicut ex causa per se, sed sicut ex causa per accidens, inquantum scilicet aliquis ex virtutibus occasionem superbiz sumit. Nihil autem prohibet quin unum contrariorum sit alterius causa per accidens, ut dicitur in VIII. Physic. (tex. 8.) Unde etiam de ipsa humilitate aliqui superbiant.

APPENDIX.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse à scripturis, Gregorio, & Leone, Pontificib. quod superbia est peccatum mortale. A S. Gregorio quidem: ut in *arg. cons.* A Leone autem primo per hoc, quod dicit in ep. 88. *Declinata superbia, cui proximum est, ut decidat; ametus humilitas, cui semper debetur, ut crescat.* Hac ille. A scripturis vero per hoc: quod narrant, superbos esse vehementer punitos a Deo. Ut Gen. 3. de primis parentibus, c. 11. de sedificantibus turrim. Exod. 5. de Pharaone superbissime dicente ly Nescio Dominum, & Israel non dimittam. 4. Reg. 18. de Rege Assyriorum dicente pernicios, quod neque Deus, neque homo posset liberare Israel de manu sua, Heser 3. 5. de Aman hoste Iudzorum ex superbia moto. In libris Machabæorum sere per totum de superbia diversorum. Ex horum enim punitionibus narratis, scriptura scholasticæ tamquam ab effectu inferendo, dicit,

quod superbia est peccatum mortale. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS VI. 78

Utrum superbia sit gravissimum peccatorum.

Inf. art. 7. ad 4. & Psal. xviii. fin. & II. Cor. xii. lett. 3.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod superbia non sit gravissimum peccatorum. Quanto enim aliquod peccatum difficulter cavetur, tanto videtur esse levius. Sed superbia difficulter cavetur: quia, sicut Augustinus dicit in *Regula*, (scilicet epist. ccxi. al. cix. ante med.) *ceteros peccata in malis operibus exercentur, ut fiant; superbia autem bonis operibus inficiatur, ut pereat.* Ergo superbia non est gravissimum peccatorum.

2. Præterea. Majus malum majori boni opponitur (1), ut Philosophus dicit in VIII. Eth. (cap. x. cir. princ.) Sed humilitas, cui opponitur superbia, non est maxima virtutum, ut supra habitur est (quest. præc. art. 5.) Ergo & vitia quæ opponuntur majoribus virtutibus, puta infidelitas, desperatio, odium Dei, homicidium, & alia hujusmodi, sunt graviora peccata quam superbia.

3. Præterea. Majus malum non punitur per minus malum. Sed interdum superbis punitur per alia peccata, ut pater ad Rom. 1. 26. ubi dicitur, quod Philosophi per elationem cordis traditi sunt in reprobum finitum, ut faciant que non convenient (2). Ergo superbia non est gravissimum peccatorum.

Sed contra est quod super illud Psal. cxviii. *Superbi inique agebant usque quaque*, dicit Glossa: Maximum peccatum in homine est superbia (3).

Respondeo dicendum, quod in peccato duo attenduntur, scilicet conversio ad committita.

(1) *Sive id peccatum est quod est optimo contrarium;* cap. 12. græco-lat. vel cap. 10. in antiquis & apud S. Thomam lect. 10. ubi proinde tyrannidem quæ regno adversatur, peccatum esse probat.

(2) *Expresse quidem quia Deus nos probaverunt habere in nostrarum (versu 28.) equivalenter vero propter elationem quæ tamen ut exemplum reprobis sensus recentetur deinceps.*

(3) *Non sic moderna vel impressa quæ interlinea-*

ris tantum habet Mægas vis mali in superbis: Unde nec prius locus ullus indicabatur ad marginem. Sed vetus manuscripta expresse ut hic, ac similiter Ambrosius ex quo sumpta est Cone. 7. in Psalm. 1. 8. vel Enarrat. in Octonarium 7. *Maximum in homine peccatum superbia est, inquit, quandoquidem inde manus nostri origo delicti:* *Hoc ideo nos primum diabolus induxit & perdidit: Non nisi homo ideo penitus persuasione deceptus fatus Deus esse valuerit;* *nisi*

mutabile bonum, quz materialiter se habet in peccato; & avertio a bono incommutabili, quz est formalis, & completiva ratio peccati .. Ex parte autem conversionis non habet superbia quod sit maximum peccatorum: quia celitudo, quam superbus inordinate appetit, secundum suam rationem non habet maximam repugnantiam ad bonum virtutis.

Sed ex parte aversionis superbia habet maximam gravitatem: quia in aliis peccatis homo a Deo avertitur vel propter ignorantiam, vel propter infirmitatem, sive propter desiderium cuiuscumque alterius boni; sed superbia habet aversionem a Deo ex hoc ipso quod non vult Deo, & ejus regulz subjici. Unde Boetius dicit, quod cum omnia vita fugiens a Deo, sola superbia se Deo opponit. Propter quod etiam specialiter dicitur Jacobii iv. 6. quod Deus superbis resistit. Et ideo averti a Deo, & ejus præceptis, quod est quasi consequens in aliis peccatis, per se ad superbiam pertinet, cuius actus est Dei contemptus. Et quia id quod est per se, potius est eo quod est per aliud; consequens est quod superbia sit gravissimum peccatorum secundum suum genus, quia excedit in aversione, quz formaliter compleat peccatum.

. Ad primum ergo dicendum, quod aliquod peccarum difficile cavetur duplicitate. Uno modo propter vehementiam impugnationis; sicut ira vehementer impugnat propter suum impetum; & adhuc difficilior est resistere concupiscentia propter ejus connaturalitatem, ut dicitur in II. Ethic. (cap. ix. non procul a fine.) Et talis difficultas vitandi peccatum gravitatem peccati diminuit: quia quanto aliquis minoris tentationis impetu cedit, tanto gravius peccat, ut Augustinus dicit. Alio modo difficile est vitare aliquid

peccatum propter ejus latentiam: & hoc modo superbiam difficile est vitare, quia etiam ex ipsis bonis occasionem sumit, ut dictum est (art. præc. ad 3.) Et ideo si granger Augustinus dicit, quod bonis operibus insidiatur: & in Psal. cxli. 4. dicitur: In via hoc, qua ambulabam, abscondens superbi laqueum nibi. Et ideo motus superbiz occuite subrepens non habet maximam gravitatem, antequam per judicium rationis deprehendatur; sed postquam deprehensus fuerit per rationem, tunc facile evitatur tum ex consideratione propriæ infirmitatis, secundum illud Eccli. x. 9. Quid superbis res-
ta, & cinis? tum etiam ex consideratione magnitudinis divinæ, secundum illud Job xv. 13. Quid timeret coruus Deum sp̄eris-
tuus? tum etiam ex imperfectione banorum de quibus superbit homo, secundum illud Isaiae xl. 6. Omnis caro fenum, & omnis gloria ejus quasi flos agri: & infra cap. lxiv. 6. Quasi pannus menstruante universa justitia noſtre.

Ad secundum dicendum, quod oppositio virtutis ad virtutem attenditur secundum objec-
tum, quod consideratur ex parte conversio-
nis; & secundum hoc superbia non habet
quod sit maximum peccatorum, sicut nec
humilitas quod sit maxima virtutum. Sed
ex parte aversionis est maximum, utpote
aliis peccatis magnitudinem praestans: nam
per hoc ipsum infidelitatis peccatum gravius
redditur, si ex superbiz contemptu procedat,
quam si ex ignorantia, vel infirmitate pro-
veniat. Et idem dicendum est de despera-
tione, & aliis hujusmodi.

Ad tertium dicendum, quod sicut in syl-
logismis ducentibus ad impossibile quandoque
aliquis convincitur per hoc quod dicitur ad
inconveniens magis manifestum; ita etiam
ad

numquam ferolis tulpa ad nos transiſſet hereditas: Et quid de homine dicam? Ipſe diabolus per superbiam natura ſua amisit gratiam: Denique dum dicit, Bonum thronum meum ſuper, & ero ſimilis altissimo, conſortis excidit Angelorum. Et paulo infra: Quid igitur hoc peccato porciſſe deſerius quod a Dei capit in-
juria? Ideoque Scriptura dicit (Jacob 4.) Deus superbis resistit: Quippe tamquam conuictio ſuo propubefator votuſi quoddam ſuſcepit adverſus ſuperbiem ſpecialiſſe veritatem: Tamquam dicat: Meus iſte adverſarius eſt qui me iacoffit: Mihi debetur iſta congreſſio: Sic Hieronymus quoque ad Antonium epift. 45. que inſcribitur de modetia, ex iſdem Jacobi verbiſſi inferi: Vide, frater, quale motuſi ſe quod adverſarius habet Deum: Et Caiſianus lib. 12. de iuſtitiis reniantantium cap. 7. Quoniam eſt ma-

lum superbia, ut ipsum Deum adverſarium habens incretar; Notandum ſequidem eſt quod nequaquam dixerit ſuper hiſ qui ceteris vitiis involuti ſunt quod Deum babeant ſibi refiſſentem, ſed quod ſolis ſuperbiis: Illa namque vicia vel in unumquemque deſer-
quentium tantummodo reorquentur, vel in ſuos par-
ticipes (iudeſ in alios homines) videntur admitti: Hec vero proprie pertinet ad Deum; & iudeſco cum ſpecialiſſe digno eſt habere contrarium: Et iudeſcos Peluſius lib. 1. epiftolarum, epift. 164. Superbius Deus refiſſit, inquit, quandoquidem eorum Duci ac Principi jam ab initio ſe oppoſuit: Conſidera igitur quoniam eſt, & Deum boſtem acque adverſarium habere, & veterem boſtem ſocium eſt. Sed quod ex Boſto interſicitur, non occurrit.

ad convincendum superbiam hominam Deus aliquos punit, permittens eos ruere in peccata carnalia; quæ etsi sint minora, tamen manifestiore turpitudinem continent. Unde Isidorus dicit in Libro II. de summo bono (cap. xxxviii.) omni vitiis deterioribus esse superbiam, seu propter hoc quod a summis personis, & primis assumitur, seu quod de opere iustitiae & virtutis exoritur, minusque culpa ejus sentitur. Luxuria vero carnis ideo notabilis omnibus est, quoniam statim per se surpis est; & tamen, dispensante Deo, superbia minor est. Sed qui detinetur superbiam, & non sentit, labitur in carnis luxuriam, us per hanc humiliatus a confusione exurgat.

Ex quo etiam patet gravitas ipsius superbie. Sicut enim medicus sapiens in remedium majoris morbi patitur infirmum in leviorum morbum incidere; ita etiam peccatum superbie gravius esse ostenditur ex hoc ipso quod pro ejus remedio Deus permittit mere homines in alia peccata.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a Scripturis; quod superbia est maximum peccatorum. Ut Psal. 118. secundum quod adducitur in arg. con. cum glossa. Item per hoc, quod narrant, superbiam esse punitam modis valde miris, & inusitatissima Deo, qui tamen dixerat Deuteronom. 25. pro mensura peccati erit & plagarum modus. Superbia enim Nabuchodonosor Regis punita fuit per mutationem ejus in bestiam, & ejectionem in sylvas, Daniel. 4. Superbia Holofernis per manum feminæ, Judith 13. Superbia Chôre, Dathan, & Abiron, per deglutionem ipsorum vivorum a terra aperta, Numer. 16. Secundo vides: quomodo &c.

Summ. S. Th. Tom. IX.

Utrum superbia sit primum omnium peccatorum.

IL Cor. XII. Lect. 4.

AD septimum sic proceditur. Videtur quod superbia non sit primum omnium peccatorum. Primum enim salvatur in omnibus consequentibus. Sed non omnia peccata sunt cum superbia, nec orientur ex superbia, dicit enim Augustinus in Lib. de natura, & gratia (cap. xxix. in med.) quod multa perperam fiant que non fiant superbe. Ergo superbia non est primum omnium peccatorum.

2. Præterea. Eccli. x. 14. dicitur, quod initium superbie est apostatare a Deo (1). Ergo apostasia a Deo est prius quam superbia.

3. Præterea. Ordo peccatorum esse videtur secundum ordinem virtutum. Sed humilitas non est prima virtutum, sed magis fides. Ergo superbia non est primum peccatorum.

4. Præterea II. ad Tim. III. 13. dicitur: *Mali homines, & seductores proficiunt (2) in peccatis:* & ita videtur, quod principium malitia hominis non sit a maximo peccatorum. Sed superbia est maximum peccatorum, ut dictum est (art. præc.) Non est igitur primum peccatorum.

5. Præterea. Id quod est secundum apparetiam, & fictionem, est posterius eo quod est secundum veritatem. Sed Philosophus dicit in III. Ethic. (cap. viii. cir. med.) (3) quod *superbus est factor fortitudinis, & audacie.* Ergo vitium audacie est prius vitio superbie.

Sed contra est quod dicitur Eccli. x. 15. *Initium omnis peccati est superbia.*

Respondeo dicendum, quod illud quod est per se, est primum in quolibet genere. Dictum est autem supra (art. præc.) quod aversio a Deo, quæ formaliter compleat rationem peccati (4) pertinet ad superbiam per se, ad alia autem peccata ex consequentiis:

(1) Vel quod idem est vers. 15. cum a Deo apostatauit homo &c.

(2) Abusive, sicut & cap. 2. vers. 16. cum de vaniloquii dicitur & prophani quod *multum proficiunt ad impietatem:* Alioquin profectus passim usurpat in bonam partem.

(3) Non cap. 8. sicut prius indicabatur ad marginem, sed vel in antiquis & apud S. Thom. lect. 15. vel 19. græco-latin. ubi *προτροπής τῆς αὐθεντίας a modernis redditur simulator fortitudinis.*

(4) Sive (ut prius art. 6.) est formalis & complexiva ratio peccati: Nec aliter ubique S. Thomas. Quam,

ti : & inde est quod superbia habet rationem primi peccati , & est etiam principium omnium peccatorum , ut supra dictum est (1. 2. quast. lxxxiv. art. 2.) cum de causis peccati ageretur , ex parte aversionis , quæ est principalior in peccato .

Ad primum dicendum , quod superbia dicitur esse omnis peccati initium , non quia quodlibet peccatum singulariter ex superbia oriatur , sed quia quodlibet genus peccati natum est ex superbia oriti .

Ad secundum dicendum , quod apostatare a Deo dicitur esse superbiae humanæ initium non quasi aliquod aliud peccatum a superbia existens , sed quia est prima superbia pars . Dictum est eam (art. 5. hu. quæst.) quod superbia principaliter respicit subjectionem diuinam , quam contemnit ; ex consequenti autem contemnit subjici creaturæ propter Deum .

Ad tertium dicendum , quod non oportet esse eundem ordinem virtutum , & vitiorum . Nam vitium est corruptivum virtutis . Id autem quod est primum in generatione , est postremum in corruptione . Et ideo sicut fides est prima virtutum ; ita infidelitas est ultimum peccatorum , ad quam homo quandoque per alia peccata perducitur . Unde super illud Psal. cxxxi. *Exinanite , exinanite usque ad fundamentum in ea* , dicit Glossa (1) quod „ coacervationem vitiorum subrepit dissidentia : “ & Apostolus dicit I. ad Timoth. 1. 19. quod *quidam repellentes conscientiam bonam circa fidem naufragaverunt* .

Ad quartum dicendum , quod superbia dicitur esse gravissimum peccatorum ex eo quod per se competit principio , ex quo attenditur gravitas in peccato . Et ideo superbia causat gravitatem aliorum peccatorum . Contingit ergo ante superbiæ esse aliqua peccata (*) leviora , quæ etiam ex ignorantia , vel infirmitate committuntur . Sed inter gra-

viora peccata primæ sunt superbia , sicut causa , per quam alia peccata aggravantur . Et quia id quod est primum in causando peccata , est etiam ultimum in recedendo ; ideo super illud Psal. xviii. *Emundabor a delicto maximo* , dicit Glossa (insert.) „ hoc est a „ delicto superbie , quod est ultimum redemptum , tibus ad Deum , & primum recendentibus a Deo . „

Ad quintum dicendum , quod Philosephus ponit superbiam circa fictionem fortitudinis , non quia solum in hoc consistat , sed quia per hoc homo reputat magis se posse excellentiam apud homines consequi , si audax , vel fortis videatur .

A P P E N D I X .

Ex art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito à scripturis esse insinuatam , quod superbiam est primum organum peccatorum . Ut Eccl. 10. secundum quod in arg. contr. Item Tob. 4. Superbiæ numquam in tuo sensu , aut in tuo verbo , dominari permittas : in ipsa enim iniuriam sumpsit omnis perditio . Secundo vides : quomodo ex his , similibusque (id , quod tuum est ubique pro studio indagare juxta regulam pro lectoribus positam qu. 70. art. 1. append.) si bene pertinetur &c.

A R T I C U L U S V I I I . 791

Utrum superbia debatponi vitium capitale.

AD octavum sic proceditur . Videtur quod superbia debatponi vitium capitale . Hesodus enim (Lib. Comment. in Deut. cap. xvi.) & Cassianus (Lib. V. de institut. Cœnob. cap. 1. & Lib. XII. { enumerant super-

Quam sit absurdum porro positivam deformitatem in peccato ut veras ejus rationem & formaliter constitutivam astruere ; quam absurdum & indignum hanc tam absurdam sententiam pro Thomistica venditare ; quam ridiculum id putare quia 1. qu. 71. art. 6. dictum est rationem malis esse quasi formale in peccato , & ostendimus ibi & hinc patet , ubi vocatur absolute formalis .

(1) Vetus dumtaxat manuscripta quæ nullum nomen præfert , nec occurrit alibi quam in Petri Lombardi seu Magistri Sententiarum Commentario super Psalmos , ubi *moralē sensum* vocat : præmittens quod sic totum accipi potest ; ut Edom qui serrenum vel sanguineum significat sit carnalitas quæ per illi- pitos motus nos perversit ; indecoacervatio vitio-

rum dissidentiam gignens &c. Glossa vero quæ subiungitur super Psal. 18. est vetus manuscripta collateralis , & interlinearis nova quæ in eodem supradicto commentario continetur , non apud Augustinum ut prius ad marginem : Sic enim tantum in eum locum Augustinus : *Delictum magnum arbitror esse superbiam* : *Quarivitis quam magnum sit hoc delictum , quod Angelum decessit , quod ex Angelo diabolum fecit , quod in eternum ei regnum calorum interclusit* : *Magnum hoc delictum est* , & caput atque causa omnium delictorum : Et paulo inferius : *Ab hoc vitio quod est caput omnium visiorum quia inde cetera vita nostra sunt , facta est apostasia a Deo , euntes anima in tenebras peccatis etiam ceteris consequitis &c.*

(*) Nicolajus graviora .

superbiam inter vitia capitalia.

2. Præterea . Superbia videtur esse idem i mani gloria , quia utraque excellentiam querit . Sed inanis gloria ponitur vitium capitale . Ergo etiam superbìa debet poni vitium capitale .

3. Præterea . Augustinus dicit in Libro de virginitate (cap. xxxi. cir. med.) quod *superbia invidiam patit , nec unquam est sine tali comite* . Sed invidia ponitur vitium capitale , ut supra dictum est (quest. xxxvi. art. 4.) Ergo multo magis superbìa .

Sed contra est quod Gregorius XXXI. Moralium (cap. xvii. a med.) non enumerat superbiam inter vitia capitalia .

Respondeo dicendum , quod , sicut ex supra dictis patet (art. 2. hu. quest. & art. 5. ad 1.) superbìa dupliciter considerari potest : uno modo secundum se , prout scilicet est quoddam speciale peccatum ; alio modo secundum quod habet quamdam universalem influentiam in omnia peccata . Capitalia autem vitia ponuntur esse quoddam specialia peccata , ex quibus multa genera peccatorum oriuntur . Et ideo quidam considerantes superbiam , secundum quod est quoddam speciale peccatum , connumeraverunt eam aliis vitiis capitalibus . (1)

Gregorius vero considerans universalem ejus influentiam , quam habet in omnia vitia , ut dictum est (art. 2. hu. quest.) non connumeravit eam aliis capitalibus vitiis , sed posuit eam reginam omnium vitiorum , & matrem : unde (*) dicit in XXXI. Moralium (loc. sup. cit.) *Ipsa vitiorum regina superbìa , cum devictum plene cor coperis , mox illud septem principalibus vitiis , quasi quibusdam suis ducibus , devastandum tradit , ex quibus vitiorum multitudo orisuntur* .

Et per hoc patet responsio ad primum .

Ad secundum dicendum , quod superbìa non est idem innani gloria , sed causa ejus . Nam superbìa inordinate excellentiam appetit ; sed inanis gloria appetit excellentiæ manifestationem .

Ad tertium dicendum , quod ex hoc quod in vidia , que est vitium capitale , oritur ex

superbia , non sequitur quod superbìa sit vitium capitale , sed quod sit aliquid principalius capitalibus vitiis .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & in sensu recto intelligas , merito insinuatum esse a scripturis , & Greg. quod superbìa est regina omnium vitiorum tamquam mater . A B. Gregorio quidem , secundum quod ex *argum. contr. & corp. fin.* patet . A scripturis vero , ut Job 41. *Ipsa est rex super omnes filios superbie* . Loquitur enim de diabolo , assignatque ei superbiam , tamquam uxorem (primus enim eam invenit , sibique pro semper associavit) ex qua generat filios , qui scilicet vocantur superbìa . Ipsum diabolum , ut patet vocat regem ; per quod ad litteram cointelligi datur quod sua uxor est regina : huic autem regina assignat filios , ut patet , per quod cointelligere ad litteram facit quod regina hæc , scilicet superbìa , est etiam mater . Cum igitur superbìi filii sint vitiosi , & si loquamus de omnibus his filiis simul universaliter , sint omnibus vitiis involuti : constat , quod per illud scriptura dictum notificatur , quod superbìa est omnium vitiorum regina , & mater . Secundo vides : quomodo &c.

Q U Æ S T I O CLXIII.

De peccato primi hominis ,

In quatuor articulos divisa .

DEinde considerandum est de peccato primi hominis , quod fuit per superbiam : & primo de peccato ejus ; secundo de poena peccati ; tertio de tentatione , qua inductus est ad peccandum .

Circa primum queruntur quatuor .

Primo , utrum primum peccatum hominis fuerit superbìa .

Secundo , quid primus homo peccando appetierit .

O 2

Ter-

(1) De Cassiano quidem prius notato constat qui libro 5. de institutis renuntiantium cap. 1. ponit octo principalia vitia , id est primum gastrimargia qua interpretatur gula concupiscentia , secundum fornications , tertium phylargyria quod intelligitur avaritia vel amor pecunia , quartum ire , quintum tristitia (vel inuidia) sextum accidia quod est radium cordis , septimum cenodoxia quod inancem gloriam sonat ,

octimum superbìa : Rursusque lib. 11. cap. item 1. Octavum superbìa certamen , inquit , *Qui mortuus licet in ordine ponatur extremitas , origine tamen & tempore primus est , levissima & superioribus cunctis immanior bestia &c.* In illo autem quem & adjungit S. Thomas , exprie non occurrit .

(*) Ab. hic repicitur Gregorius .

Tertio, utrum ejus peccatum fuerit gravius omnibus aliis peccatis.

Quarto, quis plus peccaverit, utrum vir, vel mulier.

ARTICULUS I. 792

Utrum primi hominis peccatum fuerit superbia.

*Inf. art. 3. & 4. cor. & III. P. quest. 1.
art. 3. co. & II. dist. XXII. quest. 1.*

*art. 1. & mal. quest. III. art.
7. ad 12. 13. & 16. & Rom.*

*v. lect. 5. fin. & I.
Tim. II. fin.*

AD primum sic proceditur. Videtur quod superbia non fuerit primi hominis peccatum. Dicit enim Apostolus ad Rom. v. 19. quod per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi. Sed primi hominis peccatum est ex quo omnes peccatores constituti sunt originali peccato. Ergo inobedientia fuit primi hominis peccatum, & non superbia.

2. Præterea. Ambrosius dicit (1) super Luc. (cap. 14. super illud *Dixit autem illi diabolus*) quod eo ordine diabolus Christum tentavit, quo primum hominem dejectit. Sed Christus primo tentatus est de gula, ut patet Matth. 4. 3. cum ei dictum est: *Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Ergo primum peccatum primi hominis non fuit superbia, sed gula.

3. Præterea. Homo, diabolo suggerente,

peccavit. Sed diabolus tentans hominem scientiam reprobavit, ut patet Gen. 3. Ergo prima inordinatio hominis fuit per appetitum scientiarum, quod pertinet ad curiositatem. Ergo curiositas fuit primum peccatum & non superbia.

4. Præterea. Super illud I. ad Tim. 11. *Mulier seducta in prævaricatione fuit*, dicit Glossa (ordin. Augustini Lib. XI. sup. Gen. ad lit. cap. ult. a med. (2) Hanc seductionem appellavit proprie Apostolus, per quam id quod suadebatur, cum falsum esset, verum esse putatum est; scilicet quod Deus lignum illud ideo tangere prohibuerit quod sciebat eos, si terigissent, velut deos futuros, tamquam eis Divinitatem invidebant, qui eos homines fecerat. " Sed hoc credere pertinet ad infidelitatem. Ergo primum peccatum hominis fuit infidelitas, & non superbia.

Sed contra est quod dicitur Eccli. x. 15. *Initium omnis peccati superbia*. Sed, peccatum primi hominis est initium omnis peccati, secundum illud Rom. 12. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit. Ergo primum peccatum hominis fuit superbia. (3)

Respondeo dicendum, quod ad unum peccatum multi motus concurrere possunt: inter quos ille habet rationem primi peccati in quo primo inordinatio invenitur. Manifestum est autem quod primo invenitur inordinatio in motu interiori animæ quam in actu exteriori corporis: quia, ut Augustinus dicit in I. de civ. Dei (cap. XVIII. a med.) *non amittitur corporis sanctitas, manente anima*.

me

(1) Non sic expresse quidem quoad verba, sed quoad sensum æquivalenter: *Tria precipua docemur, inquit, esse tela diaboli, quibus ad vulnerandam hominis mentem consuevit armari; gula unum, aliud jaſtantia, ambitionis tertium: Inde autem capis unde jam vicerat.*

(2) Ubi primum hominem a femina deceptum dicit, sed serpensino illo dolo quo decepta est femina, numquam eum seduci posuisse.

(3) Sic nempè Augustinus de civit. Dei lib. 14. cap. 13. de Adamo & Eva loquens: *In occulto malo esse cuperunt, inquit, ut in apertam inobedientiam laberentur: Non enim ad malum opus pervenirent nisi mala voluntas præcessisset: Porro mala voluntatis initium quod poruit esse nisi superbia? Initium enim omnis peccati superbia est &c. Sic S. Prosper lib. 2. de vita contemplativa cap. 19. Mibi videretur quod non ederent de ligno prohibito nisi concupissent, nec concupissent nisi tentati; nec tentarentur nisi defensi; nec deforserentur a Deo nisi prius de-*

*ferventer Deum, nec deforserent Deum nisi superbirent & similitudinem Dei damnabiliter appetirent: Et paulo infra: Non igitur a Creatore suo in creaturam divinitatis affectatione collapsos moveret aperta concupiscentia, nisi eos antea corripisset occulta superbia &c. Sic Ambrosius Conc. 14. in Psalm. 18. *Superbia huminum prima defecit, super illud ex versu 107. Humiliatus sum usqueaque, vel sicut ipse legit, Humiliatus sum nimis; ex greco σπόδηα idest valde: Sic super illud Job 41. de Leviathan dictum Ipsi est Rex super omnes filios superbia, lib. 34. Moral. cap. 17. in antiquis vel 18. in modernis: Ut Leviathan iste (id est diabolus) caderet, sola se superbia periret: Scriptum est namque: Omnis peccati initium superbia: Per hanc enim ipse fecerunt, per hanc se sequentem hominem traxerit &c. Sed quod ad 1. velut ex Aug. ad Orat. indicatur hoc est ex Dialogo 65. questionum, inter suppeditatio ejus opera rejectum est in fine tomi.**

me sondare. Inter motus autem interiores prius movetur appetitus in finem quam in id quod queritur propter finem : & ideo ibi fuit primum peccatum hominis , ubi potuit esse primus appetitus inordinati finis . Sic autem homo erat in statu innocentiae institutus ; ut nulla esset rebellio carnis ad spiritum . Unde non potuit esse prima inordinatio appetitus humani ex hoc quod appetierit aliquod sensibile bonum , in quod carnis concupiscentia tendit præter ordinem rationis . Relinquitur igitur quod prima inordinatio appetitus humani fuit ex hoc quod aliquod bonum spirituale inordinatae appetiit . Non autem inordinate appetivislet , appetendo id secundum suam mensuram ex divina regula præstitutam . Unde relinquitur quod primum peccatum hominis fuit in hoc quod appetiit quoddam spirituale bonum supra suam mensuram ; quod pertinet ad superbiaem .

Unde manifestum est quod primum peccatum primi hominis fuit superbia .

Ad primum ergo dicendum , quod hoc quod homo non obedierit divino præcepto , non fuit propter se ab eo volitum : quia hoc non posset contingere , nisi præsupposita inordinatione voluntatis . Relinquitur ergo quod voluerit propter aliquid aliud . Primum autem quod inordinate voluit , fuit propria excellentia : & ideo inobedientia in eo causata fuit ex superbia . Et hoc est quod Augustinus dicit ad Orosium (in dialog. Qq. lxv. quest. iv. ante med.) quod *homo elatus superbia , suasioni serpentis obediens , præcepta Dei contempserit* .

Ad secundum dicendum , quod in peccato primorum parentum etiam gula locum habuit . Dicitur enim Gen. 111. 6. *Vidit mulier quod lignum esset bonum ad vescendum , & tulit de fructu ejus , & comedit* . Non tamen ipsa bonitas , & pulchritudo cibi fuit primum motivum ad peccandum , sed potius suasio serpentis , qui dixit : *Aperientur oculi vestri , & eritis sicut dii* : quod appetendo superbiam mulier incurrit . Et ideo peccatum gulæ derivatum est ex peccato superbiz .

Ad tertium dicendum , quod appetitus scientiaz causatus fuit in primis parentibus ex inordinato appetitu excellentiaz : unde & in verbis serpentis præmittitur : *Eritis sicut*

dii : & postea subditur : Scientes bonum , & malum .

Ad quartum dicendum , quod , sicut Augustinus dicit XI. super Genesim ad lit. (cap. xxx. a med.) *verbis serpentis mulier non crederet , a bona , atque utili re divinitus se fuisse prohibitos , nisi jam inesse menti amor ille proprie porficiat , & quedam de se superba præsumpto* . Quod non est sic intelligendum , quasi superbia præcesserit suasionem serpentis , sed quia statim post suasionem serpentis invasit mentem ejus elatio , ex qua consecutum est ut crederet verum esse quod dæmon dicebat .

APPENDIX.

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito a scripturis insinuatum fuisse , quod superbia fuit primum peccatum primi hominis . Ut Eccles. 10. usq. extenditur in arg. con. Item Tob. 4. *Superbiam numquam in tuo sensu , aut verbo , dominari permittas ; in ipsa enim sumpsit initium omnis perditio* . Secundo vides : quomodo &c.

ARTICULUS II. 793

Utrum superbia primi hominis fuerit in hoc quod appetieris divinam similitudinem.

Iij. xvii. lect. 2.

AD secundum sic proceditur . Videtur quod superbia primi hominis non fuerit in hoc quod appetierit divinam similitudinem . Nullus enim peccat appetendo id quod sibi competit secundum suam naturam . Sed similitudo Dei competit homini secundum suam naturam : dicitur enim Genes. 1. 26. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram* . Ergo non peccavit divinam similitudinem appetendo .

2. Præterea . In hoc videtur primus homo divinam similitudinem appetuisse , ut scientia boni , & mali potiretur : hoc enim ei a serpente suggerebatur (1) *Eritis sicut dii , scientes bonum , & malum* . Sed appetitus scientiaz est homini naturalis , secundum illud Philosophi in princip. Metaphys. *Omnes homines*

(1) Non per suggestionem immediatam quam in persona sua direxerit ad eum serpens qui Eram tantum alloquutus legitur & aggressus ut seduceret Gen.

3. sed per suggestionem indirectam & mediataam quam interventu Eve ad Adamum transmisit .

mines natura scire desiderans. Ergo non peccavit appetendo divinam similitudinem.

3. Præterea. Nullus sapiens eligit id quod est impossibile. Primus autem homo sapientia prædictus erat, secundum illud Eccli. xvii. 5. *Disciplina intellectus replevit illos.* Cum ergo omne peccatum confitiat in appetitu deliberato, qui est electio, videtur quod primus homo non peccaverit appetendo aliquid impossibile. Sed impossibile est esse hominem similem Deo, secundum illud Exod. xv. 11. *Quis similis tui in fortibus, Domine?* (1) Ergo primus homo non peccavit appetendo divinam similitudinem.

Sed contra est quod super illud Psal. xviii. *Qua non rapui, sunc exolvebam,* dicit Augustinus (est in Glossa ordin.) Adam, & Eva rapere voluerunt Divinitatem, & perdidierunt felicitatem (2).

Respondeo dicendum, quod duplex est similitudo. Una omnimodoz equiparantia: & hanc similitudinem ad Deum primi parentes non appetierunt: quia talis similitudo ad Deum non cadit in apprehensione, præcipue sapientis (3).

Alia autem est similitudo imitationis, qualis possibilis est creaturæ ad Deum, in quantum videlicet participat aliquid de similitudine ipsius secundum suum modum. Dionysius enim dicit in ix. cap. de divin. Nom. (a med. lect. 3.) *Eadem similia sunt Deo, & dissimilia: illud quidem secundum contingeniem* (4) *imitationem; hoc autem, secundum quod causata minus habent a causa.* Quodlibet autem bonum in creatura existens est quedam participata similitudo primi boni. Et ideo ex hoc ipso quod homo appetiit aliquod spirituale bonum supra suam mensuram, ut dictum est (art. prec.) consequens est quod appetierit divinam similitudinem inordinate.

Considerandum tamen est, quod appetitus est proprie rei non habite. Bonum autem spirituale, secundum quod creatura rationalis divinam participat similitudinem, potest secundum tria attendi. Primo quidem secundum ipsum esse naturæ: & talis similitudo ab ipso creationis principio fuit impressa & homini, de quo dicitur Gen. i. 26. quod Deus fecit hominem ad imaginem & similitudinem suam, & Angelo, de quo dicitur (5) Ezech. xxviii. 12. *signaculum similitudinis.* Secundo vero quantum ad cognitionem: & hanc etiam similitudinem in sui creatione Angelus accepit: unde in præmissis verbis cum dictum esset, *Tu signaculum similitudinis,* statim subditur, *Plenus sapientia.* Sed primus homo in sua creatione istam similitudinem nondum actu adeptus erat, sed solum in potentia. Tertio quantum ad potestatem operandi: & hanc similitudinem nondum erant in actu affecti neque Angelus, neque homo in ipso creationis principio: quia utique restabat aliquid agendum, quo ad beatitudinem pervenirent.

Et ideo cum uterque (scilicet diabolus, & primus homo) inordinate divinam similitudinem appetierit, neuter eorum peccavit appetendo similitudinem naturæ. Sed primus homo peccavit principaliter appetendo similitudinem Dei quantum ad scientiam boni, & mali, sicut serpens ei suggestus, ut scilicet per virtutem propriæ naturæ determinaret sibi quid esset bonum, & quid malum ad agendum; vel etiam ut per seipsum præcognosceret quid sibi boni, vel mali esset futurum: & secundario peccavit appetendo similitudinem Dei quantum ad propriam potestatem operandi, ut scilicet virtute propriæ naturæ operaretur ad beatitudinem consequendam. Unde Augustinus dicit XI. super Gen. ad lit. (cap. xxx. cir. med.) quod

mentis

(1) Vel secundum 70. vers. 11. *Quis similis tibi in diis?* qui vel falso vel similitudinarie dicuntur dii &c.

(2) Sic etiam hunc locum Gregorius expendens per transennam lib. 3. Moralium cap. 12. *Alius namque, inquit, ad Paradisum conditus divina potentia similitudinem rapere voluit* (nempe Adam) *sed culpam hujus superbia sine culpa Mediator exolvit &c.*

(3) Qualis ante peccatum sive primum elationis motum erat Adam, quin & in ipso elationis motu non ita insipiens ut hoc putare posset.

(4) Sicut ex greco ἐδεξιόν vetus Interpres reddit, sed planius modernus possibilem, cum id etiam significet græca vox: *Et sensus est quod similia*

Deo quædam dicuntur prout possibile est vel contingit ad imitationem ejus pertingere quem imitari alioqui perfecte nihil potest.

(5) Sub nomine Principis Tyri quidem hoc dicit vers. 12. ex ipso initio capituli manifestum est: Sed ad Principem Tyri temporalem non posse omni ex parte pertinere propter circumstantias ibi adiunctas Hieronymus ibidem notat, & ideo adversariam potestatem hoc est dæmonem Tyro præsidentem significari mavult, cui hac Dei similitudo ab initio creationis conveniret: Eudem quoque Gregorius applicat lib. 32. Moral. cap. 28. in modernis vel 24. in antiquis: *Et sic usurpat Ecclesia in officio Angelorum.*

menti mulieris inbeatis amor propria potestatis. Sed diabolus peccavit appetendo similitudinem Dei quantum ad potestatem (1) Unde Augustinus dicit in Libro de vera religione (cap. xiiii. cir. med.) quod *magis voluit sua potestia frui quam Dei.* Verumtamen quantum ad aliquid uterque Deo aequiparari appetit, in quantum scilicet uterque sibi inniti voluit, contempto divinæ regulæ ordine.

Ad prius ergo dicendum, quod ratio illa procedit de similitudine naturæ, ex cuius appetitu homo non peccavit, ut dictum est.

Ad secundum dicendum, quod appetere similitudinem Dei absolute quantum ad scientiam, non est peccatum; sed appetere hujusmodi similitudinem inordinate, id est supra mensuram suam, peccatum est. Unde super illud Ps. lxx. *Dens, quis similis erit tibi?* dicit Augustinus (2), *Qui per se vult esse, ut Deus a nullo est, perverse vult esse similiis Deo, ut diabolus, qui noluit esse sub eo, & homo, qui ut servus noluit teneri precepto.*

Ad tertium dicendum, quod ratio illa procedit de similitudine aequiparantia.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem interimas heresim Svenckfeldii, dicentis, quod homo quilibet praeditus est ea iustitia, sapientia, & caritate, atque virtutibus omnibus, pari dignitate, & modo, quibus Deus essentialiter est praeditus. Patet enim ex concl. 1. cum probatione, & arg. 3. quod neque hoc, scilicet similitudinem aequiparantia (utpote qui esse impossibile id agnoverit) appetit homo. Ceterum in ipsius arg. 3. propositione *majore* appositorum est ly *sapiens*, ad designandum forsitan Svenckfeldium, tamquam insipientissimum, sub illa maxima non comprehendendi. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, heresim praedictam merito damnari a Psal. 82. *Dens, quis similis erit tibi?* Quasi dicat. Nullus. Item ab Ex. 15. *Quis similis tui in fortibus Domine?* quasi dicat. Nullus.

Item a Psal. 85. *Non est similitus tuus in diis, Domine, & non est secundum opera tua.* Item ab Eccles. 10. *Quid superbis terra, & cenis? Cum morietur homo, hereditabitis serpentes, & bestias, & vermes.* Item ab Isa. 40. „ *Omnis caro foenum, & omnis gloria eius, quasi flos agri.* Ecce gentes, quasi stilla fitulae, quasi momentum flateræ reputatae sunt. Omnes gentes, quasi non sunt, sic sunt coram eo: & quasi nihilum, & inane reputatae sunt ei. Cui ergo similitudinem fecistis Deum? Et cap. 64. Quasi „ *pannus menstruatæ, universæ iustitiae nostræ.* „ Item ab Elucid. 1. part. qu. 12. art. 13. & qu. 13. art. 3. *Tertio* vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 794

Utrum peccatum primorum parentum fuerit ceteris gravius.

1. 2. quest. lxxxiii. art. 3. cor. & II. dist. XXI. quest. II. art. 2. & dist. xxxviii. in exposit. lit. ad 1. & 2.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod peccatum primorum parentum fuerit ceteris gravius. Dicit enim Augustinus XIV. de civit. Dei (cap. xv. non remote a princ.) *Magna fuit in peccando iniquitas, ubi tanta fuit non peccandi facilitas.* Sed primi parentes maximam habuerunt facilitatem ad non peccandum, quia nihil habebant intrinsecus quod eos ad peccandum impelleret. Ergo peccatum primorum parentum fuit ceteris gravius.

2. Præterea. Poena proportionatur culpe (3). Sed peccatum primorum parentum gravissime est punitus, quia per ipsum *mors introiit in hunc mundum*, ut Apostolus dicit ad Rom. v. 12. Ergo peccatum illud fuit gravius ceteris peccatis.

3. Præterea. Primum in quolibet genere videtur esse maximum, ut dicitur in II. Metaphysicæ (tex. iv.) Sed peccatum primorum parentum fuit primum inter alia peccata hominum. Ergo fuit maximum.

Sed

(1) Ex primaria & directa intentione; ut ab Eva differat, quæ scientiam tantum directe appetit ac primario, licet ex consequenti potestatem; sicut mox præmissum est.

(2) Sicut ex illo Glossa refert; sed prolixius ipse ac plenius inculcat Conc. 2. Postquam item præmis-

sit quod ad similitudinem suam Deus nos vocat & hortatur; sed rectam, ordinatam, convenientem.

(3) Ut sèpibus inculcat S. Thomas ex illis verbis Deut. 25. analogice applicatis extenso sensu: *Pro mensura delicti erit & plazgram modus;* cum ad certum delicti genus litteraliter pertineant.

Sed contra est quod Origenes dicit (Lib. I. Periarch. cap. III. in fin.) (1) Non arbitror quod aliquis ex his qui in summo perfectoque constituerint gradu , ad subitum evanescetur , aut decidat ; sed paulatim , & per partes defluere cum necesse est . Sed primi parentes in summo , perfectoque gradu constituebant . Non ergo eorum primum peccatum fuit maximum omnium peccatorum .

Respondeo dicendum , quod duplex gravitas in peccato attendi potest : una quidem ex ipsa specie peccati , sicut dicimus , adulterium esse gravius peccatum simpliciter fornicatione ; alia autem est gravitas peccati , quæ attenditur secundum aliquam circumstantiam loci , vel personæ , aut temporis . Prima autem gravitas essentialior est peccato , & principalior : unde secundum eam magis peccatum dicitur grave quam secundum aliam . Dicendum est igitur , quod peccatum primi hominis non fuit gravius omnibus aliis peccatis humanis secundum speciem peccati . Et si enim superbia secundum suum genus , habeat quædam excellentiam inter alia peccata ; major tamen est superbia qua quis Deum negat , vel blasphemat , quam superbia qua quis inordinate divinam similitudinem appetit ; qualis fuit superbia primorum parentum , ut dictum est (art. præc.)

Sed secundum conditionem personarum peccantium , peccatum illud habuit maximam gravitatem propter perfectionem status ipsorum (2) . Et ideo dicendum est , quod illud peccatum fuit quidem secundum quid gravissimum , non tamen simpliciter .

Ad primum ergo dicendum , quod illa ratio procedit de gravitate peccati ex circumstantia peccantis (3) .

Ad secundum dicendum , quod magnitudo pœnæ quæ consecuta est ad illud primum peccatum , non correspondet ei secundum quantitatem propriæ speciei , sed in quantum fuit primum : quia ex hoc interrupta est innocentia primi status , qua subtraæta , deordi-

nata est tota natura humana .

Ad tertium dicendum , quod in his quæ sunt per se ordinata , oportet id quod est primum , esse maximum . Talis autem ordo non attenditur in peccatis ; sed unum per accidens sequitur post aliud . Unde non sequitur quod primum peccatum sit maximum .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem , tamquam in radice , interimas hæresim Joviniani , ut refert B. Aug. dicentis : peccata omnia esse paria . Articulus enim præsens , cum & præsupponat simpliciter peccata esse disparia , & illa esse disparia in primis parentibus respectu ceterorum probet , militat aperte contra prædictum hæretica fantasma . Secundo habes , quomodo per rationem ostendas , hæresim illam merito condemnari a dictis supra articulorum numer. 180. 127. Item a Luc. 7. *Duo debitores erant cuidam fæneratori : unus debebat denarios quingentes , & alius quinquaginta . Ubi , ad propositum Magdalenz , & illius Pharisæi applicando , ut facit Dominus per ly : vidos hanc mulierem ? &c. constat secundum planum sensum , quod unus peccator gravioribus debitis , idest peccatis , est obnoxius , quam alius . Item a Luc. 12. *Servus sciens voluntatem Domini sui , & non faciens , vapulabit plagi multis : nesciens autem , & non faciens , plagi paucis . Juncto enim huic illo dicto Deuteronomio 25. Pro mensura peccati eris & plagarum modus : patet ad litteram planissimum , quod peccata servorum illorum sunt disparia . Item damnare illam præsuppositive intendit Psalm. 79. *Cibabis nos pane lacrymarum : & potum dabis nobis in lacrymis in mensura . Item reprobari merito a dictis per veritates aureas super legem veterem , Exod. 9. concl. 6. Levit. 4. conclus. 1. Et Numer. 15. conclus. 5. Deuteronomio 29. conclus. 5. Tertio habes : quomodo per rationem , & ostendas , & recte intel.***

(1) Sive de principiis ex græco τεχνηῶν ubi circa finem capituli immutato tantisper sensu ita loquitur : *Si aliquando satietas aliquem cepit ex his qui in summo perfectoque constituerint gradu , non arbitror quod ad subitum quis evanescetur ac decidat , sed paulatim & per partes defluere cum necesse est , adeo ut fieri possit interdum , ut si brevis aliquis lapsus acciderit & cito respicatur ac in se revertatur , non penitus ruere , sed revocare pedem , ac redire ad statum suum , & rursum statuere (sive restituere) pos-*

sit quod per negligientiam fueras latus .

(2) In quo nulla repugnantia carnis & maxima gratia spiritus erat .

(3) Hoc vero est quod ibi dicit Aug. *Quia contemptus est Deus iubens qui hominem ad suam imaginem fecerat , qui ceteris animalibus preposuerat qui cum in Paradiso constituerat , qui et rerum omnium copiam salutisque præstiterat , iusta damnatio ut qui futuri fueras etiam carne spiritualis , fueris mente carnalis &c.*

intelligas merito institutum fuisse ab Origenem, ut in arg. con. quod peccatum primorum parentum non fuit gravius ceteris. Quarto vides: quomodo &c.

ARTICULUS IV. 795

Urum peccatum Ad securis gravius quam peccatum Eva.

H. dist. XXII. quæst. I. art. 3.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod peccatum Ad securis fuit gravius quam peccatum Eva. Dicitur enim I. ad Tim. 1. 14: quod Adam non est seductus, mulier autem seductio in prævaricatione fuit (1) & sic videtur quod peccatum mulieris fuit ex ignorantia, peccatum autem viri ex certa scientia. Sed hujusmodi peccatum est gravius, secundum illud Luc. XII. 47. Ille servus qui cognovit voluntatem domini sui. & non fecit secundum voluntatem ejus, vapulabatur mulier; quia uetus non cognovit, & fecit dignam plagi, vapulabitis paucis. Ergo Adam gravius peccavit quam Eva.

2. Præterea. Augustinus dicit in Libro de decem chordis (cap. III. a med.) Si caput est vir, melius debet vivere, & præcedere in omnibus bonis factis, maxime in ore suam, ut illa imitetur virum. Sed ille qui melius debet facere, si potest, gravius peccat. Ergo Adam gravius peccavit quam Eva.

3. Præterea. Peccatum in Spiritum sanctum videtur esse gravissimum. Sed Adam in Spiritum sanctum videtur peccasse, quia peccavit cogitans de divinitate misericordia; quod pertinet ad peccatum presumptiōnis.

Sum. S. Tb. Tom. IX.

(1) Nempe prævaricatione mandati sicut explicat Primasius in eum locum tom. I. Bibliotheca Patrum vel juxta grecum ταπειαι transgressione; quasi sit sensus quod a serpente vel diabolo cuius organum erat ad legem Dei transgrediebat seductus, ut Augustinus apud Bedam explicat. Minus porro convenienter Haymo, In prævaricatione suis, inquit, id est prævaricationis pena subiaceat.

(2) Ubi vers. 16, mulieri dicitur: *Multiplicaboh armenias tuas & conceperis tuos: In dolore partes finis: Et sub vesti portefacte eris, & ipso dominabitur nisi: Versu autem sequenti ac deinceps dicitur viro, Maledicta terra in opere tuo; in laboribus comedes ex ea cunctis. dictus vita tua: Spinas & tribulos germinabis tibi, & comedas herbam terrae: In sudore vultus tui usqueiris pene, donec raveris in*

Ergo videtur quod Adam gravius peccavis quam Eva:

Sed contra est quod posna responderet culpe. Sed mulier est gravius punica quam vir, ut patet Gen. III. (2) Ergo gravius peccavit quam vir.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc.) gravitas peccati principalius attenditur secundum peccati speciem quam secundum peccati circumstantiam. Dicendum est ergo, quod si consideremus conditionem personæ utriusque, scilicet mulieris, & viri, peccatum viri est gravius, quia erat perfectior muliere.

Sed quantum ad ipsum genus peccati utrumque peccatum equaliter dicitur, quia utrumque peccatum fuit superbia. Unde Augustinus dicit XI. super Gen. ad lit. (cap. XXXV. a med.) quod mulier excusavit peccatum suum impari sexu, sed pari festu.

Sed quantum ad speciem superbiz gravius peccavit mulier, triplici ratione. Primo quidem quia major elatio fuit mulieris quam viri: mulier enim credidit verum esse quod serpens suafit, scilicet quod Deus prohibuerat ligni elium, ne ad ejus similitudinem perverirent: & ita dum per elsum ligni vetiti Dei similitudinem consequi voluit, superbia ejus ad hoc se erexit quod contra Dei voluntatem aliquid voluit obtinere. Sed vir non credit hoc esse verum: unde non olluit consequi divinam similitudinem contra Dei voluntatem, sed in hoc superbivit, quod voluit eam consequi per seipsum. Secundo quia mulier non solum ipsa peccavit, sed etiam viro peccatum suggestit: unde peccavit & in Deum, & in proximum. Tertio in hoc quod peccatum viri diminutum est ex hoc quod in peccatum consenserit amicibili quodam benevolentie, qua plerumque

P que

terram de qua sumpus es: Nihil porto in his omnibus vir posnis quis familiiter in mulierem quodammodo reflecti possunt, seque grave videri potest ac mulieris parturientis dolor qui proprius illi est, & cui a Scriptura non semel gravissimi dolores comparantur; tum Psal. 47. versu 7. tum Eccles. 48. versu 21. tum Isaiae 13. versu 8. & Isaiae 2. versu 3. tum Hierem. 6. versu 24. Hierem. 22. versu 23. Hierem. 49. versu 24. Hierem. 30. versu 43. Ezechiel. 30. versu 16. Osea 13. versu 13. Michæl 4. 9. Annon & gravissima ei pena videri possit quod sub viri se potestate ac dominio constitutam sentiat quae dominationem tam avide ambivit ut ad prærogativam eius vendicandam oblatum a serpente sub hac promissione pomum prima gustaret, ac postmodum reddere nuptio?

que sit ut offendagatur. Dous hoc ne homin ex amico fiat inimicus ; quod cum facere non debuisse divina conscientia iustus exigit indicavit, ut Augustinus dicit XI. super Gen. ad lit. (cap. viii. a med.) Et sic patet quod peccatum mulieris fuit gravius quam peccatum viri.

Ad primum ergo dicendum, quod illa seductio mulieris ex precedente elatione subsecuta est. Et ideo talis ignorantia non excusat, sed aggravat peccatum, in quantum scilicet ignorando in maiorem elationem erecta est.

Ad secundum dicendum, quod ratio illa procedit ex circumstantia conditionis personaz, ex qua peccatum viri fuit gravius secundum quid.

Ad tertium dicendum, quod vir non cogitavit de divina misericordia usque ad contemptum divinitatis justitiae, quod facit peccatum in Spiritum sanctum; sed quia, ut Augustinus dicit XIV. de civitate Dei (cap. xi. cir. fin.) inexpertus divine severitas tradidit illud peccatum esse veniale, idest de falso remissibile.

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo : quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito insinuatum fuisse a fornicariis, quod mulier gravius peccavit : ut Gen. 3. secundum quod extenditur cum discursu in arg. cons. Pro cuius meliori captu addic illud Deut. 25. Pro mensura delicti erit & plagarum modus. Secundo habes : quomodo per rationem interimas Jovinianam hæresim narratam simul, & damnatam art. 3. appos. Tertio vides : quomodo &c.

Q U Æ S T I O CLXIV.

De paenitentia peccati primi hominis,

In duos articulos divisâ.

DEinde considerandum est de poena primi peccati : & circa hoc queruntur duo. Primo de morte, quæ est poena communis.

Secundo de aliis particularibus paenitentia, quæ in Genesi assignantur.

A R T I C U L U S I. 796

Utrum mors sit poena peccati primorum parentum?

1. 2. quest. lxxxv. art. 5. & II. dist. xxx. quest. 1. art. 1. & III. dist. xvi. quest. 1. art. 1. & IV. prot. princ. & dist. iv. quest. 1. art. 1. quest. 3. & IV. cap. cap. li. & mal. quest. xv. art. 4. & opus. III. cap. cxcvii. cxcviii. cxcxi. & cxcxi. & Roma. v. lect. 3. & Hebr. ix. fin.

AD primum sic proceditur. Videtur quod mors non sit poena peccati primorum parentum. Id enim quod est homini naturale, non potest dici poena peccati, quia peccatum non perficit naturam, sed viciat. Mors autem est homini naturalis, quod patet ex hoc quod corpus ejus ex contrariis componitur, & ex hoc etiam quod mortale ponitur in definitione hominis. Ergo mors non est poena peccati primorum parentum.

2. Præterea. Mors, & alii corporales defectus similiter inveniuntur in homine, sicut & in aliis animalibus, secundum illud Eccle. iii. 19. *Unus interitus est hominis, & generum, & equa mortisque conditio.* Sed in animalibus brutis mors non est poena peccati. Ergo etiam neque in hominibus.

3. Præterea. Peccatum primorum parentum fuit specialium personarum. Sed mors confequitur totam humanam naturam. Ergo non videtur esse poena peccati primorum parentum.

4. Præterea. Omnes æqualiter (1) derivantur a primis parentibus. Si igitur mors esset poena peccati primorum parentum, sequeretur quod omnes homines æqualiter mortem paterentur : quod patet esse falsum, quia quidam citius aliis, & gravius moriuntur. Ergo mors non est poena primi peccati.

5. Præterea. Malum poenitentia est a Deo, ut supra habitum est (I. P. quest. xl ix. art. 2.) Sed mors non videtur esse a Deo : dicitur enim Sap. 1. 13. quod *Deus mortem non fecit*

(1) Non ad æquitatem conditionum sed ad modum nascendi referendo. Tametsi nec in primis etiam parentibus inæquitas conditionum incepit, sed in subsequentibus, ut ingenui quidam aliquatenus-

reantur, alii vero ferri, sed omnes tamen neque originali reatu propter parentes primos naturaliter obnoxii ; quod solum intenditur ad præfatos iuxta secunda argumenta.

facit. Ergo mors non est poena primi peccati.

6. Præterea. Poena non videtur esse meritoria, nam meritum continetur sub bono, poena autem sub male. Sed mors quandoquid est meritoria, sicut patet de morte Martyrum. Ergo videtur quod mors non sit peccata.

7. Præterea. Poena videtur esse afflictiva. Sed mors non potest esse afflictiva, ut videatur: quia quando mors est, eam homo non sentit; quando autem non est, sentiri non potest. Ergo mors non est poena peccati.

8. Præterea. Si mors esset poena peccati, statim fuisset ad peccatum consecuta. Sed hoc non est verum: nam primi parentes post peccatum diu vixerunt, ut patet Gen. iv. (1) Ergo mors non videtur esse poena peccati.

Sed contra est quod Apostolus dicit ad Rom. v. 12. *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors.*

Respondeo dicendum, quod si aliquis propter culpam suam privetur aliquo beneficio huius dato, carentia illius beneficii est pena culpa illius. Sicut autem in primo dictum est (quest. xcvi. art. 1. & quest. xcvi. art. 1.) homini in sua prima institutione hoc beneficium fuit collatum divinitus, ut quandiu mens eius esset Deo subiecta, inferiores vires animarum subjicerentur, rationali mente, & corpus animarum subjiceretur. Sed quia mens hominis per peccatum a divina subjectione recessit, consecutum est ut nec inferiores vires totaliter subjicerentur rationi: unde tanta consecuta est rebellio carnalis appetitus ad rationem; ut nec etiam corpus totaliter subjiceretur anima: unde consequitur mors, & alii corporales defectus. Vita enim, & incolumitas corporis consistit in hoc quod subjiciatur anima, sicut perfectibilitate suarum perfectioni. Unde per oppositum mors & aegritudo, & qualiter corporalis defectus

pertinet ad defectum subjectionis corporis ad animam.

Unde patet quod sicut rebellio carnalis appetitus ad spiritum est poena peccati primorum parentum; ita etiam ex mors, ex operibus corporales defectus.

Ad primum ergo dicendum, quod naturale dicitur quod ex principiis nature caufatur. Naturæ autem per se principia sunt forma, & materia. Forma autem hominis est anima rationalis, quae est de se immortalis; & ideo mors non est naturalis homini ex parte formæ. Materia autem hominis est corpus tale quod est ex contrariis compositum, ad quod sequitur ex necessitate corruptibilitas: & quantum ad hoc mors est hominis naturalis. Hoc autem conditio in natura humani corporis est consequens ex necessitate materiarum: quia oportebat corpus humanum esse organum tactus, & per consequens medium inter tangibilia: & hoc non poterat esse, nisi esset ex contrariis compositum, ut patet per Philosophum in II. de Anima (tex. iii. & seq.) (2) Non autem est conditio secundum quam materia adaptetur formæ: quia si esset possibile, cum forma sit incorruptibilis, potius oporteret materiam incorruptibilem esse; sicut quod serra sit ferrea, competit formæ, & actioni ejus, ut per duritatem sit apta ad secundum; sed quod sit potens rubiginem contrahere, consequitur ex necessitate talis materia, & non secundum electionem agentis: nam si artifex posset, faceret ex ferro ferram que rubiginem contrahere non posset. Deus autem, qui est conditor hominis, omnipotens est: unde admittit suo beneficio ab homine primitus, instituto necessitatem moriendi ex tali materia consequentem; quod tamen beneficium subtractum est per peccatum primorum parentum. Et sic mors & est naturalis propter conditionem materiarum, & est penalis propter amissionem divini beneficij præservantis a morte.

P 2

Ad

(1) Vel expressius 5. Nam Genesios quidem 4. vers. 1. dicitur Adam cognovisse uxorem suam Evam & genuisse Cain ac subinde illius fratrem Abel, & inferius vers. 25. post multa iam tempora iterum cognovisse uxorem & ex illa Seth genuisse: Sed Gen. 5. vers. 3. *Vixit centum triginta annis, & genuit ad imaginem & similitudinem suam, vocavitque nomen eius Seth: Et facti sunt dies Adam postquam genuit Seth octingenti anni, genuit quo filios & filias: Et iunctum est omne tempus quod vixit Adam anni nohensi triginta: Quod pariter ad E-*

vam referendum videtur, licet illud Scriptura non exprimit: quia nullam alias uxorem habuisse legitur Adam, unde vixisse illa supponitur quandiu ipse. ut filios ex ea, & filias tamdiu generaret.

(2) Ubi dicitur primo quod ut sit corpus aptum natum tactui, debet esse solidum, ac deinde quod corpus prout corpus est, tangibles differentias habere debet, quae sunt calidum, frigidum, humidum, secum; nempe quatuor prime contraria corporum qualitates, ex quibus temperatis virtualiter mixta omnia complicantur.

Ad secundum dicendum, quod similitudo illa hominis ad alia animalia attenditur quantum ad conditionem materiarum, (1) id est quantum ad corpus ex cotharisi compositum, nos autem quantum ad formam: nam anima hominis est immortalis, - brutorum vero animalium animas sunt mortales.

Ad tertium dicendum, quod primi parentes fuerunt a Deo instituti non solum sicut quædam personæ singulares, sed sicut quædam principia totius humanæ naturæ ab eis ad posteros derivanda simul cum beneficio divino præservante a morte. Et ideo per eorum peccatum rotæ humana natura in posteris tali beneficio destituta mortem incurrit.

Ad quartum dicendum, quod aliquis defectus ex peccato consequitur dupliciter. Uno modo per medium poenæ taxata a judice: & talis defectus æqualis debet esse in his ad quos æqualiter pertinet peccatum. Alius autem defectus est qui ex hujusmodi poena per accidens consequitur, sicut quod aliquis proculpa sua excusat cadat in via: & talis defectus culpæ non proportionatur, nec ab homine judice pensatur, qui non potest fructuosos eventus præcognoscere. Sic ergo poena taxata pro primo peccato proportionaliter ei respondens fuit subtractione divini beneficij, quo restitudo, & integritas humanæ naturæ conservabatur. Defectus autem consequentes subtractionem hujusmodi beneficij sunt mors & alia poenitentias præsentis vitæ. Et ideo non oportet hujusmodi poenas æquales esse in his ad quos æqualiter pertinet primum peccatum. Verum quia Deus præscius est omnium futurorum eventuum, ex dispositione diuinæ præscientiæ, & providentiæ hujusmodi poenitentias diversimode in diversis inveniuntur: non quidem propter aliqua merita, vel demerita præcedentia hanc vitam, ut

Origenes posuit (Lib. II. Periarch. (2) cap. ix. a med.) hoc enim est contra id quod dicteur Rom. ix. 11. *Cum nondum aliquid boni, aus malo egissent*: & etiam est contra hoc quod in prima offensum est (quæst. xvi. art. 2. & quæst. lxxv. art. 7. & quæst. xc. art. 4.) quod anima non est creata ante corpus: sed vel in poenam paternorum peccatorum, inquantum filius est quædam res patris, unde frequenter parentes puniuntur in prole; vel etiam propter remedium salutis ejus qui hujusmodi poenitentibus subditur, ut scilicet per hoc a peccatis arceatur, aut etiam de virtutibus non superbiat, & per patientiam corosetur.

Ad quintum dicendum, quod mors duplicitate potest considerari. Uno modo secundum quoddam malum humanæ naturæ: & sic non est ex Deo, sed est defectus quidam incidentis ex culpa humana. Alio modo potest considerari, secundum quod habet quædam rationem boni, prout scilicet est quædam justa poena: & sic est a Deo. Unde Augustinus dicit in Lib. I. Retractat. (cap. xxii. cir. med. & cap. xxvi. parvum a princ.) quod Deus non est author mortis, nisi inquantum est (*) mors poena.

Ad sextum dicendum, quod, sicut Augustinus dicit XII. de civit. Dei (cap. v. ad fin.) quemadmodum *injusti male utuntur non tantum malis, verum etiam bonis*; ita *justi bene utuntur non tantum bonis, sed etiam malis*. Hinc fit ut mali male lege utantur quamvis lex sit bonus, & boni bene moriantur quamvis sit mors malum. Inquantum igitur sancti bene morte utuntur, fit eis mors meritaria.

Ad septimum dicendum, quod mors duplicitate accipi potest. Uno modo pro ipsa privatione vitæ: & sic mors sentiri non potest, cum sit privatio sensus, & vitæ; & sic non

(1) Hinc Hieronymus ibi sic supradicta commentatur: *Non mirandum est in presenti vita inter fratrum & impium nullam esse distantiam, cum essent omnes peccatos & homines secundum corporis qualitatem nihil differre videatur, & sit eadem nascendi conditio, sors una morienti; ac similius procedamus ad lucem, aquæ dissolvantur in pulvere.* Et paulo infra: *Hoc autem dicit non quod animam pueri pereire cum corpore vel unum beatis. & homini preparari locum; sed quod ante adventum Christi omnia ad inferos pariter ducentur.* Et inferius: *No passamus dicti de anima quod spiritus unus omnibus, insulat, quod omnia facta sunt de terra, & revertentur in terram, de terra autem nihil nisi corpus fa-*

bitum est: Ut & deinceps urget.

(2) Sive de principiis (τετραπλοῦ) cap. 7. & 8. prius indicabatur ad marginem; sed non habetur ibi tam expresse nisi quod creature rationales, ut & fidera, deteriore statum acceperunt quam a conditionis initio haberent lib. 2. cap. 9. quod *Creator secundum causas procedentes unicuique pro merito conditionem distribuit: nec fortuita uniuscuiusque nascendi felicitas vel miseria fuit: Ininde illud quod subiungitur de Esa & Jacob, sic explicat per verso sensu & errore, ut antequam aliquid in hac vita boni vel mali agerent, sed non antequam illud in vita precedenti egissent, alter alteri præferuntur.*

(*) *Nicolaus omittit mors.*

non est poena sensus, sed poena damni. Alio modo secundum quod nominat ipsam corruptionem, quæ terminatur ad privationem prædictam. (1) De corruptione autem, sicut & de generatione dupliciter loqui possumus. Uno modo, secundum quod est terminus alterationis: & sic in ipso instanti in quo primo privatur vita, dicitur inesse mors: & secundum hoc etiam mors non est poena sensus. Alio modo corruptio potest accipi cum alteratione præcedente, prout dicitur aliquis mori, dum movetur in mortem; sicut dicitur aliquid generari, dum movetur in generatum esse; & sic mors potest esse afflictiva.

Ad octavum dicendum, quod, sicut Augustinus dicit XI. super Gen. ad lit. (cap. xxxii.) *Hec mors ea die accidit qua factum est quod Deus vetuit* (2) *quia ex tunc morbidi qualitatem, & mortiferam primi parentes in corpore mortali contraxerunt.* Vel, sicut dicit Lib. I. de peccatorum meritis, & remissione (cap. xvi. cir. med.) *quamvis annos multos primi parentes postea visserint, illo samen die mori cœperunt quo mortis legem qua in senium veterasceront, acceperunt.*

APPENDIX.

EX art. habes primo: quomodo per rationem, & directam, hæc est in corp. & indirectam, hæc est solutio argum. interimas hæresim Pelagii dicentis, quod Adam non ex culpe demerito, sed conditione nature mortuus est, idest ut ipse exponit, Adam, etiam si non peccaret; nihilominus mortuus fuisset. Secundo habes: quomodo per rationem offendas, eam merito damnari a Rom. 5. ut adducitur in arg. coh. Item a Concilio Milevitano, cap. 1., Quicumque dicit, *A-dam primum hominem mortalem factum*, ita, ut si peccaret, siue non peccaret, *moreretur in corpore*, hoc est de corpore, *exiret, non peccati merito, sed necessitate*, te naturæ: Anathema sit. Hæc ibi: & confirmata sunt ab Innoconio Papa. Item

ab Elucid. pri. part. articul. num. 484. Item a dictis per Veritates aureas super legem veterem, Gen. 2. concl. 11. & c. 3. conclus. 20. Tertio vides: quomodo &c.

ARTICULUS II. 797

Utrum convenienter particulares poenæ primorum parentum determinen-tur in Scriptura.

II. diff. xxix. quest. i. art. 5.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter particulares poenæ primorum parentum determinantur in Scriptura. Non enim debet assignari ut poena peccati id quod etiam sine peccato esset. Sed dolor in pariendo esset, ut videtur, etiam sine peccato (3) hoc enim requirit dispositio feminæ sexus, ut proles natæ non possit sine dolore parientis: similiter etiam subjectio mulieris ad virum consequitur ad perfectiōnem virilis sexus, & imperfectionem muliebris: germinatio etiam spinarum, & tribulorum ad naturam terræ pertinet, quæ fuisse etiam sine peccato. Non ergo hujusmodi sunt convenientes poenæ primi peccati.

2. Præterea. Id quod pertinet ad dignitatem alicujus, non videtur ad penam eius pertinere. Sed multiplicatio conceptus pertinet ad dignitatem mulieris. Ergo non debet poni quasi mulieris poena.

3. Præterea. Poena peccati primorum parentum ad omnes derivatur, hæc de morte dictum est (art. præc.) Sed non omnium mulierum multiplicantur conceptus, nec omnes viri in sudore vultus sui pane vescuntur. Non ergo istæ sunt convenientes poenæ primi peccati.

4. Præterea. Locus paradisi propter hominem factus erat. Sed nihil debet esse frustra in rerum ordine. Ergo videtur quod non fuerit convenientis hominis poena quod a paradiſo excluderetur.

5. Præterea. Locus ille paradisi terrestris de

(1) Prout minus proprie motus in Postprædicamentis appellatur, et si proprie non sit motus ex s. Phys. text. 8.

(2) Pro appendice ista quam supplemus, prius in textu ponebatur velut super Genesim dictum quod ex proprio loco reponimus, & ad marginem notabatur lib. 12. cap. 31. non formaliter sub his verbis *baberis duplicitate citationis corrupta.*

(3) Idest, etiam si peccatum nullum præcessisset,

vel etiam si status innocentiae perseverasset, ne quis imaginetur sine peccato dici quia dolendo non peccarent: Dicitur autem hoc requirere dispositio feminæ sexus, ut in quocumque statu sine dolore non pariat propter uteri mulieris vel meatum naturalium angustiam quam penetrare proles debet, nec sine violenta distractiōne vel dilatatione potest, adeoque nec in primitivo statu posset, sicut intendit argumentum.

de se dicitur esse inaccessible. Frustra ergo apposita sunt alia impedimenta , ne homo illuc reverteretur , scilicet Cherubin , & gladius flammus , atque versatilis (1) .

6. Præterea . Homo post peccatum statim necessitat mortis fuit additus ; & ita beneficio ligni vite non poterat ad immortalitatem reparari . Frustra ergo ei eus ligai vita interdictus , cum dicitur Gen. 111. 22. *Videte ne forte sumas de ligno vite , & vivat in eternum.* (2)

7. Præterea . Insultare misero , videtur misericordiaz , & clementiaz repugnare , quæ maxime in Scriptura Deo attribuiuntur , secundum illud Psal. cxlv. 9. *Miseraciones ejus super omnia opera ejus.* Ergo inconvenienter ponitur , Deum insultasse primis parentibus per peccatum jam in miseriam deductis , ubi dicitur (Gen. 111. 22.) *Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est sciens bonum , & malum.*

8. Præterea . Vestitus ad necessitatem hominis pertinet , sicut & cibus , secundum illud I. ad Timoth. ult. 8. *Habentes alimenta , & quibus regemus , bis contenti simus.* Ergo sicut cibus primis parentibus fuit attributus ante peccatum , ita etiam & vestitus attribui debuit . Inconvenienter ergo post peccatum dicitur eis Deus tunicas pelliceas fuisse .

9. Præterea . Pœna quæ alicui peccato adhibetur , debet plus habere in malo quam emolumentum quod quis ex peccato consequitur ; alioquin per pœnam non deterretur quis a peccato . Sed primi parentes ex peccato consecuti sunt quod eorum oculi aperi-

rentur , ut dicitur Gen. 111. Hoc autem praponderat in bono omnibus malis pœnalibus quæ ponuntur ex peccato consecuta . Inconvenienter ergo describuntur pœnz peccatum prætorum parentum consequentes .

In contrarium est quod hujusmodi pœnz sunt divinitus taxatae a Deo , qui omnia facit in numero , pondere , & mensura , ut dicitur Sap. xi.

Respondeo dicendum , quod , sicut dictum est (art. præc.) primi parentes propter suum peccatum privati sunt beneficio divino , quo humana natura integritas in eis conservatur , per cuius subtractionem humana natura in defectus pœnales incidit . Et ideo duplenter puniti fuerunt . Primo quidem quantum ad hoc quod subtractum fuit eis id quod integritatis statui competebat , scilicet locus terrestris paradisi : quod significatur Gen. 111. 23. cum dicitur : *Et emisit eam Deus de paradiſo voluptatis.* Et quia ad illum statum primæ innocentiaz per seipsum redire non poterat , convenienter apposita sunt impedimenta , ne rediret ad ea quæ primo statui competebant , scilicet a cibo , ne sumeret de ligno vite , & a loco , collocavit enim Deus ante paradisum Cherubin , & flammum gladium ..

Secundo autem puniti fuerunt quantum ad hoc quod attributa sunt eis ea quæ naturæ convenienti tali beneficio destituta : & hoc quidem quantum ad corpus , & quantum ad animam . Quantum quidem ad corpus , ad quod pertinet differentia sexus , alia pœna attributa est mulieri , alia viro . Mulier quidem attributa est pœna secundum duo , pro-

(1) Qualem dicitur Deus Gen. 3. vers. 24. *ad viam ligni vite custodiendam posuisse* , ut in corp. articuli plenius referetur .

(2) Sic etiam in Manuscripto : Sed unde tamen illud , *Videte?* quod nec in latinis Bibliis novis aut veteribus quæ ad manum sunt , nec in græcis habetur , ubi versu 12. sic præcise : *Nunc ergo ne forte missitas manum suam & sumas de ligno vite & comedas & vivas in eternum* , emisit eum Dominus , &c. Nsc in Comentario quod sub nomine S. Thomæ super Genesim circumfetur , hæc particula extat . Lyranus tamen ita scriptum supponit in quibusdam Exemplaribus , cum sic ait : *Ly , videte , non est de textu hebraico , sed subintelligitur , & est modus loquendi satis frequens in hebreico quo omittitur una dictio , translatio vero nostra expressis quod in Hebreo omittitur : Notandum etiam quod hoc est verbum Dei ad Angelos per quorum ministerium homo primus ejectus est extra Paradisum :* Et similiter commentatur Tosatus : Atqui nulla mentio de Anglis

vel angelico ministerio præcesserat , ut illis dici posset , *Videte :* Unde alii malunt reticentiam illam (quam apostolism ex græco ἀποστόλων vocant) sic suppleri : *Videamus vel caveamus ne forte , &c.* Simili nempe loquitione qua superiorius premissum est cum de hominis formatione ageretur veluti ex persona Dei deliberantis , *Faciamus hominem* , quod referri non potest ad Angelos qui adjutores talis formationis non fuerunt . Sed si per anticipationem dictum videri posse ut referatur ad id quod posterius exprimitur , cujus subjunctione Deus ideo collocasse Cherubim ante Paradisum , patet quod non unus dumtaxat sed multiplex ibi collocatus est Cherubinus , quod & pluralis hebreico significatur (licet interdum pro singulari possit) & expreßius apud 70. cum articuli adjectione τὸ χερύβιμ . Quod hic explicat Strabon apud Glosam ut per ministerium Angelorum igitur custodiad ibi constitueris : Similiterque plures Angelos Commentarius iam ex nomine S. Thomas notatus indicavit .

propter quæ viro conjugitur; quæ sunt generatio prolis, & communicatio operum pertinentium ad domesticam conversationem. Quantum autem ad generationem prolis punita fuit dupliciter. Primo quidem quantum ad tædia, quæ sustinet portando problem conceptam: & hoc significatur cum dicitur (Gen. 11. 16.) *Multiplicabo erumnas tuas, & concepsus tuos*: & quantum ad dolorem quem patitur in pariendo: & quantum ad hoc dicitur: *In dolore partes*. Quantum vero ad domesticam conversationem punitur secundum hoc quod subjicitur dominationi viri per hoc quod dicitur: *Sub viri potestate eris*. Sicut autem ad mulierem pertinet ut subdatur viro in his quæ ad domesticam conversationem pertinent; ita ad virum pertinet quod necessaria vita procuret. Et circa hoc punitur tripliciter. Primo quidem per terræ sterilitatem, cum dicitur: *Maledicta terra in opere tuo*. Secundo per laboris anxietatem, sine qua fructus terræ non percipit: unde dicitur: *In labore comedes et ea cunctis diebus vita tua*. Tertio quantum ad impedimenta quæ proveniunt terram colentibus: unde dicitur: *Spinæ, & tribulos germinabit tibi*.

Similiter etiam ex parte animæ triplex eorum pena describitur. Primo quidem quantum ad confusionem, quam passi sunt de rébellione carnis ad spiritum: unde dicitur: *Aperti sunt oculi amborum, & cognoverunt se esse nudos*. Secundo quantum ad increpationem propriæ culpe, per hoc quod dicitur: *Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis*. Tertio quantum ad commemorationem futuræ mortis, secundum quod ei dictum est: *Pulvis es, & in pulvrem reverteris*. Ad quod etiam pertinet quod Deus fecit eis tunicas pelliceas in signum mortalitatis eorum.

Ad primum ergo dicendum, quod in statu innocentia fuisse partus absque dolore: dicit enim Augustinus in XIV. de civit. Dei (cap. xxvi. cir. med.) *Sicut ad partendum non doloris gemitus, sed maturisatis impulsus seminea viscera relaxaret; ita ad fe-*

tandum, & concipiendum non libidinis appetitus, sed voluntarius usus naturam ueramque conjuveret. Subjectio autem mulieris ad virum intelligenda est in poenam mulieris esse inducta, non quantum ad regimen (quia etiam ante peccatum vir caput mulieris fuisset, & ejus gubernator extisset) sed prout mulier contra propriam voluntatem (1) nunc necesse habet viri voluntati parere. Spinæ autem, & tribulos terra germinasset, si homo non peccasset, in cibum animalium, non autem in hominis poenam, quia scilicet propter eorum exortum nullus labor, aur punitio homini operanti in terræ accideret, ut Augustinus dicit III. super Gen. ad lit. (cap. xviii.) Quamvis Alcuinus dicat, quod ante peccatum terra omnino spinas, & tribulos non germinasset (2) Sed primum est melius.

Ad secundum dicendum, quod multitudo conceptuum inducitur in poenam mulieris, non propter ipsam procreationem prolis, quæ etiam ante peccatum fuisset, sed propter multitudinem afflictionum, quas mulier patitur ex hoc quod portat fetum conceptum. Unde signanter conjugitur: *Multiplicabo erumnas tuas, & concepsus tuos*.

Ad tertium dicendum, quod illæ poenæ aliqualiter ad omnes pertinent. Quacumque enim mulier concipit, necesse est quod erumnas patiatur, & cum dolore pariat; præter B. Virginem, quæ sine corruptione concepit, & sine dolore poperit: quia ejus conceptio non fuit secundum legem naturæ a primis parentibus derivata. Si autem aliqua non concipit, neque parit, paritur sterilitatis defectum, qui præponderat poenis praedictis. Similiter etiam oportet ut quicunque terram operatur, in sudore vultus comedat panem: & ipsi qui per se agriculturam non exercent, in aliis laboribus occupantur: *homo enim nascitur ad laborem*, ut dicitur Job v. 7. (*) & sic panem ab alijs in sudore vultus elaboratum manducant.

Ad quartum dicendum, quod locus ille paradisi terrestris, quamvis non serviat homini ad usum, servit tamen ei ad documentum,

(1) Quippe quæ dominii & potestatis naturaliter avida sit, & ob id forte fructum vetitum cui annexa erat hæc promissio non obtulit Adamo manducandum priusquam ipsa manducasset.

(2) Äquivalenter & implicite saltem. & cum in Genesim interrogat. 78. querat, *Cur spinas & tribulos germinavit terra*; & respondeat quod per peccatum deminutæ seræ maledictæ esset ut spinas pareret ac ve-

nenosas herbas, ad panam & exercitationem mortarium, ut ante oculos homo semper habeat originale crimen, & vel sic admonitus se avertat a peccatis.

(*) Ista mſt. & editi passim. Nicolajus qui ab aliis in sudore vultus elaboratur. Theologis videtur legendum & sic panem cum aliis in sudore vultus manducat.

tum ; dum cognoscit , propter peccatum se tali loco fuisse privatum ; & dum per ea quæ corporaliter in illo paradiſo sunt , inſtruitur de his quæ pertinent ad paradiſum coeleſtem , quo aditus homini præparatur per Christum (1).

Ad quintum dicendum , quod , ſalviſ ſpirituſis ſenſus mifeſteriis , ille locus præcipue videtur eſſe inacceſſibilis propter veheſtiam ætutis in locis intermediais ex propinquitate ſolis : & hoc ſignificatur per flammeum gladium , qui veſtatiſ dicitur propter proprietatem moṭus circularis hujusmodi ætutis cauſantis . Et quia moṭus corporaliſ creaturez diſponitur miſterio Angelorum ut patet per Auguſtinum III. de Tri- nit. (cap. iv. ante med.) conveñienter etiam ſimul cum gladio veſtatiſ Cherubim adjungitur (2) ad cuſtodiendam viam ligni vi- taꝝ . Unde Auguſtinus dicit in XI. ſuper Gen. ad lit. (cap. xl. in fin.) Hoc per ca- leſtes utiqꝫ poſteſtates etiam in paradiſo viſi- bili ſecundum eſſe credendū eſt , ut per angelicū miſterium eſſet illuc quædam ignea cu- ſtodia .

Ad ſextum dicendum , quod homo ſi poſt peccatum de ligno viꝝ comediflet , noua propter hoc immortalitam recuperat , ſed beneficio illius cibi potuſſet vitam ma- gis prolongare . Unde quod dicitur , Et vi- vat in eternum , ſumitur ibi eternum pro diuſturno (3) Hoc autem non expediebat homini ut in miseria hujus viꝝ diuſturnus permaneret .

Ad septimum dicendum , quod , ſicut Auguſtinus dicit XI. ſuper Gen. ad lit. (cap. xxxix. a med.) verba bec Dei non ſunt primis parentibus iuſtantis ; quaꝝ ceſ-

ros , ne ita ſuperbiante , deterrentis , propeſ quos iſta conſcripta ſunt : quia ſc̄it̄ non ſolum Adam non fuī factus , qualis fieri vo- luit , ſed nec illud , ad quod factus fuerat , conſervavit .

Ad octauum dicendum , quod veſtitus ne- ceſſarius eſt homini ſecondum ſtatutum pre- ſentis miſeriæ propter duo . Primo quidem propter defectum ab exterioribus noſumentis , puta intemperati caloris , & frigoris ; ſecon- do ad tegumentum ignominiz , ne turpi- do membrorum appareat , in quibus præci- pue maniſtentur rebellio carniſ ad ſpirituſum . Hæc autem duo in primo ſtatu non erant ; quia in ſtatu illo corpus hominis non po- rebat per aliquod extriæſecum laedi , ut in primo dictum eſt (quæſt. xcvi. art. 2.) Nec etiam erat in ſtatu illo aliqua turpi- do in corpore hominis , que ad confuſionem induceret . Unde dicitur Gen. 11. 25. Erat autem ueterque nudus , Adam ſc̄ilicet , & uxor eius , & non erubefebant . Alia autem ratio de cibo eſt , qui eſt neceſſarius ad ſomentum caloris naturalis , & ad corporis augmen- tum .

Ad nonum dicendum , quod , ſicut Auguſtinus dicit XI. ſuper Gen. ad lit. (cap. xxxi.) non eſt credendum quod primi pa- rentes eſſent producti clauſis oculis ; præcipue cum de muliere dicatur , quod uidit lignum , quod eſſet pulchrum , & bonum ad uſcendum . Ap- periſſe ergo ſunt oculi amborum ad aliquid in- ſuendum , & cogitandum quod antea nūquā aduertierant , ſc̄ilicet ad invicem concupiſce- dum , quod ante uox fuerat .

A P.

(1) Superere igitur Paradiſum terrefreſum S. Thomas hoc loco iuſtinuat , ſicut & i. part. 102. art. 2. ad 3. iuſtinuat , conformiter ad ſenſum antiquorum qui hoc etiam putaverunt , quamvis moderni plures contradicunt .

(2) Sive Cherubim (quod pluralis apud Hebreos numeri eſt) adjunguntur : Unde apud 70. expreſſius dicuntur τὰ χερούμια ad pluralem numerum deſignandum , ſeu Cherubinos plures (& faltem duos) in- diſcandos , ut jam notatum fuſtra .

(3) Sic etiam Lyranus coſtantur : Cum homo , inquit , jam incurrit neceſſitatem moriendi , lignum viꝝ jam non poſterat vitam eius perpeſuare , poſterat tamen ipſam prolongare : Et iſta prolongatio nomine eterni ſignificatur , ſicut in Psalmo (75.) mones eterni nominantur propter longitudinem durationis : Unde & in hebreo dicitur , & viuat in ſeculum , quod deſignat tempus longum : Quamvis etiam Glo-

ſa interlinearis ad beatam eternitatem implice reſerve videatur , cum ait adhibitam fuifſo cuſtodiā ne qui indigni ſunt , atringant uileſius prædictum lignum vita imploto numero electorum qui gemituſ de illo erant , & ad beatum ſtatum migrarunt . Non quod eternitatem illam per ſe confeſſet lignum viꝝ ; ſed quod ſine media morte poſt diuſturnam vitam quam confeſſebat , ſuccellula fuifſet eternitas , ut ironice di- Etum intelligatur poſt peccatum . Unde Theodoſetus interrogat , ſeu qu. 40. in Genesim : Cum diabolus dixiſſet Eritis ſicut dii , Adamus uero ſuſcepſſes ſe- tentiam mortis quia tranſgressus erat mandatum , Deus omnium hoc per ironiam dixit , demoniſtrans diabolica promiſſione mendacium : Alter tamen Chryſoftomus in eum locum homilia 18. quod & Theodoſetus iuſtinuat . ne ſumat de ligno viꝝ & viuat in eternum , id est ne perpeſuo peccet vitam ſibi per lignum viꝝ perpetuanas quod prohibiuit illi erat poſt peccatum .

APPENDIX.

ARTICULUS I. 793

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum fuisse a Scripturis , & a Concilio , quod particulares paenae primorum parentum convenienter determinentur in Scriptura . Ut Proverb. 8. *Justi sunt omnes sermones mei* , &c. Pro quo vide , & ad hoc particulare applica , qu. 122. art. 2. append. & qu. 104. art. 1. append. A Concil. item Trid. videtur insinuari idem per hoc , quod dicit less. 5. decret. de peccato originali . Si quis non confitetur , *primum hominem Adam incurrisse per offenditam prevaricationis indignationem Dei* , atque ideo mortem , *cotumque Adam per illam prevaricationis offenditam secundum corpus , & animalium in deteriorius commutatum fuisse , anathema sit* . Hec ibi . Secundo vides ; quomodo &c.

QUESTIO CLXV.

De tentatione primorum parentum.

In duos articulos divisa .

DEinde considerandum est de tentatione primorum parentum : circa quam queruntur duo .

Primo , utrum fuerit conveniens quod a diabolo homo tentaretur .

Secundo , de modo , & ordine illius tentationis .

Summ. S.Tb. Tom.IX.

Utrum fuerit conveniens ut homo & diabolo tentaretur.

Ad primum sic proceditur . Videtur quod non fuerit conveniens ut homo a diabolo tentaretur . Eadem enim paena finalis debetur peccato Angeli , & peccato hominis , secundum illud Matth. xxv. 41. *Ite maledicti in ignem eternum , qui paratus es diabolo , & Angelis ejus* . Sed primum peccatum Angeli non fuit ex aliqua tentatione exteriori . Ergo nec primum peccatum hominis debuit esse ex aliqua exteriori tentatione .

2. Præterea . Deus præcius futurorum sciebat quod homo per temptationem demonij in peccatum dejectetur ; & sic bene sciebat quod non expediebat ei quod tentaretur . Ergo videtur quod nec fuerit conveniens quod permitteret eum tentari .

3. Præterea . Quod aliquis impugnatorem habeat , ad paenam pertinere videtur ; sicut & e contrario pertinere videtur ad præmium quod impugnatio subtrahatur , secundum illud Proverb. xvi. 7. *Cum placuerint Domino via hominis , inimicos quoque ejus convertes ad pacem* . Sed paena non debet præcedere culpam . Ergo inconveniens fuit quod homo ante peccatum tentaretur .

Sed contra est quod dicitur Eccli. xxxiv. 11. *Qui tentatus non est , qualia scit* (1).

Respondeo dicendum , quod divina sapientia disponit omnia suaviter , ut dicitur Sap. viii. 1. *inquantum scilicet sua providentia*

Q singu-

(1) Hinc Augustinus de sermone in monte lib. 2. cap. 14. petitionem illam explicans : *Ne nos inducas in temptationem* , ait : *Aliud est induc in temptationem , & aliud tentari* ; *Nam sine temptatione probatus esse nullus potest ; siue sibi ipsi fecut scriptum est . Qui non est tentatus , qualia scit ? Siue alii &c.* Et in Ps. 60. *Vita nostra in hac peregrinatione non potest esse sine temptatione , quia profectus noster per temptationem nostram fit , nec sibi quisquam innocens nisi tentatus &c.* Cur non ergo & primus homo in eum finem tentaretur ? De quo sic Augustinus rursus lib. 14. de civitate Dei cap. 27. *Cur eum non sineres inuidi Angeli malignitate tentari ? nullo quidem modo quod vinceretur incensus , sed nihilominus præcisus quod ab ejus semine sua gratia adjuco idem ipse diabolus fuerat , Sanctorum gloria maiore , vincendus . Ita factum est ut nec D[omi]n[u]s aliquid futurorum latentes , nec præsciendi quemquam peccare compellere ; & quid intrasset inter propriam cuiusque presumptionem & suam intensionem rationaliter creature consequenti experientia*

demonstraret : *Quis enim audeat credere vel dicere , ut homo non caderet , in Det[er]ioritate non fuisse ?* Sed hoc illius potestati malitiae non auferre , adque ita & quantum mali superbia eius & quantum boni sua gratia valerer , ostenderet : Et 11. super Genesim ad lit. post verba illa quæ hic in textu referuntur : *Cur eum tentari non sineres quem consenserunt præsciebat* cum id facturus esset popria voluntate per culpam , & ordinandis effectus illius equitate per plenam ; ut epiam sic ostenderet anima superba ad cruditionem futurum . Sanctorum quam recte ipse ueteratur animarum voluntatis etiam malis , cum illa perversa ueteratur naturis bonis : Ut & cap. 6. *Moventur quidam de hac primi hominis temptatione quod eam fieri permiserit Deus , quasi nunc non videant universum genus humanum diabolis insidiis sine cessatione tentari : Cur & hoc permittit Deus ? An quia probatur & exercetur virtus , & est palma gloriosorum non confessisse tentatorum quam non posuisse tentari , &c.*

Singulis attribuit quæ eis competunt secundum suam naturam: quia, ut dicit Dionysius iv. cap. de div. Nomin. (par. iv. a med. lect. 23.) providentie non est naturam corrumpere, sed salvare. Hoc autem pertinet ad conditionem humanae naturæ ut ab aliis creaturis juvari, vel impediri possit.

Unde conveniens fuit ut Deus hominem in statu innocentiae tentari permitteret per malos Angelos, & juvari eum faceret per bonos. Ex speciali enim beneficio gratia hoc erat ei collatum ut nulla creatura exterior ei posset nocere contra propriam voluntatem, per quam etiam temptationi demonis resistere poterat.

Ad primum ergo dicendum, quod supra naturam humanam est aliqua natura, in qua potest malum culpe inveniri; non autem supra naturam angelicam. Tentare autem inducendo ad malum, non est nisi jam depravati per culpam. Et ideo conveniens fuit ut homo per Angelum malum tentaretur ad peccandum; sicut etiam secundum ordinem naturæ per Angelum bonum promovetur ad perfectionem. Angelus autem a suo superiori, scilicet a Deo, in bono perfici potuit, non autem ad peccandum induci: quia, sicut dicitur Jacobi 1. 13. *Deus intentator malorum est.*

Ad secundum dicendum, quod sicut Deus sciebat quod homo per temptationem in peccatum esset dejiciendus; ita etiam sciebat quod per liberum arbitrium resistere poterat tentatori. Hoc autem requirebat conditio naturæ ipsius ut propriæ voluntati relinqueretur, secundum illud Eccli. xv. 14. *Deus reliquit hominem in manu consilii sui.* Unde Augustinus dicit XI. super Gen. ad lit. (cap. iv. ante med.) *Non mihi videtur magna laudis futurum fuisse hominem, si propterea posset bene vivere, quia nemo male vivere suaderet; cum & in natura posse, & in potestate haberet velle non consentire suadenti.*

Ad tertium dicendum, quod impugnatio eius cum difficultate resistitur, penalis est. Sed homo in statu innocentiae poterat absque omni difficultate temptationi resistere: & ideo impugnatio tentatoris eis penalis non fuit.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a scripturis, quod conveniens fuerit primum hominem a diabolo tentari. Ut Eccl. 34. secundum quod est in arg. con. Vide ad hoc

& prim. part. quest. 22. art. 2. maxime ad secundum. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 799

Utrum fuerit convenientis modus, & ordo prima tentationis.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod non fuerit conveniens modus, & ordo prima tentationis. Sicut enim ordine naturæ Angelus erat superior homine, ita & vir erat perfectior muliere. Sed peccatum perenit ab Angelo ad hominem. Ergo ratione debuit pervenire a viro in mulierem, ut scil. mulier per virum tentaretur, & non e converso.

2. Præterea. Tentatio primorum parentum fuit per suggestionem. Potest autem diabolus etiam suggerere homini absque alia exteriori sensibili creatura. Cum ergo primi parentes essent spirituali mente prædicti, minus sensibilibus quam intelligibilibus inherentes, convenientius fuisse quod solum spirituali tentatione homo tentaretur quam exteriori.

3. Præterea. Non potest convenienter aliquis malum suggerere nisi per aliquod apprens bonum. Sed multa alia animalia habent majorem apparentiam boni quam serpens. Non ergo convenienter tentatus fuit homo a diabolo per serpentem.

4. Præterea. Serpens est animal irrational. Sed animali irrationali non competit sapientia, nec locutio, nec pœna. Ergo inconvenienter inducitur serpens (Gen. iii.) esse callidior cunctis animalibus, vel prudenter omnium bestiarum, secundum aliam translationem (LXX. Interp.) Inconvenienter etiam inducitur fuisse mulieri locutus, & a Deo panitus.

Sed contra est quod id quod est primum in aliquo genere, debet esse proportionatum his quæ in eodem genere consequuntur. Sed in quolibet genere peccati invenitur ordo primæ temptationis, in quantum videlicet præcedit in sensualitate, quæ per serpentem signatur, peccati concupiscentia; in ratione inferiori, quæ signatur per mulierem, deletione; in ratione superiori, quæ signatur per virum, confessus peccati, ut Augustinus dicit XII. de Trinit. (cap. xii.) Ergo congruus fuit ordo primæ temptationis.

Respondeo dicendum, quod homo compositus est ex duplice natura, intellectiva scilicet, & sensitiva. Et ideo diabolus in temptatione hominis usus est incitamento ad peccandum dupliciter. Uno modo ex parte intelle-

tellectus , in quantum promisit Divinitatis similitudinem per scientiae adeptionem , quam homo naturaliter desiderat . Alio modo ex parte sensus ; & sic usus est his sensibilibus rebus , quae maximam habent affinitatem ad hominem , partim quidem in eadem specie tentans virum per mulierem , partim vero in eodem genere tentans mulierem per serpentem , partim vero ex genere propinquum (1) proponens pomum ligni vetiti ad edendum .

Ad primum ergo dicendum , quod in actu temptationis diabolus erat sicut principale agens ; sed mulier assurabatur quasi instrumentum temptationis ad dejiciendum virum : tum quia mulier erat infirmior viro , unde magis seduci poterat ; tum etiam quia propter conjunctionem ejus ad virum , maxime per eam . diabolus poterat virum seducere (2) . Non autem est eadem ratio principalis agentis , & instrumenti : nam principale agens oportet esse potius ; quod non requiriatur in agente instrumentalis .

Ad secundum dicendum , quod suggestio , qua spiritualiter diabolus homini aliquid suggerit , ostendit diabolum plus habere potestatis in homine quam habeat suggestio exterior : quia per suggestionem interiorem immutatur a diabolo falso hominis phantasia ; sed per suggestionem exteriorum immutatur sola exterior creatura . Diabolus autem minimum potestatis habebat in hominem ante peccatum : & ideo non potuit eum interiori suggestione , sed solum exteriori tentare .

Ad tertium dicendum , quod , sicut Augustinus dicit XI. super Genesim ad lit. (cap. 111.) non debemus opinari quod serpens sibi , per quem tentaret , diabolus eligeret ; sed cum esset in illo decipiendi cupiditas , nonnisi per illud animal potuit per quod posse permisus est .

Ad quartum dicendum , quod , sicut Augustinus dicit XI. super Genesim ad lit. (cap. xxviii. & xxix.) serpens dictus est prudentissimus , vel callidissimus , proper acutus diaboli , qui in illo agebat dolum ; sive dicitur prudens , vel acuta lingua , quam prudens , vel acutus movet ad aliquid prudenter , vel acuta suadendum . Neque etiam serpens verborum sonas intelligebat qui ex illo siebant ad mulierem : neque enim conversa credenda est anima ejus in naturam rationalem : quandoquidem nec ipsi homines , quarum rationalis natura est , cum demon in eis loquitur , sciunt quid loquantur . Sic ergo locutus est serpens homini , sicut asina in qua sedebat Balaam , locuta est boni ; nisi quod illud fuit opus diabolicum , hoc angelicum . (Cap. xxxvi. cir. med.) Unde serpens non est interrogatus , cur hoc fecerit : quia non in sua natura ipse hoc fecerat , sed diabolus in illo , qui iam ex peccato suo igni destinatus fuerat saepiterno . Quod autem serpenti dicitur , ad eum qui per serpentem operatus est , refertur . Et , sicut rursum Augustinus dicit in Lib. II. super Gen. contra Manichaeos (cap. xvii. & xviii. & hab. in Glossa ordin.) nunc quidem ejus pena , scilicet diaboli , dicitur qua nobis cavendus est , non ea que ultimo iudicio reservatur . Per huc enim quod ei dicitur , Maledictus es inter omnia „ a nimantia , & bestias terræ , “ fecora illi preponuntur , non in potestate , sed in conservatione naturæ sue : quia pecora non amiserunt beatitudinem aliquam cælestem , quam numquam habuerunt ; sed in sua natura , quam acceperunt , peragunt vitam . Dicitur etiam ei , „ Pectore , & ventre reperit “ (secundum aliam litteram (3) Ubi nomine pectoris significatur superbia , quia ibi dominati , impetus anime ; nomine autem ventris significatur carnale desiderium , quia hoc pars malior sentitur in corpore . His autem rebus ser-

Q 2 pit

(1) Nimis ex genere viventis quod propinquum est post animalia sub quo species continetur ad quam vir & mulier pertinebant : Nam & poma sunt ex viventibus &c.

(2) Quippe ut Salomonem credibile est non errore posse idolis esse servendum , sed blandissemis ad illa sacrilegia fuisse compulsum , ita credendum est illum virum sue feminæ , uni unum , hominem homini , conjugem conjugi , ad Dei legem transgrediendam non tamquam verum loquenti credidisse seductum , sed sociali necessitudine paruisse ; ait iterum Augustinus lib. 14. de civit. Dei cap. 11. Et lib. 11. super Genesim ad lit. cap. 42. Salomon vir sancte sapientie , inquit , numquidnam credendum est quod

in simulacrorum cultu credidit esse aliquid utilitatibus Sed mulierum amori ad hoc malum trahenti resistere non valuit , faciens quod scribat non esse facientem ne suos quibus deperibat atque diffundebat , mortiferas delicias contristaret : Ita & Adam postea quam diliguo prohibito seducta mulier manducavit erique dedit us simul ederent , noluit eam contristare quam credebat sine suo solatio posse contabescere si ab eius alienaretur animo , &c.

(3) Hoc est , secundum editionem 70. Interpretum ubi versu 14. Editio vulgata legit , super pectus tuum gradieris : tametsi græce quoque τέρπων quod perinde est ac ambulabis vel gradieris expressius quam reperit .

pit ad eos quos vult decipere. Quod autem dicitur, „Terram comedes cunctis diebus vita tua,“ duobus modis intelligi potest. Vel ad te pertinebunt, quos terrena cupiditatis decepit, id est peccatores, qui terre nomine significantur: (*) vel certe tertium genus tentationis (1) his verbis figuratur, quod est cunctiorum: tertiam enim qui manducat, profunda, & tenebrosa penetrat. Per hoc autem quod inimicitia ponuntur inter ipsum, & mulierem, ostenditur nos non posse a diabolo tentari, nisi per illam animalem partem, qua quasi malieris imaginem (**) in homine geris, sive ostendit. Semen autem diaboli est perversa suggestio, semen mulieris fructus boni operis, quod perversa suggestione ressistit. Et ideo observas serpens plantam mulieris, ut si quando in illicita labitur, delestat illam capias; & illa observat caput ejus, ut cum in ipso initio male suasionis excludat.

APPENDIX.

Ex art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito esse a Scripturis, & Augustino insinuatum quod modus, & ordo primæ temptationis fuit conveniens. Ad. August. quidem, ut extenditur cum discursu in arg. con. A Scripturis vero per hoc, quod introducentes hanc primam tentationem faciunt in ipso ingressu mentionem de sapientia, & astutia tentatoris, dicendo ly serpens erat callidior cunctis animalibus, vel (secundum aliam translationem) ly serpens erat prudentissimus omnium bestiarum. Sapientia enim prudentis, sive astuti est ordinare media ad suum finem convenientia, sive in bono, sive in malo: ut habetur ex Philoso-

pho lib. metaphys. Per hoc ergo, quod in temptationis hujus primordio Scriptura meninit de sapientia, prudentia, seu astutia serpentis, quasi scholastice locuta dixit: Modus, & ordo primæ temptationis fuit conveniens. Secundo vides: quomodo &c.

QUESTIO CLXVI.

De Studiositate,

In duos articulos divisæ:

P Ostea considerandum est de Studiositate, & Curiositate sibi opposita. Circa studiositatem autem queruntur duo.

Primo, quæ sit materia studiositatis. Secundo, utrum sit pars temperantie.

ARTICULUS I. 800

Utrum materia Studiositatis sit proprie cognitio.

Sup. quest. clx. art. 2. cor. & inf. quest. clxvii. art. 1. cor.

A D primum sic proceditur. Videtur quod materia studiositatis non sit proprie cognitio. Studiosus enim dicitur aliquis ex eo quod adhibet studium aliquibus rebus. Sed in qualibet materia debet homo studium adhibere, (2) ad hoc quod recte faciat quod est faciendum. Ergo videtur quod non sit specialis materia studiositatis cognitio.

2. Præterea. Studiositas curiositati opponitur. Sed curiositas, quæ a cura dicitur, potest

(*) Ita cum mss. & Nicolajo. Edit. Patav. vel tertium genus temptationis, id est cupiditatis, his verbis &c: In cod. Alcan. deest certe.

(1) Sic tantum textus originalis Augustini & Manuscriptum Summa ac impressa plerique non ut quædam inepit addunt, tertium genus temptationis, id est cupiditatis: Ut & paulo post, geris sive ostendit, pro eo quod in Augustini textu imaginem vel exemplum ostendit, & in ipso ut supra Summa Manuscripto scut & hic reposuimus. Hæc porro Augustinus paulo plenius, edifferens cur inter virum & serpentem inimicitezponi non exprimantur.

(**) Ita passim. Nicolajus in homine ostendit: & in fine addit: Hucusque Augustinus.

(2) Hinc frequenter illa in Scripturis monita quibus ad actionem quarumcumque diligenter ac studiis directionem nos hortantur: Ut Hierem. 7. vers. 3. Bonas facite vias vestras & studia vestra: Hie-

rem. 18. vers. 21. Dirigite vias vestras & studia vestra: Hierem. 26. vers. 3. iterum sicut supra: Bonas facite vias vestras: Ubi studia conjunguntur cum viis in hinc intelligamus quam studiose semper eas a nobis oporteat juxta virtutis normam regulamque disponi: Vias autem Scriptura vocat usitato loquendi modo actiones. Huc & referri potest insigne illud ac magnificum elogium quo viros justos veteris Testamenti commendat author Ecclesiastici cap. 44. versu 6. velut homines in virtute divites & studium pulchritudinis babentes: Quod ad curam ornandi templi five divini cultus cum decentia promovendi Lyranus refert, sed ad studium cuiuscumque virtutis pertinere quid vetat? Fisi tamen priori modo intelligatur cum praedicta restrictione, perinde est ut inferatur non ad solam cognitionem pertinere sed ad affectum; ut & Astorum 24. vers. 16.

potest esse etiam circa ornatum vestium , & circa alia hujusmodi , quæ pertinent ad corpus : unde Apostolus dicit ad Rom. xiiii. 14. *Carnis curam ne feceritis in desideriis.* Ergo studiositas non est solum circa cognitionem.

3. Præterea Hierem. vi. 13. dicitur : *A minore usque ad maiorem omnes avaritie student.* Sed avaritia non est proprie circa cognitionem , sed magis circa possessionem divitiarum , ut supra dictum est (quest. cxviii. art. 2.) Ergo studiositas , quæ a studio dicitur , non est proprie circa cognitionem.

Sed contra est quod dicitur Proverb. xxvii. 11. *Stude sapientie , fili mi , & letifica cor meum , ut possis respondere exprobranti sermonem.* Sed eadem studiositas est quæ laudatur ut virtus , & ad quam lex invitat . Ergo studiositas est proprie circa cognitionem .

Respondeo dicendum , quod studium proprie importat vehementem applicationem mentis ad aliquid . Mens autem non applicatur ad aliquid , nisi cognoscendo illud . Unde per prius mens applicatur ad cognitionem , secundario autem applicatur ad ea in quibus homo per cognitionem dirigitur . Et ideo studium per prius respicit cognitionem , & per posterius quæcumque alia , ad quæ operanda directione cognitionis indigemus .

Virtutes autem proprie sibi attribuunt illum materiam circa quam primo & principalius sunt , sicut fortitudo pericula mortis , & temperantia delectationem tactus . Et ideo studiositas proprie dicitur circa cognitionem .

Ad primum ergo dicendum , quod circa alias materias non potest aliquid recte fieri , nisi secundum quod est præordinatum per rationem cognoscentem . Et ideo per prius studiositas cognitionem respicit , cuicunque materiæ studium adhibeatur .

Ad secundum dicendum . quod ex affectu hominis trahitur mens ejus ad intendendum his ad quæ afficitur , secundum illud Marth. vi. *Ubi est thesaurus tuus , ibi est & cor tuum.* Et quia circa ea quibus caro sovetur ,

maxime homo afficitur , consequens est quod cognitio hominis versetur circa ea quibus caro sovetur , ut scilicet homo inquirat , qualiter optime possit carni suæ subvenire : & secundum hoc curiositas ponitur circa ea quæ ad carnem pertinent ratione eorum quæ pertinent ad cognitionem .

Ad tertium dicendum , quod avaritia inhiat ad lucra conquirenda ; ad quod maxime necessaria est quædam peritia terrenarum rerum : & secundum hoc studium attribuitur his quæ ad avaritiam spectant .

APPENDIX.

Ex art. hahes primo : quomodo per rationem ostendas , merito fuisse a scripturis insinuatum , quod studiositas est proprie circa cognitionem . Ut Prover. 27. secundum quod extenditur cum discursu *in arg. con. Item Judi. 21. Ingenti studio providendum est , ne una tribus deleatur.* Providentia enim cognitionem dicit . Nam ratio ordinandorum in finem proprie dicitur providentia . Est namque principalis pars prudentiæ , ad quam aliae due partes prudentiæ (scilicet memoria præteriorum , & intelligentia præsentium) ordinantur : prout ex præteritis memoratis , & præsentibus intellectis , conjectamus de futuris providendis . Cum ergo providentia cognitionem manifeste dicat , & studium circa providentiam (juxta Jud. 21.) assūendum dicatur , patet ex hoc , quod scholasticis Theologis scriptura concludendum reliquit ; quod materia studiositatis est proprie circa cognitionem . Secundo vides : quomodo &c.

ARTICULUS II. 801

Utrum studiositas sit pars temperantia.

Ad secundum sic proceditur . Videtur quod studiositas non sit pars temperantia . Studiosus enim dicitur aliquis secundum studositatem . Sed universaliter omnis virtuosus , vocatur studiosus , ut patet per Philosophum (1) qui frequenter sic utitur nomine

ne

(1) Velut ex Ethicorum 4. prius indicabatur ad marginem , sed ficticie : An vero sufficeret ad ostendendum quod frequenter ? Quidni potius ex cap. 7. græco lat. vel in antiquis 9. ubi habetur semel , ac ex ultimo notatum est , ubi habetur expresse bis ? Ut & ex Ethic. 9. cap. 4. tum in græco latinis , tum in antiquis , ubi & bis habetur , & cap. 8. græco-latinis vel in antiquis 9. ubi ter , & cap. 9. græco lat.

vel cap. 10. in antiquis ubi quinquies inculcatur græco οὐδαῖος , latine *probus* iuxta modernam versionem , vel *studiosus* iuxta veterem , quam & Argyropilus quoad hanc vocem imitatur : sed expressius lib. 1. magnorum Moralium cap. 1. ubi ait quod *studiosum esse οὐδαῖος* (est virtutes babere αἴστας ὄχει) Præter alia passim ,

ne studiorū (hab. ter. Lib. IX. Ethic. cap. iv. & bis cap. viii. & septies cap. ix. & Lib. I. magn. Moral. cir. princ. juxta Græc. lit.) Ergo studiositas est generalis virtus, & non est pars temperantia.

2. Præterea. Studiositas, sicut dictum est (art. præc.) ad cognitionem pertinet. Sed cognitio non pertinet ad virtutes morales, quæ sunt in appetitiva animæ parte, sed magis ad intellectuales, quæ sunt in parte cognoscitiva: unde & sollicitudo est actus prudentiæ, ut supra habitum est (quæst. xlvi. art. 9.) Ergo studiositas non est pars temperantia.

3. Præterea. Virtus quæ ponitur pars alijus principalis virtutis, assimilatur ei quantum ad modum. Sed studiositas non assimilatur temperantia quantum ad modum: quia temperantia nomen sumitur ex quadam reservatione, unde magis opponitur vitio, quod est in excessu; nomen autem studiositatis sumitur e contrario ex applicatione animæ ad aliquid, unde magis videtur opponi vitio quod est in defectu, scilicet negligentia studiandi, quam vitio quod est in excessu, scilicet curiositati: unde propter horum similitudinem

dicit Isidorus in Lib. X. Etym. (ad lit. S.) quod studiosus dicitur quasi studii curiosus. Ergo studiositas non est pars temperantia.

Sed contra est quod Augustinus dicit in Lib. de moribus Ecclesiarum (cap. xxi. cir. princ.) Curiosi esse prohibemur, quod magnum temperantia monus est. Sed curiositas prohibetur per studiositatem moderatam. Ergo studiositas est pars temperantia.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quæst. cxli. art. 1. 2. & 3.) ad temperantiam pertinet moderari motum appetitus, ne superflue tendat in id quod naturaliter concupiscitur. Sicut autem naturaliter homo concupiscit delectationes ciborum, & venereorum secundum naturam corporalem; ita secundum animam naturaliter desiderat cognoscere aliquid: unde & Philosophus dicit in princ. Met. quod omnes homines naturaliter scire desiderant (1).

Moderatio autem hujusmodi appetitus pertinet ad virtutem studiositatis: unde consequens est quod studiositas sit pars potentialis temperantia, sicut virtus secundaria ei adjuncta ut principali virtuti; & comprehenditur sub modestia, ratione superiori dicta (qu.

(1) Et quidem ea quæ naturali restitudini conformia sint, sicut & appetitus venereorum vel ciborum non potest dici naturalis proprie nisi prout ad finem naturali restitudini consentaneum ordinatur: Alioquin si inordinate veneria vel cibi appetantur, innaturalis erit appetitus velut ad naturæ corruptelam ac pravitatem spectans: Atque ita desiderium scientiæ si utilitatum sciare modo debito querit, est vere naturale: Sin autem vana quedam vel indebito modo sciare appetit, & (quod multo pessius est) non vana tantum sine inutilia sed & permiciose vel nociva, innaturale dici potius debet ac naturæ integratæ contrarium. Hinc eleganter 3d. sermon. in Cantica Bernardus, postquam absque artibus illis quæ liberales dicuntur, quamvis honestis utilibusque studiis exerceantur & dicuntur, quamplurimos hominum salvos factos esse præmisit, subdit: Videar forsitan quæsi reprehendere doctos ac prohibere studia litterarum: Ab his: Non ignoratio quantum Ecclesia profuerint & proficiunt litteras suis, sive ad refellendos eos qui ex adverso sunt, sive ad simplices instruendos: Legi quod qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti; & qui ad iustificationem studiunt multos, quasi stelle in perpetuas eternitates (Daniel. 12.) Sed & scio ubi legerim (1. ad Cor. 8. quod scientia inflat: Et inferius: Est autem (quod in se est) omnis scientia bona quæ tamen veritate submixta sit, sed ea scire prius ampliusque curato quæ senseris viciniora saluti: Nonne Medici corporum, medicina portionem definitius eligere in sumendis ei: quid prius quid posterius & quemadmodum quidque sumi oporteat? Nam et si bonis cuiuslibet esse cibis quos Deus creavit, tamen

ipsos tibi, si in sumendo modum & ordinem non observes, reddis plane non bonos: Ergo quod dico de eis, hoc sentire de scientiis: Sed melius mitto vos ad Magistrum: Non est enim nostra ista sententia, sed illius: immo & nostra, quoniam veritatis: Quis, inquit, putat aliquid scire, nondum scit quomodo oporteat eum scire (1. ad Cor. 8.) Vides quomodo fructum scientie in modo sciendi constituit: Quid ergo dicit modum sciendi? Quid nisi ut scias quo ordine, quo studio, quo fine, queaque nosse oporteat? Quo ordine, ut id prius quod maturius ad scire: Quo studio, ut id ardenter, quod vehementius ad amorem: Quo fine, ut non ad inanem gloriam aut curiositatem aut aliquid simile, sed tantum ad edificationem tuam vel proximi. Sunt namque qui sciare volunt eo fine tantum ut sciant; & turpis curiositas est: Et sunt qui sciare volunt ut sciantur ipsi, & turpis vanitas est: Qui profecto non evadent subsannantem Satyricum (Persicum Satyra 1.) & ei qui ejusmodi est: decantantem, Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter: Et sunt item qui sciare volunt ut scientiam suam vendant (verbi causa pro pecunia, sive pro honoribus) & turpis quaestus est: Sed sunt quoque qui sciare volunt ut edificant, & caritas est: Item qui sciare volunt ut edificantur, & prudenter est: Horum omnia: solum ultimi duo non inveniuntur in abusione scientie, qui ad hoc volunt intelligere ut bene faciant &c. Quæ ad sequentem quoque questionem 167. referri possunt, juxta ea quæ art. 1. continentur.

(quæst. clx. art. 2.)

Ad primum ergo dicendum, quod prudentia est completiva omnium virtutum moralium, ut dicitur in VI. Ethic. (cap. ult.) In quantum ergo cognitio prudentiae ad omnes virtutes pertinet, intantum non men studiositatis, quæ proprie circa cognitionem est, ad omnes virtutes derivatur.

Ad secundum dicendum, quod actus cognoscitivæ virtutis imperatur a vi appetitiva, quæ est motiva omnium virium, ut supra dictum est (i. 2. quæst. ix. art. 1.) Et ideo circa cognitionem duplex bonum potest attendi. Unum quidem quantum ad ipsum actum cognitionis: & tale bonum pertinet ad virtutes intellectuales, ut scilicet homo circa singula aestinet verum. Aliud autem bonum est quod pertinet ad actum appetitivæ virtutis, ut scilicet homo habeat appetitum rectum applicandi vim cognoscitivam sic, vel aliter, ad hoc, vel ad illud. Et hoc pertinet ad virtutem studiositatis. Unde computatur inter virtutes morales.

Ad tertium dicendum, quod, sicut Philosopha dicit in II. Ethic. (cap. ult.) ad hoc quod homo fiat virtuosus, oportet quod servet se ab his ad quæ maxime inclinat natura: & inde est quod quia natura præcipue inclinat ad timendum mortis pericula, & ad secundum delectabilia carnis; ideo laus virtutis fortitudinis præcipue consistit in quadam firmitate persistendi contra hujusmodi pericula, & laus virtutis temperantiae in quadam refrenatione a delectabilibus carnis. Sed quantum ad cognitionem est in homine contraria inclinatio: quia ex parte animæ inclinatur homo ad hoc quod cognitionem rerum desideret: & sic oportet ut laudabiliter homo hujusmodi appetitum refrenet, ne immoderate rerum cognitioni intendat. Ex parte vero naturæ corporalis homo inclinatur ad hoc ut laborem inquirendi scientiam viter. Quantum ergo ad primum, studiositas in refrenatione consistit; & secundum hoc ponitur pars temperantiae. Sed quantum ad secundum, laus virtutis hujusmodi consistit in quadam vehementia intentionis ad scientiam rerum percipiendam: & ex hoc nominatur. Primum autem est essentialius huic virtuti quam secundum: nam appetitus cognoscendi per se respicit cognitionem, ad quam ordinatur studiositas; sed labor addicendi est impedimentum quoddam cognitionis.

nis: unde respicitur (*) ab hac virtute per accidens, quasi removendo prohibens.

APPENDIX.

EX art. habes primo: quomodo per rationem tum directam, Hæc est in corporeum indirectam, Hæc est solutio argumentorum: (Ubique autem in appendicibus de tali ratione dupli intelligitur, ut alibi etiam diximus,) & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito fuisse insinuatum a scripturis, & Aug. quod studiositas est pars temperantiae. A D. Aug. quidem: ut extenditur cum discursu in arg. con. A scripturis vero per hoc, quod dicitur Eccles. 3. *Altiora te ne quaeris, & fortiora te ne scrutatus fueris, scilicet per studium, sed, quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper: & in pluribus operibus ejus ne fueris curiosus.* Ex hoc enim; quod studiositatē importatam per ly precepit tibi Deus, illa cogita semper, refrenare intendunt curiositatem, dicendo ly altiora te ne quaeris, & fortiora te ne scruta. fuer. & ly no in operibus ejus fueris curiosus, aperiunt scholasticis veritatem hanc, quod scilicet studiositas consistit in quadam nimis cognitionis refrenatione, & consequenter, quod est pars temperantiae. Secundo vides: quomodo &c.

QUESTIO CLXVII.

*De Curiositate,**In duos articulos divisâ,*

Prostea considerandum est de curiositate: & circa hoc quæruntur duo.

Primo, utrum vitium curiositatis possit esse in cognitione intellectiva.

Secundo, utrum sit in cognitione sensitiva.

ARTICULUS I. 802

Utrum circa cognitionem intellectivam possit esse Curiositas.

III. dist. xxxv. quæst. ii. art. 3. quæst. 3.

AD primum sic proceditur. Videtur quod circa cognitionem intellectivam non possit esse curiositas. Quia secundum Philosophum

(*) Ita cum mſt. Atton. & Comtr. editi paffini. At. in hac virtute.

sophum in II. Ethicor. (cap. vi. a med.) in his quæ secundum se sunt bona, vel mala, non possunt accipi medium, & extrema. Sed cognitio intellectiva secundum se est bona : in hoc enim perfectio hominis videtur consistere, ut intellectus ejus de potentia reducatur in actum ; quod fit per cognitionem veritatis : dicit etiam Dionysius iv. cap. de div. Nom. (par. iv. lect. 22.) quod *bonum anime humanae est secundum rationem esse*, cuius perfectio in cognitione veritatis consistit. Ergo circa cognitionem intellectivam non potest esse vitium curiositatis.

2. Præterea. Illud per quod homo assimilatur Deo, & quod a Deo consequitur, non potest esse malum. Sed quæcumque abundantia cognitionis a Deo est, secundum illud Eccli. 1. 1. *Omnis sapientia a Domino Deo est* : & Sap. vii. 17. dicitur: *Ipsæ dedit mihi borum que sunt scientiam veram, ut sciam dispositionem orbis terrarum, & virtutes eleemosynorum &c.* Per hoc etiam homo Deo assimilatur, quod veritatem cognoscit : quia *omnia nuda, & aperta sunt oculis ejus*, ut habetur ad Hebreos iv. 13. unde I. Reg. xi. 3. dicitur, quod *Deus scientiarum Dominus est*. Ergo quantumcumque abundet cognitionis veritatis, non est mala, sed bona. Appetitus autem boni non est vitiosus. Ergo circa intellectivam cognitionem veritatis non potest esse vitium curiositatis.

3. Præterea. Si circa aliquam intellectivam cognitionem posset esse curiositatis vitium, præcipue esset circa philosophicas scientias. Sed eis intendere non videtur esse. vitiosum : dicit enim Hieronymus super Daniëlem (cap. i. sup. illud, *Proposuit autem &c. & hab. cap. Qui de mensa dist. xxxvii.*) *Qui de mensa, & vino Regis noluerunt comedere, ne polluantur, si sapientiam, atque doctrinam Babyloniorum scirent esse peccatum, numquam acquisicerent discere quod non licet.* Et Augustinus dicit in II. de doctrina christiana (cap. xl in princ.) quod *si qua vera Philosophi dixerunt, ab eis sunt, tamquam ab iugis possessoribus, in usum nostrum vendicanda*. Non ergo circa cognitionem intellectivam potest esse curiositas vitiosa.

Sed contra est quod Hieronymus dicit

(sup. illud Ephes. iv. *Nost ambuletis in vanitate : Nonne nobis videtur in vanitate sensus, & obscuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquetur, qui physicus perscrutatur oculos trans colum levat ? Sed vanitas sensus, & obscuritas mentis est vitiosa.* Ergo circa intellectivas scientias potest esse curiositas vitiosa.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (quæst. præc. art. L) studiositas non est directe circa ipsam cognitionem, sed circa appetitum, & studium cognitionis acquirendæ. Alter autem est judicandum de ipsa cognitione veritatis, & aliter de appetitu, & studio veritatis cognoscendæ. Ipsa enim veritatis cognitionis, per se loquendo, bona est ; potest autem per accidens esse mala, ratione scilicet alicujus consequentis, vel inquantum aliquis de cognitione veritatis superbit, secundum illud I. ad Cor. viii. 1. *Scientia inflat* ; vel inquantum homo utitur cognitione veritatis ad peccandum.

Sed ipse appetitus, vel studium cognoscendæ veritatis potest habere rectitudinem, vel perversitatem. Uno quidem modo, prout aliquis tendit suo studio in cognitionem veritatis, prout per accidens jungitur ei malum ; sicut illi qui student ad scientiam veritatis, ut exinde superbiant. Unde Augustinus dicit in Lib. de morib. Eccles. (cap. xxii. ante med.) *Sunt qui desertis virtutibus, & nescientes quia sit Deus, & quanta maiestas semper eodem modo manentis natura, magnum aliquid esse agere putant, si universum istam corporis molem, quam mundum nunquam acquisierunt, curiosissime, intensissimeque perquirant.* Unde etiam tanta superbia gignitur, ut in ipso caelo, de quo sepe disputant, fibinet habitare viaeantur. Similiter etiam illi qui student addiscere aliquid ad peccandum, vitiosum studium habent, secundum illud Hieronymi ix. 5. *Docuerunt linguam suam loqui mundancium* ; ut inique agerent, laboraverunt.

Alio autem modo potest esse vitium ex ipsa inordinatione appetitus, & studii ad discendam veritatem ; & hoc quadrupliciter. Uno modo inquantum per studium minus utile retrahuntur a studio quod eis ex necessitate iucubat : unde Hieronymus dicit (i) *Sacer-*

(i) Demasen Papæ scribens epist. 146. quæ de prodigo ab aliquibus inscribitur, quia evangelicam parabolam explicat quæ prodigum filium in extrema regæstria referit : ibi enim postquam siliqua quibus amplem ventrem cupiebat, alio tenu expositu, subiungit : *Possimus autem & aliter siliquas interpretari :*

Divonum cibus est carmina Poetarum, secularis sapientia, rhetororum pompa verbaram. Hæc sus omnes suavitate delectant, & dum aures veribus dulcis modulatione currentibus capiunt, omnem quoque perniciem & peccatoris interna devincunt : verum, ubi cum summo studio fuerint, ac labore perfacta, nihil aliud

Sacerdotes, dimissis Evangelii, & Prophetis, videamus comedias legere, & amatoria buccitorum versuum verba cantare. Alio modo in quantum studet aliquis addiscere ab eo a quo non licet; sicut patet de his qui aliqua futura a daemonibus perquirunt; quæ est superflitiosa curiositas: unde Augustinus dicit in libro de vera religione (cap. iv. in fin.) *Nescio, an Philosophi impedirentur a fide virtus curiositatis in percontandis daemonibus.* Tertio quando homo appetit cognoscere veritatem circa creaturas, non referendo ad debitum finem, scilicet ad cognitionem Dei: unde Augustinus dicit in Libro de vera religione (cap. xxix. a princ.) quod *in consideratione creaturarum non est vana, & peritura curiositas exercenda; sed gradus ad immortalia, & semper manentia faciendus.* Quarto modo in quantum aliquis studet ad cognoscendam veritatem supra proprii ingenii facultatem: quia per hoc homines de facili in errores labuntur: unde dicitur Eccli. 111. 22. *Altiora te ne quiesceris, & fortiora te ne scrutatus fueris, & in pluribus operibus ejus ne fueris curiosus: & postea sequitur: Multos enim supplavit suspicio eorum, & in vanitate detinuit sensus eorum.*

Ad primum ergo dicendum, quod bonum hominis consistit in cognitione veri: Non tamen summum hominis bonum consistit in cognitione cuiuslibet veri, sed in perfecta cognitione summae veritatis, ut patet per Philosophum in X. Ethic. (cap. vii. & viii.) Et ideo potest esse vitium in cognitione aliorum verorum, secundum quod talis appetitus non debito modo ordinatur ad cognitionem summae veritatis, in qua consistit summa felicitas.

Ad secundum dicendum, quod etsi ratio illa (*) ostendit, quod cognitione veritatis secundum se bona sit; non tamen per hoc excluditur, quin possit aliquis cognitione veritatis abuti ad malum, vel etiam inordinate cognitionem veritatis appetere: quia etiam oportet appetitum boni debito modo regulatum esse.

Ad tertium dicendum, quod studium Phi-

Summ. S. Tb. Tom. IX.

losophie secundum se est licitum, & laudabile propter veritatem quam Philosophi percepunt, Deo illis revelante, ut dicitur ad Roman. 1. Sed quia quidam Philosophi (**) abutuntur ad fidei impugnationem, & ideo Apostolus dicit ad Coloss. 11. 8. *Videte ne quis vos decipiatur per Philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, & non secundum Christum:* & Dionysius dicit in epistola ad Polycarpum (parum ante med.) de quibusdam Philosopheris quod *divinis non sancte contra divina utuntur, per sapientiam Dei tentantes expellere divinam venerationem.*

A P P E N D I X.

Ex art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito insinuatum a Scripturis, & Hieronymo, quod circa cognitionem intellectivam potest esse vitium curiositatis. A D. Hieronymo quidem, ut extenditur cum discursu in argum. contr. A Scripturis vero, ut Eccl. 3. secundum quod adducitur in qu. 16b. art. 2. ap. Nisi enim circa cognitionem intellectivam posset incidere vitium curiositatis, non diccretur *ly non sis curiosus in operibus ejus;* & maxime, quia replicatur bis in illo capitulo. Secundo ex prima parte conclusionis *ly cognitione secundum se est bona,* cum sua probatione habes: quomodo per rationem destruas errores illorum, qui litteras, & studium secundum se damnabant (nam, qui absolute de aliqua re loquitur, de illa secundum se loqui intelligitur: juxta illud Philosophi, simpliciter dico, quod nullo addito dico.) Ut errorem Licinii Imperatoris V. dicentis, quod litteræ appellandas sunt virus, ac pestis. Ex Arnoldi, Scientias philosophicas omnes esse damnandas. Et Bibliistarum dicentium, Nullas philosophicas scientias esse addiscendas; Et Joannis Wicleff. dicentis, quod studia generalia, Universitates, Collegia, Graduationes, & Magisteria, a Papa, vel Episcopis in Ecclesiam Dei, & sunt vana gentilitate introducta, & non plus Ecclesiaz profunt,

R

quam

aliud nisi sonum inanem, & sermonum strepitum suis lectoribus tribuunt, nulla ibi saturitas veritatis, nulla refectio iustitia reperitur, Studiosi earum in fame veri & virtutum penuria perseverant: Et inferius: Nit nobis blandiamur si in eis qua sunt scripta non

credimus, cum putemur probare quæ dum legimus non reprobamus: Absit ut de ore christiano sonet Jupiter omnipotens & cetera magis portenta quam numina &c.

(*) AL dicit.

(**) Ita Edit. passim: nonne postea Philosophi

quam diabolus. *Tertio* habes : quomodo per rationem ostendas, errores praedictos merito reprobari ab Eccles. p. Sap. 2. SS. Hieron. Augusti. ut habes in argumentis. Nam haec authoritates de litteris secundum se acceptis loquuntur. Item ab Elucid. I. part. articul. num. 5. 576. Item ab Elucid. Addit. art. nu. 146. 416. Item a dictis per Veritatis aureas super legem veterem, num. 4. concl. 7. Quar-
to vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 803

*Utrum vitium curiositatis sit circa sensibili-
vam cognitionem.*

AD secundum sic proceditur. Videtur quod vitium curiositatis non sit circa sensitivam cognitionem. Sicut enim aliqua cognoscuntur per sensum visus, ita etiam aliqua cognoscuntur per sensum tactus, & gustus. Sed circa tangibilia, & gustabilia non ponitur vitium curiositatis, sed magis vitium luxuriae, & gulæ. Ergo videtur quod nec circa ea quæ cognoscuntur per visum, sit vitium curiositatis.

2. Præterea. Curiositas videtur esse in inspectione ludorum : unde Augustinus dicit in Vl. Confess. (cap. viii. in med.) (1) quod quodam pugne casu cum clamor ingens torus populi vehementer Alipium pulsasset, curiositate victimus operuit oculos. Sed inspectio ludorum non videtur esse vitiosa : quia hujusmodi inspectio detectabilis redditur propter repræsentationem in qua homo naturaliter delectatur, ut Philosophus dicit in sua Poetica (2) (cap. ii.) Non ergo circa sensitivum cognitionem est vitium curiositatis.

3. Præterea. Ad curiositatem pertinere videtur actus proximorum perquirere, ut dicit Beda (sup. illud I. Joan. ii. Concupi-
scientia carnis &c.) (3) Sed perquirere facta aliorum non videtur esse vitium : quia,

sicut dicitur Eccli. xvii. 12. *unicuique man-
davit Deus de proximo suo*. Ergo vitium curiositatis non est in hujusmodi particularibus sensibilibus cognoscendis.

Sed contra est quod Angustinus dicit in Lib. de vera relig. (cap. xxviii. cir. med.) quod concupiscentia oculorum reddit homines curiosos. Ut autem dicit Beda (loc. cit.) (4) concupiscentia oculorum est non solum in discendis magicis artibus, sed etiam in contemplandis spectaculis, & in dignoscendis, & carpendis vitiis proximorum ; quæ sunt quoddam particularia sensibilia. Cum ergo concupiscentia oculorum sit quoddam vitium, sicut etiam superbia vitz, & concupiscentia carnis contra quæ dividitur I. Joan. ii. videtur quod vitium curiositatis sit circa sensitivum cognitionem.

Respondeo dicendum, quod cognitio sensitiva ordinatur ad duo. Uno enim modo tam in hominibus, quam in aliis animalibus ordinatur ad corporis sustentationem : quia per hujusmodi cognitionem homines, & alia animalia vitant nociva, & conquirunt ea quæ sunt necessaria ad corporis sustentationem. Alio modo specialiter in homine ordinatur ad cognitionem intellectivam vel speculativam, vel practicam.

Apponere ergo studium circa sensibilia cognoscenda, dupliciter potest esse vitiosum. Uno modo in quantum cognitio sensitiva non ordinatur in aliquid utile, sed potius avertit hominem ab aliqua utili consideratione : unde Augustinus dicit in X. Confess. (cap. xxxv. paulo ante fin.) *Canem currentem post leporem jam non specto, cum in circu fix*. At vero in agro, si casu transeam, avertit me fortassis ab aliqua magna cogitatione, atque ad se convertit illa venatio : & nisi jam mibi demonstrata infirmitate mea cito admoncas, vanus habeo.

Alio modo in quantum cognitio sensitiva ordinatur ad aliquod noxiū : sicut inspectio mu-

(1) Ubi plene narrat quid Alipio ex ejusmodi curiositate contigerit, ut in responsione hujus objectio-
nis referimus.

(2) Non sicut prius poetis quod femina no-
men est poeticae callentis artem aut exercentis.

(3) Colligitur ex loco paulo infra notando, sicut & prius indicabatur ad marginem ; sed expressius & plenius ex cap. 69. in Scintillis, ubi & ex Patribus idem notat.

(4) Vel, concupiscentia oculorum est omnis curio-
sitas que sit in discendis artibus nefaritis, in contem-
plandis spectaculis surpribus & supervacuis, in digno-

scendis etiam carpendis quo vitiis proximorum ; ut ri-
dere est super primam Joannis Caponicam seu epistola-
lam, cum ex capite 2. concupiscentiam carnis &
concupiscentiam oculorum & superbiam vita interpre-
tatur ex professo. Quod autem præmittitur ex Au-
gustino lib. de vera religione, non iisdem præcie
verbis ibi habetur, sed sic : *Vitia sua sibi dominari
patiuntur, vel libido vel superbia vel curiositate
damnati* : Nam concupiscentia carnis voluptatis infi-
mos amatores significat, concupiscentia oculorum cur-
iosos, ambitio seculi superbos, &c.

muliensis ordinatur ad concupiscentium, & diligens inquisitio eorum quæ ab aliis fiant, ordinatur ad detrahendum. (1)

Si quis autem cognitioni sensibilium intendit ordinate propter necessitatem sustentandæ naturæ, vel propter studium intelligendæ veritatis, est virtuosa studiositas circa sensibilem cognitionem.

Ad primum ergo dicendum, quod luxuria & gula sunt circa delectationes quæ sunt in usu rerum tangibilium: sed circa delectationem cognitionis omnium sensuum est curiositas; & vocatur concupiscentia oculorum, quia oculi sunt ad cognoscendum in sensibus principales, unde omnia sensibilia videri dicuntur, ut Augustinus dicit in X. Lib. Confess.

(cap. xxxv. a princ.) &, sicut Augustinus ibidem subdit, ex hoc evidenter discernitur, quid voluptatis, quid curiositatis agatur per sensus, quod voluptas pulchra, suavia, canora sapida, tenia spectatur: curiositas autem estiam bis contraria tentandi causa, non ad subiectum molestiam, sed ad experiendi, (2) noscendique libidinem.

Ad secundum dicendum, quod inspectio spectaculorum vitiosa redditur, inquantum per hoc homo sit pronus ad virtus vel lascivias, vel crudelitatis, per ea quæ ibi representantur. Unde Chrysostomus dicit (hom. vi. in Matth. parum ante fin.) quod adulteros, & inverecundos constituant tales inspectiones. (2)

Ad tertium dicendum, quod prospicere fa-

R. 2 Cia

(1) Ut hic ex ejus præpostera intentione supponitur qui vel insipicit mulierem vel aliorum facta inquirit; cum utrumque alio sine non intromixio tantum sed honesto fieri possit: Puta si mulierem pulchram quis insipiens in eam Augustini cogitationem assurgat lib. 13. Confess. cap. 10. Pulchra sunt omnia scientia se; & cetera inenarrabiliter pulchrior qui fecisti omnia! Vel si ad imitandum aliorum facta inquirat, proindeque non prava & irreprehensibilia, sed potius laudabilia & honesta; ut homil. 25. super Evangelia Gregorius admonet.

(2) Al. nocendique.

(2) Nempe inspectiones theatricorum spectaculorum in quibus nuda representantur meretrices, ut exigit ibi & exaggerat: Sed quod etiam quedam inspectiones alterius generis nempe spectaculorum in quibus pugna gladiatorum exhibentur, crudeles reddant spectatoris, exemplo Alippi quod in argomento 2. summarie indicatum est Augustinus ostendit; narrans loco notato quod cum aversaretur & defloraretur talia (spectacula) quidam ejus amici recusantem vehementer & resistenter familiari violenter duxerunt in amphitheatrum crudelium & funestorum ludorum; Quo ubi ventum est, clausi feribus oculorum, interdixit animo ne in tanta mala procederes: cum tandem casu quodam pugna clamor ingens toris populi vehementer cum pulsasse, curiositate vultus & quasi paratus quidquid illud offere etiam visum contempnere & vincere, aperuit oculos, & percussus est graviore vulnera in anima quam illa in corpore quam cernere concupivit, cedidisse miserabilitus quam ille quo cadente factus est clamor &c. ut enim videt illum sanguinem, immanitatem simul obicit; & non se avertit: sed hunc aspectum & hauriebas furias, & nesciebat, & delectabatur scelere certaminis & tristes voluptate inebriabatur; verus orum jam forsitan a quibus adactus illuc erat: Quid playa? Speculator, clamavit, exarce, abstulit inde insaniam quæ redire stimularetur, etiam alios trahens &c. Adde quod Chrysostomus rursus de spectaculis quoque lascivis loquens homil. 1. super Psalmum 50. Postquam de Davide premisit quod cum deambulares in solario domus Regis videt mulierem levarem se ex

adverso, aperuitque otioso oculos & suscepit sagittum, statim fudit: Audient curiosi qui alienas pulchritudines conspicunt; audient qui ex spectaculis theatralibus insaniunt; audient quod ad excusandas excusations in peccatis dicunt, spectamus quidem, sed inde non laeditur: David talis ac tantus vir Iesus est; Et tu te putas non posse ledi; &c. Adde quod & Bernardus in Tractatu de primo gradu superbie de Dina dicit filia Jacob quod cum egressa esset ad viandas alienigenas mulieres raptæ est a Principe illius regionis, & occasio fuit cruentissime cædis quam fratres eius intentarunt: O Dina inquit, quid necesse ut videores mulieres alienigenas? Quia necessitate? Quia utilitate? An sola curiositate? Etsi tu otioso videores, sed non otiose videores: Tu curiose spectas, sed curiosus spectaris: Quis credere tunc illam tuam curiosam otiositatem vel otiosam curiositatem fore post sic non otiosam: sed tibi, ruis, hostibusque tam perniciem. Adde quod ibidem de Eva ponum impicente: Quid tuam mortem tam intense intueris? Quid spectare liber quod manducare non licet? Oculos, inquis tendo, non manum: Non est interdictum ne videam, sed ne comedam: Etsi culpa non est, culpa tamen indicium est: Nisi enim mens minus se curiose servares, tua curiositas tempus vacuum non haberet: Etsi culpa non est, culpa tamen occasio est & indicium est commisse & causa committende: Te enim intenta ad aliud, latenter intentum in cor tuum serpens illabitur, blade alloquitur, acutis curiositatem dum suggerit cupiditatem; offens prohibet, anfis concessum; porrigit possum, surripit paradisum. Adeo quod item de dosmonie divinam potentiam superbe affectante. Jam te video nescio quæ supra te curiosus alta rimans: Quo te sua, miser, curiositas ducit ut præsumptione singulari non dubites civibus scandulum, injuriam facere Regi? Ubi nemo federo perhibetur, nisi solus is cui a ceteris ministratur, tu nescio quæ pre ceteris perspiciendo differens, curiosus inquiringendo, irreverentius persuadendo, sedem tibi collocas in celo &c. Potest & addi ex Act. 19. vers. 19. quod multi curiosa sectati libros combussisse post prædicationem Pauli dicuntur, ubi magica artis industria interpretatur Beda: Et quod 1. ad Tunothem 5.

ver.

132 QUÆST. CLXVII. ART. II. & QUÆST. CLXVIII. ART. I.

Alia aliorum, vel inquirere bono animo, vel ad utilitatem propriam, ut scilicet homo ex bonis operibus proximi provocetur ad melius vel etiam ad utilitatem illius, ut scilicet corrigitur, si quid ab eo agitur viciose, secundum regulam caritatis, & debitum officii, est laudabile, secundum illud ad Hebr. x.

24. () Considerate vos invicem in provocationem caritatis, & bonorum operum. Sed quod aliquis intendat ad consideranda vitia proximorum, ad despiciendum, vel detrahendum vel saltem inutiliter inquietandum, est viciolum. Unde dicitur Proverb. xxiv. 15. Ne insidieris, & queras impietatem in domo justi, neque vastes requiem eis.*

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito insinuatum a scripturis, & Aug. & Beda, quod vitium curiositatis esse potest circa sensitivam cognitionem. A D. Aug. quidem, & Beda, ut extenditur cum discursu in arg. cont. Ubi per ly *concupiscentia oculorum circumscribitur curiositas*; ut i^q ad primum. Ac si diceretur. Curiositas reddit homines viciosos, & curiositas est non solum in discendis magicis artibus, sed etiam in, &c. Per curiositatem vero intellige appetitum, sive conquistionem cognitionis, vel ab utilibus avertentis, vel etiam noxiæ. Non enim appetitus, sive conquistatio cognitionis utilis, sive sit cognitio sensitiva, sive intellectiva, potest dici proprie curiositas, sed studiositas. A scripturis autem insinuatur per hoc, quod contra curiosos, dicitur Eccl. 1. *Non satiatur oculus visu, nec auris auditu impletur.* Item per hoc, quod de curiositate in videndis spectaculis Dyna notatur, vituperatur, talemque curiositatem, ut eam esse vitium ostendatur, ei cessisse in malum eventum non tantum lui, sed etiam aliorum multorum demonstratur Gen. 24. Secundo vi- des: quomodo &c.

Q UÆST I O CLXVIII.

De modestia, secundum quod consistit in exterioribus corporis motibus,

In quatuor articulos divisa.

POSSIBILIA considerandum est de modestia, secundum quod consistit in exterioribus motibus corporis, & circa hoc quadruntur quatuor.

Primo, utrum in exterioribus motibus corporis, qui serio aguntur, possit esse & virtus, & vitium.

Secundo, utrum possit esse aliqua virtus circa actiones ludi.

Tertio de peccato quod fit in excessu ludi.

Quarto de peccato ex defectu ludi.

A R T I C U L U S I. 804

Utrum in exterioribus motibus corporis sit aliqua virtus.

IV. Ethic. lect. 16. princ.

AD primum sic proceditur. Videtur quod in exterioribus motibus corporis non sit aliqua virtus. Omnis enim virtus pertinet ad spiritualem animæ decorem, secundum illud Psal. xliv. 14. *Omnis gloria ejus filie Regis ab intus:* Glossa (interl. Aug.) id est „in conscientia.“ Sed motus corporales non sunt ab intus, sed exterius. Ergo circa hujusmodi motus non potest esse virtus.

2. Præterea. Virtutes non insunt nobis a natura, ut patet per Philosophum in II. Ethicor. (cap. 1.) Sed motus corporales exteriore insunt hominibus a natura, secundum quam quidam sunt velocis motus, & quidam tardi motus: & idem est de aliis differentiis exteriorum motuum. Ergo circa tales motus non attenditur aliqua virtus.

4. Præterea. In omni opere virtutis est studium adhibendum, ut supra dictum est (quæst. clxvi. art. 1. arg. 1. & art. 2. ad 1.) Sed adhibere studium in dispositione motuum exteriorum est vituperabile: dicit enim Ambrosius in I. de officiis (cap. xviii. cir. med.) *Eß grossus probabiliti, in qua*

ver. 13. *maliores verbese, otiosæ curiosæque reprehendunt que circumneunt alienas domos, ut aliorum facta inquirant, ait in eum locum homil. 15. Chry-*

sostomus. In bonam tamen partem curiositas usurpatæ videri potest. Ecclesiastæ 9. ver. 1.

() Vulgaris: Consideremus invicem &c.*

quo sit species autoritatis , gravitatisque pondus , tranquillitas vestigium ; ita tamen si studium deficit , atque effectio , sed motus sic purus , ac simplex . Ergo videtur quod circa compositionem exteriorum motuum non consistat virtus .

Sed contra est quod decor honestatis pertinet ad virtutem . Sed compositione exteriorum motuum pertinet ad decorum honestatis : dicit enim Ambrosius in I. de offic. (cap. xix. in f. *Sicut molliculum , & infuscum aus vocis sonum , aus gestam corporis non probo , ita nec agrestem , aut rusticum . Naturam imitemur . effigies ejus formula discipline , forma honestatis est . Ergo circa compositionem exteriorum motuum est virtus .*

Respondeo dicendum , quod virtus moralis consistit in hoc quod ea quae sunt hominis , per rationem ordinantur . Manifestum est autem quod exteriores motus hominis sunt per rationem ordinabiles , ad imperium enim rationis exteriora membra moventur . Unde manifestum est quod circa horum motuum ordinationem virtus moralis consistit .

Ordinatio autem horum motuum attenditur quantum ad duo : uno quidem modo secundum convenientiam personae ; alio modo secundum convenientiam ad exteriores personas , negotia , seu loca . Unde dicit Ambrosius in Lib. I. de officiis (loc. sup. cit.) *Hoc est pulchritudinem vivendi tenere , convenientia cuique sexui , & persone reddere : & hoc pertinet ad primum . Quantum autem ad secundum subditur : Hic ordo gestorum optimus , hic ornatus ad omnem actionem accommodus .*

Et ideo circa hujusmodi exteriores motus ponit Andronicus duo : scilicet *ornatum* , qui respicit convenientiam personae , unde dicit , quod est *scientia circa decens in motu , & habitu & bonam ordinacionem ,* qui respicit convenientiam ad diversa negotia , & ea quae circumstant , unde dicit , quod est *experiens separationis* , idest distinctionis actionum .

Ad primum ergo dicendum , quod motus exteriores sunt quedam signa interioris dispositionis , secundum illud Eccli. xix. 27. *Amictus corporis , & risus dentium ; & ingressus hominis enuntiant de illo : & Ambrosius dicit in I. de officiis (cap. xviii. ante med.) quod *habitus mentis in corporis statu cernitur ; & quod vox quedam animi est corporis motus .**

Ad secundum dicendum , quod quamvis ex naturali dispositione habeat homo aptitu-

dinem ad hanc , vel ad illam dispositionem exteriorum motuum ; tamen quod deest natura , potest suppleri ex industria rationis . Unde Ambrosius dicit in I. de offic. (cap. xviii. a med.) *Motum natura informes : si quid sane in natura vitii est , industria evendit .*

Ad tertium dicendum , quod , sicut dictum est (in resp. ad i.) exteriores motus sunt quedam signa interioris dispositionis , quae praecipue attenditur secundum animas passiones : & ideo moderationem exteriorum motuum requirit moderationem interiorum passionum . Unde Ambrosius dicit in I. de offic. (cap. xviii. ante med.) quod *bunc , scilicet ex motibus exterioribus , homo cordis nostri absconditus , aus levior , aus jactior , aus turbidior , aus contra gravior , & constanter , & purior , & matuor estimatur .* Per motus etiam exteriores alii homines de nobis judicium capiunt , secundum illud Eccli. xix. 26. *Ex vaju cognoscitur vir , & ab occurso faciei cognoscitur sensatus .* Et ideo moderationem exteriorum motuum quodammodo ad alias ordinatur , secundum illud quod Augustinus dicit in Regula (scilicet epist. ccxi. al. cix. parum a med.) *In omnibus motibus vestris nihil fiat quod cujusquam offendat aspernum , sed quod vestram doceat sanctitatem .* Et ideo moderationem exteriorum motuum potest reduci ad duas virtutes , quas Philosophus tangit in IV. Ethic. (cap. vi. & vii.) . Inquantum enim per exteriorum motus ordinatur ad alias , pertinet exteriorum motuum moderationem ad amicitiam , vel affabilitatem , quae attenditur circa delectationes , & tristitias , quae sunt in verbis , & factis in ordine ad alios quibus homo convivit ; inquantum vero exteriorum motus sunt signa interioris dispositionis , pertinet eadem moderationem ad virtutem veritatis , secundum quam aliquis talent se exhibet in verbis , & factis , qualis est interior .

Ad quartum dicendum , quod in compositione exteriorum motuum studium vituperatur , per quod aliquis fictione quadam in exterioribus motibus utitur , ita quod interiori dispositioni non convenienter . Debet tamen tale studium adhiberi , ut si quid in eis inordinatum est , corrigatur . Unde Ambrosius dicit in I. de officiis (cap. xviii. parum a med.) *Ars deficit , non deficit correctione .*

APPENDIX.

ARTICULUS II. 809

EX art. habes primo : quomodo per ratio-
nem ostendas , merito insinuatum fuisse
a Scripturis , & Ambrosio , quod virtus po-
test esse circa exteriore motus . A D. Am-
broso quidem , ut extenditur cum discurso
in arg. con. Item ab eodem in lib. 2. de
virginibus , ubi loquens de B. Virgine ma-
tre Dei , inquit . „ Nihil torvum in oculis ,
„ nihil in verbis procax , nihil in actu inver-
„ recundum . Non gestus fractior , non in-
„ cessus solutior , non vox petulantior : ut
„ ipsa corporis species simulacrum fuerit
„ mentis , figura probitatis . „ Hæc ille . Ex
quibus intelligenti patet intentum . A Scri-
pturis vero per oppositum , ex eo scilicet ,
quod ponunt , & damnant vitia circa exte-
riores motus . Ut Proverb. 6. „ Homo apo-
„ stata , vir inutilis , graditur ore perverso ,
„ annuit oculis , terit pede , digito loquitur ,
„ pravo corde machinatur malum , & omni
„ tempore jurgia seminat . „ Item per hoc ,
quod monstrant , Dominum odisse exte-
riores actus incompositos : puta , „ oculos
„ sublimes , linguam mendacem , manus effun-
„ dentes sanguinem , pedes velocius ad curren-
„ dum in malum , proferentem mendacia ,
„ testem fallacem , seminantem discordias , „ cap.
„ eod. & visum curiosum Num. 4. in ly
„ alii nulla curiositate viderent , & incompa-
„ etiam , aut curiosam loquelam Luc. 23. per
ly interrogabas ilium multis sermonibus , at
ipse nihil ei respondebas , & exteriore gestus
inordinatos Act. 17. „ Ad nihil aliud va-
„ cantes , nisi ut dicant , aut videant , aut
„ audiant aliquid novi . Item 2. Thes. 3. In-
„ quiete ambulantes , nihil operantes , sed
„ curiose agentes . Item 1. Tim. 5. &c.
„ otiosos , curiosos , circumeuntes per do-
„ mos , vagabunde discurrentes , sese osten-
„ tantes , scurras , stultiloquos , linguos . „ Scripturæ enim ab oppositis scholastice inferre tunc volunt , quod virtus potest circa a-
ctus exteriore consistere : quando exteriore
rum actuum vitia narrant , & ipsos actus ,
tamquam vitiosos , Deo esse odibiles ostendunt . Secundo vides : quomodo &c.

Utrum in ludis possit esse aliqua virtus .

*IV. dist. xxvi. quest. iv. art. 1. quest. i. ca.
& III. con. cap. xxv. & I. iii. lett.
5. prin. & IV. Ethic. lett. 6. princ.*

AD secundum sic proceditur . Videtur quod
in ludis non possit esse aliqua virtus .
Dicit enim Ambrosius in I. de officiis (cap.
xxi. ii.) Dominus ait : *Ve vobis qui ride-
tis , quia flebitis . Non solum ergo profusos ,
sed etiam omnes jocos declinandos arbitror .*
Sed ictud quod potest virtuose fieri , non est
totaliter declinandum . Non ergo circa ludos
potest esse virtus .

2. Præterea . *Virtus est quam Deus in no-
bis sine nobis operatur , ut supra habitum est
(i. z. quest. lv. art. 4.) Sed Chrysostomus dicit (hom. vi. in Matth. aliquant.
ante fi.) Non dat Deus ludere , sed diabo-
lus . Audi quid aliquando ludentes passi sunt .
Sedit populus manducare , & bibere , & sur-
rexerunt ludere . Ergo circa ludos non potest
esse virtus .*

3. Præterea . Philosophus dicit in X. E-
thic. (cap. vi. ante med.) quod operatio-
nes ludi non ordinantur in aliquid aliud .
Sed ad virtutem requiritur ut propter aliud
elicens operetur , sicut patet per Philosophum
in II. Ethic. (cap. iv.) Ergo circa ludos
non potest esse aliqua virtus .

Sed contra est quod Augustinus dicit in II.
Musicae (cap. ult. in fi.) Volo tandem tibi
parcas : nam sapientem decet interdum remis-
tere aciem rebus agendis intentam . Sed ista
remissio animi a rebus agendis fit per ludi-
cra verba , & facta . Ergo his uti interdum
ad sapientem , & virtuosum pertinet . Philo-
sophus etiam (Lib. IV. Ethic. cap. viii.)
ponit virtutem eutrapeliae circa ludos , quam
nos possumus dicere jucunditatem .

Respondeo dicendum , quod sicut homo
indiget corporali quiete ad corporis refocil-
lationem , quia non potest continue laborare
propter hoc quod habet finitam virtutem ,
qua determinatis laboribus proportionatur ;
ita etiam est ex parte animæ , cuius etiam
est virtus finita ad determinatas operationes
proportionata . Ei ideo quando ultra modum
suum in alias operationes se extendit , la-
borat , & ex hoc fatigatur , præsertim quia
in operationibus animæ simul etiam laborat
corpus , inquantum scilicet anima intellecti-

quæ utitur viribus per organa corporea operantibus . Sunt autem bona sensibilia connaturalia homini : & ideo quando anima supra sensibilitatem elevatur , operibus rationis intenta , nascitur exinde quedam fatigatio animalis , sive homo intendat operibus rationis practicæ , sive speculativæ ; magis tamen si operibus contemplationis intendat , quia per hoc magis a sensibilibus elevatur ; quamvis forte in aliquibus operibus exterioribus rationis practicæ major labor corporis consummat . In utrisque tamen tanto aliquis magis altero fatigatur , quanto vehementius operibus rationis intendit . Sicut autem fatigatio corporalis solvit per corporis quietem ; ita etiam oportet quod fatigatio animalis solvatur per animæ quietem .

Quies autem animæ est delectatio , ut supra habitum est (1. 2. quæst. xxv. art. 2. & quæst. xxxi. art. 1. ad 2.) cum de passionibus ageretur . Et ideo oportet remedium contra fatigationem animalem adhiberi per aliquam delectationem , intermissa intensione ad insistendum studio rationis ; sicut in Collationibus Patrum (collat. 24. cap. xxii.) legitur , quod B. Joannes Evangelista , cum quidam scandalizarentur , quod eum cum discipulis suis ludentem invenirent , dicitur mandasse uni eorum qui arcum gerebat , ut sagittam traheret : quod cum plures fecisset quæsivit utrum hoc continue facere posset : qui respondit , quod si hoc continue faceret , arcus frangerebatur . Unde Beatus Joannes subintulit , quod similiter animus hominis frangeretur , si numquam a sua intensione rela-

xaretur (1) . Hujusmodi autem dicta , vel facta , in quibus non queritur nisi delectatio animalis , vocantur ludicra , vel jocosa . Et ideo necesse est talibus interdum uti , quasi ad quendam animæ quietem .

Et hoc est quod Philosophus dicit in IV. Ethic. (cap. viii.) quod in his vix conversatione quedam requies cum ludo habetur . Et ideo oportet interdum aliquibus talibus uti . Circa quæ tamen videntur tria esse præcipue cavenda . Quorum primum & principale est quod prædicta delectatio non queratur in aliquibus operationibus , vel verbis turpibus vel nocivis . Unde Tullius dicit in I. de offic. (in tit. de scurrilite . & facet.) quod unum genus jocandi est illibetale , petulans , flagitiosum , obscenum . Aliud autem attendendum est , ne totaliter gravitas animæ resolvatur . Unde Ambrosius dicit in I. de officiis (cap. xx. cir. princ.) *Caveamus ne dum relaxare animum volumus , solvamus omnem harmoniam quasi concentum quemdam bonorum operum :* & Tullius dicit in I. de off. (immediate ante cap. de scurrilite.) quod *sucus pueris non omnem ludendi licentiam damus , sed eam qua ab honestis actionibus non sit aliena ; sic in ipso joco-aliquod probi ingenii lumen eluceat .* Ter tertio autem attendendum est , sicut & in omnibus aliis humanis actionibus , ut congruat personæ , tempori , & loco , & secundum alias circumstantias debite ordinetur , ut scilicet sit tempore , & homine dignus , ut Tullius dicit ibidem (in tit. de scurrilite.) Hujusmodi autem secundum regulam rationis ordinantur . Habitus autem secundum rationem ope-

(1) Paulo aliter id narrat Cessianus vel apud Cessianum Abraham Abbas Collat. 24. cap. 21. Fertur beatisissimus Evangelista Joannes , inquit , cum perdiderit manus mollesceret , quandam ad se habitu venatorio vensionem subito conspexisse : *Qui miseratus quod vir tanæ opinionis ac fame ad tam personæ & humilitate oblectamenta submetteret , Tu ne es (inquit) ille Joannes cuius fama insignis asquo celeberrima me quoque sumus desiderio tua agnitionis dilexisti ; Cur ergo tam vilibus oblectamentis occuparis ?* Cui B. Joannes : *Quid est hoc quod manus tua gestas (sive quod manus tua gestas ?) At ille : Arcus , inquit : Et cur ait , non eum tensum abique circumferr ? Cui ille respondit : Non oporees , ne jugi curvamine rigoris fortitudi laxata mollescas atque deperas , & cum op reueris us fortiora in aliquam feram spicula derigantur , rigore per nimietatem continuo tensionis emissio violentior istius non possit emitti : Nec nostri , inquit B. Joannes , animi te offendat tam parva hac brevique laxatio , que nisi remissione*

quedam rigorem incensionis sue interdum relevet ac relaxet , irremissi vigore lentescens virtutis spiritus cum necessitas posset , obsecundare non poterit . An luctu forte S. Thomas in facto quodam non diffinili quod narratur in vitis Patrum lib. 5. cap. 10. de Sancto Antonio Abbe ; Nempe quod cum ad eum venissent fratres quidam us de suis visionibus & phantasias consularentur , supervenient quidam venator , & videt Abbas gaudentem cum fratribus (perinde ac si dicat ludentem seu jocantem) & displicuit ei . Volens autem senex ei ostendere quod oportet aliquando condescendere fratribus , dixit ei : Pone sagittam in arcu tuo & trah : Et fecit sic : Et dixit , Item trahas ; & traxis : Et rursus dixit ei , Trahi : Et dixit ei venator : Si supra mensuram traxero frangeretur arcus : Dixit ei & Abbas Antonius : Ita est in opere Dei : Si plus a mensura tendimus , fratres circa deficiunt : Expediit ergo eorum relaxare rigorem : Hoc audiens venator compunctus est , & multum proficiens in sermone sensis discessit , &c.

operans est virtus moralis.

Et ideo circa ludos potest esse aliqua virtus, quam Philosophus (loc. sup. cit.) *eutrapeliam* nominat : & dicitur aliquis *eutrapelus* a bona conversione, quia scilicet bene convertit aliqua dicta, vel facta in solarium ; & inquantum per hanc virtutem homo refrenatur ab *immoderantia ludorum*, sub modestia continetur.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut dictum est, (in cor. art.) jocosa debent concurrere negotiis, & personis : unde & Tullius dicit in I. Rethor (seu de invent. inter princ. & med.) quod *quando auditores sunt defatigati, non est inutile ab aliqua re nova, aut ridicula orationem incipere, si tamen rei dignitas non adiuit jocandi facultatem*. Doctrina autem sacra maximis rebus intendit, secundum illud Proverb. VIII. 6. *Audite, quoniam de rebus magnis locutura sum* : Unde Ambrosius non excludit universaliter jocum a conversatione humana, sed a doctrina sacra : unde præmittit : *Licet interdum honesta joca, ac suavia sint; tamen ab ecclesiastica abhorrent regula: quoniam qua in Scripturis sanctis non reperimus, ea quemadmodum usurpare possumus?*

Ad secundum dicendum quod verbum illud Chrysostomi est intelligendum de illis qui inordinate ludis utuntur, & præcipue eorum qui finem in delectatione ludi constituunt ; sicut de quibusdam dicitur Sapientia IV. 12. *Aestimaverunt esse ludum vitam nostram: contra quos dicit Tullius in I. de officiis (in tit. Fontem esse modestie, ut appetitus obediatur ratione:) Non ita generati a natura sumus, ut ad ludum, & jocum facti esse videamur, sed ad severitatem possumus, & ad quedam studia graviora, atque majora.*

Ad tertium dicendum, quod ipsæ operationes ludi secundum suam speciem non ordinantur ad aliquem finem ; sed delectatio quæ in talibus actibus habetur, ordinatur ad aliquam animæ recreationem, & quietem : & secundum hoc, si fiat moderate, licet uti ludo. Unde Tullius dicit in I. de officiis (loc. cit.) *Ludo, & joco utri quidem licet, sed sicut somno, & quietibus ceteris, tum cum gravibus, seruisse rebus satisfecerimus.*

A P P E N D I X.

EXART: habes primo : quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, merito fuisse insinuatum a Scripturis, & Augustino, quod in ludis potest esse virtus. A

D. Augustino quidem, ut extenditur cum discursu in arg. contr. A Scripturis vero per hoc, quod dicitur Eccles. 3. *Tempus flendi, & tempus ridendi. Tempus plangendi, & tempus saltandi.* Non enim Scriptura approbat post fletum, & planctum, idest post laboriosa opera, tempus ridendi, & saltandi, idest moderata jucunditatis, atque recreacionis : nisi, in iudicis hujuscenodi posse esse aliquam virtutem, cognosceret. Item per locum a sanili insinuatur I. Tim. 5. *Noli abhuc aquam bibere, sed modico vino utere propter stomachum tuum, & frequentes infirmitates tuas.* Ac si ad propositum dixerit : *Noli fine aliqua animi recreatione moderata nimis gravioribus negotiis occupari propter infirmitatem carnis tue.* Item Judith 15. 16. *Omnis populi gaudebant in organis, & cybaris, & erat populus jucundus secundum faciem sanctorum.* Jucundum enī secundum faciem sanctorum esse in talibus ludis, & gaudiis exteriotibus præfert virtutem aliquam, (idest eutrapeliam græce a Philosopho dicitam) recreationibus debite moderatis inesse. Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 806

Utrum in superfluitate ludi possit esse peccatum.

IV. Est. leq. 16.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod in superfluitate ludi non possit esse peccatum. Illud enim quod excusat a peccato non dicitur esse peccatum. Sed latus quandoque excusat a peccato : multa enim, si serio fierint, gravia peccata essent, quæ quidem joco facta vel nulla, vel levia sunt. Ergo videtur quod in superabundantia ludi non sit peccatum.

2. Præterea. Omnia alia vitia reducuntur ad septem vitia capitalia, ut Gregorius dicit XXXI. Moral. (cap. xviii. a med.) Sed superabundantia in ludis non videtur reduci ad aliquod capitalium vitiorum. Ergo videtur quod non sit peccatum.

3. Præterea. Maxime histriones in ludo videntur superabundare, qui totam suam vitam ordinant ad ludendum. Si ergo superabundantia ludi esset peccatum, tunc omnes histriones essent in statu peccati : peccarent etiam omnes qui eorum ministerio uterentur, vel qui eis aliqua largirentur, tamquam peccati fautores : quod videtur esse fallum : legitur

gitur enim in vitis Patrum, (Lib. II. cap. xvi. & Lib. VIII. cap. lxxii.) quod beatissimo Paphnutio revelatum est quod quidam ioculator futurus erat sibi consors in vita futura. (1)

Sed contra est quod super illud Proverb. xiv. *Risus dolore miscerbitur, & extrema gaudii ludus occupat*, dicit Glossa (interl.), *luctus perpetuus*. “ Sed in superfluitate iudi est inordinatus risus, & inordinatum gaudium. Ergo est ibi peccatum mortale, cui soli deberet luctus perpetuus.

Respondeo dicendum, quod in omni eo quod est dirigibile secundum rationem, superfluum dicitur quod regulam rationis excedit; diminutum autem dicitur aliquid, secundum quod deficit a regula rationis. Dictum est autem (art. præc.) quod ludicra, sive jocosa verba, vel facta sunt dirigibilia secundum rationem. Et ideo superfluum in ludo accipitur quod excedit regulam rationis: quod quidem potest esse dupliciter. Uno modo ex ipsa specie actionum quæ assumentur in ludo: quod quidem jocandi genus secundum Tullium (Lib. I. de offic. tit. de scurrilis. & facit.) dicitur esse illiberale, petulans, flagiosum, obscenum, quando scilicet utitur aliquis causa ludi turpibus verbis, vel factis, vel etiam his quæ vergunt in proximi-
ni nocumentum, quæ de se sunt peccata mortalia. Et sic patet quod excessus in ludo est peccatum mortale.

Alio autem modo potest esse excessus in ludo secundum defectum debitum circumstantiarum; puta cum aliqui usuntur ludo vel temporibus, vel in locis indebitis, aut etiam præter convenientiam negotii, seu personæ. Et hoc quidem quandoque potest esse peccatum mortale propter vehementiam affectus ad ludum; cuius delectationem præponit aliquis dilectioni Dei; ita quod con-

Summ. S. Th. Tom. IX.

tra præceptum Dei, vel Ecclesie, talibus ludis uti non refugiat. Quandoque autem est peccatum veniale, puta si aliquis non tantum afficitur ad ludum quod propter hoc velit aliquid contra Deum committere.

Ad primum ergo dicendum, quod aliqua sunt peccata propter solam intentionem, quia scilicet in injuriam alicuius fiunt: quam quidem intentionem excludit ludus, cuius intentio ad delectationem fertur, non ad injuriam alicujus: & in talibus ludus excusat a peccato, vel peccatum diminuit. Quædam vero sunt quæ secundum suam speciem sunt peccata, sicut homicidium, fornicatio, & similia: & talia non excusat per ludum, quinimo ex his ludus redditur flagitosus, & obscenus.

Ad secundum dicendum, quod superfluitas in ludo pertinet ad ineptam latitudinem, quam Gregorius (loc. cit. in arg.) dicit esse filiam gulae. Unde Exod. xxxii. 6. dicitur: *Sed sit populus manducare, & surrexerunt lude re.* (2)

Ad tertium dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc.) ludus est necessarius ad conversationem humanæ virtutis. Ad omnia autem quæ sunt utilia conversationi humanæ, deputari possunt aliqua officia licita. Et ideo etiam officium histriorum, quod ordinatur ad solarium hominibus exhibendum, non est secundum se illicitum: nec sunt in statu peccati, dummodo moderate ludo utantur, id est non utendo aliquibus illicitis verbis, vel factis ad ludum, & non adhibendo ludum negotiis, & temporibus indebitis. Et quamvis in rebus humanis non utantur alio officio per comparationem ad alios homines; tamen per comparationem ad seipso, & ad Deum alias habent seriosas, & virtuosas operations; puta dum orant, & suas passiones, & operations componunt, & quandoque etiam

S

pau-

(1) De tibicine tamen sive symphoniaco qui & latro fuerat non de joculatore seu histrione sic legitur; ut cap. 16. libri secundi & cap. 62. libri octavi videtur est; ubi narratur quod cum in mentem Paphnutio venisset postulare a Deo ut ostenderet sibi cui Sandorum sunilis esset, Angelus ei symphoniacum illum seu tibicinem designavit, qui cum adhuc latronianum exerceret, puellam quamdam sive virginem Deo consecratam, cuius pudorem violare consortes eius attentabant, ab infamia illa liberavit, & mulierem fugientem cuius maritus in carcere propter debita vexabatur, in cellam suam officio duxit eique pecuniam quæ debitorum solutioni sufficeret liberaliter ministravit; ac tandem per hanc occasionem a Paphnutio admonitus quam Deo charus esset, una

cum illo in eremum secessit anteacto ministerio renuntians, & post tres annos demum in continuis pie-tatis exercitiis magno cum fervore transactos recte in cælum evolavit.

(2) Ad idolorum cultum 1. ad Corinth. 10. vers. 8. Apostolus expresse refert, cum sic ait: *Nec idolatria officiamini sicut scriptum est. Sed sit populus &c.* Hinc Augustinus lib. 83. questionum quæst. 61. post medium: *Quid Iusui puerili tam simile est quam idola colere?* quando & Apostolus genus illud superstitionis ad hoc reculit &c. Proindeque Lyranus notat in Hebreo haberi, & surrexerunt illudere: Paganus tamen, *Et surrexerunt ad ridendum: Sed risus ille in idolorum cultura cum tripudiis adhibebatur &c.*

pauperibus eleemosynas largiuntur. Unde illi qui moderate eis subveniunt, non peccant, sed juste faciunt, mercedem ministerii eorum eis tribuendo. Si qui autem superflue sua in tales consumunt, vel etiam sustentant illos histriones qui illicitis ludis utuntur; peccant quasi eos in peccato fontes. Unde Augustinus dicit super Joannem (tract. c. ante med.) quod *donare res suas histriónibus, vixum est immane, non virtus; nisi forte aliquis histrio esset in extrema necessitate, in qua esset ei subveniendum: dicit enim Ambrosius in Lib. de officiis (1) Pasce fame mortuentem: quisquis enim pascendo hominem servare poseris, si non pauperis, occidisti.*

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito insinuatum a Scripturis; superfluitatem ludi esse peccatum. Ut Proverb. 14. secundum quod extenditur cum glos. & discursu in arg. constr. Item a Job 21. *Tenent tympanum, & cytharam, & gaudens ad sonum organi. Ducant in bonis dies suos: & in puncto ad inferna descendunt.* Item insinuat per hoc, quod dicitur Eccl. 25. *Meli invenisti, comedere, quod sufficit tibi: ne forte satiates evomas illud.* Et infra: *Qui mel multum comedis, non est bonum.* Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S IV. 807

Utrum in defectu ludi consistat aliquod peccatum.

IV. Est. lect. 16.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod in defectu ludi non consistat aliquod

peccatum. Nullum enim peccatum indicatur poenitenti. Sed Augustinus dicit (in Lib. de vera, & falsa poenit. cap. xv. a med.) de poenitente loquens: *Cobibeat se a ludis & a spectaculis seculi qui perfectam consequi vult remissionis gratiam.* Ergo in defectu ludi non est aliquod peccatum.

2. Præterea. Nullum peccatum ponitur in commendatione Sanctorum. Sed in commendatione quorundam ponitur quod a ludo absinuerunt: dicitur enim Hierem. xv. 17. *Non: sed in concilio ludensium: & Tob. iii. 17. dicitur: Numquam cum ludensibus miscui me, neque cum his qui in levitate ambulant, participem me præbuit.* (2) Ergo in defectu ludi non potest esse peccatum.

3. Præterea. Andronicus ponit austernitatem, quam inter virtutes numerat, esse habitum, secundum quem aliqui nec afferunt aliis delectationes collocutionum, nec ab his recipiunt. Sed hoc pertinet ad defectum ludi. Ergo defectus ludi magis pertinet ad virtutem quam ad vitium.

Sed contra est quod Philosophus in II. Ethic. (cap. viii.) & in IV. (cap. viii.) (3) ponit defectum in ludo esse vitiolum.

Respondeo dicendum, quod omne quod est contra rationem in rebus humanis, vitiolum est. Est autem contra rationem ut aliquis se aliis onerosum exhibeat, putandum nihil delectabile exhibet, & etiam aliorum delectationes impedir. Unde Seneca dicit (Lib. de iv. virtutib. cap. de continencia ante med.) *Sic te geras sapienter, quod nullus te habeat tamquam asperum, nec contemnas quasi vitem* (4). Illi autem qui in ludo deficiunt, nec ipsis dicunt aliquod ridiculum, & dicentibus molesti sunt, quia scilicet moderatos aliorum ludos non recipiunt. Et ideo tales vitioli sunt, & dicuntur *duri & agresivi*, ut Philosophus dicit in IV. Ethic.

(1) Sicut refertur in Decretis dist. 86. c. Pasce: At cum tres libros de officiis Ambrosius composuerit, hæc in eorum nullo extant: quamvis & Polycarpus & Anselmus itidem citent: Milleloquium autem Ambrosianum a me Lugduni visum citat ex libro de alendis pauperibus qui nec in operibus Ambrosii nunc extat.

(2) Verba sunt Sarce filiae Raguelis cum ex ancilla sua improprietum quoddam audisset, flebiliter orantis Deum, & suum ei statum ad misericordiam exrandam ac imperrandam exponentis.

(3) Libro 2. quidem cap. 9. in antiquis & apud S. Thom. lect. 9. vel in græco-lat. cap. 7. ubi defectus ludi *ruficetas* dicitur (*αρπονια*) Sed lib. 1. cap. 16. in antiquis & apud S. Thomam lect. 16. vel cap. 14. græco-latino, non 1. ut prius.

(4) Velut ex libro de quatuor virtutibus author Polyantthese refert hoc modo: *Si jocos exiges, hoc cum dignitate sapientia geris, ut non te gravem tamquam asperum & non contemnas quasi vitem: Sed in modernis operibus non extat. Libro tamen de tranquillitate animi versus finem quidpiam ad hunc sensum pertinet habet: Nec in eadem intentione, inquit, equaliter retinenda mens es, sed ad jocos revocanda. Cum pueros Socrates ludere non erubescobat &c.* Et paulo post: *Danda est remissio animis; meliores acrioresque requiescunt surgentes: Ut fertilisbus agris non est imperandum, cito enim exhaucit illos numquam intermissa fecunditas, ita impetus animorum assiduis labor frangit; vires recipient resoluti penitulum & remitti &c.*

Ethic. (cap. viii.)

Sed quia ludus est utilis propter quietem. & delectationem; delectatio autem, & quies non propter se queruntur in humana vita, sed propter operationem, ut dicitur in X. Ethic. (cap. vi.) ideo defectus ludi minus est viciosus quam ludi superexcessus. Unde Philosophus dicit in IX. Ethic. (cap. x. ante med.) quod pauci amici propter delectationem suis habendi, quia parum de delectatione sufficis ad vitam quasi pro condimento, sicut parum de sale sufficis in cibo.

Ad primum ergo dicendum, quod quia poenitentibus luctus indicitur pro peccatis, ideo interdicitur eis ludus. Nec hoc pertinet ad vitium defectus, quia hoc ipsum est secundum rationem quod in eis ludus diminuatur.

Ad secundum dicendum, quod Hieremias ibi loquitur secundum conuentiam temporis, cuius status magis luctum requirebat: unde subdit: *Solus fedebam, quoniam amissione replesti me.* Quod autem dicitur Tob. 111. pertinet ad ludum superfluum: quod patet ex eo quod sequitur: *Neque cum his qui in locitate ambulant, participem me prebeant.*

Ad tertium dicendum, quod austeritas, secundum quod est virtus, non excludit omnes delectationes, sed superfluas, & inordinatas: unde videretur pertinere ad affabilitatem, quam Philosophus (Lib. IV. Ethic. cap. vi.) *amicitiam* nominat, vel ad eutrapeliam, (1) sive jucunditatem: & tamen nominat, & definit eam sic secundum convenientiam ad temperantiam, cuius est delectationes reprimere.

A P P E N D I X.

Ex art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum suffisse a Scripturis, & Philos.; quod in defectu ludi potest esse peccatum. A Philos. quidem in arg. contr. A Scripturis vero: ut in ar. 2. append. Ex eisdem enim scripturarum authoritatibus, per quas ostenditur, virtutem aliquam posse esse in ludis, coostenditur quoque, si per locum ab oppositis fiat

processus, quod in defectu ludi potest esse peccatum. Approbans enim ludem eodem per opositum tenore defectum ludi reprobatur: quoniam, si aliqua virtus est in ludo, non potest nullum vitium esse in defectu ludi. Secundo vides: quomodo &c.

Q U Æ S T I O C L X I X.

De Modestia,

In duos articulos divisa.

D EINDE considerandum est de modestia, secundum quod consistit in exteriori apparatu, & circa hoc queruntur duo.

Primo, utrum circa exteriorem apparatum possit esse virtus, & vitium.

Secundo, utrum mulieres peccent mortaliiter in superfluo ornato.

A R T I C U L U S I. 803

Utrum circa exteriorem ornatum possit esse virtus, & vitium.

Inf. quest. clxxxvii. art. 6. cor. & quol. x. art. 14. & opusc. lviii. cap. viii. & Mastb. x. & I. Ethic.

A D primum sic proceditur. Videtur quod circa exteriorem ornatum non possit esse virtus, & vitium. Exterior enim ornatus non inest nobis a natura: unde & secundum diversitatem temporum, & locorum variatur; unde Augustinus dicit in III. de doctrina christ. (cap. xii. ad fin.) quod talares & manicas babere apud veteres Romanos flagitium erat (2); nunc autem honesto loco natis non eas babere flagitium est. Sed, sicut Philosophus dicit in II. Ethic. (cap. i.) naturaliter inest nobis aptitudo ad virtutes. Ergo circa hujusmodi non est virtus, & vitium.

2. Præterea. Si circa exteriorem cultum esset virtus, & vitium, oporteret quod superfluitas in talibus esset vitiola, & etiam defectus viciosus. Sed superfluitas in cultu exteriori non videtur esse viciosa, quia etiam sacerdotes &

S 2 mini-

(1) *Amicitiam* quidem vel cap. 13. græco-lat. vel cap. 14. in antiquis & apud S. Thomam. lect. 14. *Eutrapeliam* autem vel cap. 14. græco-lat. vel cap. 16. in antiquis & apud S. Thomam lect. 16. Non ut prius cap. i. *Eutrapeliam* porro *jucunditatem* reddit

S. Thom. quantum ad sensum, cum ex nominis notione *απρεστία bonam conversionem* significet; quia facile in omnia flebitur qui affabilis est vel jucundus.

(2) Ob molliitatem effeminatam ex Gellio lib. 7. cap. 12. & Æneidos 9. v. 616.

ministri altaris in sacro ministerio pretiosissimis vestibus utuntur: similiter etiam defectus in talibus non videtur esse vitiosus, quia in laudem quorumdam dicitur ad Heb. xi. 37. *Circuerunt in melotis* (1) & *in pellibus caprinis*. Non ergo videtur quod in talibus possit esse virtus, & vitium.

3. Præterea. Omnis virtus aut est theologicæ, aut moralis, aut intellectualis. Sed circa hujusmodi non consistit virtus intellectualis, quæ perficitur in aliqua cognitione veritatis: similiter etiam nec est ibi virtus theologica, quæ habet Deum pro objecto: nec est etiam ibi aliqua virtutum moralium, quas Philosophus tangit (Lib. II. Ethic. cap. viii.) Ergo videtur quod circa hujusmodi cultum non possit esse virtus, & vitium.

Sed contra. Honestas ad virtutem pertinet. Sed in exteriori cultu consideratur quædam honestas: dicit enim Ambrosius in I. de offic. (cap. xix.) *Decor corporis. non sù affectatus, sed naturalis, simplex, negligens magis quam expeditus, non pretiosus, & aluentibus adiutus vestimentis, sed communibus, ut honestati, vel necessitatì nibil desit, nibil accedat nitori.* Ergo in exteriori cultu potest esse virtus, & vitium.

Respondeo dicendum, quod in ipsis rebus exterioribus, quibus homo utitur, non est aliquod vitium, sed ex parte hominis, qui immoderate utitur eis. Quæ quidem immoderantia potest esse dupliciter. Uno quidem modo per comparationem ad consuetudinem hominum cum quibus aliquis vivit: unde dicit Augustinus in III. Confess. (cap. viii. a princ.) *Que contra mores hominum sunt flagitia, pro morum diversitate vitanda sunt; ut pacium inter se civitatis, aut gentis consuetudine, vel lege firmatum nullius civis, aut peregrini libidine violetur: turpis est enim omnis pars universo suo non congruens.*

Alio modo potest esse immoderantia in usu talium rerum ex inordinato affectu utensilis; ex quo quandoque contingit quod homo nimis libidinose talibus utatur, sive secundum consuetudinem eorum cum quibus vivit, sive præter eorum consuetudinem. Unde Augustinus dicit in III. de doctrina christ. (cap. xxi. in fin.) *In usu rerum abesse oportet libidinem: que non solam ipsa eorum, inter quos vivit, consuetudine nequiter abusur; sed etiam sepe fines ejus egressa, fastidiatum suum, que inter clausa morum solemnium latitabat, flagitiosissima erupcione manifestat.*

Contingit autem ista inordinatio affectus tripliciter quantum ad superabundantiam. Uno modo per hoc quod aliquis ex superfluo cultu vestium hominum gloriam querit, prout scilicet veste, & alia hujusmodi pertinent ad quemdam ornatum. Unde Gregorius dicit in quadam homilia (xl. in Evang. iater princ. & med.) (2) *Sunt nonnulli qui cultum subtilium, pretiosarumque vestium non putant esse peccatum: quod videlicet si culpa non esset, nequam sermo Dei tam vigilanter exprimeret, quod dives qui torquebant apud inferos, byssos, & purpura induitus fruisset. Nemo quippe vestimenta pretiosa, scilicet excedentia proprium statum, nisi ad inanem gloriam querit* (3). Alio modo secundum quod homo per superfluum cultum vestium querit delicias, secundum quod vestis ordinatur ad corporis fomentum. Tertio secundum quod nimiam sollicitudinem apponit ad exteriorum vestium cultum, etiam si non sit aliqua inordinatio ex parte finis. Et secundum hoc Andronicus ponit tres virtutes circa exteriorum cultum: scilicet humilitatem, quæ excludit intentionem gloriae, unde dicit, quod humilitas est habitus non superabundans in sumptibus, & præparationibus: & per se sufficiens, quæ excludit intentionem

(1) Ex greco μέλος ita distis, quod significat ovem, quasi melora vestis intelligatur ex ovino corio facta: Etsi μέλος quodlibet pecus vel quadrupes generaliter potest significare: Unde melotam Glossa interpretatur *vestem de pilis camelorum contextam*; qualem sanctus Præcursor habuisse dicitur tum Matth. 3. vers. 4. tum Marc. I. vers. 6. ut & Helias 4. Reg. vers. 8. minus exprefse tamen quam Præcursor quem in Evangelio comparat ei Christus. Addit & Glossa quod habet item Haymo & magis prebat S. Thomas, melotam dici ab animali quodam quod a Latinis passim taxus propter hispidam pelllem appellatur, sed a Plinio μελες: Atqui cum ejusmodi animal sic dicatur

ex greco μέλι seu latine mel, quia mellis avidissimum, ideoque melota primam haberet brevem si ex illo derivaretur & meleta potius dici debere videtur, parum congruit græca voci μελωτη, quæ pri-mam habet longam, ut patet.

(2) Ubi divitis epulonis non parabolam tantum sed historiam veram ex professo explicat.

(3) Puta ut honorabilior ceteris esse videatur, ad-dit ibidem Gregorius: Et rationem subdit, quia no-nō vult ibi pretiosis vestibus indui ubi ab aliis non possit videri; unde pro sola inani gloria vestimentum pretiosius queri res ipsa testatur &c.

nem deliciarum , unde dicit , quod per se sufficientia est habitus contentus quibus aportet , & determinativa eorum quæ ad vivere convenient (1) , secundum illud Apostoli I. ad Timoth. ult. 8. *Habentes alimenta , & quibus regamur , his contenti simus : & simplicitatem , quæ excludit superfluum sollicitudinem talium , unde dicit , quod simplicitas est habitus contentus his quæ contingunt (2) .*

Ex parte autem defectus similiter potest esse duplex inordinatio per affectum . Uno quidem modo ex negligentia hominis , qui non adhibet studium , vel laborem ad hoc quod exteriori cultu utatur , secundum quod oportet . Unde Philosophus dicit in VII. Ethic. (3) quod hoc ad mollitiem pertinet quod aliquis trahat vestimentum per terram , ut non laboret elevando ipsum . Alio modo ex eo quod ipsum defectum exterioris cultus ad gloriam ordinat . Unde dicit Augustinus in Lib. II. de sermone Domini in monte (cap. xii. "parum a princ.) non in solo verum corporeorum nitore , atque pompa , sed etiam in ipsis sordibus luxtuosissime esse posse jactantiam , & eo periculosiorum , quod sub nomine servitutis Dei decipit . Et Philosophus dicit in IV. Ethic. (4) quod superabundatio , & inordinatus defectus ad jactantiam pertinet .

Ad primum ergo dicendum , quod quamvis ipse cultus exterior non sit a natura , tamen ad naturalem rationem pertinet ut exteriorem cultum moderetur : & secundum hoc nati sumus hanc virtutem suscipere , quæ exteriorem cultum moderatur .

Ad secundum dicendum , quod illi qui in dignitatibus constituantur , vel etiam ministri altaris , pretiosioribus vestibus quam ceteri induuntur , non propter sui gloriam , sed ad significandam excellentiam sui ministerii , vel cultus divini : & ideo in eis non

est vitiosum . Unde Augustinus dicit in III. de doctrina christi . (cap. xii. in princ.) *Quisquis sic utitur exteriorius rebus , ut metas consuetudinis bonorum , inter quos versatur , excedat , aut aliquid significat , aut flagitosus est , dum scilicet (5) propter delicias , aut ostentationem talibus utitur . Similiter etiam ex parte defectus contingit esse peccatum . Non tamen semper qui vilioribus quam ceteri vestibus utitur , peccat . Si enim hoc facit propter jactantiam , vel superbiam , ut se ceteris preferat , vitium superstitionis est . Si autem hoc faciat propter macerationem carnis , vel humilationem spiritus , ad virtutem temperantiae pertinet . Unde Augustinus dicit in Lib. III. de doct. christi . (loc. cit.) Quisquis restrictius rebus præscrivuntibus utitur quam se habent mores eorum cum quibus vivis , aut temperatus , aut superstitionis est . Præcipue autem competit vilibus vestimentis uti his qui alias & verbo , & exemplo ad penitentiam hortantur ; sicut fecerunt Prophetæ , de quibus Apostolus ibi loquitur . Unde quædam Glossa (6) (super illud , Ipse autem Joannes &c.) dicit Matth. 111. Qui penitentiam predicat , habbitum penitentia pretendit .*

Ad tertium dicendum , quod hujusmodi exterior cultus indicium quoddam est conditionis humanæ : & ideo excessus , & defectus , & medium in talibus reduci possunt ad virtutem veritatis , quam Philosophus (loc. cit. in arg.) ponit circa facta , & dicta , quibus aliquid de statu hominis significatur (7) .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum esse a scripturis , & Ambros. quod circa ornatum exte-

(1) Id est quæ vita honestati congruent , sive necessitati &c.

(2) Ex græca phrasι secundum quam ἡ δρόμους
five contingens pro quibuslibet promiscue obviis usurpantur .

(3) Ut cap. 8. græco lat. videre est , vel cap. 7. in antiquis & apud S. Thom. lect. 7. sed in Coloniensi Editione ad marginem ineptissime lib. 2.

(4) Non cap. 7. sicut prius indicabatur ad marginem , sed cap. 13. græco-lat. prope finem , vel cap. 15. in antiquis & apud S. Thom. lect. 15. ubi pro jactantia vertit arrogansiam Aretinus ; Αρροκρή autem græca dicitur quod utrovis latine modo reddi potest .

(5) Ad secundam dumtaxat appendicem explicatio ista spectat , quod sit flagitosus cum ad ostentationem vel delicias his utitur : Ad primam autem , quod nimur aliquid significat , pertinent ea quæ præmittuntur de vestibus propter ministerii excellentiam significandam pretiosissimam .

(6) Innominata nempe nec ullius indicem praeferens : Ex Beda autem paulo aliis verbis colligi potest , sic dicente ; *Austriacæ vestrum ostendebat , quia penitentiam predicabat .*

(7) Ex cap. 13. græco-lat. vel in antiquis 15. colligitur & apud S. Thom. lect. 15. non cap. 7. sicut prius .

exteriorem potest esse virtus, & vitium. A D. Ambros. quidem, ut in *arg. cons.* A scripturis vero per hoc, quod dicitur Isaie 3., „Aueret Dominus ornamenta calceamento-rum, & lunulas, & torques, monilia, „armillas, mitras, & discriminalia, &c. & „erit pro suave odore fector, pro zona fu-niculus, pro crispani crine calvitium, & „pro fascia pectorali cilicum. Item 1. Tim. „2. Mulieres in habitu ornato, cum vere-cundia, & sobrietate ornantes se; non in „tortis crinibus, aut auro, aut margaritis „vel ueste pretiosa, sed quod decet mulie-„res promittentes pietatem per opera bona „Item 1. Pet. 3. Mulierum non sit extrinse-cus capillatura, aut circumdatio auri, aut „vestimentorum cultus. Sic enim aliquando „& sanctæ mulieres sperantes in Deo orna-bant se. „Ex his enim Scripturæ elici-volunt a scholasticis prudentibus, quod circa exteriorem cultum virtus potest esse, & vi-tium. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS II. 809

Utrum ornatus mulierum sit sine peccato mortali.

Opus. lvi. cap. viii. & Isa. iii. fin. &
I. Cor. vii. lefi. 7.

AD secundum sic proceditur. Videlur quod ornatus mulierum non sit sine peccato mortali. Omne enim quod est contra præceptum divinae legis, est peccatum mortale. Sed ornatus mulierum est contra præceptum divinae legis: dicitur enim I. Petr. 111. 3. *Quare*, scilicet mulierum, (1) non sit ex-trinsecus capillatura; aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus: ubi dicit *Glossa Cypriani* (ord. Lib. de habitu virg. cir. med.) „Serico, & purpura induæ, „Christum sincere induere non possunt:

„aero, & margaritis adornata, & monili-„bus, ornamenta mentis, & corporis per-diderunt. (2) Sed hoc non sit nisi per peccatum mortale. Ergo ornatus mulierum non potest esse sine peccato mortali.

2. Præterea. Cyprianus dicit in Libro de habitu virginum (loc. cit.) *Non virgines tantum, aut vidues, sed & nupcas post, & omnes oxenino feminas admonendas, quod opus Dei, & facturam ejus, & plasma adulterare nullo modo debeant, adhibito flavo colore, vel nigro pulvere, vel ruboro, aut qualibet linea-menta nativa corrumpente medicamine.* Et postea subdit: *Manus Deo inferunt, quando illud quod ille formavit, reformare contendunt. Impugnatio est ista divini operis, prævaricatio est veritatis. Deum videre non poteris, quando oculi tibi non sunt, quos Deus fecit, sed quos diabolus infecit, de inimico suo compre, cum illo pariter arsura. Sed hoc non debetur nisi peccato mortali. Ergo ornatus mulieris non est sine peccato mortali.*

3. Præterea. Sicut non congruit mulieri quod vele virili utatur; ita etiam ei non competit quod inordinato ornatu utatur. Sed primum est peccatum: dicitur enim Deut. xxii. 5. *Non induatur mulier ueste virili, nec vir ueste mulibri.* Ergo etiam videlur quod superflus ornatus mulierum sit pecca-tum mortale.

4. Sed contra est, quia secundum hoc vi-deretur quod artifices hujusmodi ornamenta præparantes mortaliter peccarent.

Respondeo dicendum, quod circa orna-menta mulierum sunt eadem attendenda que supra (art. pccc.) communiter dicta sunt circa exteriorem cultum; & insuper quod-dam aliud speciale, quod scilicet muliebris cultus viros ad lasciviam provocat, secun-dum illud Proverb. vii. 10. *Ecce mulier oc-currit illi ornata meretricio preparata ad deci-piendas animas.*

Potest tamen mulier licite operam dare ad

(1) Ut supponitur ibi ex vers. 1. ubi expresse no-minantur.

(2) Sic vetus *Glossa*, quoad priorem appendicem, nisi quod sinceriter pro sincere, ut est in ipso Sum-mæ Manuscripto: Quoad posteriorem vero, *cordis ac pectoris*, ut & in textru Cypriani moderno sic habe-etur: Sed nova *Glossa* & Cypriani modernus textus tantum habet priori loco *Christum induere non pos-sunt*; Posteriori autem eadem *Glossa* nova & veteri-iori Cypriani textus quem putavat Erasmus corri-gendum & ad marginem ejus annotavit, *ornamenta cor-dis & corporis, vel mentis & corporis perdiderunt*,

sicut hic habet S. Thomas & Manuscriptum ipsum Summæ: Quo sensu dici possunt *ornamenta corporis* verecundia & modestia quam superfluo ejus ornatu perdidisse videri possunt. In verbis quoque argum 2. sequentibus aliter habet Cypriani modernus textus quod opus Dei & factura ejus & plastica (five plasti-cæ) adulterari nullo modo debeat: Sed qui vocem plastica seu plastiæ non intellexit que significat ar-tem formativam (πλαστική) plasma sibi perperam finxit in veteribus Exemplaribus unde mutuatus est S. Thomas: Quamvis ad sensum parum refert, cum plasta quoque sit *formatio* five id quod formatur.

ad hoc quod viro suo placeat, ne per ejus contemptum in adulterium labatur. Unde dicitur I. ad Corinth. vii. 34 quod mulier *qua nuptia est, cogitat que sunt mandi, quomodo placeat viro*. Et ideo si mulier conjugata ad hoc se ornet ut viro suo placeat, potest hoc facere absque peccato.

Illi autem mulieres quæ viros non habent, nec volunt habere, vel sunt in statu non habendi, non possunt absque peccato appetere placere virorum aspectibus ad concupiscentium: quia hoc est dare eis incentivum peccandi. Et si quidem hac intentione se ornent, ut alios provocent ad concupiscentiam, mortaliiter peccant; si autem ex quadam levitate, vel etiam ex quadam vanitate propter jaestiantiam quamdam, non semper est peccatum mortale, sed quandoque veniale. Et eadem ratio quantum ad hoc est de viris. Unde Augustinus dicit in epist. ad Possidum (ccxlv. al. lxxii. ante med.) *Nolo ut de ornamentis auri, vel vestis præproperam habeas in prohibendo sententiam, nisi in eos qui neque conjugati sunt, neque conjugari cupientes, cogitare debent quomodo placeant Deo. Illi autem cogitant quæ sunt mundi, quomodo placeant vel viri uxoribus, vel mulieres maritis: nisi quod capillos nudare feminas, quas etiam caput velare Apostolus iubet, nec maritatas decet* (1).

In quo tamen casu possent aliquæ a peccato excusari, quando hoc non fieret ex aliqua vanitate, sed propter contrariam consuetudinem; quamvis talis consuetudo non sit laudabilis.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut Glossa (ordin.) ibidem dicit, *mulieres eorum qui in tribulacione erant, contemnebant viros; & ut alii placerent, se pulchre ornabans*: quod fieri Apostolus prohibet (2). In quo etiam casu loquitur Cyprianus; non autem prohibet, mulieres conjugatas ornari,

ut placeant viris, ne detur eis occasio peccandi cum aliis. Unde Apostolus I. ad Timoth. ii. 9. dicit: *Mulieres in habitu ornato, cum verecundia, & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut ueste preiosa: per quod datur intelligi, quod sobrios, & moderatus ornatus non prohibetur mulieribus, sed superflus, & invercundus, & impudicus.*

Ad secundum dicendum, quod mulierum fucatio, de qua Cyprianus loquitur, est quædam species fictionis, quæ non potest esse sine peccato. Unde Augustinus dicit in epist. ad Possidum (ccxlv. al. lxxii. ante med.) *Fucari pigmentis, quo rubicundior, vel candidior appareat, adulterina fallacia est: quæ non dubito etiam ipsos maritos se nolle decipi, quibus solis, (3) scilicet maritis, permittere sunt feminine ornari secundum veniam, non secundum imperium. Non semper tamen talis fucatio est cum peccato mortali, sed solum quando fit propter lasciviam, vel in Dei contemptum: in quibus casibus loquitur Cyprianus. Secundum tamen, quod aliud est fingere pulchritudinem non habitam, & aliud occultare turpitudinem ex aliqua causa provenientem, putazzitudine, vel aliquo hujusmodi: hoc enim est licitum: quia secundum Apostolum I. ad Corinth. xi. 23. (4) quæ putamus ignobiliora membra corporis esse, his honorem abundantiores circumdamus.*

Ad tertium dicendum, quod; sicut dictum est (art. præc.) cultus exterior debet competere conditioni personæ secundum communem consuetudinem. Et ideo de se vitiosum est quod mulier utatur ueste virili, aut e converso: & præcipue quia hoc potest esse causa lasciviae: & specialiter prohibetur in lege (Deut. xxii.) quia Gentiles tali mutatione habitus utebantur ad idololatriæ superstitionem. Potest tamen quandoque hoc fieri sine peccato propter aliquam necessitatem, vel cau-

(1) De mulieribus tamen mota quæstio nominativum, quia natura sua *μητρούς* (five ornatus amans) genus feminine est, ut Hieronymus ait epist. 12. multasque mulieres (etiam insignis pudicitia) quamvis nulli virorum, tamen sibi scimus ornari; hoc est, ut complacent sibiipsis.

(2) Hoc utique sic habet Glossa quæ subjungitur Oecumenii verbis, nec apud illum tamen extat, ut nec apud alium Interpretum occurrit: Quin id generalius intelligi possim indicant omnes, & ex adjunctionis colligitur: Sicut & Cyprianus ad quælibet feminas id videtur generaliter extendere, sed nomina-

tim ad virgines.

(3) Idest, propter quos tantum vel in quorum gratiam permititur feminis ut ornentur ad complacendum ipsis: Quod secundum veniam porro dicit, alio sensu i. ad Corinth. 7. usurpat, sed huc analogice spectat.

(4) Ubi propter corporis partes inhonestas hoc dicit, quæ proinde veluti ad earum indecentiam naturalem aliquo modo venustam curiosius & honestius tegi solent: Quidni extendi vero ad quamlibet indecentiam undecimque adventitiam possit?

causa se occultandi ab hostibus , vel propter defectum alterius vestimenti , vel propter aliquid aliud hujusmodi . (1)

Ad quartum dicendum , quod si qua ars est ad faciendum aliqua opera , quibus homines uti non possunt absque peccato , per consequens artifices talia faciendo peccarent , ut pote prebentes directe aliis occasionem peccandi ; puta si quis fabricaret idola , vel aliqua ad cultum idololatriæ pertinentia . Si qua vero ars sit , cuius operibus homines possunt bene , & male uti (sicut gladii , sagittæ ; & alia hujusmodi) usus talium artium non est peccatum : & haec foliæ artes sunt dicenda : Unde Chrysostomus dicit super Matth. (hom. l. a med.) Eas solum artes oportet vocare quæ necessaria , & eorum quæ continent vitam nostram , sunt tribus , & constructivæ . Si tamen operibus aliquius artis utplures aliqui male utantur , quamvis de se non sint illicitæ , sunt tamen per officium Principis a civitate extirpandæ secundum documenta Platonis (2) . Quia ergo mulieres licite se possunt ornare , vel ut conservent decentiam sui status , vel etiam aliquid superaddere , ut placeant viris , consequens est quod artifices talium ornatorum non peccant in usu talis artis , nisi forte inveniendo aliqua superflua , & curiosa . Unde Chrysostomus dicit super Matthæum (loc. cit.) quod etiam ab arte calceorum , & sextorum multa abscindere oportet : etenim ad luxuriam deduxerunt , (*) necessitatem ejus corruptentes , atque arti male commiscentes . .

APPENDIX.

Ex art. habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & in sensu recto intelligas , merito a scripturis fuisse insinuatum , quod ornatus mulier est , & non est peccatum mortale . Quod sit , insinuatur per hoc , quod reprehendendo dicitur Prov. 7. Considero recordem juvenem . Occurrit illi mulier ornata meretricio , preparata ad capiendas animas garrula , vaga , quoinis impatiens . Item per dictum Gen. 38. quod , depositis viduitatis vestibus , Thamar ornavit se , & assumpit theristrum . Item per 4. Reg. 9. quod audita adueni Jebu , Jezabel depinxit oculos suos fibio , & ornavit caput suum . Item per dictum Iaiz 3. ut adductum fuit in a. i. app. Quod autem non sit , insinuatur per hoc , quod dicitur Judith 10. ipsam ornasse in indumentis jucunditatis suæ . Ex quo inquitur quod tempore illo , quo vir suus vivebat , ornabat se tali cultu . In quo ornatu , licet esset multum splendidus , non est credendum , ipsam Judith conjugatam peccasse mortaliter , sed nec semper venialiter . Secundo vides : quomodo &c.

QUESTIO CLXX.

De preceptis temperantie;

In duos articulos divisa .

Poste considerandum est de præceptis temperantie .

Et primo de præceptis ipsius temperantie . Secundo de præceptis partium ejus .

A R-

(1) Tale aliqd jam notatum est i. 2. qu. 102. art. 6. ad 6. ubi plura exempla congettamus ac addimus in calce itius legitimæ mutationis vestimentorum olim factæ propter necessarias caufas , & potissimum propter privatam aut publicam utilitatem ; nec repeterem jam opus est ; quamvis & addi plura possent .

(2) Ut ex 3. libro de Republica colligi potest , ubi postquam commemoravit artem pingendi , tum deinde texendi facultatem , variegandi , edificandi , omnem instrumentorum supellecilem conficiendi & qualemcumque artificium operandi , subjungit : Porro in his omnibus aut honestas & decencia quedam , aut surpedito quedam sive indecentia inest : Atque indecentia quidem est improborum soror morum ; honestas vero vel decencia est bonorum & contrario morum soror . An soli ergo sunt urgendi Poeta ut bonorum specimen morum , & imaginem in suis Poematis cu-

primant ? An præteres & aliis artificibus prescribimus ac verobimus ne simulacrum perversorum exprimane morum , dum indecens aliquod opus aut in figuris & informis animalium , aut in edificiis , aut in alio quovis artificio exhibent : Vol si quispiam hoc præstare non potest (nempe ut abstineat a predictis) prohibendus est ne quid apud nos agat ; ne in perversitatibus vel pravisatis imaginibus nutriti custodes nobis tamquam in gramine noxio multa paulatim decerpentes , maximum in animo malum nescientes contrahant : Tales ergo querendi artifices qui naturali quadam industria possint ipsius pulchri decorisque naturam exprimere , ut juniores inde ad honestatem adjuventur & egregie nutriantur .

(*) Ita cum pluribus codicibus , & edit. veteribus edit. Pasav. Nicolajus : necessitate superata curiositatem arti male commiscentes .

A R T I C U L U S I . 810

Utrum præcepta temperantia convenienter in lege divina tradantur.

1. 2. quest. c. art. 11. ad 3.

AD primum sic proceditur. Videtur quod præcepta temperantia inconvenienter in lege divina tradantur. Fortitudo enim est posterior virtus quam temperantia, ut supra dictum est (quest. cxli. art. 8. & 1. 2. quest. lxvi. art. 4.) Sed nullum præceptum fortitudinis ponitur inter præcepta Decalogi, quæ sunt potiora legis præcepta. Ergo inconvenienter inter præcepta Decalogi ponitur prohibitio adulterii, quod contrariatur temperantia, ut ex supradictis patet (quest. cliv. art. 8.)

2. Præterea. Temperantia non est solum circa venerea, sed etiam circa delectationem ciborum, & potuum. Sed inter præcepta Decalogi non prohibetur aliquod vitium pertinens ad delectationem ciborum, & potuum, neque etiam pertinens ad aliquam aliam speciem luxuriarum. Ergo neque etiam debet poni aliquod præceptum prohibens adulterium, quod pertinet ad delectationem venereorum.

3. Præterea. Principalius est in intentione legislatoris inducere ad virtutes quam vitia prohibere: ad hoc enim vitia prohibentur ut virtutem impedimenta tollantur. Sed præcepta Decalogi sunt principaliora in lege divina. Ergo inter præcepta Decalogi magis debuit poni præceptum aliquod affirmativum directe inducens ad virtutem temperantia, quam præceptum negativum prohibens adulterium, quod ei directe opponitur.

In contrarium est authoritas Scripturæ (Exod. xx.).

Respondeo dicendum, quod, sicut Apostolus dicit I. ad Timoth. 1. 5. *finis præcepti caritas est*: ad quam duobus præceptis inducimur pertinentibus ad dilectionem Dei, & pro-

Summ. S.Th. Tom. IX.

ximi. Et ideo illa præcepta in Decalogo ponuntur, quæ directius ordinantur ad dilectionem Dei, & proximi.

Inter vitia autem temperantia opposita, maxime dilectioni proximi videtur opponi adulterium, per quod aliquis usurpat sibi rem alienam, abutendo scilicet uxore proximi. Et ideo inter præcepta Decalogi præcipue prohibetur adulterium, non solum secundum quod opere exercetur, sed etiam secundum quod corde concupiscitur.

Ad primum ergo dicendum, quod inter species vitiorum quæ opponuntur fortitudini, nulla est quæ ita directe contrarietur dilectioni proximi, sicut adulterium, quod est species luxuriarum, quæ temperantia contrariatur: & tamen vitium audacia, quod opponitur fortitudini, quandoque solet esse causa homicidii, quod inter præcepta Decalogi prohibetur: dicitur enim Eccl. viii. 18. *Cum audace non eas in via, ne forte graverat mala sua in te.* (1)

Ad secundum dicendum, quod gula non directe opponitur dilectioni proximi, sicut adulterium, neque etiam aliqua alia species luxuriarum. Non enim tanta fit injuria patri per stuprum virginis, quæ non est ejus conubio deputata, quanta fit injuria viro per adulterium uxoris, cuius corporis potestatem ipse habet, non uxor.

Ad tertium dicendum, quod præcepta Decalogi, ut supra dictum est (quest. cxii. art. 1.) sunt quædam universalia divinæ legis principia: unde oportet ea esse communia. Non poterant autem aliqua præcepta communia affirmativa de temperantia dari, quia usus ejus variatur secundum diversa tempora, sicut Augustinus dicit in Libro de bono conjugali (cap. xv.) (2) & secundum diversas hominum leges, & consuetudines.

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito fuisse a Scripturis insi-

(1) Quod sic explicant quidam: *No forte sis parviceps periculorum in que illum nimis temeritas & audacia conjicit*. Sed simpliciter *ira unum factum contra omnes*. *No graveratur contra te*; vel ne tibi nimium sit molestus & gravis, rixas intemperantes excitando.

(2) Cum rationem reddit nempe cur in veteri lege plures duci uxores potuerint, licite autem nunc non possint; Sicut cap. 15. videre est: Sic enim ibi: *Potes uxoris voluntate exhibere aliam unde commu-*

insinuatum; quod præcepta temperantie convenienter in lege divina dantur. Ut per hoc quod dicitur Prov. 8. *Rotti sunt*, &c. secundum quod adducitur, & de convenientia scripturarum omnium sacrarum discurrunt supra qu. 112. art. 2. append. & qu. 140. art. 1. append. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS II. 811

Utrum convenienter tradantur, in divina lege præcepta de virtutibus annexis temperantia.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter tradantur in divina lege præcepta de virtutibus annexis temperantia. Præcepta enim Decalogi, ut dictum est (art. præc. ad 3.) sunt quedam universalia principia totius legis divinæ. Sed *superbia est initium omnis peccati*, ut dicitur Eccli. x. 15. Ergo inter præcepta Decalogi debuit aliquod ponî prohibitivum superbiæ.

2. Præterea. Illa præcepta maxime debent in Decalogo poni per quæ homines maxime inclinantur ad legis impletionem: quia ista videntur principalia. Sed per humilitatem per quam homo Deo subjicitur, maxime videtur homo disponi ad observantiam divinæ legis: unde obedientia inter gradus humilitatis computatur, ut supra habatum est (quæst. clxi. art. 6.) & idem etiam videtur esse dicendum de mansuetudine, per quam fit ut homo divinæ Scripturæ non contradicat, ut Augustinus dicit in II. de doctr. christ. (cap. viii. cir. princ.) Ergo videtur quod de humilitate, & mansuetudine alia præcepta in

Decalogo poni debuerint.

3. Præterea. Dictum est (art. præc.) quod adulterium in Decalogo prohibetur, quia contrariatur dilectioni proximi. Sed etiam inordinatio exteriorum motuum, quæ contrariatur modestia, dilectioni proximi opponitur: unde Augustinus dicit in Regula (epist. ccxii. al. cix. ciz. med.) *In omnibus motibus vestris nihil fiat quod cujusquam offendat aspectum*. Ergo videtur quod etiam hujusmodi inordinatio debuit prohiberi per aliquod præceptum Decalogi.

In contrarium sufficit autoritas Scripturæ (1).

Respondeo dicendum, quod virtutes temperantie annexæ dupliciter considerari possunt: uno modo secundum se; alio modo secundum suos effectus. Secundum se quidem non habent directam habitudinem ad dilectionem Dei, vel proximi; sed magis respiciunt quamdam moderationem eorum quæ ad ipsum hominem pertinent.

Quantum autem ad effectus suos, possunt respicere dilectionem Dei, vel proximi: & secundum hoc aliqua præcepta in Decalogo ponuntur pertinentia ad prohibendum effectus vitiorum oppositorum temperantie partibus: sicut ex ira, quæ opponitur mansuetudini, procedit interdum aliquis ad homicidium (quod in Decalogo prohibetur) aut ad subtrahendum debitum honorem parentibus; quod etiam potest ex superbia provenire, ex qua etiam multi transgreduntur præcepta primæ tabulæ.

Ad primum ergo dicendum, quod superbia est initium peccati, sed latens in corde; cuius etiam inordinatio non perpenditur com-

mu-

(1) Quæ nimur vel implicite in Decalogo vel explicite in aliis plerisque tum veteris tum novi Testamenti partibus ea præcipit quæ nunc ad subjectivas, nunc ad potentiales, nunc etiam ad integrales temperantie partes pertinent; quas utique hic generaliter S. Thomas & promiscue per *virtutes annexas* intelligit. Nam quoad subjectivas quæ sunt *abstinentia, sobrietas, castitas, respectively* dicitur Num. 6. veri 3. *Vix fratres mulier cum fecerint votum ut sanctificantur & se voluerint Domino consacrari, a vino & ab omni quod inebriare potest abstinebant*: Petr. 1. veri. 5. *Curam omnem subfingentes ministrare in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, &c.* Et 1. Petr. 5. veri. 8. *Sobrii estote & vigilate, quia adversarius vester circuit quarens quem devorare*: Ut 1. ad Timoth. 3. veri. 2. *Oportet Episcopum irreprochabilem esse, sobrium &c.* Quod etiam ad Titum 1. v. 8. repetitur quoad sobrietatem: Et ad Titum 1. veri. 1. *Logore que decens sanam doctrinam; senes ut sobrii sint,*

pudici &c. Tum deinceps: *Anus similiter prudentes, castas, sobrias &c.* Item: *Juvenes similiter honestos, ut sobrii sint &c.* Item 1. ad Timoth. 5. v. 22. *Tetipsum castum custodi*: Et 2. ad Cor. 6. v. 4. *In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in ieiuniis, in castitate, in scientia &c.* Quoad partes potentiales quæ sunt *continentia, clementia, mansuetudo, modestia, & humilitas*, Ecclesiastici 10. v. 24. *Miserere anime tuae placens Deo & continuo*. Ut & ad Titum 1. ubi supra *Oportet Episcopum esse juvans, sanctum, continentem*: Ecclesiastici 3. veri. 19. *In mansuetudine opera sua perfice, ut & Ecclesiast. 10. v. 31. In mansuetudine serva animo tuom* Et 2. ad Timoth. 2. veri. 34. *Oportet Episcopum mansuetum esse ad omnes*: Ac similiter 1. ad Timot. 6. veri. 11. *recte iustitiam, patientiam mansuetudinem &c.* Et ad Cor. 10. 12. *Induite vos humilitatem, modestiam, patientiam, &c.* Quantum ad integrales quæ sunt *veracardia & honestas*, 1. ad Corinth. 13. veri. 40. & 3. ad Tim. 2. veri. 9.

muniter ab omnibus . Unde ejus prohibitio non debuit poni inter præcepta Decalogi , quæ sunt prima principia per se nota .

Ad secundum dicendum , quod præcepta quæ per se inducunt ad observantiam legis , presupponunt jam legem : unde non possunt esse prima legis præcepta , ut in Decalogo ponantur .

Ad tertium dicendum , quod inordinatio exteriorum motuum non pertinet ad offenditam proximi secundum ipsam speciem actus , sicut homicidium , adulterium , & furtum , quæ in Decalogo prohibentur ; sed solum secundum quod sunt signa interioris inordinationis , ut supra dictum est (quæst . clxviii . art . ad i .)

A P P E N D I X .

EX art . habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & in sensu recto intelligas , merito insinuatum a scripturis suis , quod præcepta de virtutibus annexis partibus temperantibz convenienter in divina lege traduntur . Ut Proverb . 8 . *Recti sunt* , &c . secundum quod habetur supra qu . 122 . art . 2 . appen . & qu . 140 . art . 1 . append . Vide ibi de convenientia sacrarum litterarum in tradendo , quæcumque tradunt . Tuum est postea applicare ad materiam istam presentem , sicut & ad alias pro currentia , de ibidem dictis , quantum sufficit , & decet . Secundo vides : quomodo &c .

Q U A E S T I O CLXXI .

De Prophetia .

In sex articulos divisa .

POstquam dictum est de singulis virtutibus , & vitiis , quæ pertinent ad omnium hominum conditions , & status , nunc considerandum est de his quæ specialiter ad aliquos homines pertinent . Invenitur autem differentia inter homines secundum ea quæ ad habitus , & actus animæ rationalis pertinent , tripliciter . Uno quidem modo secundum diversas gratias gratis datas : quia , ut dicitur I . ad Corinth . xiiii . divisiones gratiarum sunt : & alii datur per spiritum sermo sapientie , alii sermo scientie &c . Alia vero differentia est secundum diversas vitas , activam scilicet , & contemplativam , quæ accipiuntur secundum diversa operationum studia : unde & ibidem dicitur , quod divi-

siones operationum sunt . Aliud enim est studium operationis in Martha , quæ sollicita erat , & laborabat circa frequens ministerium ; quod pertinet ad vitam activam : aliud autem est in Maria , quæ sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius ; quod pertinet ad contemplativam , ut habetur Lucas x . Tertio modo secundum diversitatem officiorum , & statuum , prout dicitur ad Ephes . iv . ii . Et ipse dedit quosdam quidem Apóstolos , quosdam autem Prophetas , alios vero Evangelistas , alios autem Pastores , & Doctores : quod pertinet ad diversa ministeria , de quibus dicitur I . ad Corinth . xiiii . 5 . Divisiones ministracionum sunt . Est autem atendendum circa gratias gratis datas , de quibus occurrit consideratio prima , quod quædam earum pertinent ad cognitionem , quædam vero ad locutionem , quædam vero ad operationem . Omnia vero quæ ad cognitionem pertinent , sub prophetia comprehendendi possunt . Nam prophetica revelatio se extendit non solum ad futuros hominum eventus , sed etiam ad res divinas , & quantum ad ea quæ proponuntur omnibus credenda , quæ pertinent ad fidem , & quantum ad altiora mysteria , quæ sunt perfectorum , quæ pertinent ad sapientiam . Est etiam prophetica revelatio de his quæ pertinent ad spirituales substantias , a quibus vel ad bonum , vel ad malum inducimur ; quod pertinet ad discretionem spirituum . Extendit etiam se ad directionem humanorum actuum ; quod pertinet ad scientiam , ut infra patet (quæst . clxxvii .) Et ideo primo occurrit considerandum de prophetia , & de raptu , qui est quidam prophetiaz gradus .

De prophetia autem quadruplex consideratio occurrit : quarum prima est de essentia ejus ; secunda de causa ipsius ; tertia de modo prophetiaz cognitionis ; quarta de divisione prophetiaz .

Circa primum queruntur sex .

Primo , utrum prophetia pertineat ad cognitionem .

Secundo , utrum sit habitus .

Tertio , utrum sit solum futurorum contingentium .

Quarto , utrum Propheta cognoscat omnia prophetabilia .

Quinto , utrum Propheta discernat ea quæ divinitus percipit , ab eis quæ proprio spiritu videt .

Sexto , utrum prophetiaz possit subesse falsum .

A R T I C U L U S I . 812

Utrum Prophetia pertineat ad cognitionem.

*Iuf. art. 2. cor. & III. P. quest. vii. art. 8.
& ver. quest. xii. ar. 1. & Isaie 1. princ.
& I. Cor. xiv. princ. & Heb. xi. lebt. 7.*

AD primum sic proceditur. Videtur quod prophetia non pertineat ad cognitionem. Dicitur enim Eccli. xlvi. 14. quod *corpus Elisei mortuum prophetavit*: & infra cap. xlix. 18. dicitur de Joseph, quod *offa ipsius visitata fuit*, & post mortem prophetaverunt. Sed in corpore, vel in ossibus post mortem non remanet aliqua cognitio. Ergo prophetia non pertinet ad cognitionem.

2. Præterea. 1. ad Cor. xiv. 3. dicitur: *Qui prophetat, (1) hominibus loquitur ad edificationem*. Sed locutio est effectus cognitionis, non est autem ipsa cognitio. Ergo videtur quod prophetia non pertineat ad cognitionem.

3. Præterea. Omnis cognoscitiva perfectio excludit stultitiam, & insaniam. Sed hæc simul possunt esse cum prophetia: dicitur enim Osee ix. 7. *Scitote Israel stultum prophetam, (*) insanum*. Ergo prophetia non est cognoscitiva perfectio.

4. Præterea. Sicut revelatio pertinet ad intellectum, ita inspiratio videtur pertinere ad affectum, eo quod importat motionem quamdam. Sed prophetia dicitur esse *inspiratio*, vel *revelatio*, secundum Cassiodorum (2) Ergo videtur quod prophetia non magis pertineat ad intellectum quam ad affectum.

Sed contra est quod dicitur I. Reg. ix. 9. *Qui enim Propheta dicitur bodie, olim vocatur Videns (3)*. Sed visio pertinet ad cognitionem. Ergo prophetia ad cognitionem pertinet.

(1) Sic dispungendum, ut Biblia etiam emendata dispungunt manifeste vers. 3. Non ut inepite paßim Exemplaria impressa Summae, *Qui prophetat hominibus loquitur ad edificationem*: Unde ibidem S. Thomas, *loquitur hominibus, inquit, idest ad insellatum hominum &c.*

(*) Vulgata insanum virum spiritualem.

(2) Sive aspiratio, ut videtur est in Prologo Psalmorum, Cap. 1. & postea plenius referetur.

(3) Hinc, ut ibidem vers. 9. per parenthesis præmittitur, *olim in Israel sic loquebatur unusquisque vadens consilere Deum, Eamus ad Videntem*: Quod notatum est ibi occasione Saulis requirentis alias & petentis an ibi esset *Videns* idest Propheta &c.

(4) Non satis auspicate: Nam τοπίῳ non τῷ

Respondeo dicendum, quod prophetia primo & principaliter consistit in cognitione, quia videlicet Prophetæ conognoscunt ea quæ sunt procul, & remota ab hominum cognitione. Unde possunt dici Prophetæ a τῷ πρὸς τὸ πέρι, quod est procul, & πάνω πάνω, quod est apparitio, quia scilicet eis aliqua quæ sunt procul, apparent (4). Et propter hoc, ut Isidorus dicit in Lib. VII. Etymolog. (cap. viii.) *in veteri testamento appellabantur Videntes, quia videbant ea quæ ceteri non videbant, & prospiciebant quæ in mysterio abscondita erant*. Unde & Gentilitas eos appellabat *Vates a vi mentis*.

Sed quia, ut dicitur I. ad Cor. xii. 7. *unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem*: & infra cap. xiv. 12. dicitur: *Ad edificationem Ecclesie querite ut abundetis*: inde est quod prophetia secundario consistit in locutione, prout Prophetæ ea quæ divinitus edociti conognoscunt, ad edificationem aliorum annuntiant, secundum illud Isaiae xxii. 10. *Que audiri a Domino exercitum, Deo Israel, annuntiavi vobis*. Et secundum hoc, ut Isidorus dicit in Lib. VII. Etymolog. (cap. viii.) possunt dici *Prophetæ* quasi *Præfatores*, eo quod porro *suntur*, idest a remotis *suntur*, & de futuris vera prædicunt (5).

Ea autem quæ supra humanam cognitionem divinitus revelantur, non possunt confirmari ratione humana, (**) quam excedunt secundum operationem virtutis divinæ, secundum illud Marci ult. 20. *Predicaverunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis*. Unde tertio ad prophetiam pertinet operatio miraculorum, quasi confirmatio quædam propheticæ annuntiationis. Unde dicitur Deuteron. ult. 10. *Non surrexit Propheta ultra in Israel, sicut Mūses, quem nōsset Dominus facie ad faciem in omnibus signis, atque portentis.* Ad

perinde est ac *procul*, sed τῷ περὶ idem quod *ante* five prius: Nec vero αἱρετοὶ pro apparitione usurpatū a Græcis, quamvis verbum οὐρανοῦ apud illos idem sit ac apud nos Latinos *appareo*, & aliqui magis inde *propheta* quam *propheta* derivaretur. Melius ergo paulo infra.

(5) Vel simpliciter, quia prius quæ futura sunt *suntur*, quamvis proxime futura sint five paulo post: Inde porro Prophetæ nomen vere a Græcis efformatum ac derivatum ad Latinos, ex verbo οὐρανός hoc est *dico* & *præpositione τῷ περὶ* quasi *prædicto* &c.

(**) Ita cum ms. vetustiores edit. Garcia hanc lectioñem invexit quam excedunt, sed secundum operationem &c. quem paßim sequentur, edit. posteriores. *Theologi* sed operatione virtutis divinæ.

Ad primum ergo dicendum , quod autho-
ritates illæ loquuntur de prophetia quantum
ad hoc tertium , quod assumitur ut prophe-
tiz argumentum (1) .

Ad secundum dicendum , quod Apostolus
ibi loquitur quantum ad propheticam enun-
tiationem .

Ad tertium dicendum , quod illi qui di-
cuntur prophetæ insani , & stulti , non sunt
veri Prophetæ , sed falsi , de quibus dicitur
*Hieremias xxiiii. 16. Nolite audire verba pro-
phetarum , qui prophetant vobis , & decipiunt
vos : visionem cordis sui loquuntur , non de-
ore Domini : & Ezech. xlii. 3. Hec dicit
Dominus : Vos prophetis insipientibus , qui se-
guuntur spiritum suum , & nibil vident .*

Ad quartum dicendum , quod in prophe-
tia requiritur quod intentio mentis elevetur
ad percipienda divina . Unde dicitur *Ezech.*
*xi. 1. Fili hominis , sta super pedes tuos , &
loquar tecum .* Hæc autem elevatio intentio-
nis fit Spiritu sancto movente : unde ibidem
subditur : *Et ingrossus est in me spiritus , &
statuit me super pedes meos .* Postquam autem
intentio mentis elevata est ad superna , per-
cipit divina . Unde subditur ibidem : *Et au-
divi loquenter ad me .* Sic igitur ad prophe-
tiam requiritur inspiratio quantum ad mentis
elevationem , secundum illud *Job. xxxii. 8.*
*Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam ; re-
velatio autem quantum ad ipsam perceptio-
nem divinorum : in quo perficitur prophetia ,
& per ipsam removetur obscuritatis , & igno-
ranciæ velamen , secundum illud *Job xi. 22. Qui revelat profunda de senecteis .**

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per ratio-
nem & ostendas , & in recto sensu in-
telligas , merito insinuatum esse a Scripturis:
quod prophetia consistit in cognitione , &
quod ad ipsam pertinet locutio , & miraculo-
rum operatio . Ut de cognitione 1. Reg. 9.
secundum quod est in arg. contr . Nomina enim
imponuntur rebus , secundum quod res ipsa

requirit : ut elicitor ex Genes. 2. ly omne ,
quod vocavit Adam animæ viventis , illud est
nomen ejus . Item de cognitione Jo. 4. Ut vi-
deo , Propheta es tu . Samaritana enim dixit .
Dominum nostrum esse Prophetam , ex eo ,
quod Dominus , ipsam habuisse tot viros ,
cognoverat . Et hinc Evangelista scholasticis
innuere vult , quod prophetia , etiam secun-
dum communem animi conceptionem (quo-
modo mulier hæc loquebatur) consistit in
cognitione . Insinuator autem de locutione
Exod. 7. Aaron frater tuus erit Propheta tuus .
A simili enim hoc argumentando ad proposi-
tum videbis intentum articuli . Innuitur vero
de mitaculorum operatione Joan. 6. Cum vi-
dissent , quod secerat signum , dixerunt : hic
est vere Propheta . Secundo vides : quomodo
&c.

A R T I C U L U S II . 813

Utrum prophetia sit habitus .

1. 2. quæst. lxviii. art. 3. ad 3. & III.
cont. cap. cliv. fin. & ver. quæst. xii.
art. 1. per. tot. & art. 13. ad 3. & pot.
quæst. vi. art. 4. fin. & quol. xii. art.
27. ad 1.

AD secundum sic proceditur . Videtur quod
prophetia sit habitus . Quia , ut dicitur
in 12. Ethic. (cap. v.) tria sunt in anima ,
potentia , passio , & habitus . Sed prophetia
non est potentia , quia sic inesse omnibus
hominibus , quibus potentia animæ sunt com-
munes : similiter etiam non est passio , quia
passiones pertinent ad vim appetitivam , ut
supra habitum est (1. 2. quæst. xxii. art.
2.) prophetia autem pertinet principaliter ad
cognitionem , ut dictum est (art. præc.)
Ergo prophetia est habitus .

2. Præterea . Omnis perfectio animæ , qua
non semper est in actu , (2.) est habitus .
Sed prophetia est quædam animæ perfectio ,
non autem semper est in actu ; alioquin non
diceretur dormiens prophetæ (3.) Ergo videtur
quod prophetia sit habitus .

3. Præ-

(1) Quid enim prophetasse dicatur corpus mor-
tuum Elisei , ad illud alluditur quod 4. Regum 13.
vers. 21. quidam sepelientes hominem viderunt latrun-
culos & proiecerunt cadavum in sepulchro Elisei ,
cumque resurgisset ossa Elisei , revixit homo &c. Un-
de Arabicæ versio , Vivificavit mortuum mortuus &c.
De Joseph autem putat etiam Palatus & se credere
dicit quod cum asportata sunt illius ossa , miraculum
aliud fuit per illa editum , sicut & hic indicat S.

Thomas : Tametsi simpliciter intelligantur prophetas
se quia eorum translatio predictionem confirmavit
qua Joseph prius ea prophetaverat asportanda , ut
Gen. 50. videre est .

(2) Vel in exercitio actualiter operandi : Non e-
nim semper operatur habitus .

(3) Seu transpolita constructione , aliquis dormiens
non diceretur prophetæ , quia cum dormit non pre-
phetat .

3. Præterea. Prophetia computatur inter gratias gratis datas. Sed gratia est habituale quoddam in anima, ut supra habitum est (1. 3. quæst. cx. art. 2.) Ergo prophetia est habitus.

Sed contra. *Habitus est quo quis agit cum voluerit*, ut dicit Commentator in III. de Anima (comment. xviii.) (1) Sed aliquis non potest uti prophetia, cum voluerit; sicut pater IV. Reg. iii. de Helisæo, quem cum Josaphat de futuris requirebat, & prophetia spiritus ei decesset, psalmem fecit applicari, ne prophetia adhuc spiritus per laudem psalmorum descendere, atque ejus animum de venturis repliceret, ut Gregorius dicit super Ezech. (hom. i. inter med. & fin.) (2) Ergo prophetia non est habitus.

Respondeo dicendum, quod, sicut Apostolus dicit ad Ephes. v. 13. *omne quod manifestatur, lumen est*: quia videlicet sicut manifestatio corporalis visionis fit per lumen corporale; ita etiam manifestatio visionis intellectualis fit per lumen intellectuale. Oportet ergo quod manifestatio proportionetur lumini, per quod fit, sicut effectus proportionatur causa. Cum ergo prophetia pertinet ad cognitionem, quæ supra naturalem rationem existit, ut dictum est (art. præc.) consequens est quod ad prophetiam requiratur quoddam lumen intellectuale excedens lumen naturalis rationis. Unde Micheæl. viii. 8. *Cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est.*

Lumen autem dupliciter alicui inesse potest: uno modo per modum formæ permanentis, sicut lumen corporale est in Sole, & in igne; alio modo per modum cuiusdam passionis, sive impressionis transiuntis; sicut lumen est in aere. Lumen autem propheticum non inest intellectui Prophetæ per modum formæ permanentis: alias eporteret quod semper Prophetæ adesset facul-

tas prophetandi: quod patet esse falsum. Dicit enim Gregorius super Ezechielem (hom. i. inter med. & fin.) *Aliquando prophetia spiritus deest Prophetis, nec semper eorum mentibus praesens est, quatenus cum bunc non habent, se hunc cognoscant ex dono habere, cum non habent*. Unde Helisæus dixit de muliere Sunamite IV. Reg. iv. 27. *Anima ejus in amaritudine est, & Dominus celavit a me, & non indicavit mihi.* (3)

Et hujus ratio est, quia lumen intellectuale in aliquo existens per modum formæ permanentis, & perfectæ, perficit intellectum principaliter ad cognoscendum principium illorum quæ per illud lumen manifestantur: sicut per lumen intellectus agentis præcipue intellectus cognoscit prima principia omnium illorum quæ naturaliter cognoscuntur. Principium autem eorum quæ ad supernaturalem cognitionem pertinent, quæ per prophetiam manifestantur, est ipse Deus, qui per essentiam a Prophetis non videtur; videtur autem a beatis in patria, in quibus hujusmodi lumen inest per modum cuiusdam formæ permanentis, & perfectæ, secundum illud Psal. xxxv. 10. *In lumine tuo videbimus lumen.*

Relinquitur ergo quod lumen propheticum in sit animæ Prophetæ per modum cuiusdam passionis, vel impressionis transiuntis: & hoc significatur Exodi xxxiii. 22. *Cumque transibis gloria mea, ponam te in foramine petra &c.* & III. Reg. xix. ii. dicitur ad Heliam: *Egredere, & sta in monte* (4) *coram Domino: & ecce Dominus transi &c.* Et inde est quod sicut aer semper indiget nova illuminatione, ita etiam mens Prophetæ semper indiget nova revelatione; sicut discipulus, qui nondum est adeptus principia artis, indiget ut de singulis instruatur. Unde & Isaïæ l. 4. dicitur: *Mane erigit mihi aures, ut audiam quasi magistrum.* Et hoc etiam ipse

(1) Tale aliquid etiam Augustinus lib. de bono conjugali cap. 21. quod *habitus est quo aliquid agitur cum opus est.*

(2) Alludendo ad illud vers. 22. & sequentibus, quod ad Eliseum descendit Rex Israel & Josaphath Rex Iudea & Rex Edom: dicitque Eliseus ad Regem Israel, *Quid mihi & tibi est? Vade ad Prophetas patris tuus & matris tuae* (nempe falsos Prophetas) *Vivit Dominus exercitum in cunctis conspectibus* quod si non vultum Josaphath Regis Iudea erubescerem (seu revererer) non attendissim quidem re mea respexisse. Nunc autem adducito mihi Psalmum Tum deinde: *Cumque carceres Psaleos, facta est su-*

per eum (scilicet Eliseum) manus Domini , & ait: Tradet Dominus Moab in manus vestras &c.

(3) Ut vers. 27. videtur est, cum venisset ad Eliseum ut ei mortem filii sui nuntiaret quem illo ipso prophetante ac promittente conceperat, apprehendissetque pedes ejus quasi tacite illum rogans ut susciceret eum cuius conceptum prædixerat, quod & subinde fecit cum id adiutorio licet ejus baculo non potuisse efficere Giezi &c.

(4) Annon titubabat ei mens qui posuerat in moderna Parisiensi Editione, *sta mens pro sta in monte* (cor tū ēsa) tametsi non dubium quin Helias etiam fuerit mente nec vagaretur &c.

ple modus loquendi prophetiam designat, secundum quod dicitur, quod *locutus est Dominus ad tales, vel talem Prophetam*; aut quod *factum est verbum Domini, sive manus Domini super eum* (1) Habitus autem est forma permanens. Unde manifestum est quod Propheta proprie loquendo, non est habitus.

Ad primum ergo dicendum, quod illa divisio Philosophi non comprehendit absolute omnia quae sunt in anima, sed ea quae possunt esse principia moralium actuum: qui quandoque sunt ex passione, quandoque auctem ex habitu, quandoque autem ex potentia nuda, ut patet in his qui ex iudicio rationis aliquid operantur, antequam habeant habitum. Potest autem propheta ad passionem reduci, si tamen nomen passionis pro qualibet receptione accipiat, prout Philosophus dicit in III. de Anima (tex. 12.) quod *intelligere pati quoddam est*. Sicut enim in cognitione naturali intellectus possibilis patitur ex lumine intellectus agentis; ita etiam in cognitione prophetica intellectus humanus patitur ex illustratione divini luminis.

Ad secundum dicendum, quod sicut in rebus corporalibus, abeunte passione, remanet quaedam habilitas ad hoc quod iterum patiantur, sicut lignum semel inflammatum facilius iterum inflammatur; ita etiam in intellectu Prophetarum, cessante actuali illustratione, remanet quaedam habilitas ad hoc quod facilius iterato illustretur: sicut etiam mens semel ad devotionem excitata, facilius postmodum ad devotionem pristinam revocatur. Propter quod Augustinus in Libro de orando Deum (epist. cxxx. al. cxxi. cap. ix. cir. med.) dicit, esse necessarias crebras orationes, ne conceptus devotio totaliter extinguitur.

Potest tamen dici, quod aliquis dicitur Prophetarum, etiam cessante actuali prophetica illustratione, ex deputatione divina, secundum illud Hieremias 1. 5. *Et Prophetam in gentibus dedi te.*

Ad tertium dicendum, quod omne donum gratiae hominem elevat ad aliquid quod est

supra naturam humanam: quod quidem potest esse duplice. Uno modo quantum ad substantiam actus, sicut miracula facere, & cognoscere occulta, & incerta divinis sapientiae: (2) & ad hos actus non datur homini donum gratiae habituale. Alio modo est aliquid supra naturam humanam quantum ad modum actus, non autem quantum ad substantiam ipsius; sicut diligere Deum, & cognoscere eum in speculo creaturarum: & ad hoc datur donum gratiae habituale.

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito fuisse a Scripturis insinuatum, quod propheta non est habitus. Ut 4. Reg. 3. secundum quod extenditur cum discursu in arg. contr. Item per hoc, quod 4. Reg. 4. narratur, quod Helius desideraverat scire, quid circa Sunamitem ageretur, ejusque familiam (in cuius signum miserat Giezi ad dicendum ei: *Recke ne agitur, &c.*) & tamen hoc non cognovit per spiritum prophetarum. Id, quod & ipsem expressit dicens: *Anima illius in amaritudine est: & Dominus elevit a me, & non indicavit mihi.* Cum igitur habitus sit, quo quis agit, cum voluerit, patet hinc intentum a Scriptura notificari scholasticis. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 814

Utrum propheta sit solum futurorum contingentium.

Inf. quest. clxxii. art. 1. corp. fin. & ad 4. & veri. quest. xii. art. 2. & Is. 1. princ. & Rom. xii. lect. 2.

AD tertium sic proceditur. Videlur quod propheta sit solum futurorum contingentium. Dicit enim Cassiodorus (in prol. super Ps. cap. 1.) quod *propheta est inspiratus*,
110,

(1) Sic Isaiae 20. vers. 2. *Locutus est Dominus in manu Isaiae dicens dicit Hierem. 1. vers. 2. Factum est verbum Domini ad eum &c.* Ezechiel 1. vers. 3. *Factum est verbum Domini ad Ezechielum in serva Chaldaeorum, & facta est super eum ibi manus Domini &c.* Ut & Ezechiel. 2. vers. 1. *Sed super pedes suos, & loquar tecum:* Osee 1. vers. 1. *Principium loquendi Domino in Osea, ut & Osee 12. vers. 10. Legatus sum super Prophetas & visionem multiplicavi eis:* Joelis 1. vers. 1. *Verbum Domini*

*quod factum est ad Joel &c. Jonae 1. vers. 1. ut & Jonae 3. vers. 1. *Factum est verbum Domini ad Iosephum &c.* Michae 1. vers. 1. *Verbum Domini quod factum est ad Michaeam:* Sophonie 1. vers. 1. *Verbum Domini quod factum est ad Sophoniam:* Zacharias 1. vers. 1. ut & Zacharia 7. vers. 1. *Factum est verbum Domini ad Zachariam &c.**

(2) Sieut Psal. 50. de seipso Psalmista dicit vers. 7. *Deum alloquens: Incerte & occulta sapientia tua manifestasti mihi.*

sio, vel revelatio divina, rerum eventus immobili veritate denuntians. Sed eventus pertinet ad contingentia futura. Ergo de solis contingentibus futuris sit revelatio prophetica.

2. Præterea. Gratia prophetiaz dividitur (1) contra sapientiam, & fidem, quæ sunt de divinis, & discretionem spirituum, quæ est de spiritibus creatis, & scientiam quæ est de rebus humanis, ut patet I. ad Cor. xii. Habitum autem, & actus distinguunt secundum objecta, ut patet per ea quæ supra dicta sunt (1. 2. quæst. liv. art. 2.) Ergo videtur quod de nullo pertinente ad aliquid horum sit prophetia. Relinquitur ergo quod sit solum de futuris contingentibus.

3. Præterea. Diversitas objecti causat diversitatem speciei, ut ex supradictis patet (1. 2. quæst. liv. art. 2.) Si ergo prophetia quædam sit de futuris contingentibus, quædam autem de quibusdam aliis rebus, videtur sequi quod non sit eadem species prophetiaz.

Sed contra est quod Gregorius dicit super Ezech. (hom. 1. cir. princ.) quod prophetia quædam est de futuro; sicut id quod dicitur (Isaïæ vii.) *Ecce virgo concipies, & paries filium: quædam de præterito;* sicut id quod dicitur (Gen. 1.) *In principio creavit Deus cælum, & terram: quædam de præsenti;* sicut id

quod dicitur (1. ad Cor. xiv.) *Si omnes prophetent, intres autem quis infidelis, occulta cordis ejus manifesta fiant.* (2) Non ergo est prophetia solum de contingentibus futuris.

Respondeo dicendum, quod manifestatio, quæ fit per aliquod lumen, ad omnia illa se extendere potest quæ illi lumini subiciuntur; sicut visio corporalis se extendit ad omnes colores, & cognitio naturalis animæ se extendit ad omnia illa quæ subduntur lumini intellectus agentis. Cognitio autem prophetica est per lumen divinum, quo possunt omnia cognosci tam divina, quam humana, tam spiritualia, quam corporalia; & ideo revelatio prophetica ad omnia hujusmodi se extendit; sicut de his quæ pertinent ad Dei excellentiam, (*) Angelorum, spirituum ministerio revelatio prophetica facta est Isaïæ cap. vi. 1. ubi dicitur: *Vidi Dominum sedens super solium excelsum, & elevatum.* (**) Cujus etiam prophetia continet ea quæ pertinent ad corpora naturalia, secundum illud Isaïæ xl. 12. *Quis mensus est pugillo aquas? &c.* Continet etiam ea quæ ad mores hominum pertinent, secundum illud Isaïæ lviii. 7. *Frange esurientes panem tuum &c.* Continet etiam ea quæ pertinent ad futuros eventus, secundum illud Isaïæ xlvi. 9. *Ve-*

(1) Quantum ad ipsam ejusmodi donorum ab invicem distinctionem, cum dicitur vers. 8. *Alii qui dem per spiritum datus sermo sapientia, aliis autem sermo scientie secundum eundem spiritum; alteri fides in eodem spiritu; aliis propheta, aliis distressio spiritum &c.* Non autem quantum ad explicationem singulorum quam hic adjungit S. Thomas.

(2) Quod S. Thomas ibi vult intelligi tripliciter: Primo ut secreta peccata per *occulta cordis* intelligantur, quorum detegendorum prærogativam & gratiam quidam in primitia Ecclesia leguntur habuisse, sicut Act. 5. Petrus cum de pretio agri defraudato vel reservata ejus aliqua parte Ananiam pariter & Saphiram convicit ac damnavit: Secundo, ut interni affectus aliquando per admonitionem vel prædicacionem ad corrigitos mores pertinentem tangantur, & sic illi qui ejusmodi affectus habent, ad eorumdem sensum excitentur, sicut in Moralibus Gregorii quilibet suos omnes affectus potest inventare: Tertio ut per *cordis occulta* designentur quæ alicui dubia sunt nec per seipsum certus esse de illis potest, manifestantur autem ei quando ad Ecclesiam vadens audit publice a divinis Interpretibus explicari: Sic partim Chrysostomus qui hom. 36. ostenduntur omnibus (inquit) *ea quæ in corde habent, cum arguantur;* Partim Theodoretus qui Ananiam ac Saphiram exemplo id confirmat, ut supra: Partim etiam Primasius qui temo L. Bibliothecæ Patrum *occulta cordis manifesta-*

ri dicit quando alicujus conscientia per doctrinam pulsatur: Partim Haymo, qui hoc fieri ait quando illius cogitationes pravae ac vicia que latere Predicatores putat, manifestantur, dum ipsi contra vicia disputant; & id ex Augustino probat qui refert quemdam suo sermone a vitiis conversum, cum contra ejusmodi vicia declamaret, quantumvis non attendens, idest a proposito suo divertens ac excurrens per inadvertiam, ut in Mathematicos vel judicariam Astrologiam profitentes inveheretur, qualis erat ipse quem nesciens convertit, Deo evagationem illam in eum finem permittente, ut ingenuo narrat. Sic autem tantum Glossa collateralis vetus & interlinearis nova, *Occulta cordis ejus idest peccata sua que nesciobis tunc peccata manifesta fiant sibi expositionibus illorum:* Quod & iisdem verbis habet ibi Lombardus. Postro non hoc de infidelis tantum sed etiam de idiomate dictum patet, hoc est de illo qui propriam dumtaxat linguam novit; nec proficere potest si loquentes linguis audiat, quia eos non intelligit; sed si audiatur prophetates, hoc est obscura & dubia & extraenies linguis ab aliis pronuntiatae exponentes.

(*) Ita cum mss. edit. Rom. alioque veteres. Recentiores Garciam sequuntur sic legentem: & angelorum spirituum ministerio revelatio &c.

(**) Ita cum mss. Tarrac. veteres edit. Cod. Alcan. Ejus. Theologi, & posteriores edit. Quin.

9. *Venient sibi duo in die una subito, sterilitas, & viduitas.*

Considerandum tamen est, quod quia prophetia est de his quæ procul a nostra cognitione sunt, tanto aliqua magis proprie ad prophetiam pertinent, qdanto longius ab humana cognitione existunt. Horum autem est triplex gradus. Quorum unus est eorum quæ sunt procul a cognitione hujus hominis, sive secundum sensum, sive secundum intellectum, non autem a cognitione omnium hominum; scut seculi cognoscit aliquis homo quæ sunt sibi præsentia secundum locum; quæ tamen alius humano sensu, utpote sibi absentia, non cognoscit. Et sic Helisœus propheticæ cognovit quæ Giezi discipulus eius in absentia fecerat, ut habetur IV. Reg. v. & similiter cogitationes cordis unius alteri propheticæ manifestantur, ut dicitur I. ad Cor. xiv. & per hunc modum etiam ea quæ unus scit demonstrative, alii possunt propheticæ revelari. Secundus autem gradus est eorum quæ excedunt universaliter cognitionem omnium hominum, non quia secundum se non sunt cognoscibilia, sed propter defectum cognitionis humanae; sicut mysterium Trinitatis, quod revelatum est per Seraphim dicentia, Sanctus, Sanctus, Sanctus &c. ut habetur Isaïa vi. Ultimus autem gradus est eorum quæ sunt procul ab omnium hominum cognitione, quia in seipsis non sunt cognoscibilia; ut contingentia futura, quorū veritas non est determinata. Et quia quod est universaliter, & secundum se, potius est eo quod est particulariter, & per aliud; ideo ad prophetiam propriissime pertinet revelatio eventuum futurorum: unde & nomen prophetarum sumi videtur. Unde Gregorius dicit super Ezech. (hom. i. in princ.) *Et cum ideo prophetia dicta sit, quod futura predicit, quando de praeterito, vel præsensi loquitur, rationem sui nominis amittit.*

Ad primum ergo dicendam, quod prophetia ibi definitur secundum id quod proprie significatur nomine prophetarum: & per hunc etiam modum prophetia dividitur contra alias gratias gratis datas.

Unde patet responsio ad secundum. Quamvis possit dici, quod omnia quæ sub prophetia cadunt, convenient in hac ratione quod non sunt ab homine cognoscibilia nisi per revelationem divinam; ea vero quæ pertinent ad sapientiam, & scientiam, & interpretationem sermonum, possunt naturali ratione ab homine cognosci; sed altiori modo

Summ. S. Tb. Tom. IX.

manifestantur per illustrationem divini lumenis. Fides autem etiæ sit de invisibilibus homini, tamen ad ipsam non pertinet eorum cognitio quæ creduntur, sed quod homo per certitudinem assentiat his quæ sunt ab aliis cognita.

Ad tertium dicendum, quod formale in cognitione prophetica est lumen divinum, a cuius unitate prophetia habet unitatem speciei; licet sint diversa, quæ per divinum lumen prophetice manifestantur.

A P P E N D I X.

Ex articulo habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligentias, merito insinuatum fuisse a scripturis, quod prophetia non est solum futurorum eventuum. Ut Gen. i. item 1. Corinth. 14. Cum expositione Beati Gregorii, secundum quod adducitur in arg. con. Quia vero de futuris secundum se contingentibus a Deo cognitis per certitudinem, & per Prophetas simili certitudine (qua scilicet aliter fieri non posset) pronunciatis, fit mentio ex Isaïe 7. ideo ad pleniorē hujus dicti textualis intelligentiam sanam vide 1. quest. 14. art. 9. & 13. cum Elucid. item lib. 1. cont. gent. cap. 67. ubi dicitur ly, „ Non „ enim Deus rerum, quæ apud nos nondum „ sunt, videt solum esse, quod habent in „ suis causis, sed etiam illud, quod habent „ in seipsis, & cap. 68. ubi dicitur ly di- „ vinus intellectus ab æterno cognoscit res, „ non solum secundum esse, quod habent „ in causis suis, sed etiam secundum esse, „ quod habent in seipsis. „ Nihil igitur „ prohibet, ipsum habere æternam cogni- „ tionem de contingentibus infallibilem. „ Hæc ibi. Item lib. eont. gent. c. 164. ubi „ dicitur ly „ cognitio, quæ de futuris ha- „ betur ex revelatione divina secundum gra- „ tiām prophetalem est omnino certa: sicut „ & divina præcognitio est certa. Non „ enim Deus præcognoscit futura solum „ prout sunt in suis causis, sed infallibiliter, „ secundum quod sunt in seipsis. Unde & „ cognitio prophetica per eundem modum „ datur homini de futuris cum certitudine „ perfecta. „ Hæc ibi: Secundo vides: quo- „ modo &c.

ARTICULUS IV. 815

Urum Propheta per divinam revelationem cognoscat omnia que possunt prophetice cognosci.

Ver. quest. XII. art. I. ad 5. & Rom. xv. lect. 3. in princ.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod Propheta per divinam revelationem cognoscat omnia que possunt prophetice cognosci. Dicitur enim Amos IIII. 7. *Non facies Dominus Deus verbum, nisi revelaveris secretum suum ad servos tuos Prophetas.* Sed omnia que prophetice revelantur, sunt verba divinitus facta. Nihil ergo eorum est quod non reveletur Prophetæ.

2. Præterea. *Dei perfecta sunt opera*, ut dicitur Deuter. XXXII. Sed prophetia est divina revelatio, ut dictum est (art. præc.) Ergo est perfecta: quod non esset, nisi perfecte omnia prophetabilia prophetice revelarentur: quia *perfectum est cui nihil desit*, ut dicitur in III. Physic. (tex. 63.) Ergo Prophetæ omnia prophetabilia revelantur.

3. Præterea. Lumen divinum, quod causat prophetiam, est potentius quam lumen naturalis rationis, ex quo caufatur humana scientia. Sed homo qui habet aliquam scientiam, cognoscit omnia que ad illam scientiam pertinent; sicut Grammaticus cognoscit omnia grammaticalia. Ergo videtur quod Propheta cognoscit omnia prophetabilia.

Sed contra est quod Gregorius dicit super Ezech. (hom. I. inter princ. & med.) quod *aliquando spiritus prophetæ ex presenti tangit animum prophetantis, & ex futuro nequam tangit; aliquando autem ex presenti non tangit, & ex futuro tangit.* Non ergo Propheta cognoscit omnia prophetabilia.

Respondeo dicendum, quod diversa non est necesse esse simul, nisi propter aliquod

unum, in quo connectantur, & a quo dependent, sicut supra dictum est (I. 2. quest. lxv. art. 1. & 3.) quod virtutes omnes necesse est esse simul propter prudentiam, vel caritatem. Omnia autem quæ per aliquid principium cognoscuntur, connectantur in illo principio, & ab illo dependent. Et ideo qui cognoscit perfecte principium secundum totam ejus virtutem, simul cognoscit omnia que per illud principium cognoscuntur; ignorato autem communi principio, vel communiter (1) apprehenso, nulla necessitas est, simul omnia cognoscendi; sed unumquodque eorum per se oportet manifestari; & per consequens aliqua eorum possunt cognosci, & alia non cognosci.

Principium autem eorum quæ per divino lumine prophetice manifestantur, est ipsa veritas prima, quam Prophetæ in seipsis non vident. Et ideo non oportet quod omnia prophetabilia cognoscant; sed quilibet eorum cognoscit ex eis aliqua secundum specialem revelationem hujus vel illius rei.

Ad primum ergo dicendum, (2) quod Dominus omnia que sunt necessaria ad instructionem fidelis populi, revelat Prophetis; non tamen omnia omnibus, sed quædam uni, quædam aliis.

Ad secundum dicendum, quod prophetia est sicut quiddam imperfectum in genere divinæ revelationis: unde dicitur I. ad Corinth. IIII. 8. quod *prophetæ evanescunt*, & quod *ex parte prophetamus*, idest imperfecte. Perfectio autem divinæ revelationis erit in patria: unde subditur: *Cum veneris quod perfectum est, evanescitur quod ex parte est.* Unde non oportet quod prophetica revelationi nihil desit, sed quod nihil desit eorum ad quæ prophetia ordinatur.

Ad tertium dicendum, quod ille qui habet aliquam scientiam, cognoscit principia illius scientiæ, ex quibus omnia que sunt illius scientiæ, dependent: & ideo qui (*) perfecte habet habitum alicujus scientiæ, scit omnia que ad illam scientiam pertinent.

Sed

(1) Id est secundum solam quamdam universalem rationem, in qua confuse tantum particularia cognosci possunt, nisi universalis notitia specialiter illis applicetur.

(2) Non dissimili sensu ac Hieronymus in eum locum Amos, ubi ait: *Non quod omnia Deus revelat Prophetis que in celo faciat vel ante jam fecerit, sed quod facturus in terris sit:* Revelavit Noe seruo suo quod esset inducturus diluvium: Revelavit Abramam & Lotu servis suis, quod arsuras esset Sodoman

& Gomorram, Adamam & Seboim: Revelavit Joseph interpretationem somni septem annorum famis in Ægypto: Revelavit Iona Prophete subversionem Ninive; ut qui audirent ventura supplicia, aut agerent paenitentiam & tormenta vitarent, aut concomentes justissimam punirentur: Ita & sunt revelatae per Prophetam & seruum suum Amos quid facturus sit decem tribubus, ut si factus ad meliora conversus, de imminenti periculo liberarentur.

(*) Ita mss. & editi pessimi. At. imperfecte.

Sed per prophetiam non cognoscitur in se ipso principium prophetatum cognitionum, quod est Deus. Unde non est similis ratio.

APPENDIX.

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas, merito fuisse a scripturis, & Gregorio insinuatum, quod unus Prophetæ non cognoscit omnia prophetabilia. A D. Gregorio quidem : ut in *arg. con.* A *Scripturis vero*, ut 2. *Reg.* 7. & 1. *Paralip.* 17. per hoc, quod introducitur Nathan propheta quasi annuens regi David, quod ipse adificaturus sit domum Domino Deo: idest templum: & tamen illud David non erat adificaturus, quod & eidem Nathan Prophetæ postea revelatum est. Per hoc ergo, quod Nathan, quamvis alias propheta etiam prius fuerit, non cognoscit primo, utrum a David adificandum sit templum, idque postmodum prophetice cognoscit, Scriptura quasi scholastice loquens ait : Prophetæ per divinam revelationem non cognoscit omnia, quæ possunt prophetice cognosci. Secundo vides : quomodo &c.

ARTICULUS V. 816

Utrum Prophetæ discernat semper quid dicat per spiritum proprium, & quid per spiritum prophetæ.

III. cont. cap. cliv. & ver. quest. xii.
art. 2. ad 15. & 16.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod Prophetæ discernat semper quid dicat per spiritum proprium, & quid per spi-

ritum prophetæ. Dicit enim Augustinus in VI. Conf. (cap. xiii. a med.) quod mater sua dicebat discernere se nescio quo sapore, quem verbis explicare non posset, quid intercesserat inter Deum revelantem, & inter animam suam sonniantem. Sed prophetia est revelatio divina, ut dictum est (art. 3. hu. quest.) Ergo Prophetæ semper discernit id quod dicit per spiritum prophetæ, ab eo quod loquitur spiritu proprio.

2. Præterea. *Deus non præcipit aliquid impossibile*, sicut Hieronymus dicit (1) *Præcipitur autem prophetis Hierem.* xxiii. 28. *Propheta qui habet somnum, narret somnum;* & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum vere. Ergo Prophetæ potest discernere quid habeat per spiritum prophetæ, ab eo quod aliter videt.

3. Præterea. Major est certitudo quæ est per divinum lumen, quam quæ est per lumen rationis naturalis. (*) Sed per lumen rationis naturalis ille qui habet scientiam, pro certo scit se habere. Ergo ille qui habet prophetiam per lumen divinum, multo magis certus est se habere.

Sed contra est quod Gregorius dicit super Ezech. (hom. 1. inter. med. & fi.) *Scientum est, quod aliquando Prophetæ sancti, dum consuluntur, ex magno usu prophetandi quedam ex suo spiritu proferunt, & se hoc ex prophetia spiritu dicere suspicantur* (2).

Respondeo dicendum, quod mens Prophetæ duplicitate a Deo instruitur : uno modo per expressam revelationem, alio modo per quemdam instinctum occultissimum, quem nescientes humana mentes patiuntur, ut Augustinus dicit II. super Gen. ad lit. (cap. xvii. vers. fi.) De his ergo quæ expresse per spiritum prophetæ Prophetæ cognoscit, maximam certitudinem habet, & pro certo

V 2 habet

(1) In expositione fidei ad Damasum haberi proprie-
tates Editiones aliæ notant : Sed jam 1. 2. quest.
109. art. 4. notavimus adulterinum opus esse quod Pe-
lagii potius est, se Catholicum simulantis. Tale
aliquid autem habet Augustinus in lib. de natura &
gratia capite 42. Non enim Deus impossibilita jubet,
inquit &c.

(2) Ita cum plurimis mss. editi passim. Editio
nonnulli cum aliis, quibusdam mss. Ille autem qui
habet scientiam, aliis omisssis.

(3) Et in exemplum afferat illud quod 2. Reg. 7.
vers. 3. ac deinceps narratur de Davidis Prophetæ
Nathan cum ei templi extirptionem cogitanti non du-
bitasset afferere quod grata Deo cogitation illa esset :
Nathan Prophetam, inquit, sanctum virum fuisse
qui nescies? Qui David Regem & de cuius aperire

reprobendit, & qua ei pro culpa eadem essent ventura
nunniavat: Dum eum tamen idem David quia
*templum Deo vellet construere, requisisset, illic re-
spondit, Omne quod est in corde tuo, vade fac quia*
Dominus tecum est: De quo illic statim subditur:
*Factum est autem in nocte illa, & ecce sermo Do-
mini ad Nathan dicens: Vade & loquere ad servum*
meum David: Hec dicit Dominus Deus: Numquid
adificabis mihi domum ad habitandum Eccl. Quia in
re inter Prophetas veros & falsos ista distincția est,
*qua Propheta veri si quid aliquando per suum spiri-
tum dicunt, hoc ab auditorum mentibus per Spiritum*
sanctum eruditæ citius corrigit: Prophetæ autem
falsi & falsa denuntiant & alieni a sancto Spiritu
in sua falsitate perdurant &c.

habet quod hæc sunt divinitus sibi revelata: unde dicitur Hierem. xxvi. 15. In veritate misit me Dominus ad vos, ut loquerer in aures vestras omnia verba mea: alioquin si de hoc ipse certitudinem non haberet, fides quæ dictis Prophetarum innititur, certa non esset. Et signum prophetæ certitudinis accipere possumus ex hoc quod Abraham admonitus in prophætica visione, se præparavit ad filium unigenitum immolandum: quod nullatenus fecisset, nisi de divina revelatione fuisset certissimum.

Sed ad ea quæ cognoscit per instinctum, aliquando sic se habet ut non plene discernere possit, utrum hæc cogitaverit aliquo divino instinctu, vel per spiritum proprium. Non autem omnia quæ cognoscimus divino instinctu, sub certitudine prophætica nobis manifestantur: talis enim instinctus est quidam imperfictum in genere prophetæ. Et hoc modo intelligendum est verbum Gregorii. Ne tamen error ex hoc possit accidere, per Spiritum sanctum citius corredi, ab eo que vera sunt, audiunt; & semper ipsas, quia falsa dixerint, reprehendunt, ut ibidem Gregorius subdit. Primæ autem rationes procedunt quantum ad ea quæ prophetico spirito revelantur.

Unde patet responsio ad objecta.

A P P E N D I X .

EX artic. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum a scripturis, & Gregorio, quod propheta non semper discernit, quid per spiritum prophæticæ dicat, & quid per spiritum proprium. A D. Greg. quidem ut in argum. contr. A scripturis vero, ut in art. 4. append. de facto ipsius Nathan Prophæta. In libris enim illis legitur; quod Nathan dicent David vides ne, quod ego habitem in domo cedrina, & arca Dei posita est in medio pellium (his verbis significare volens, se templum Deo, in quo arca reponeretur, ædificare velle,) respondit: omne, quod est in corde tuo, vade, & fac, quia Dominus tecum est. Putavit Nathan, se ex spiritu Dei sic loqui: & tamen per spiritum proprium loquebatur. In

cujus signum Dominus nocte illa dixit ei: Vade, & loquere ad seruum meum David. Hec dicit Dominus: Non edificabis tu mihi domum ad habitandum. Primum ergo illud dixerat Nathan per quemdam instinctum (de quo conclusio secunda) non discernens plene utrum per spiritum prophetæ, an per proprium, id loqueretur, cuius tamen & dictum & talem indiscernitionem; ne, sc. error ex hoc posset accidere (de quo is corp. fin.) cito correxit Dominus, Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S VI. 817

Utrum ea que prophætice cognoscuntur, vel annuntiantur, possint esse falsa.

Inf. quest. clxxii. art. 1. cor. & art. 5. ad 3. & art. 6. ad 2. & ver. quest. xii. ar. 3. cor. & art. 10. ad 7.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod ea quæ prophætice cognoscuntur, vel annuntiantur, possint esse falsa. Prophætia enim est de futuris contingentibus, ut dictum est (art. 3. hu. quest.) Sed futura contingentia possunt non evenire; alioquin ex necessitate contingenterent. Ergo prophetæ potest subesse falsum.

2. Præterea. Isaias prophætice prænuntiavit Ezechias dicens: Dispone domini tua, quia morieris tu, & non vives: & tamen additi sunt viæ eius postea quindecim anni, ut habetur. IV. Reg. xx. 7. & Isaïa xxxiii. 1. Similiter & Hierem. xviii. 7. Dominus dicit: Repente (1) loquar adversum gentem, & adversum regnum, ut eradicem, & defruam, & disperdam illud. Si parentiam egerit gens illa a malo suo quod locutus sum adversus eam, agam & ego parentiam super malo quod cogitavi ut faciem ei. Et hoc apparet per exemplum Ninivitarum, secundum illud Jonæ 11. 10. Misericordia est Dominus super malitiam quam dixit ut faceret eis, & non fecit. Ergo prophetæ potest subesse falsum.

3. Præterea. Omnis conditionalis, cuius antecedens est necessarium absolute, consequens est necessarium absolute: quia ita se habet

(1) Sicut Vulgata Editio vers. 7. reddit: Sed Hieronymus ibi ex græco τίπας ad summam loquar, id est in summa, tandem seu denique, quia & substantivum τίπας extremis est, finem, vel summam rei significat: Ut & ex græco ἐτι ἔτερος ἢ ἐτι βασικεῖς

vertit sicut hic nec a Vulgata differt: Sed Editio Sixtiana sic mutat, super gentem & regnum: quia nempe utraque significazione dictio ετι accusativo juncta usurpat: Idem est porro super gentem & regnum, ac de genere & regno ut mox ibidem vers. 9.

Habet conseqnens in conditionalis ad antecedens , sicut conclusio ad præmissas in syllogismo . Ex necessariis autem numquam contingit syllogizare nisi necessarium , ut probatur in I. Posterior . (tex. 17.) Sed si prophetia non potest subesse falsum , oportet hanc conditionalem esse veram : *Si aliiquid est prophetatum , erit* . Hujus autem conditionalis antecedens est necessarium absolute , cum sit de præterito . Ergo & conseqnens erit necessarium absolute : quod est inconveniens : quia sic prophetia non esset contingentium . Falsum est ergo quod prophetia non possit subesse falsum .

Sed contra est quod Cassiodorus dicit (in prol. in Ps cap. 1. in princ.) quod *prophetia est inspiratio* (1) vel *revelatio divina* , *rum eventus immobili veritate denuntians* . Non autem esset immobilia veritas prophetia , si posset ei falsum subesse . Ergo non potest ei subesse falsum .

Respondeo dicendum , quod , sicut ex dictis patet (art. 1. 3. & 5. hu. quæst.) prophetia est quædam cognitio intellectui Prophetae impressa ex revelatione divina per modum cujusdam doctrinæ . Veritas autem cognitionis est eadem in discipulo , & in docente : quia cognitio addiscens est simi-

litudo cognitionis docentis ; sicut etiam in rebus naturalibus forma generati est similitudo quædam formæ generantis . Et per hunc etiam modum Hieronymus dicit (implet. super illud Dan. 11. Respondentes ergo Chaldei) quod *prophetia est quoddam signum divina præscientiae* . Oportet igitur eamdem esse veritatem propheticæ cognitionis , & enuntiationis , quæ est cognitionis divinæ , cui impossibile est subesse falsum , ut in I. dictum est (quæst. xix. art. 13. & 15. & quæst. xvi. art.) Unde prophetia non potest subesse falsum .

Ad primum ergo dicendum , quod , sicut in I. dictum est (quæst. xxii. art. 4.) certitudo divinæ præscientiae non excludit contingentiam singularium futurorum , quia fertur in ea , secundum quod sunt præsentia , & jam determinata ad unum . Et ideo etiam prophetia , quæ est divinæ præscientiae similitudo impressa , vel signum , sua immobili veritate futurorum contingentiam non excludit .

Ad secundum dicendum , quod divina præscientia respicit futura secundum duo : scilicet secundum quod sunt in seipsis , in quantum scilicet ipsa præstantialiter intuetur ; & secundum quod sunt in suis causis , in qua-

(1) *Aspiratio divina* tantum apud Cassiodorum ubi supra ; nempe præfatione super Psalmos cap. 1. ubi etiam sequentia paulo alter quam hic & plenius exprimit , puta quod prophetia *eventus verum aut per dicta , aut per facta quorundam immobili veritate pronuntias* (vel *pronuntias*) Et sic etiam Glossa ibi Cassiodori nomen præferens , nisi quod initio habet ut hic , *inspiratio vel revelatio divina* : Sed nunc de prophetia tantum stricte dicta que sic a prædicendo nuncupatur agit ex proposito S. Thomas : Unde omisit illud quod ad analogiam prophetiam pertinet quam *per facta quorundam vult fieri* Cassiodorus , qualem *per Arcem Noe* vel *per Abrabe sacrificium* vel *per transiitum mavis rubri exemplificat factam esse* . Quod autem subjungitur ex Hieronymo prophetiam esse *signum quoddam præscientiae divina* , non occurrit expresse ut nec prius indicabatur ad marginem , sed colligitur aequivalenter ex illius Commentario in Danielē ad illa verba ex cap. 12. *Respondentes Chaldei coram Rege dixerunt* . Non est homo super terram qui sermonem tuum Rex possit implore (hoc est somnium tuum indicare sicut postulas) ubi sic Hieronymus : *Contentur præscientiam futurorum non esse hominum sed Dei* : *Ex quo probatur Prophetas Dei spiritu loquatos qui futura cernerunt* . Illud etiam quod additur in fine articuli , *Deum ut pénitentem se habere quia mutat interdum sententiam , est non mutare consilium* , est Gregorii libro 16. Moralium cap. 4. in modernis Exemplaribus vel in antiquis cap. 6. ubi exemplo Ezechie-

eui vita prorogata est illud ipsum sicut hic probat : *Sententiam* scilicet vocans id quod pronuntiatur exteriorius quoad verborum sensum , sed *consilium* id quod a Deo decernitur sive ratificatur interiorius , ut I. fai. 38. indicat Glossa : *Quod & alii verbis Gregorius exprimit lib. 20. cap. 23. In modernis vel 24. in antiquis* , cum ait quod *rem mutat* , *consilium non mutat* : Similiter etiam Hieronymus in Danielē cap. 4 exhortationem explicans qua Nabuchodonosor post illius pœnitentiam prophetatam ad pénitendum invitabat , sic ait : *Si predixit sententiam Dei que non potest immutari , quomodo horsatur ad elem-synas ut ejusmodi sententia commutetur ? Quod facile solvit Ezechiel Regis exemplo quem Ieremia dixerat esse moriturum ; & exemplo Ninivitarum , quibus dictum est , Ninive subvertetur , & tamen Dei sententia commutata est non vanitate judicii sed eorum conversione qui meruere indulgentiam &c. Nec diffimili sensu in Ierem. 38. Ezechiam infirmitate sui corporis visitari præmittit ut conversus ad Dominum flebat sententiam ejus : Quamvis alio sensu statim addit : *Quod quidem & in Jona legitimus & in combinationibus contra David , que dicuntur futura nec facta sunt , non Deo mutante sententiam sed provocante humanum genus ad nositiam sui : Dominus enim pénitentem est super malitia* : Quasi diversimode sententiam utrinque accipiat , & uno modo pro decreto usurpans velit immutabilem esse , alio modo pro extero pronuntiato (sicut supra) mutari eam posse agnoscet .*

quantum scilicet videt ordinem causarum ad effectus. Et quamvis contingentia futura, prout sunt in seipsis, sint determinata ad unum; tamen prout sunt in suis causis, non sunt determinata, quin possint aliter evenire. Et quamvis ista duplex cognitio semper intellectui divino conjugatur; non tamen conjungitur semper in revelatione prophetica: quia impressio agentis non semper adæquat ejus virtutem. Unde quandoque revelatio prophetica est impressa quædam similitudo divinæ præscientiæ, prout respicit ipsa futura contingentia in seipsis: & talia sic eveniunt, sicut prophetantur, sicut illud Isa. vii. 14. *Ecce virgo concipiet.* Quandoque vero prophetica revelatio est impressa similitudo divinæ præscientiæ, prout scilicet cognoscit ordinem causarum ad effectus: & tunc quandoque aliter evenit quam prophetetur; nec tamen prophetæ subest falsum: nam sensus prophetæ est quod inferiorum causarum dispositio sive naturalium, sive humanorum actuum, hoc habet ut talis effectus eveniat. Et secundum hoc intelligitur verbum Isa. xxxviii. 1. dicentis: *Morieris, & non vives;* id est, dispositio corporis tui ad mortem ordinatur: & quod dicitur Jonæ. iii. 4. *Aduic quadraginta dies, & Ninive subverteretur;* id est, hoc merita ejus exigunt ut subvertatur. Dicitur autem Deus pœnitere metaphorice, in quantum ad modum pœnitentis se habet, prout scilicet mutat sententiam, et si non mutet consilium.

Ad tertium dicendum, quod quia eadem est veritas prophetæ, & divinæ præscientiæ, ut dictum est (in cor. ar.) hoc modo illa conditionalis est vera, *Si aliquid est prophetatum, erit,* sicut ista, *Si aliquid est prescitem, erit:* in utraque enim antecedens est impossibile non esse. Unde & consequens est necessarium, non secundum quod est futurum respectu nostri, sed ut consideratur in suo præsenti, prout subditur præscientiæ divinæ, ut in primo dictum est (quæst. xiv. art. 13. ad 2.).

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo interimas hæreses *Appellitarum* dicentium, Prophetias esse falsas, nihilque in eis esse veritatis, eo quod ipsæ sibiipsis adversentur. Et *Sadducœorum* dicentium, Prophetarum dicta esse spernenda, nec eis fidem adhibendam. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, hærefes illas merito damnari a Luc. i.

per hoc, quod dicit, *Deum locutum fuisse per os sanctorum prophetarum.* Item a 2. Pet. 1. per hoc, quod dicit: *Prophetiam numquam voluntate humana (id est spiritu humano) allatam fuisse: sed Spiritu Sancto dictante locutus esse sanctos Dei prophetas.* Item a Psal. 44. per hoc, quod David Propheta dicit linguam suam esse motam a rectore Deo, *us calamus scriba velociter scribentis.* Item ab Apost. Hebr. 1. per hoc, quod *Deus olim locutus est multifarie in prophetis.* His enim omnibus, & singulis pro certo penitus demonstratur: quod prophetis non potest subesse falsum: quoniam Deus loquitur in prophetis (ut autoritates illæ apertissime testantur) & Deus non potest esse mendax, nec suæ cognitioni potest subesse falsum, ut patet. Est enim Deus verax, sicut scriptum est, &c. Alioquin, quomodo Deus, si posset esse mendax, judicabit hunc mundum? Rom. 3. Et tamen judicabit: & *iustum erit suum iudicium.* Roman. 2. Imo Deus est veritas. Joan. 14. *Et si non credimus (ut faciunt Appellite prædicti cum Sadduceis) ille fidelis permanet: seipsum (quod scilicet sit veritas) negare non potest,* 2. Timoth. 2. Vide Elucid. *prima partis articulorum num. 583.* Item habes: quomodo per rationem ostendas, easdem merito damnari a Cassiodoro: ut in arg. con. Item a dictis multis, & gravissimis in art. 3. append. Tertio viides: quomodo &c.

Q U Ä S T I O CLXXII.

De causa prophetæ,

In sex articulos divisa.

DEinde considerandum est de causa prophetæ.

Circa hoc queruntur sex.

Primo, utrum prophetia sit naturalis.

Secundo, utrum sit a Deo mediantibus Angelis.

Tertio, utrum ad prophetiam requiratur dispositio naturalis.

Quarto, utrum requiratur bonitas motum.

Quinto, utrum sit aliqua prophetia a demonibus.

Sexto, utrum prophetæ demonum aliquando dicant verum.

A R.

ARTICULUS I. 818

Utrum prophetia possit esse naturalis.

*Inf. art. 3. cor. & ver. quest. XII. art. 3.
& 4. cor.*

AD primum sic proceditur. Videtur quod prophetia possit esse naturalis. Dicit enim Gregorius in IV. Dialogorum (cap. xxvi. in princ.) quod *ipsa aliquando animalium vis sua subtilitate aliquid previdet*: & Augustinus dicit in XII. super Gen. ad lit. (cap. xiiii.) quod *anima humana, secundum quod a sensibus corporis abstrahitur, competit futurae previdere*. Hoc autem pertinet ad prophetiam. Ergo anima naturaliter potest assequi prophetiam.

2. Præterea. Cognitio animæ humanæ magis viger in vigilando quam in dormiendo. Sed in dormiendo quidam naturaliter prævident quædam futura, ut patet per Philosophum in Lib. de somn. & vig. (seu Lib. de divinat. per somn. cap. ii.) Ergo multo magis potest homo naturaliter futura præcognoscere.

3. Præterea. Homo secundum suam naturalam est perfectior animalibus brutis. Sed quædam animalia bruta habent præcognitionem futurorum ad se pertinentium, sicut formicæ præcognoscunt pluvias futuras, quod patet ex hoc quod ante pluviam incipiunt grana in foramen reponere: & similiter pisces præcognoscunt tempestates futuras, ut perpendiculariter ex eorum motu, dum loca tempestuosa declinant. Ergo multo magis homines naturaliter præcognoscere possunt futura ad se pertinentia, de quibus est prophetia. Est ergo prophetia a natura.

4. Præterea. Proverb. xxix. 18. dicitur: *Cum prophetia deficerit, dissipabitur populus*: & sic patet quod prophetia est necessaria ad hominum conservationem. Sed natura non deficit in necessariis. Ergo videtur quod pro-

phetia sit a natura.

Sed contra est quod dicitur II. Petr. i. 21. *Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia; sed Spiritu sancto inspirante locuti sunt sancti Dei homines*. Ergo prophetia non est a natura, sed ex dono Spiritus sancti.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quest. præc. art. 6. ad 2.) prophetica præcognitione potest esse de futuris dupliciter: uno modo secundum quod sunt in seipsis; alio modo secundum quod sunt in suis causis. Præcognoscere autem futura, secundum quod sunt in seipsis, est proprium divini intellectus, cujus æternitati sunt omnia præsentia, ut in primo dictum est (quest. xiv. art. 13.) Et ideo talis præcognitione futurorum non potest esse a natura, sed solum ex revelatione divina.

Futura vero in suis causis possunt præcognosci naturali cognitione etiam ab homine; sicut Modicus præcognoscit sanitatem, vel mortem futuram in aliquibus causis, quarum ordinem ad tales effectus experimento præcognovit.

Et talis cognitione futurorum potest intelligi esse in homine dupliciter a natura. Uno modo sic quod statim anima ex eo quod in seipsa habet, possit præcognoscere futura: & sic, sicut Augustinus dicit XII. super Gen. ad lit. (cap. 13. in princ.) *quidam voluerunt, animam humanam habere quamdam vim divinationis in seipsa*. Et hoc videtur esse secundum opinionem Platonis (1) qui posuit (in dialogo vi. de Repub. verius fi.) quod animæ habent omnium rerum cognitionem per participationem idealium; sed ista cognitione obnubilatur in eis per conjunctionem corporis; in quibusdam tamen plus, in quibusdam vero minus, secundum corporis puritatem diversam. Et secundum hoc posset dici, quod homines habentes animas non multum obtenebratas ex corporum unione, possunt talia futura præcognoscere secundum propriam scientiam. Contra hoc autem objicit

(1) Colligitur ex libro 6. de Republica (vel de justo ut inscribitur a quibusdam) aliquantulum ante finem; ubi dicitur quod *ut oculi quoies non ad ea vertuntur quorum colores fulgor diurnus illuminat sed ad illa que nocturnis radiis attinguntur, ballucinantur, & cœciuntur, quasi non insit illis purus visus; quoies vero ad ea que Sol illustrat converuntur, tunc perspicue cernunt & purum visum habent; sic etiam accedit in animo, quod cum interberet ei in quo veritas & ipsius lumen emicat, intel-*

ligit utique ac habere, videtur intellectum; sed cum in illud fertur quod permixtum est vel admixtum tenebris, ut sunt ea que generari possunt & corrupti, tunc obtundit ejus acies, opinionesque sursum ac deorsum varias versat & mensis expers propomodum videtur esse: Tuin subiungitur: Illud igitur quod veritatem rebus intelligibilibus vel intellectus præstet, ac vim intellectivam intelligenti præstet, id eam boni esse dico, variatis ac scientia causam. &c.

cit Augustinus (loc. cit.) *cur non semper possit vim divinationis habere anima, cum semper velit?*

Sed quia verius esse videtur quod anima ex sensibilibus cognitionem acquirat secundum sententiam Aristotelis, ut in primo dictum est (quæst. lxxxiv. art. 3. 6. & 7.) ideo melius est dicendum alio modo, quod præcognitionem talium futurorum homines non habent, sed acquirere possunt per viam experimentalem, in qua juvantur per naturalem dispositionem, secundum quod in homine invenitur perfectio virtutis imaginativæ, & claritas intelligentiæ.

Et tamen hæc præcognitio futurorum differt a prima, quæ habetur ex revelatione divina, duplicitate. Primo quidem quia prima potest esse quorūcumque eventuum, (*) & infallibiliter: hæc autem præcognitio, quæ naturaliter haberi potest, est circa quoddam effectus, ad quos se potest extendere experientia humana. Secundo quia prima prophetia est secundum immobilem veritatem, non autem secunda, sed potest ei subesse falso. Prima autem præcognitio proprie pertinet ad prophetiam, non secunda: quia, sicut supra dictum est (quæst. præc. art. 1.) prophetica cognitio est eorum quæ naturaliter excedunt humanam cognitionem. Et ideo dicendum est, quod prophetia - simpliciter dicta non potest esse a natura, sed solum ex revelatione divina.

Ad primum ergo dicendum, quod anima, quando abstrahitur a corporalibus, aptior redditur ad percipiendum influxum spiritua-

lium substantiarum, & etiam ad percipientium subtiles motus, qui ex impressionibus naturalium causarum in imaginatione humana relinquuntur, a quibus percipiendis anima impeditur, cum fuerit circa sensibilia occupata. Et ideo Gregorius dicit (loc. cit. in arg.) quod *anima, quando appropinquat ad mortem, præcognoscit quedam futura subtilitate sue nature*, prout scilicet percipit etiam modicas impressiones; aut etiam cognoscit futura revelatione angelica, non autem propria virtute: quia, ut Augustinus dicit XII. super Gen. ad lit. (cap. xiii. a princ.) (1) si hoc esset, tunc haberet, quandocumque vellit, in sua potestate futura præcognoscere: quod patet esse falsum.

Ad secundum dicendum, quod cognitio futurorum quæ sit in somniis, est aut ex revelatione spiritualium substantiarum, aut ex causa corporali, ut dictum est (quæst. xcvi. art. 6.) cum de divinationibus ageretur. Utromque autem melius potest fieri in dormientibus quam in vigilantibus: quia anima vigilantis est occupata circa exteriora sensibilia: unde minus potest percipere subtiles impressiones vel spiritualium substantiarum, vel etiam causarum naturalium; quantum tamen ad perfectionem judicii, plus vigoratio in vigilando quam in dormiendo.

Ad tertium dicendum, quod bruta etiam animalia non habent præcognitionem futurorum eventuum, nisi secundum quod ex suis causis præcognoscuntur; ex quibus eorum phantasiaz moventur magis quam hominum: quia phantasiaz hominum, maxime in vigilando,

(*) Ita mss. & editi passim. Theologi rejiciunt verba & infallibiliter, & infra prophetia, velut additio.

(1) In verbis nempe jam relatis, ut in corp. art. seorsim videre est; vel ex originali textu paulo alter: *Nonnulli quidem volunt animam humanam habere vim quamdam divinationis in seipsa: Sed si ita est, cur non semper potest cum semper velit?* Et mox: *An quia non semper adjuvatur ut possit;* Cum ergo adjuvarur, numquid a nullo aut a corpore ad hoc adjuvari potest? Proinde restas ut a spiritu adjuvetur: Deinceps porro querit a quo spiritu; scilicet an per spiritum suum ea videat quæ hoc modo divinat vel cognoget; an per alterius spiritus commixtionem; nec temere quidquid horum sit affirmari debere addit: quamvis hoc per spiritum angelicum fieri satis in sequentibus insinuat. Hoc ipsum quoque loco jam superius indicato agnoscit Gregorius; nimisrum sepe revelationibus agi ut a morituis futura præscientur; ac ex cuiusdam Gerontii Monachi

visione quæ ante decennium in ipso suo Monasterio contigerat, ostendit, qui dum gravi corporis molestia depresso esset, albatos viros & clari omnimode habitas in visione nocturna descendere aspergit, suam & aliorum ex eodem Monasterio fratrum mortem proximam predicentes, quod & eventus comprobavit. Exemplum vero anterioris modi quo per subtilitatem suam aliquando anima quod futurum est præcognoscit, assert ex quadam advocate Godeo qui paulum antequam moreveretur, parati sebi vestimenta quasi ad procedendum jussit, & pueru precepitis ejus non parvus surrexit, vestimento ipsum se induit, & per viam Appiam ad Ecclesiam B. Sixti se processum dicit; cumque post modicum ingravescente molestia defunctus esset, deliberatum fuerat ut apud Beatum Januarium Martyrem Praenestina via ejus corpus ponî deponeret; sed quia longum hoc bis quis funus ejus curaverans visum est, repente orto consilio exentes cum ejus funere per viam Appiam nescientesque quid ille dixerat, in ipsa cum Ecclesia quam prædixerat posuerunt.

lante, disponuntur magis secundum rationem quam secundum impressionem naturalium causarum. Ratio autem facit in homine multo abundantius id quod in brutis facit impressio causarum naturalium; & adhuc magis adjuvat hominem divina gratia prophetias inspirans.

Ad quartum dicendum, quod lumen propheticum se extendit etiam ad directiones humanorum actuum: & secundum hoc prophetia necessaria est ad populi gubernationem, & præcipue in ordine ad cultum divinum, ad quem natura non sufficit, sed requiritur gratia.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem, & directam, & indirectam (quod ubique in appendicibus sub ly rationem intelligitur) destruas errorem tuum *Averrois* tum *Algazelis*, dicentium, (ut resert Direct. Inquisitor. 2. part. q. 8.) quod prophetia est naturalis. Uterque siquidem in hoc dicto convenit: licet in causa dicti unus ab altero discordet: dum *Averroes* dicit ly quia *Prophetia ab ultima Intelligentia derivatur*; *Algazel* autem dicat ly quia cognitio futurorum naturaliter ineſt nobis. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, errorem prædictum merito damnari a 2: *Petr.* 1. ut in arg. con. Ubi vigilanter notabis ly non aliquando, idest numquam. Ac si dicatur. Omnis prophetia proprie dicta, quæcumque sit illa, a Spiritu sancto inspirata est: & nulla per voluntatem humanam, idest per spiritum proprium facta. Item a dictis qu. 171. art. 1. 2. 3. 6. cum Prophetia vero proprie dicta (ut etiam ad expositionem textus loquamur) est illa, quæ habetur in libris canonice. De quibus vide catalogum in Concilio *Trid. Jeff.* quarta Decr. primo. Tertio vides: quomodo &c.

ARTICULUS II. 819

Utrum prophetica revelatio fiat per Angelos.

I. P. quæſt. cxii. art. 1. & III. cont. cap. clxv. & vero quæſt. xiiii. art. 8. & Matb. 11. leſt. 3. fin. & leſt. 4. & I. cor. xiv.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod prophetica revelatio non fiat per Angelos. Dicitur enim *Sap.* viii. 27. quod *sapiencia Dei in animas sanctas se transfiert*, & *Summ. S. Tb. Tom. IX.*

amicos Dei, & Prophetas constituit. Sed amicos Dei constituit immediate. Ergo etiam Prophetas facit immediate, non mediantibus Angelis.

2. Præterea. Prophetia ponitur inter gratias gratis datas. Sed gratiæ gratis datæ sunt a Spiritu sancto, secundum illud (I. Corinth. xiiii. 4.) *Divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus*. Non ergo prophetica revelatio fit Angelo mediante.

3. Præterea. Cassiodorus (in prol. super Psal. cap. 1.) dicit, quod *prophetia est divina revelatio*. Si autem fieret per Angelos; diceretur angelica revelatio. Non ergo prophetia fit per Angelos.

Sed contra est quod Dionysius dicit iv. cap. coel. Hier. (parum a med.) *Divinas visiones glorioſi patres nostri adepti sunt per medias cœlestes virtutes*. Loquitur autem ibi de visionibus propheticis. Ergo revelatio prophetica fit Angelis mediantibus.

Respondeo dicendum, quod, sicut Apostolus dicit ad Rom. xiiii. 1. *quaæ a Deo sunt, ordinatae sunt*. Habet autem hoc Divinitatis ordo, sicut Dionysius dicit (loc. cit. & cap. v. ecclesiast. Hierarch. inter princ. & med.) ut infima per media disponat. Angeli autem medii sunt inter Deum & homines, utpote plus participantes de perfectione divinæ bonitatis quam homines. Et ideo illuminationes, & revelationes divinæ a Deo ad homines per Angelos deferuntur. Prophetica autem cognitio fit per illuminationem, & revelationem divinam. Unde manifestum est quod fiat per Angelos.

Ad primum ergo dicendum, quod caritas, secundum quam fit homo amicus Dei, est perfectio voluntatis, in quam solus Deus imprimere potest; sed prophetia est perfectio intellectus, in quem etiam *Angelus* potest imprimere, ut in I. dictum est (quæſt. cxii. art. 1.) & ideo non est similis ratio de utroque.

Ad secundum dicendum, quod gratiæ gratis datæ attribuuntur Spiritui sancto sicut primo principio; qui tamen operatur huiusmodi gratias in hominibus mediante ministerio Angelorum.

Ad tertium dicendum, quod operatio instrumenti attribuitur principali agenti, in cuius virtute instrumentum agit. Et quia minister est sicut instrumentum, idcirco prophetica revelatio, quæ fit ministerio Angelorum, dicitur esse divina.

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas, merito fuisse insinuatum a scripturis, & Dionysio : quod prophetia sit per Angelos. A scripturis quidem, tamquam ab exemplo, universalem regulam de hac re connotantibus: ut Zach. primo, *Angelus, qui loquebatur in me.* Item Dan. secundo. *Accessi ad unum de assentibus. Qui dixit mihi interpretationem, & docuit me.* Et cap. 8. *Gabriel fac intelligere istam visionem.* Et o. 9. 10. &c. Insinuant autem id ipsum a simili per hoc, quod scripturæ dicunt, legem esse datam per Angelos. Ut Act. 7. *Hic est Moses, qui fuit in Ecclesia in solitudine cum Angelo, qui loquebatur ei in monte Syna, qui accipit verba vitae dare vobis.* Et Gal. tertio. *Lex ordinata est per Angelos in manu mediatoris.* Dixi ly a simili: quia simile est in hoc de lege, & prophetia ut patet universaliter ex Dionysio allegato in corp. pri. Secunda vides: quomodo &c.

ARTICULUS III. 820

Utrum ad prophetiam requiratur dispositio naturalis.

Ver. quest. XII. art. 4.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod ad prophetiam requiratur dispositio naturalis. Prophetia enim recipitur in Propheta secundum dispositionem recipientis: quia super illud Amos 1. *Dominus de Sion rugit,*

dicit *Glossa Hieronymi* (ord. in princ. *cosm.*) (1). Naturale est ut omnes qui volunt rem rei comparare, ex eis rebus sumant comparationes quas sunt experti, & in quibus sunt nutriti: verbi gratia, nautæ suos initios ventis, damnum naufragio comparent. Sic & Amos, qui fuit pastor pecorum, timorem Dei rugitui leonis affirmat. lat. " Sed quod recipitur in aliquo secundum modum recipientis, requirit naturalem dispositionem. Ergo prophetia requirit naturalem dispositionem.

2. Præterea. Speculatio prophetiz est altior quam scientiaz acquisita. Sed indispositio naturalis impedit speculationem scientiaz acquisitaz: multi enim ex indispositione naturali pertingere non possunt ad scientias speculativas capiendas. Multo ergo magis requiritur ad contemplationem propheticam.

3. Præterea. Indispositio naturalis magis impedit aliquem quam impedimentum accidentale. Sed per aliquid accidentale superveniens impeditur speculatio. Dicit enim Hieronymus super Matth. (hab. hoc exprefs. Orig. hom. vi. in Num. aliquant. a med. quid simile habet & Hieron. in epist. xi. ad Ageruch. a med.) quod tempore illo quo conjugales actus geruntur, presencia Spiritus sancti non dabatur, etiam si Propheta esse videatur qui officio generationis obsequitur. Ergo multo magis dispositio naturalis impedit prophetiam: & sic videtur quod bona dispositio naturalis requiratur ad prophetiam.

Sed contra est quod Gregorius dicit in hom. Pentecost. (xxx. in Evang. inter med. & fin.) *Implet, scilicet Spiritus sanctus, citharædum puerum, & Psalmis facit: implet*

(1) Sive *Glossa ex Hieronymo sumpta*, qui sic plenius tamen habet: *Naturale est ut omnes artifices sua artis loquantur exemplis & unusquisque in quo studio trivit aratem, illius similitudinem proficeret: Verbi gratia, qui Nauta est & gubernator, nautismum suum comparat tempestatis, domum naufragium vocac, inimicos suos ventos contrarios appellat, risum prosperitatem & luctum suram placidissimam & securidos nominat ventos, tranquillam mariam & aquora campis similia: E regione miles quidquid dixerit, scutum, gladium, lorican, galeam, lanceam, arcum, sagittam, mortem, vulnus, & victoriæ sonat &c. Cur bec dicta sunt? Ut scilicet ostendamus etiam Amos Prophetam qui pastor de pastribus fuit, & pastor non in locis cultis & arboribus ac vineis confitis sed cetero inter sylvas & prato virensis, sed in lata Eremi vastitate in qua versus leonum feritus & infectio pecorum, uritis sua nympha esse sermonibus, ut vocem Domini terribilens*

aque metuendum rugitus & fremitum leonum minores. Quod autem Hieronymi nomine argumento 3. subiungitur, & sic refertur in *Decretis Causa 32. qu. 2. cap. Cosmibia*, est Origenis in *Numeros* ut & appendix ibi ex homilia 6. refert, ac Hieronymo forte olim vel tamquam Origenis latino Interpreti vel gothicorum characterum propter similem formam abbreviatam deceptione tributum est: *Nec satius auspicio prius reponebatur ad marginem in epistola de monogamia & in Decretis ubi supra referri nobatur, cum ibi referebatur ex Hieronymo in Mattheum sicut & S. Thomas inde sumpsit, & epist. 11. quae de monogamia inscribitur, non eadem appendix extet, sed haec tantum quod Hieremias capitulo propinquus uxorem prohibetur accipere, ac Ezekiel in *Babylonem nonnisi post mortuam uxorem suam spersum esse os suum dicit: Ex quo mox Hieronymus infert quod nec dulcumas uxorem nos ille qui duxero possunt in opere conjugali libere preprocessare.**

A P P E N D I X .

*imples pastorem armentarium sycomoros velli-
censem, & Prophetam facit.* Non ergo re-
quiritur aliqua dispositio praecedens ad pro-
phetiam, sed dependet ex sola voluntate
Spiritus sancti : de quo dicitur I. ad Co-
rinth. XII. II. *Hec omnia operatur unus at-
que idem Spiritus, dividens singulis prou-
vult.*

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum
est (art. I. hu. quest. 2) prophetia vere &
simpliciter dicta, est ex inspiratione divina ;
quaer autem est ex causa naturali, non dicitur
prophetia nisi secundum quid. Est autem
considerandum, quod sicut Deus, qui est
causa universalis in agendo, non praexigit
materiam, nec aliquam materiz dispositio-
nem in corporalibus effectibus ; sed simul po-
test & materiam, & dispositionem, & for-
mam inducere : ita etiam in effectibus spiri-
tualibus non praexigit aliquam dispositionem ;
sed potest simul cum effectu spirituali indu-
cere dispositionem convenientem, qualis re-
quiritur secundum ordinem naturae. Et ulti-
marius posset etiam simul per creationem pro-
ducere ipsum subjectum, ut scilicet & ani-
mam in ipsa sui creatione disponeret ad pro-
phetiam, & daret ei gratiam prophetalem.

Ad primum ergo dicendum, quod indiffe-
rens est ad prophetiam, quibuscumque simili-
tudinibus res prophetica exprimatur. Et ideo
homo ex operatione divina non immutatur
circa prophetiam ; removet autem divina
virtute, si quid prophetarum repugnat.

Ad secundum dicendum, quod speculatio
scientiarum fit ex causa naturali : natuta autem
non potest operari nisi dispositione praece-
dente in materia : quod non est dicendum
de Deo, qui est prophetarum causa.

Ad tertium dicendum, quod aliqua natu-
ralis indispositio, si non removeretur, impe-
dire posset prophetalem revelationem, puta
si aliquis esset totaliter sensu naturali destitu-
tus ; sicut etiam impeditur aliquis ab actu
propheterandi per aliquam vehementem passio-
nem irae, vel concupiscentiae, qualis est in
coitu, vel per quamcumque aliam passio-
nem. Sed talem indispositionem naturalem
removet virtus divina, quaer est prophetarum
causa.

Ex art. habes primo : quomodo per ratio-
nem destruas, etiam a fortiori, errorem
Rabbi Moysis dicentis, ut refert Director.
Inquisit. 2. par. qu. 8. quod ad gratiam pro-
phetarum homo potest se sufficienter disponere,
& Deus non eligit in prophetando aliquem
singulariter, sed illum, qui se ad id disponit
per sua naturalia. Secundo habes : quomodo
per rationem ostendas, errorem illum merito
damnari a I. Cor. 12. ut in arg. cont. Itema
a B. Greg. ut ibidem. Item ab Elucid. I.
par. articulorum nu. 290. Item ab Eccl. 11.
*Facile est in oculis Domini, subito honestare
pauperem.* Nota ly subito, & ly pauperem.
Si enim pauperem ; ergo in eo non est dis-
positio naturalis ad gratiam hanc gratis, id est
prophetiam. Si subito ; ergo non requiritur
necessario pradispositio divinitus facta ut ly
pre, dicit antecessionem temporis : sed po-
test simul tempore, & fieri in illo paupere
dispositio divinitus ad prophetiam, & intro-
duci prophetalis gratia. *Terrio* vides : quo-
modo, &c.

A R T I C U L U S IV . 835

*Utrum bonitas morum requiratur ad
prophetiam.*

*Ver. quest. XII. art. 5. & op. III. cap.
CCXXXI. & I. Cor. XIV.*

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod
bonitas morum requiratur ad prophe-
tiā. Dicitur enim Sap. VIII. 27. quod sa-
pientia Dei (*) per nationes in animas sanctas
se transire, & amicos Dei, & Prophetas
constituit. Sed sanctitas non potest esse sine
bonitate morum, & gratia gratum faciente.
Ergo prophetia non potest esse sine bonitate
morum, & gratia gratum faciente.

2. Praeterea. Secreta non revelantur nisi
amicis, secundum illud Ioān. XV. 15. *Vos
autem dixi amicos, quia omnia quacumque
audiui a Patre meo, nota feci vobis.* Sed
Prophetis Deus sua secreta revelat, ut dici-
tur Amos IIII. Ergo videtur quod Prophetarum
sunt Dei amici : quod non potest esse sine
caritate. Ergo videtur quod prophetia no-
tum possit

X 2

(*) Ita juxta Vulgatam quidam mss. & edit. omnes
recessiores. Cod. Alcsn. per orationes: at. per no-

tiones: item per rationes.

possit esse sine caritate , quæ non est sine gratia gratum faciente .

3. Præterea . Matth. vii. 15. dicitur : *A-tendite a falsis prophetis , qui veniunt ad vos in vestimentis ovium , intrinsecus autem sunt lupi rapaces . Sed quicumque sunt sine gratia (*) interius , videntur esse lupi rapaces . Ergo omnes sunt falsi prophetæ . Nullus est ergo verus Prophetæ , nisi bonus per gratiam .*

4. Præterea . Philosophus dicit (1) in Libro de somno , & vigilia (seu Lib. de divinat. per somn. qui illi annexitur , a princ.) quod si divinatio somniorum est a Deo , inconveniens est eam immitti quibuslibet , & non optimis viris . Sed constat donum prophetiz esse a Deo . Ergo donum prophetiz non datur nisi optimis viris .

Sed contra est quod Matth. viii. 22. his qui dixerant : Domine , nonne in nomine tuo prophetarimus respondebat : Numquam novi nos . Novit autem Dominus eos qui sunt ejus , us dicitur II. ad Timoth. ii. 19. Ergo prophetia potest esse in his qui non sunt Dei per gratiam .

Respondeo dicendum , quod bonitas morum potest attendi secundum duo : uno quidem modo secundum interiorem ejus radicem , quæ est gratia gratum faciens ; alio autem modo quantum ad interiores animæ passiones

nes , & exteriores actiones . Gratiæ autem gratum faciens ad hoc principaliter datur , ut anima hominis Deo per caritatem conjugatur . Unde Augustinus dicit in XV. de Trinitate (cap. xviii. circ. princ.) Nisi imperiatur cujusque Spiritus sanctus , ut eum Dei , & proximi faciat amitorem , ille a sinistra non transferatur ad dexteram . Unde quidquid potest esse sine caritate , potest esse sine gratia gratum faciente , & per consequens sine bonitate morum . Prophetia autem potest esse sine caritate : quod apparet ex duobus . Primo quidem ex actu utriusque . Nam prophetia pertinet ad intellectum , cuius actus præcedit actum voluntatis , quam perficit caritas : unde & Apostolus I. ad Corinth. xiii. prophetiam connumerat aliis ad intellectum pertinentibus , quæ possunt sine caritate haberi . Secundo ex fine utriusque : datur enim prophetia ad utilitatem Ecclesie , sicut & alia gratis datae , secundum illud Apostoli I. ad Corinth. xii. 7. Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem . (2) . Non autem ordinatur directe ad hoc quod affectus ipsius Prophetæ conjugatur Deo , ad quod ordinatur caritas . Et ideo prophetia potest esse sine bonitate morum quantum ad propriam radicem hujus bonitatis .

Si vero consideremus bonitatem morum secun-

(*) Al. intrinsecus videntur .

(1) Ut in antiqua inscriptione videtur est , nunc autem libro de divinatione per somnum (sive per somnum xar' ὑπνον) qui est appendix quedam libri de somno & vigilia , proindecum illo sicut & interjectus liber de informiis quasi unus & idem olim habebatur . Sic porro ibi Philosophus cap. x. Quod de quibusdam divinatio fias in somnis non est incredibile ; habet enim aliquam rationem : Sed nullum causam rationabilem videtur secundum quoniam utique fias à hoc discredere facit : Nam Deum quidem esse qui somnia immiscat , præter alias absurditatem vel irrationalitatem (τρόπος τὸν ἀληθινὰ) & non optimis ac prudentissimis immittere , sed quibuslibet , inconservens & absurdum videtur .

(2) Quod ad utilitatem Ecclesie intelligatur dari commentatur Lombardus ut & Glossa : Nec dissimili sensu Primasius , etiæ extensiore , ad utilitatem cum erudiantum cum etiam intredulorum : Alter autem Haymo : ad utilitatem & illius qui percipit donum spiritus sancti , & alium qui aut ab illo erudiantur aut exemplo illius in meliorem visionem instruuntur . Quasi ad sanctos tantum vel ad Justos id pertinero velit ut ad utilitatem talis manifestatio spiritus eis detur : Unde mox quoque addit : Manifestatio spiritus sancti ipsum ejus donum intelligitur , quod ipsi homini manifestat datum esse ad utilitatem suam ut recte credat , sanctæ vivat , & alii ex utilitate percipiante : Siue manifestatio spiritus idcirco

dicitur , quia ubicumque per dona sua fuerit , illico per operationem justitiae manifestatur : Sed & aliter Chrysostomus hom. 29. in eum locum ut & ibidem Theodoretus ad utilitatem interpretatur , quia tanta unicuique manifestatio confertur quanta conferti illi potest vel expediens esse ut fides ejus manifesta sit : Nec ad utilitatem Ecclesie sic eam dari S. Thomas intendit , ut privatam utilitatem ejus cui datur excludat , sed id exprimit quod ad illam manifestationem pertinet per se ac inseparabile ab illa est , non quasi per accidens & non immobiliter neque semper præsertim cum directe manifestatio illa spiritus ad communem utilitatem referatur , etiam quando justis confertur in exemplum vel in conversionem aliorum , ut supra ex Haymone : Unde utrumque sensum jungit in eum locum S. Thomas : numirum quod spiritus sanctus per hujusmodi gratias manifestatur dupliciter : Una modo ut inhabitan Ecclesiam & sanctificans eam , puta cum aliquis peccator quem non inhabitat spiritus sanctus miracula facit ad ostendendum quod vera sit fides quam predicas ; alio modo ut inhabitan eum cui tales gratia conceduntur . Sic autem (inquit) non conceduntur hujusmodi gratia nisi sanctis : Et ne hujusmodi manifestatio vana videatur , subdit , ad utilitatem , scilicet communem ; & hoc vel dum probatur vera doctrina Ecclesie , & sic fidèles confirmantur , & infideles convertuntur ; vel dum sanctitas alicuius proponitur alius in exemplum .

A P P E N D I X .

secundum passiones animz, & actiones exteriorez, secundum hoc impeditur aliquis a prophetia per morum malitiam. Nam ad prophetiam requiritur maxima mentis elevatio ad spiritualium contemplationem, quæ quidem impeditur per vehementiam passionum, & per inordinatam occupationem rerum exteriorum. Unde & de filiis Prophetarum legitur IV. Reg. iv. quod *simil habibabant cum Heliseo*, quasi solitariam vitam ducentes, ne mundanis occupationibus impedirentur a dono prophetie.

Ad primum ergo dicendum, quod donum prophetie aliquando datur homini & propter utilitatem aliorum, & propter propriæ mentis illustrationem: & hi sunt in quorum animas sapientia divina per gratiam gratum facientem se transferens, amicos Dei, & Prophetas eos constituit. Quidam vero consequuntur donum prophetie solum ad utilitatem aliorum, qui sunt quasi instrumenta divinæ operationis. Unde Hieronymus dicit super Matth. (cap. vii. in illud, *Nomine in nomine tuo prophetavimus?*) *Prophetare, & daemonia ejicere, interdum non est ejus meritis qui operatur, sed vel invocatione nominis Christi hoc agit, vel ob condemnationem eorum qui invocant, & utilitatem eorum qui vident, & audiunt, conceditur.*

Ad secundum dicendum, quod Gregorius (hom. xxvii. in Evang. ante med.) expoenens illud dicit: *Dum ardita superna cælestia amamus, amata jam novimus, quia amor ipse misericordia est. Omnia ergo eis nota fecerat, quia a terrenis desideriis immutati amoris summi facibus ardebant. Et hoc modo non revelantur semper secreta divina Prophetis.*

Ad tertium dicendum, quod non omnes mali sunt lupi rapaces, sed solum illi qui intendunt alios nocere. Dicit enim Chrylostomus (alias Author) super Matth. (hom. xix. in oper. imperf. ante med.) quod *caribici Doctores, et si fuerint peccatores, servi quidem carnis dicuntur, non tamen lupi rapaces, quia non habent propositum perderre Christianos. Et quia prophetia ordinatur ad utilitatem aliorum, manifestum est tales esse falsos Prophetas, quia ad hoc non mittuntur a Deo.*

Ad quartum dicendum, quod dona divina non semper dantur optimis simpliciter, sed quandoque illis qui sunt optimi quantum ad talis doni perceptionem. Et sic Deus donum prophetie illis dat quibus optimum judicat dare.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intellegas, merito insinuatum a scripturis: quod bonitas morum non requiritur necessario ad prophetiam. Ut Matb. 7. secundum quod extenditur cum discurso *in arg. cont.* Ubi nota ly *Numquam*. Hoc est. Etiam tunc, quando actualiter prophetabatis in nomine meo, ego non novi vos, ideo non eratis in caritate, quia est cum gratia gratum faciente. Notitia enim importata per ly *novi*, est notitia approbationis in sua Dei gratia. Quam notitiam legimus in Eccl. 44. *Cognovis eum in benedictionibus suis*. Unde, quasi aliquis interrogaret causam, & dicat, quare cognovit eum in benedictionibus suis? Respondeat ei immediate subjungens: *Conservavis illi misericordiam suam, & invenis gratiam in oculis Domini*. De hac eadem notitia intellige tu textum allegantem ly *novit Dominus*, ex 2. Timoth. 2. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S V. 822

Urum aliqua prophetia fit a daemonibus.

III. contr. cap. cliv.

AD quintum sic proceditur. Videlur quod nulla prophetia fit a daemonibus. *Prophetia enim est divina revelatio*, ut Cassiodorus dicit (in prol. super cap. i.) Sed illud quod fit a demone, non est divinum. Ergo nulla prophetia potest esse a demone.

2. Præterea. Ad propheticam cognitionem requiritur aliqua illuminatio, ut supra dictum est (quæst. præc. art. 2.) Sed daemons non illuminant intellectum humanum, ut supra dictum est in primo (quæst. cix. art. 3.) Ergo nulla prophetia potest esse a daemonibus.

3. Præterea. Non est efficax signum quod etiam ad contraria se habet. Sed prophetia est signum confirmationis fidei: unde super illud Rom. xii. *Sive prophetiam secundum rationem fides*, dicit Glossa (ord. Ambros. in bunc loc.) *Nota*, quod in numeratione n. gratiarum a prophetia incipit, quæ est prima, ma probatio, quod fides nostra sit rationabilis: quia credentes accepto Spiritu prophetabant. “ Non ergo prophetia a daemonibus dari potest.

Sed contra est quod dicitur III. Reg. xviii. 19. *Congrega ad me universum Israël in monte Carmeli, & Prophetas Baal quadringentos quin-*

quinq[ue]milia, Prophetae lucorum quadrigenitos, qui comedunt de mensa Jezabel. Sed tales erant dæmonum cultores. Ergo videtur quod etiam a dæmonibus sit aliqua prophetia.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quest. præc. art. 1.) prophetia importat cognitionem quamdam procul existentem a cognitione humana. Manifestum est autem quod intellectus superioris ordinis aliqua cognoscere potest quæ sunt remota a cognitione intellectus inferioris. Supra intellectum autem humanum est non solum intellectus divinus, sed etiam intellectus Angelorum bonorum, & malorum secundum naturæ ordinem. Et ideo quædam cognoscunt dæmones etiam sua naturali cognitione, quæ sunt remota ab hominum cognitione, quæ possunt hominibus revelare. Simpliciter autem, & maxime remota sunt quæ solus Deus cognoscit.

Et ideo prophetia proprie & simpliciter dicta fit per solam divinam revelationem; sed ipsa revelatio facta per dæmones potest secundum quid dici prophetia. Unde illi quibus aliquid per dæmones revelatur, non dicuntur in Scripturis Prophetæ simpliciter, sed cum aliqua additione, puta *Prophetæ falsi*, vel *Prophetæ idolorum*. Unde Augustinus XII. super Genes. ad lit. (cap. xix. cir. fin.) *Cum malus spiritus arripit hominem in hec, scilicet visa, aut dæmoniacos facit, aut apprehensios, aut falsas Prophetas.*

Ad primum ergo dicendum, quod Caffiodorus ibi definit prophetiam proprie & simpliciter dictam.

Ad secundum dicendum, quod dæmones ea quæ sciunt, hominibus manifestant, non quidem per illuminationem intellectus, sed per aliquam imaginariam visionem, aut etiam sensibiliter colloquendo: & in hoc deficit hæc prophetia a vera.

Ad tertium dicendum, quod aliquibus signis etiam exterioribus discerni potest prophetia dæmonum a prophetia divina. Unde dicit Chrysostomus (alias Author) super Matth. (1) (hom. xix. in opere imperf. parum ante fin.) quod *quidam prophetant in spiritu diaboli, quales sunt divinatores; sed sic discernuntur: quoniam diabolus (*) interdum falsa*

dicit, Spiritus sanctus numquam. Unde dicitur Deuter. xviii. 21. Si tacita cogitatione responderis; Quomodo possum intelligere verbum quod Dominus non est locutus? hoc habebis signum: Quod in nomine Domini Propheta ille predixeris, & non evenieris, hoc Dominus non est locutus.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, merito fuisse a scripturis insinuatum: quod aliqua prophetia est a dæmonibus. Ut 3. Reg. 18. secundum quod extenditur *in argum. contr.* Ubi nota, quod etiam in fine corp. dictum est, quod prophetæ dæmonum non dicuntur prophetæ simpliciter, sed cum additione aliqua, scilicet prophetæ idolorum, lucorum, arreptitii, aut falsi. Adverte nihilominus; quod talis additio quandoque intelligitur ex opposito dictoruni in contextu: quamvis expresse non opponatur. Verbi gratia. Dicitur 3. Reg. 22. *Congregavit rex Israel Prophetas quadrigenitos cirester viros.* Ecce: quod additio nulla denotans, quod sint prophetæ dæmonum, exprimitur, cum tamen tales essent. Attamen ex context. sequenti eam subintelligi debere, aperitur: cum ex opposito subditur. „ „ *Dixit autem Josaphat. Non est hic prophetæ Domini quisquam, ut interrogemus per eum?* Et ait rex Israel ad Josaphat. „ „ *Remansit vir unus, per quem possumus interrogare Dominum.* Et *infra*, conjectans rex Israel, quod Michæas illudebat „ „ sibi, dixit ad eum. Iterum atque iterum „ „ adjuro te, ut non loquaris mihi; nisi quod „ „ verum est in nomine Domini. „ „ Ex his enim, tamquam ex oppositis, constat, & quod prophetæ illi quadrigeniti immediate præmissi non erant prophetæ Domini, & quod per eos non interrogabant Dominum, quicumque eos consuluerint: & quod prophetabant falsum, & quod prophetabant in nomine diaboli: ut quid enim ad Michæam dicentem consimiliter prophetis illis quadrigenitis, dixisset rex Israel: quod loqui deberet verum in nomine Domini: si rex ipse pro certo tenuisset: quod prophetæ illi sunt pro-

(1) Nempe non Chrysostomus verus, licet sic olim putaretur, sed sub illius ementito nomine author operis imperfecti sub finem homil. 19. jam notatae, ubi Deuteronomii locum hic subiunctum non habet, sed subiungit quæ in fine corporis referuntur.

tur.

(*) *Ita edit. veteres cum ms. Nicolajus: interdum verum dicit, Spiritus sanctus numquam mentitur. Edit. Paris. numquam interdum mentitur.*

prophetarent verum, & prophetarent in nomine Domini? Ecce igitur significatum esse in contextu de additione ad prophetas dæmonum illud, quod supra dicebatur. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS VI. 823

Utrum Prophetae dæmonum aliquando praedicant verum.

*Inf. quest. clxxiv. art. 5. ad 4. & III.
cons. cap. cxxxiv.*

AD sextum sic proceditur. Videtur quod Prophetæ dæmonum numquam vera prædicant. Dicit enim Ambrosius (1) (sup. illud I. Cor. xii. Nemo potest dicere verum) quod omne verum, a quocumque dicatur, a Spiritu sancto est. Sed Prophetæ dæmonum non loquuntur a Spiritu sancto; quia non est convenio Christi ad Belial, ut dicitur II. Corinth. vi. 15. Ergo videtur quod tales numquam vera prænuntiant.

2. Præterea. Sicut veri Prophetæ inspirantur a spiritu veritatis, ita Prophetæ dæmonum inspirantur a spiritu mendacii, secundum illud III. Reg. ult. 22. *Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum ejus.* Sed Prophetæ inspirati a Spiritu sancto numquam loquuntur falsum; ut supra habitum est (qu. præc. art. 6.) Ergo Prophetæ dæmonum numquam loquuntur verum.

3. Præterea. Joan. viii. 44. dicitur de diabolo, (2) quod cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur: quia diabolus est mendax & pater ejus, id est mendacii. Sed inspirando Prophetas suos, diabolus non loquitur nisi ex propriis: non enim constitutus minister Dei ad veritatem enuntiandam: quia non est *societas luci ad tenebras*, ut dicitur II. Corinth. vi. 14. Ergo Prophetæ dæmonum numquam vera prædicunt.

Sed contra est quod Numer. xxii. dicit quædam Glossa (3) (colligitur ex ord. Rabani sup. illud, *Misit ergo nuntios*) quod *Balaam divinus erat, dæmonum scilicet ministeria, & arte magica nonnumquam futura præcognoscet.* Sed ipse multa prænuntiavit vera, sicut est id quod habetur Numer. xxiv. 17. *Orietur stella ex Jacob, & consurgat virga de Israël.* Ergo etiam Prophetæ dæmonum prænuntiant vera.

Respondeo dicendum, quod sicut se habet bonum in rebus, ita verum in cognitione. Impossibile est autem inveniri aliquid in rebus quod totâkiter bono privetur. Unde etiam impossibile est esse aliquam cognitionem quæ totaliter sit falsa, absque admixtione aliquis veritatis. Unde & Beda dicit (4) quod nulla falsa est doctrina, que non aliqua vera falsis intermixeat. Unde & ipsa doctrina dæmonum, qua suos Prophetas instruunt, aliqua vera continet, per quæ receptibilis redditur.

Sic enim intellectus ad falsum deducitur per apparentiam veritatis, sicut voluntas ad malum per apparentiam bonitatis. Unde & Chrysostomus (alius Author) dicit super Matth. (hom. xix. in opere imperf. parum ante fin.) *Concessum est diabolo interdum vera dicere, ut mendacium suum rara veritate commenderet.*

Ad primum ergo dicendum, quod Prophetæ dæmonum non semper loquuntur ex dæmonum revelatione, sed interdum ex inspiratione divina; sicut manifeste legitur de Balaam, cui dicitur Dominus esse locutus Num. xxii. licet esset Propheta dæmonum quia Deus uitat etiam malis ad utilitatem bonorum. Unde & per Prophetas dæmonum aliqua vera prænuntiat: tum ut credibilius fiat veritas, quæ etiam ex adversariis testimoniūm habet: tum etiam quia cum homines talia credunt, per eorum dicta magis ad veritatem inducuntur. Unde etiam Sibyllæ

(1) Vel Ambrosii suppositio nomine insignitus Commentarius, cuius potius author existimatur Hilarius Romanus Diaconus qui Luciferianus deinde fuit, sive Luciferi Calaguritanus fautor & apostata ut jam 1. 2. quest. 109. art. 1. annotavimus ad calcem.

(2) Sicut & Augustinus in Joannem Tract. 42. commentatur, ac ex anterioribus per tacitam resumptionem subintelligi debet.

(3) Quæ in veteri manuscripta Editione nullo nomine prænotatur, sed in moderna ex Rabano, qui & lib. 3. in Numeros cap. 6. sic eam habet.

Quiddam etiam tale, licet serie non eadem, ex Origene in eum locum homilia 13. sparsim colligi potest, & fortasse Rabano inde sumpsit.

(4) Super illud nimirum Luc. 17. *Decem viri 10. profi &c.* ubi proinde leprosæ quæ varias coloris in corpore maculas habent, falsam doctrinam notat comparari: Sed id ex Augustino mutuatus est lib. 2. qu. evang. cap. 40. ex quo etiam Domin. 13. post Pentecosten iuxta Romanum usum, vel Domin. XI. post octavas Trinitatis juxta Prædictorum ritum, recitatur.

byllæ multa vera prædixerunt de Christo
(1) Sed etiam quando Prophetæ dæmonum a dæmonibus instruuntur , aliqua vera prædicunt : quandoque quidem virtute propriæ naturæ , cuius author est Spiritus sanctus ; quandoque etiam revelatione honorum spirituum , ut patet per Augustinum XII. super Gen. ad lit. (videtur colligi posse ex cap. xix. cir. fin.) Et sic etiam illud verum quod dæmones enuntiant , a Spiritu-sancto est .

Ad secundum dicendum , quod verus Propheta semper inspiratur a spiritu veritatis , in quo nihil est falsitatis , & ideo numquam dicit falsum ; Propheta autem falsitatis non semper instruitur a spiritu falsitatis , sed quandoque etiam inspiratur a spiritu verita-

tis . Ipse etiam spiritus falsitatis quandoque enuntiat vera , quandoque falsa , ut dictum est (in corp. art. & ad 1.)

Ad tertium dicendum , quod propria dæmonum dicuntur esse illa quæ habent a seipso , scilicet mendacia , & peccata ; quæ autem pertinent ad propriam naturam , non habent a seipso , sed a Deo . Per virtutem autem propriæ naturæ quandoque vera prænuntiant , ut dictum est (in corp. art. & ad 1.) Utitur etiam eis Deus ad veritatis manifestationem per ipsos siendam , dum divina mysteria eis per Angelos revelantur , ut dictum est (ibid.)

A P.

(1) Quid porro est quod hic Sybillas cum Prophetis dæmonum S. Thomas videtur accensere , cum tamen quæst. 2. hujus ipsius partis art. 7. ad 3. in illis recensere videri possit qui per Mediatoris fidem inter Gentiles & ex gentilitate sint salvati ? Hunc vero nodum sic dissolvendum putat Cajetanus , quod cum hac materia sit incerea quia est de individuis non pertinentibus ad fidem , ideo modo in banc modo in illam partem declinare permittitur . Alio tamen modo conciliari probabiliter possi insinuat Silvius in hunc locum , nempe quod quamvis multa vera de Christo prædixerint Sibylle , quedam tamen òllarum prophetissa dæmonum & cultrices fuerunt , quod attinet ad officium quod communiter exercabantur . Et in prædictam questionem 2. notat significare quidem S. Thomam eas de Christo prophetasse , sed non ex eo sequi quod putaverit ipsas fuisse fidèles : Et merito id ibi notat ubi nihil notavit Cajetanus , quia intentum S. Thomæ tantum est Sybillarum exemplo declarare quod Gentilibus quoque revelatus est Christus , & sic habere fidem ac salvare quidam ex illis potuerunt , sed non quod salvati sint illi omnes quibus est revelatus , ut ex adjunctis colligatur . Tametsi Augustinus lib. 18. de civit. Dei cap. 23. de Sibylla quam Erythream vocat & ab aliis dici Cumana addit. loquens : Ita in toto carmine suo inquit , nihil habet quod ad falsorum vel factorum deorum cultum pertinet , imo etiam contra eos & cultores eorum sic loquitur , ut in eorum numero depuranda videatur qui pertinent ad civitatem Dei : Nec sic tamen id afferere putandus est ut certum putet , cum de Sibyllis universim , lib. 13. contra Faustum cap. 15. agens expresso dicat , vera illa que de Filio Dei dixisse perhibentur , valere quidem ad Paganorum vanitatem tali testimonio revincendam sed non ad eorumdem autoritatem amplectendam ; quantumque distat de adventu Christi inter prædicationem Angelorum & confessionem dæmoniorum . tam sum inter autoritatem Prophetarum & curiositatem sacrilegorum &c. Sed non obstat quin divino instinctu prædixerint quæ de adventu Christi prædixerunt sicut & de Balaam præmissum est ; quem Ambrosius

ad Chromatium tomo I. chaldaicæ superstitionis datum , vocat ; quem in arte magica famosissimum & in carminibus noxiis præponentem serm. 130. de temp. appellat Augustinus ; quem Basilius epist. 80. dæmoniacam sibi doctrinam per augurandi curiositatem & superstitionem comparasse affirmat ; quem a fide penitus alienum fuisse Chrysostomus assertit homilia 25. in Matthæum ; & tamen revelante Dei gratia loquutus est etiam quæ nolebat , ut Ambrosius ibi addit ; factus est super eum spiritus Dei & positum est in ejus ore verbum Domini ut de Christo futura mysteria prænuntiareret , addit etiam Augustinus ; operata est in illo Dei gratia in adificationem ceterorum , ait ibidem Chrysostomus ; & os impurum accipiens virtutem Spiritus sancti loquitur oppositum illius quod vult ait Theodoretus qu. 42. in librum Numerorum : Et hæc omnia indicata videri possunt Numeri 22. ac deinceps , ubi & artilus appellatur (quamvis nec in hebreo nec apud 70.) & idolo Moabitarum sacrificasse indicatur , & nutu tamen ac instinctu divino illos benedixisse ad quos maledicendo euia Balac mercede conduxerat ; Nec refert quod ibidem appellet Deum suum qui verus Deus erat , quia neficiis ex eodem instinctu loquebatur . Sic ergo de Sibyllis non immerito dici potest quod etiæ prophetissa dæmonum essent , quedam tamen instinctu & afflato divino prophetare de Christo potuerunt ad infideles convincendos , ut in orat. contra Judæos & Paganos & Arianos Augustinus inculcat . Nec aliud vult Hieronymus lib. 1. contra Jovinianum cap. 26. cum etiam apud Ethnicos commendatam virginitatem probans , post alia exempla inculcat subiungit : Quid reforam Sibyllas Erythream atque Cumanam & octo reliquias (decem enim fuisse Varro pustat) quarum infigne virginitas est , virginitatis premium divinatio ! Quod se colici genere sermonis & Balaam appellatur Sibylla (idest consilium Dei) recte consilium Dei sola dicitur nosse virginitas : Alludit autem ad Æolicam dialectum quæ nō idest Deum pro eis vocat , & Balaam consilium pro Balaam unde & Balaam vel & Balaam pro eis Balaam seu consilium Dei &c.

APPENDIX.

Ex art. habes primo : quomodo per ratio-
nem ostendas , merito a scripturis fuisse
insinuatum , quod prophetæ dœmonum ali-
quando vera prædicunt . Ut Num. 24. secun-
dum quod extenditur cum glossa de Balaam
in argum. contra. Pro quo nota , quod in lit-
tera Numer. 22. & Josue. 13. dicitur , quod
Balaam erat ariolus ; & de divinatione vide
q. 95. &c. Insinuatur item illud per hoc ,
quod de propheta idolorum legitur , quod pro-
phetam Domini a Leone occidendum vere præ-
dixit : ut postmodum rei probavit eventus .
Item per hoc , quod dicitur . 2. Cor. 11.
ipse Satanus transfiguratus se in Angelum lucis.
Non est ergo magnum , si ministri ejus transfig-
urentur , velut ministri justitiae . Ex his e-
nam Apostoli verbis adaptatis præsenti propo-
sito patet , quod & Satanus , & Satani prophetæ , quandoque tali transfiguratione in bo-
nos vertuntur , ut prædicant vera . Ceterum
non semper vera . Nam , licet Satanus trans-
figuret se in Angelum lucis : tamen , secundum
glossam , perseverare non potest . Quod utique & de ministris ejus sentiendum est .
Secundo vides : quomodo &c.

QUESTIO CLXXIII.

De modo prophetica cognitionis ,

In quatuor articulos divisæ .

Deinde considerandum est de modo pro-
phetica cognitionis : & circa hoc quæ-
rantur quatuor .

Primo , utrum Prophetæ videant ipsam Dei
essentiam .

Secundo , utrum revelatio prophetica fiat
per influentiam aliquarum specierum , vel per
solam influentiam luminis .

Tertio , utrum prophetica revelatio semper
sit cum alienatione a sensibus .

Quarto , utrum prophetia semper sit cum
cognitione eorum quæ prophetantur .

ARTICULUS I. 824

Utrum Prophetæ videant ipsam Dei essentiam .

*Sup. quest. clxxi. art. 2. cor. & art. 4. co.
& ad 8. & ver. qu. xii. art. 6. & Ps. l.*

Ad primum sic proceditur . Videtur quod
Prophetæ ipsam Dei essentiam videant .
Summ. S.Th.Tom.IX.

Quia super Is. xxxviii. Dispone domui tuo
&c. dicit Glossa (ordin.) „ Prophetæ in
„ ipso libro præscientiæ Dei , in quo omnia
„ scripta sunt , legere possunt . „ Sed præsci-
entia Dei est ipsa ejus essentia . Ergo Pro-
phetæ vident ipsam Dei essentiam .

2. Præterea . Augustinus dicit in IX. de
Trinit. (cap. vii. in princ.) quod in illa
eterna veritate , ex qua temporalia facta sunt
omnia , formam secundum quam sumus , &
secundum quam operamur , visu mentis aspicimus .
Sed Prophetæ inter omnes homines altissimam
habent divinorum cognitionem . Ergo ipse
maxime divinam essentianam vident .

3. Præterea . Futura contingentia præco-
gnoscuntur a Prophetis secundum immobilem
veritatem . Sic autem non sunt nisi in ipso
Deo . Ergo Prophetæ ipsum Deum vident .

Sed contra est quod visio divinæ essentiae
non evacuat in patria . Prophetia autem
evacuat , ut habetur I. ad Cor. xiii . Ergo
prophetia non fit per visionem divinæ essentiae .

Respondeo dicendum , quod prophetia im-
portat cognitionem divinam ut procul exis-
tentem . Unde & de Prophetis dicitur Hebr.
xi. quod erant a longe aspiciens . Illi autem
qui sunt in patria , in statu beatitudinis exi-
stentes , non vident ut a remotis , sed magis
quasi ex propinquo , secundum illud Pfal-
cxxix. 14. *Habuit ab uno recti cum vultu tuo .*
Unde manifestum est quod cognitio propheti-
ca alia est a cognitione perfecta , quæ erit
in patria : unde & distinguitur ab ea sicut
imperfectum a perfecto , & ea adveniente eva-
cuatur , ut patet per Apostolum I. ad Cor.
xiii .

Fuerunt autem quidam qui cognitionem
propheticam a cognitione beatorum distingue-
re volentes , dixerunt quod Prophetæ vident
ipsam divinam essentiam , quam vocant *specu-
lum Trinitatis* , non tamen secundum quod
est objectum beatorum , sed secundum quod
sunt in ea rationes futurorum eventuum :
quod quidem est omnino impossibile . Deus
enim est objectum beatitudinis secundum i-
psam sui essentiam , secundum illud quod Au-
gustinus dicit in V. Confess . (cap. iv. cir.
princ.) *Beatus est qui te scis , etiam si illa ,*
idest creaturas , *neficiat .* Non est autem possi-
bile quod aliquis videat tationes creaturarum
in ipsa divina essentia , ita quod eam non
videat : tum quia ipsa divina essentia est ra-
tio omnia eorum quæ sunt ; ratio autem
ideal is non addit supra divinam essentiam nisi
respectum ad creaturam : tum etiam quia prius
est cognoscere aliquid in se , quod est cogno-
scere

scere Deum, ut est objectum beatitudinis, quam cognoscere illud per comparationem ad alterum, quod est cognoscere Deum secundum rationes rerum in ipso existentes. Et ideo non potest esse quod Prophetæ videant Deum secundum rationes creaturarum, & non prout est objectum beatitudinis. Et ideo dicendum est, quod visio prophetica non est visio ipsius divinæ essentiaz, neque in ipsa divina essentia vident ea quæ vident, sed in quibusdam similitudinibus, secundum illustrationem divini luminis.

* Unde Dionysius dicit in iv. cap. cœl. Hierar. (cir. med.) de visionibus propheticis loquens, quod sapiens Theologus visionem illam dicit esse divinam, que sit per similitudinem rerum forma corporali carentium ex reductione videntium in divina. Et hujusmodi similitudines divino lumine illustratae magis habent rationem speculi quam Dei essentia: nam in speculo resultant species ab aliis rebus; quod non potest dici de Deo. Sed hujusmodi illustratio mentis prophetica potest dici speculum, in quantum resultant ibi similitudo veritatis divinæ præscientiaz, & proper hoc dicitur *speculum aeternitatis*, quasi representans Dei præscientiam, qui in sua aeternitate omnia præsentialiter videt, ut dictum est (quest. clxxi. art. 6. ad 3.)

Ad primum ergo dicendum, quod Prophetæ dicuntur inspicere in libro præscientiaz Dei, in quantum ex ipsa præscientia Dei resultat veritas in mentem Prophetæ.

Ad secundum dicendum, quod in prima veritate dicitur homo videre propriam formam, qua existit, in quantum primæ veritatis similitudo resulget in mente humana, ex qua anima habet quod seipsum cognoscet.

Ad tertium dicendum, quod ex hoc ipso quod in Deo fatura contingentia sunt secundum immobilem veritatem, potest imprimere menti Prophetæ similem cognitionem, absque eo quod Prophetæ Deum per essentiam videant.

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a scripturis, Dionysio, & Aug. insinuatum fuisse, quod prophetæ non vident ipsam divinam essentiam. A scripturis quidem, ut prim. Cor. 13. secundum quod extenditur cum discursu in arg. can. Et Exod. 32. Non videbit me homo, & vivet. Ac si juncta glossa ibi dicatur. Quamdiu hic mortaliter vivitur, videri

per quasdam imagines Deus potest, sed per ipsam naturæ suæ speciem non potest. A B. Dionysio autem, qui dicit 4. ca. cœlestibierar. In scripturis dicitur aliquis Deum vidisse. Hoc familiare est in libris prophetarum, in quantum formatæ sunt aliquæ figuræ, vel sensibiles, vel imaginariae, secundum aliquam similitudinem aliqued divinum repræsentantes. A D. Aug. autem in 12. super Gen. ad litteram, & in libro de videndo Deum; quod nullum vidisse Dei essentiam neque ex prophetis, neque ex hujusmodi, concedit; nisi Moysem, qui fuit magister Judæorum, & Paulum Apostolum, qui fuit magister gentium. Vide 1. q. 12. a. II. Elucid. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 825

Utrum in prophetica revelatione imprimantur divinitus menti Prophetæ novæ rerum species, vel solum novum lumen.

III. cons. cap. cliv. &c. ver. quest.
xii. ap. 7.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod in prophetica revelatione non imprimantur divinitus menti Prophetæ novæ rerum species, sed solum novum lumen. Quia, sicut dicit Glossa Hieronymi (ord. in princ. comment.) Amos 1. *Prophetæ extinxunt similitudinibus rerum in quibus conversati sunt*. Sed si visio prophetica fieret per alias species de novo impressas, nihil operaretur ibi præcedens conversatio. Ergo non imprimuntur aliquæ species de novo in anima Prophetæ, sed solum propheticum lumen.

2. Præterea. Sicut Augustinus dicit XII. super Gen. ad lit. (cap. ix.) *visio imaginaria non facit Prophetam, sed solum visio intellectualis*. Unde etiam Danielis x. i. dicitur, quod *intelligentia opus est in visione*. Sed visio intellectualis, sicut in eodem Lib. (cap. v. in fin.) dicitur, non fit per alias similitudines, sed per ipsam rerum veritatem. Ergo videtur quod prophetica revelatio non fit per impressionem aliquarum specierum.

3. Præterea. Per donum prophetæ Spiritus sanctus exhibet homini id quod est supra facultatem naturæ humanae. Sed formare qualcumque rerum species potest homo ex facultate

tate naturali Ergo videtur quod in prophetica revelatione non infundatur aliqua rerum species, sed solum intelligibile lumen.

Sed contra est quod dicitur Osee xii. 10. *Ego visiones multiplicavi (*) eis, & in membris Prophetarum assimilatus sum.* Sed multiplicatio visionum non fit secundum lumen intelligibile, quod est commune in omni profetica visione, sed solum secundum diversitatem specierum, secundum quas etiam est assimilatio. Ergo videtur quod in prophetica revelatione imprimantur novæ species rerum, & non solum intelligibile lumen.

Respondeo dicendum, quod, sicut Augustinus dicit XII. super Gen. ad lit. (cap. ix. circa princ.) *cognitione prophetica maxime ad mentem pertinet*. Circa cognitionem autem humanæ mentis duo oportet considerare, scilicet *acceptio*ne, sive *repræsentatio*nem rerum, & *judicium* de rebus *repræsentatis*. Quando autem *repræsentantur* menti humanæ res aliquæ secundum aliquas species, & secundum naturæ ordinem, primo oportet quod species *repræsententur* sensui, secundo *imaginationi*, tertio intellectui possibili, qui immuratur a speciebus phantasmatum secundum illustrationem intellectus agentis. In *imaginatione* autem non solum sunt forma rerum sensibilium, secundum quod accipiuntur a sensu, sed transmutantur diversimode, vel propter aliquam transmutationem corporalem (sicut accidit in dormientibus, & furiosis) vel etiam secundum imperium rationis disponuntur phantasma in ordine ad id quod est intelligendum. Sicut enim ex diversa ordinatione earumdem litterarum accipiuntur diversi intellectus; ita etiam secundum diversam dispositionem phantasmatum resultant in intellectu diversæ species intelligibiles. *Judicium* autem humanæ mentis fit secundum vim intellectualis luminis.

Per donum antem prophetia confertur aliquid humanæ menti supra id quod pertinet ad naturalem facultatem quantum ad utrumque, scilicet & quantum ad *judicium* per influxum luminis intellectualis, & quantum ad

*acceptio*ne, seu *repræsentatio*nem rerum, quæ fit per alias species. Et quantum ad hoc secundum potest assimilari doctrina humana revelationi prophetice, non autem quantum ad primum. Homo enim suo discipulo *repræsentat* alias res per signa locutionum; nos autem potest interius illuminare, sicut facit Deus.

Horum autem duorum principalius est primum in *prophetia*: quia *judicium* est completivum cognitionis. Et ideo si cui fiat divinitus *repræsentatio* aliquarum rerum per similitudines imaginarias (ut Pharaoni, & Nabuchodonosor) aut etiam per similitudines corporales (ut Balthassar) non est talis ceſendus Propheta, nisi illuminetur ejus mens ad *judicandum*; sed talis apparatio est quiddam imperfectum in genere prophetie. Unde a quibusdam vocatur extasis prophetie, (1) sicut & *divinatio somniorum*. Erit autem Propheta, si solummodo intellectus ejus illuminetur ad *judicandum* etiam ea quæ ab aliis imaginarie visa sunt, ut patet de Joseph, qui exposuit somnium Pharaonis. Sed, sicut Augustinas dicit XII. super Gen. ad lit. (cap. ix. in med.) *maxime Propheta est qui seruoque præcellit, ut scilicet videat in spiritu corporatum rerum significativas similitudines, & eas vivacitate mensis intelligat*.

Repræsentantur autem divinitus menti Prophetæ, quandoque quidem mediante sensu exteriori quædam formæ sensibiles; sicut Daniel videt scripturam parietis, ut legitur Daniel. v. quandoque autem per formas imaginarias; sive omnino divinitus impressas, non per sensum acceptas (puta si aliqui cœco nato imprimerebantur in *imaginatione* colorum similitudines) vel etiam divinitus ordinatas ex his quæ a sensibus sunt acceptæ; sicut Hieremias *vidit ollam succensam a facie Aquilonis*, ut habetur Hierem. i. sive etiam imprimendo species intelligibiles ipsi menti; sicut patet de his qui accipiunt scientiam, vel sapientiam insulam, sicut Salomon, & Apostoli. Lumen autem intelligibile quandoque quidem imprimitur mente

Y 2

hu-

(*) In Vulgata deest eis.

(1) Ut in gothicis & plerisque impressis passim, Dracnenibus, Antuerpienibus, & Parisiensibus, ac in ipso Medicæo Exemplari habetur non ut in Manuscripto & in Editione Colonensi *casus prophetie*; quamvis aliqua supradicta Exemplaria, gothica vel impressa, reponunt ad marginem, alias *casus*: An

extasis utique prophetie quasi excessus quidam vel abreptio mentis extra seipsum quiddam habens aliquo modo afflatui vel instinctu prophetico simile, licet usque ad prophetie perfectionem non pertinens? An *casus prophetie*, quasi a vera prophetie conditione ac a proprio ejus officio excidens? &c.

humanae divinitus ad dijudicandum ea quae ab aliis visa sunt ; sicut dictum est (hic sup.) de Joseph , & sicut patet de Apostolis , quibus Dominus aperuit sensum , ut intellegent Scripturas , ut dicitur Lucas xxiv. 45. & ad hoc pertinet interpretatio sermonum , sive etiam ad dijudicandum secundum divinam veritatem ea quae cursu naturali homo apprehendit ; sive etiam ad dijudicandum veraciter , & efficaciter ea quae agenda sunt , secundum illud Isaiae lxi. 14. *Spiritus Domini ductor (1) ejus fuit* . Sic igitur patet quod prophetica revelatio quandoque quidem fit per solam luminis influentiam , quandoque autem per species de novo impressas , vel aliter ordinatas .

Ad primum ergo dicendum , quod , sicut dictum est (in corp. art.) quandoque in prophetica revelatione divinitus ordinantur species imaginariae praecceptae a sensu , secundum congruentiam ad veritatem revealandam ; & tunc conversatio praecedens aliquid operatur ad ipsas similitudines , non autem quando totaliter ab extrinseco imprimuntur .

Ad secundum dicendum , quod visio intellectualis non fit secundum alias similitudines corporales , & individuales ; fit tamen secundum aliquam similitudinem intelligibilem . Unde Augustinus dicit IX. de Trin. (cap. xi. in princ.) quod *babet animus nonnullam speciei nota similitudinem* : quae quidem similitudo intelligibilis in revelatione prophetica quandoque immediate a Deo imprimitur ; quandoque a formis imaginatis resultat secundum adjutorium prophetici luminis : quia ex eisdem formis imaginatis subtilior conspicitur veritas secundum illuminationem alteroris luminis .

Ad tertium dicendum , quod quascumque formas imaginatas naturali virtute homo po-

test formare , absolute hujusmodi formas considerando ; non tamen ut sint ordinatae ad representandas intelligibiles veritates , quae hominis intellectum excedunt ; sed ad hoc necessarium est auxilium supernaturalis luminis .

A P P E N D I X .

Ex art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum a scripturis ; quod novae species rerum mentibus prophetarum divinitus imprimuntur , & non solum novum lumen . Ut Osee 12. secundum quod extenditur cum discursu in argumento . Et inductive ex modo loquendi prophetarum idipsum insinuatur : ut Ezech. 1. de visione venti turbinis , &c. quatuor animalium , &c. Rosarum , &c. firmamenti cum boamine desuper sedente , &c. Item fere per totum . Et , quod de Ezechiele quoad hoc dico , tu etiam de aliis dicio plus , & minus , secundum quod has , vel illas , tales , vel tales , ut in conclusione , Deo placuit imprimere eis species prophetales . Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 826

Utrum visio prophetica semper fiat cum abstractione a sensibus .

Ver. quest. XII. art. 9.

Ad tertium sic proceditur . Videtur quod visio prophetica semper fiat cum abstractione a sensibus . Dicitur enim Num. xii. 6. *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini , in visione apparebo ei , vel per somnum loquar ad illum* . Sed , sicut Glossa (1) dicit in

(1) Nimirum hebraici populi , ut adjuncta ostendunt , ubi vers. 11. dicitur ac deinceps quod recordatus est Deus Moysi & populi sui , quod eduxit eos de mari ; quod scidit aquas ante eos ; quod eos per abyssos eduxit quasi equum in deserto non impingensem ; & quod quasi animal in campo descendens spiritus Domini ductor ejus fuit : Sit Hieronymus quoque in eum locum , *Ductor illius fuit* , inquit , *ideo gregis Domini* : Spiritum autem hic Angelum debemus accipere qui ductor fuit populi Israel : Sicut & significant 70. cum sic ajunt : *Defendit Spiritus a Domino , & dux eorum fuit* : Sed non refert cum id in persona Domini praestitisse intelligatur : Unde non isamerito S. Thomas de Deo intellexit &

latori significazione ad eos omnes accommodavit , quos ad restitudinem actionum dijudicandam afflat spiritus Dei .

(1) Nihil tale moderna vel impressa , sed vetus manuscripta inversis verbis quod propheta inter alios modos fit per ea quae videntur dici vel fieri , idest per somnia vel visiones : Nec ex Cassiodoro quod haec partem defumpta est , cum nec aliquid ejusmodi expresse dicat , quamvis inter varios prophetas modos assignet unum per visiones (ut Isaiae Ezechieli , & ceteris Sanctis) alium per somnia (ut Salomonis & Danieli) sicut & adactandum gerret , quest. 174.

in principio Psalterii, *visio que est per somnia, & visiones, est per ea quæ videntur dici, vel fieri*: cum autem aliqua videntur dici, vel fieri, quæ non dicuntur, vel fiunt, est alienatio a sensibus. Ergo prophetia semper fit cum alienatione a sensibus.

2. Præterea. Quando una virtus multum intenditur in operatione sua, alia potentia abstrahitur a suo actu; sicut illi qui vehementer intendunt ad aliquid audiendum, non percipiunt visu ea quæ coram ipsis sunt. Sed in visione prophetica est maxime intellectus elevatus, & intenditur in suo actu. Ergo videtur quod semper fiat cum abstractione a sensibus.

3. Præterea. Impossibile est idem simul ad oppositas partes converti. Sed in visione prophetica mens convertitur ad accipendum a superiori. Ergo non potest simul converti ad sensibilia. Necessarium ergo videtur quod revelatio prophetica semper fiat cum abstractione a sensibus.

4. Sed contra est quod dicitur I. ad Cor. xiv. 32. *Spiritus Prophetarum Prophetis subjiciuntur.* (1) Sed hoc esse non posset, si Prophetæ non esset sui compos, a sensibus alienatus existens. Ergo videtur quod prophetica visio non fiat cum alienatione a sensibus.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc.) prophetica revelatio fit secundum quatuor, scilicet secundum influxum intelligibilis luminis, secundum immisionem intelligibilium specierum, secundum impressionem, vel ordinatem imaginabilium formarum, & secundum expressionem formarum sensibilium. Manifestum est autem quod non fit abstractio a sensibus, quando aliquid representatur menti Prophetæ per species sensibiles, sive ad hoc specialiter formatas divinitus, sicut rubus ostensus Moysi (Exod.

111.) & scriptura ostensa Danieli (Dan. v.) sive etiam per alias causas productas; ita tamen quod secundum divinam providentiam ad aliquid prophetice significandum ordinetur, sicut per arcum Noe significabatur Ecclesia.

Similiter etiam non est necesse ut fiat alienatio a sensibus exterioribus per hoc quod mens Prophetæ illustratur intelligibili lumine, aut formatur in intelligibilibus speciebus: quia in nobis perfectum judicium intellectus habetur per conversionem ad sensibilia, quæ sunt prima nostræ cognitionis principia, (2) ut in I. habitum est (qu. lxxxv. art. 7.)

Sed quando fit revelatio prophetica secundum formas imaginarias; necesse est fieri abstractionem a sensibus, ut talis apparitio phantasmatum non referatur ad ea quæ exterius sentiuntur.

Sed abstractio a sensibus quandoque fit perfecte, ut scilicet nihil homo sensibus percipiat; quandoque autem imperfecte, ut scilicet aliquid percipiat sensibus, non tamen plene discernat ea quæ exterius percipit, ab his quæ imaginabiliter videt. Unde Augustinus dicit XII. super Gen. ad litter. (cap. xii. ante med.) *Sic videntur, que in spiritu fiunt, imagines corporum, quemadmodum corpore ipsa per corpus; ita ut simul cernatur homo aliquis praesens oculis, & absens aliis spiritu, tamquam oculis.*

Talis tamen alienatio a sensibus non fit in Prophetis cum aliqua inordinatione naturæ (sicut in arreptitiis, vel in furiosis) sed per aliquam causam ordinatam. vel naturalem, sicut per somnum, vel spiritualem sicut per contemplationis vehementiam, sicut de Petro legitur Act. x. quod cum oraret in cœnaculo factus est in excessu mentis; (3) vel virtute divina rapiente, secundum illud Ezech.

(1) Eo tamen communis sensu dictum quo prophetæ dicuntur qui Scripturas vel revelationes divinas cum aliis tum sibi ipsis factas exponunt, ut adjungenda indicant ibi, & ipse S. Thomas in eum locum insinuat: *Ubi & addit non secundum cognitionem intelligendum esse quod Prophetis spiritus Prophetarum subiiciatur, quasi possint cum volunt cognoscere quæ ad prophetiam pertinent, cum non semper spiritus prophetis addit, ut Gregorius dicit lib. 2. Moral. cap. 28. sive 41. sed quantum ad pronuntiationem: quia quæ revealantur eis possunt pronuntiare quando volunt, & quando volunt, reticere.*

(2) Tamquam illa ex quibus cognitione initiatur & oritur ut ex termino a quo, non eo sensu quo

principia scientiae dicuntur quorum certitudini tota scientia firmata innititur.

(3) Sive paulo aliter vers. 9. quod in superiora Petrus ascendit us orares circa horam sextam; & cum esurire, voluit gustare; paransibus ausem illis cecidit super eum montis excessus, &c. Inde putatum forte quod oraverit in cœnaculo. Annon magis convenit ut per superiora intelligatur solarium, idest summa pars domus in quam, ut attentius orare possit, ascenderit, nec in eadem parte cibus ei fuerit preparatus: Hinc etiæ dūca græce, quod Cyprianus de oratione dominica sub finem vertit in secundum superioris: *Est enim dūca teclum nos cœnaculum &c.*

Ezech. 1. 3. *Facta est super eum manus Domini.*

Ad primum ergo dicendum, quod auctoritas illa loquitur de Prophetis quibus imprimebantur, vel ordinabantur imaginaris formæ, vel in dormiendo, quod significatur per somnium, vel in vigilando, quod significatur per visionem.

Ad secundum dicendum, quod quando mens intenditur in suo actu circa absentia quæ sunt a sensibus remota, tunc propter vehementiam intentionis sequitur alienatio a sensibus; sed quando mens intenditur in suo actu circa dispositionem, vel judicium sensibilium, non oportet quod a sensibus abstractior.

Ad tertium dicendum, quod motus mentis prophetice non est secundum virtutem propriam, sed secundum virtutem superioris influxus. Et ideo quando ex superiori influxu mens Prophetarum inclinatur ad judicandum, vel disponendum aliquid circa sensibilia, non fit alienatio a sensibus, sed solum quando elevatur mens ad contemplandum aliqua sublimiora.

Ad quartum dicendum, quod spiritus Prophetarum dicuntur esse subjecti Prophetis quantum ad propheticam enuntiationem, de qua ibi Apostolus loquitur, quia scilicet ex

proprio sensu loquuntur ea quæ viderunt, non mente perturbata, sicut arreptitii (ut dixerant Priscilla, & Montanus;) (1) sed in ipsa prophetica revelatione potius ipsi subjiciuntur spiritui prophetæ, idest dono prophetico.

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, & in recto sensu intelligas merito insinuatum a scripturis; quod prophetica visio non semper sit cum abstractione a sensibus. Ut patet de Daniele, qui propheticō lumine adjutus, scripturam in pariete vidit, & legit; *Dan. c. 5.* Item per hoc, quod dicitur 2. Reg. 23., *Dixit vir cui constitutum est de Christo Dei Jacob, egregius psaltes Israel, Ec. & Psal. 56. Exurge psalterium, & cythara, & Psal. Psallam in gloria mea; exurge psalterium, & cythara, exurgam diluculo.*, Per hæc enim denotatur, secundum Doctores, quod propheticas visiones siebant ipsi David, dum psalterium manu tenendo devotione speciali pulsaret. Constat autem, quod instrumentum musicale, quale est psalterium, non potest pulsari ab eo, qui est abstractus a sensibus. Secundo vides: quomodo &c.

AR-

(1) Nam de Montano quidem Hieronymus in proprio Isaiae post inculcatas Prophetarum veterum visiones, concludit: *Ex quo Montani dedelirantes contineant qui in extasi cordis amnesia Prophetas putat ventura dixisse: Neque enim videverant quod ignorabant (sicut ipsi tentant se vidisse tum Isaiae 1. tum alibi) Ut & ad Ephes. 1. Aut dicendum est juxta Monazanum Prophetas in extasi loquentes nesciisse quæ dixerint: Aut si hoc impium est (spiritus quippe Prophetarum Prophetis subjectus est) intellexerunt utique quæ loquunt sunt. Idem porro est de Priscilla (seu Prisca sicut ab Augustino & Hieronymo appellatur) quam una fuit ex duabus Montani prophetissis, & sic eamdem de Prophetis ac ita blasphemiam (sicut & Maximilla consors illius) effutivit. De illis porro diabolicis prophetissis ac de illarum duce vere dici potuit quod veluti arreptiti perturbata & furiosa mente loquerentur:) Nam Priscillam demoniaco spirito inspiravam ad veritatis fidem vascinacione mendaci cum adiutorice Maximilla consorte sua subvertendam scribit Ezechiel. 13. Hieronymus: Et Isaiae 28. Hereticorum Propheta, inquit, excederunt mente propter fieram (id est sapientiam secularis) & abforpi sunt propter vinum (id est perversam Scripturarum interpretationem & intelligentiam) quales fuerunt Prisca & Maximilla, earumque Princeps Montanus qui quid dicentes nesciebant. Nec in hoc tantum vel Montanus vel ejus prophetissæ arreptitæ delira-*

runt: Ut enim Augustinus lib. de heresisibus heret. 25. de illis refert. *Cataphrygum dusores fuerunt Montanus tamquam Paracletus & duo prophetissæ illius Prisca & Maximilla; quibus nomen Provincia Phrygia dedit; quia ibi existerunt: Adventum Spiritus sancti a Domino promissum, in se positus quam in Apostolis ejus fuisse redditum afferunt: Secundas nupellas pro fornicationibus habent, & ideo dicunt eas permisissæ Apostolum Paulum, quia ex parte scierat & ex parte prophetabat, nondum enim veneras quod perfectum est, & hoc perfectum in Montanum ac ejus prophetissas venisse delirant: Sacramenta dicuntur babere funesta: Nam de infantis annulci sanguine quem de toto corpore minus punctisnum vulneribus extorquent, quasi eucharistiam suam conficerent perhibentur, miscentes eum farina panemque inde facientes, qui puer si mortuus fuerit, habent apud eos pro martyre, si autem vivens, pro magno Sacerdote. Inde Pepuziani orti tantam dances multitudinibus principatarum ut & sacerdotio apud eos honoretur, dicunt enim Quintille in civitate Pepuze Christianum in specie feminæ revelatum, sicut immediate ibi subiungit Augustinus. An ex conformitate illa forte Montanistarum seu Cataphrygum & Pepuzianorum factum est ut Priscilla pro Prisca inter prophetissas Montani poneretur? quia e Pepuzianorum prophetissas qui ex eadem origine orti sunt, fuit, & sic Priscillam S. Thomas vocavit &c.*

ARTICULUS IV. 827

*Urum Prophetæ semper cognoscant ea
que prophetant.*

Hier. xi. lct. 7.

AQ quantum sic proceditur. Videtur quod Prophetæ semper cognoscant ea que prophetant. Quia, ut Augustinus dicit XII. super Genes. ad lit. (cap. ix. in princ.) *quibus signa per aliquas serum corporalium similitudines demonstrabantur in spiritu, nisi accessisset mentis officium, ut etiam intelligerentur, nondum erat propheta. Sed ea quæ intelliguntur, non possunt esse incognita. Ergo Prophetæ non ignorat ea quæ prophetat.*

2. Præterea. Majus est lumen prophetice quam lumen naturalis rationis. Sed quicunque lumine naturali habet scientiam, non ignorat ea quæ scit. Ergo quicunque lumine prophetico aliqua enuntiat, non potest ea ignorare.

3. Præterea. Prophetia ordinatur ad hominum illuminationem: unde dicitur II. Pet. 1. 19. *Habemus propheticum sermonem, cui bene facitis attentes, quasi lucerne lumen in caliginoso loco.* Sed nihil potest alios illuminare, nisi in se sit illuminatum. Ergo videtur quod Prophetæ prius illuminetur ad cognoscendum ea quæ aliis enuntiat.

Sed contra est quod dicitur Joan. xi. 51. *Hoc autem a semetipso (Caiphas) non dixit; sed cum esset Pontifex anni illius, prophetavit, quod Jesus moriturus erat pro gente Grc. Sed hoc Caiphas non cognovit. Ergo non omnis qui prophetat, cognoscit ea quæ prophetat.*

Respondeo dicendum, quod in revelatione prophetica movetur mens Prophetæ a Spiritu sancto, sicut instrumentum deficiens respectu principalis agentis. Movetur autem mens Prophetæ non solum ad aliquid apprehendendum, sed etiam ad aliquid loquendum, vel ad aliquid faciendum; & quandoque quidem ad omnia tria simul, quandoque autem ad duo horum, quandoque vero ad unum tantum. Et quodlibet horum contingit esse cum aliquo cognitionis defectu. Nam cum mens Prophetæ moveretur ad aliquid estimandum, vel apprehendendum, quandoque quidem inducitur ad hoc quod solum apprehendat rem illam, quandoque autem ulterius ad hoc quod cognoscatur hæc sibi esse divinitus redata.

Similiter etiam quandoque movetur mens, Prophetæ ad aliquid loquendum, ita quod intelligatur id quod per hæc verba Spiritus sanctus intendit, sicut David, qui dicebat II. Regum XXXIV. 2. *Spiritus Domini locutus est per me.* Quandoque autem ille cuius mens movetur ad aliqua verba exprimenda, non intelligit quid Spiritus sanctus per hæc verba intendat, sicut patet de Caipha Joan. x.

Similiter etiam cum Spiritus sanctus moveat mentem alicujus ad aliquid faciendum, quandoque quidem intelligit quid hoc significet, sicut patet de Hieremia, qui abscondit lumbare in Euphrate, ut habetur Hierem. XIII. quandoque vero non intelligit; sicut milites dividentes vestimenta Christi, non intelligebant quid hoc significaret. Cum ergo aliquis cognoscit se moveri a Spiritu sancto ad aliquid estimandum, vel significandum verbo, vel facto, hoc proprie ad prophetiam pertinet: cum autem movetur, sed non cognoscit, non est perfecta prophetia, sed quidam instinctus propheticus.

Sciendum tamen, quod quia mens Prophetæ est instrumentum deficiens, ut dictum est (in cor. art.) etiam veri Prophetæ non omnia cognoscunt quæ in eorum visis, aut verbis, aut etiam factis Spiritus sanctus intendit.

Et per hoc patet responsio ad objecta. Nam primæ rationes loquuntur de veris Prophetis, quorum mens divinitus illustratur perfecte.

APPENDIX.

EX art. habes primo: quomodo per rationem interimas hæretum Montani dicentis, Prophetas fuisse arreptitos, non intelligentes ea, de quibus loquebantur. De Prophetis autem veris loquitur Montanus; quia simpliciter, idest nullo addito, dictum debet secundum Philosophum intelligi simpliciter, idest non cum diminutiva limitatione, sed in suo potiori significatu. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, prædictam hæresim damnari a Daniele 10. „Revelatio, tuum est Danieli cognomento Balthassar verbum verum, intellexitque sermonem. Intelligentia enim opus est in visione. „Ubi & de seipso testatur, quod intellexit revelatum sibi verbum: & postea universaliter de omni revelatione proprie prophetica subdit, quod opus est intelligentia in visione. Quinimo (quod magis aperte confirmat propositum) per istam propositionem univers-

versalem subjunctionem probat, quod ipsam, si futurus erat Propheta, debuit, sicut & factum est, intelligere sermonem illum sibi revelatum. Nam cum causaliter, seu rationali conjunctione subjunxit dicens: *Intelligentia enim opus est in visione.* Ac si manifeste dicat, & universaliter: Ego non esse Propheta, nisi intellexisse revelationem mihi factam: quia & necessarium, seu opus est, quod nullus sit verus Propheta, nisi habeat intelligentiam in visione, id est nisi intelligat visiones sibi divinitus revelatas. Id, quod est habere notitiam eorum, quae sibi ostenduntur; eorum, quae loquuntur, eorum, quae faciunt (secundum quod moveret mens Prophetarum ad aliquid, vel aliqua istorum trium: juxta *primum conclusionem*) quid videlicet illa velint dicere, seu significare. Ex quo sequitur aperte: quod non omnis prophetans est verus Propheta, id est, quod in plus, seu universalius est prophetare, quam esse Prophetam: quoniam potest sine intelligentia quis prophetare (ut de Caipha patet in *arg. con.*) & tamen non potest sine intelligentia esse propheta; vide etiam *conclusionem secundam*. Item illam hæresim per rationem ostendas merito damnari a scripturis communiter per hoc, quod, quando introducunt prophetias aliquorum (tamquam pro exemplo omnium) utantur nomine *visionis*. Puta, *Visio Isaiae filii Amos.* Isa. 1. item Ezecl. 1. *Visiones Dei vidi.* Item Na. 1. *Liber visionis Nahum.* Ubi subintellegitur semper *ly cum intelligentia*, ex Daniele supra citato. Ut dicatur. *Visio*, cum intelligentia, Isaiae. *Visiones Dei*, cum intelligentia, vidi. *Liber visionis*, cum intelligentia, Nahum. Nam illud, quod ibi dicitur, ponitur tamquam glossa omnium prophetalium visionum & hoc duplice ratione: *cum* sc. quia universaliter loquitur (ut ostensum fuit) *cum*, quia dictum de uno Propheta, ut propheta est, intelligi debet esse dictum de Prophetis omnibus. Nam (secundum totam philosophiam) de similibus universis in eo, quo similia sunt, idem est judicium. Item hæresis illa, pro quanto dicit *ly arreptios*, damnatur a *Luc.* 1. 2. *Pet.* 1. & quotiescumque Prophetas a Deo inspiratos dicunt scripturæ. Nam, *quesumque a Deo sunt*, & sunt, *ordinata sunt*, & ordinata sunt, *Rom.* 13. Vide q. 171. art. 3. *appen.* & præsentis quest. art. 3. Tertio vides: quomodo &c.

Q U E S T I O CLXXXIV.

*De divisione Prophetie,**In sex articulos divisa.*

DEINDE considerandum est de divisione prophetie: & circa hoc queruntur sex. Primo de divisione prophetie in suas species.

Secundo, utrum sit altior prophetia quae est sine imaginaria visione.

Tertio de diversitate graduum prophetie.

Quarto, utrum Moyles fuerit excellentissimus Prophetarum.

Quinto, utrum aliquis comprehensor possit esse Propheta.

Sexto, utrum prophetia creverit per temporis processum.

A R T I C U L U S I. 828

Utrum convenienter dividatur prophetia in prophetiam prædestinationis Dei, præscientia, & comminationis.

Ver. quest. XII. art. 10. & Matth. 1. prope fin.

AD primum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter dividatur prophetia in Glossa (ord. sup. illud, *Ut adimpleretur quod &c.*) super Matth. 1. *Ecce virgo in uero habebit*: ubi dicitur, quod „ prophetia alia est „ ex prædestinatione Dei, quam necesse est „ omnibus modis evenire, ut sine nostro im- „ pleatur arbitrio; ut haec de qua hic agi- „ tur: alia est ex præscientia Dei, cui nostrum „ admisceretur arbitrium: alia est quæ com- „ minatio dicitur, quæ fit ob signum divinæ „ animadversionis. “ Illud enim quod con- sequitur omnem prophetiam, non debet po- ni ut membrum dividens prophetiam. Sed omnis prophetia est secundum præscientiam divinam, quia *Prophetæ legunt in libro præscientia*, ut dicit Glossa Isa. xxxviii. (ord. sup. illud, *Dispone domus tue.*) Ergo vide- tur quod non debeat ponи una species pro-phetie quæ est secundum præscientiam.

2. Præterea. Sicuti aliquid prophetatur secundum comminationem; ita etiam secundum promissionem; & utraque variatur: di- citur enim Hierem. xviii. 7. *Repente loquaciter adversum gentem, & adversum regnum, ut eradicem, & destruam, & disperdam illud.*

Si

Si paenitentiam egerit gens illa a malo suo, agam & ego paenitentiam: & hoc pertinet ad prophetiam comminationis: & postea subdit de prophetia promissionis: Subito loquar de gente, & regno, ut edificem, & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, paenitentiam agam super bono quod locutus sum ut facerem ei. Ergo sicut ponitur prophetia comminationis, ita debet poni prophetia promissionis.

3. Prætegea. Isidorus dicit in Lib. VII. Etym. (cap. viii. declinando ad fin.) prophetæ genera sunt septem. Primum genus est extasis, quod est mentis excessus; sicut vidit Petrus vas submissum de cœlo cum variis animalibus. Secundum genus est visio; sicut apud Isaiam dicentem, *Vidi Dominum sedentem &c.* Tertium genus est somnium; sicut Jacob scalam dormiens vidit. Quartum genus est per nubem; sicut ad Moysen loquebatur Deus. Quintum genus est *vox de cœli;* sicut ad Abraham sonuit dicens: *Ne mittas manum in puerum.* Sextum genus *accepta parabola;* sicut apud Balaam. Septimum genus *repletio Spiritus sancti,* sicut pene apud omnes Prophetas. Ponit etiam tria genera visionum: unum secundum oculos corporis; alterum secundum spiritum imaginarium; tertium per intuitum mentis. Sed hæc non exprimuntur in prius dicta divisione. Ergo est insufficiens.

Sed contra est authoritas Hieronymi, cuius dicitur esse Glossa (inducta in arg. i.)

Respondeo dicendum, quod species habituum, & actuum in moralibus distinguuntur secundum objecta. Objectum autem prophetæ est id quod est in cognitione divina supra humanam facultatem existens. (1) Et ideo secundum horum differentiam prophetia distinguitur in diversas species, secundum prius dictam divisionem.

Dictum est autem supra (quæst. clxxi. art. 6. ad 2.) quod futurum est in divina cognitione dupliciter. Uno modo, prout est in sua causa: & sic accipitur prophetia commina-

Sum. S. T. b. Tom. IX.

(1) Non quodlibet nihilominus quod in cognitione divina supra humanam facultatem existit, si proprie sumatur prophetia, cum sint aliqua ejusmodi supra humanam facultatem Deo cognita quæ fidei non prophetæ objectum sunt.

(2) Vel predefinit ex græco προσπίτει ut videre est lib. 2. de fide orth. cap. 30.

(3) Sic enim ibi sine ullo nomine: *Prophetia alta est secundum præscientiam quæ non necesse est omnibus*

tionis, quæ non semper impletur; sed per eam prænuntiatur ordo causæ ad effectum; qui quandoque aliis supervenientibus impeditur.

Alio modo præcognoscit Deus aliqua in seipsis: vel ut fienda ab ipso; & horum est prophetia prædefinitionis: quia secundum Damascenum (Lib. II. orth. Fid. cap. xxx. cir. princ.) *Deus predestinat ea quæ non sunt in nobis:* (2) vel ut fienda per liberum arbitrium hominis; & sic est prophetia præscientiæ, quæ potest esse bonorum, & malorum; quod non contingit de prophetia prædefinitionis, quæ est bonorum tantum.

Et quia prædefinition sub præscientia comprehenditur, ideo in Glossa (Cassiodori sup. prolog. Hieronymi, & Glossa ord. sup. illud Matth. 1. Ut adimpleretur quod &c. in principio Psalterii) ponitur tantum duplex prophetæ species, scilicet secundum præscientiam, & secundum comminationem. (3)

Ad primum ergo dicendum, quod præscientia proprie dicitur præcognitio futurorum eventuum, prout in seipsis sunt; & secundum hoc ponitur species prophetæ: prout autem dicitur respectu futurorum eventuum, sive secundum quod in seipsis sunt, sive secundum quod sunt in suis causis, communiter se habet ad omnem speciem prophetæ.

Ad secundum dicendum, quod prophetia promissionis comprehenditur sub prophetia comminationis, quia eadem est ratio veritatis in utraque. Denominatur tamen magis a comminatione, quia Deus prior est ad relaxandum poenam quam ad subtrahendum promissa beneficia.

Ad tertium dicendum, quod Isidorus distinguit prophetiam secundum modum prophetandi: qui quidem potest distingui vel secundum potentias cognoscitives in homine; quæ sunt sensus, imaginatio, & intellectus: & sic sumitur triplex visio, quam ponit tam ipse, quam Augustinus XII. super Gen. ad lit. (cap. vi. & seq.) (4) vel potest distingui secundum differentiam prophetici in-

Z flu-

modis impleri etiam secundum tenorem verborum, ut, Ecce virgo concipiet filium &c. Alia secundum comminationem, ut adhuc 40. dies, & Ninive subvertetur, quæ non secundum verborum superficiem sed secundum intelligentia tacite significationem impletur: Sicut de Ninive dicitur quod in muris evenfa non est sed in moribus.

(4) Ut cap. 7. ac deinceps fuse ab illo disceptatum & explicatum videtur est: Sed & plenius quam hic

fluxus : qui quidem quantum ad illustracionem intellectus significatur per repletionem Spiritus sancti , quam septimo loco ponit . Quantum vero ad impressionem formarum imaginabilium ponit tria ; scilicet *sommum* , quod ponit tertio loco ; & *visionem* , quae fit in vigilando respectu quorumcumque communium , quam ponit in secundo loco , & *extasim* , quae fit per elevationem mentis in aliqua altiora , quam ponit primo loco . Quantum vero ad sensibilia signa ponit tria : quia sensibile signum aut est aliqua res corporea *exterius* apparen^t visui , sicut *nubes* , quam ponit quarto loco ; aut est vox formata *exterius* ad auditum hominis delata , quam ponit quinto loco ; aut est vox per hominem formata cum similitudine alicujus rei quod pertinet ad *parabolam* , quam ponit sexto loco ,

A P P E N D I X.

Ex art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum a scriptoris , & Hieronymo fuisse ; quod prophetia alia est prædestinationis , alia præscientie , alia comminationis . A B. Hieronymo quidem : ut in corp. princ. quoniam illa glossa est ejus . A scripturis vero de illa prædestinationis per hoc , quod dicitur Psal. 131. *Juravit Dominus David veritatem , & non frustrabatur eam ; de fructu ventris sui ponam super sedem tuam* . Pro regula enim tenendum est , quod illa prophetia , cui apponitur juramentum Dei , est prophetia prædestinationis . Hinc est : quod , quamvis David peccaverit multipliciter : tamen istam prophetiam adimplevit Deus , faciendo scilicet quod Messias nascetur de ventre , idest de stirpe David . Item de prophetia comminationis , ut Jonaz 3. *Adhuc quadraginta dies & Ninive subverteretur* . Quia tamen non fuit subversa . Vide q. 171. art. 6. ad secundum . Sicut nec impleta est illa promissionis sub ipsa contenta . 1. Reg 2. *Loquens locutus sum , ut domus tua , & domus patris tui ministraret mihi usque in sempiternum . In cuius non impletionis finem sequitur* . Nunc autem dicit Dominus .

„ Absit hoc a me . Sed , quicunque honorabit , sicaverit me , glorificabo eum : qui autem contemnunt me , erunt ignobiles . Item de prophetia præscientie *Ezecl. 33* . Si dixeris iusto , quod vita vivet ; & confusus in justitia sua fecerit iniquitatem , omnes justitiae ejus obliuioni tradentur , & in iniusteate sua morietur . Si autem dixeris impio , „ morte morieris : & egerit paenitentiam de de peccato suo , feceritque judicium , & iustitiam , vita vivet , & non morietur . „ Vide ergo tu , quam bene dictum sit supra corollario post probat . conclus . quod prophetia præscientie , & prædestinationis hic dicta non est omnino similis præscientie , & prædestinationi , que colligitur ex I. q. 23. art. &c. Nam prophetia hæc præscientie est respectu bonorum , & malorum : & est fallibilis , ut nunc vidisti : & prophetia prædestinationis est eorum , quæ fiunt solum per Deam , ut supra . Præscientia autem in pri. par. est respectu malorum tantum , ibid. art. 3. cum prædestinatione sit respectu bonorum tantum , ibid. a. 4. item prædestinatione adimpleretur concurrente libero hominis arbitrio , ibi. a. 5. Præterea præscientia est certa , & in fallibiliiter adimplenda , ibi. a. 6. 7. Vide ibi. q. 23. locis citatis , etiam Elucidation . Secundo vides : quomodo &c.

ARTICULUS II. 819

Utrum excellentior sit prophetia quæ habet visionem intellectualem ; & imaginariam , quam ea quæ habet visionem intellectualem tantum .

Inf. art. 3. cor. & III. P. quest. xxx. art. 2. ad 1. & ver. quest. XII. art. 12. & I. f. 1.

Ad secundum sic proceditur . Videtur quod excellentior sit prophetia quæ habet visionem intellectualem , & imaginariam , quam ea quæ habet visionem intellectualem tantum . Dicit enim Augustinus XII. super Genesim ad lit. (cap. ix. in med.) & habetur in in Glossa (ordin.) . I. ad Cor.

Hic Midorus : *Tris genera visionum dixerunt esse :* Unum secundum oculos corporis ; sicut videt abraham tres viros sub illice Mambræ (Exod. 18.) & Moyses ignem in rabe (Exod. 3.) & Discipulis transfiguratum Dominum in monte (Matth. 17.)

Altorum secundum spiritum , quo imaginamus ea quæ per corpus sentimus ; sicut Petrus Act. 10. & Iсаias cap. 6. Tertium quod neque corporis sensibus nec ulla parte anima quæ corporalium rerum imagines capiantur , sed per intuitum mentis ; ut Daniel . 5.

Cor. xiv. (1) (*super illud, Spiritus autem sequitur mysteria:*) *Minus est Prophetæ qui rerum quæ significantur, sola ipsa signa in spiritu per rerum corporalium imagines vides;* & magis est Prophetæ, qui solo eorum intellectu est prædictus; sed maxime Prophetæ est qui in uero procallit. Hoc autem pertinet ad Prophetas qui simul habet intellectualem, & imaginariam visionem. Ergo hujusmodi prophetia est altior.

2. Præterea. Quanto virtus alicujus rei est major, tanto ad magis distantia se extendit. Sed lumen propheticum principaliter ad mentem pertinet, ut ex dictis patet (quæst. præc. art. 2.) Ergo perfectior videtur esse prophetia quæ derivatur usque ad imaginacionem, quam illa quæ exsistit in solo intellectu.

3. Præterea. Hieronymus in prol. Lib. Reg. (cir. med.) distinguit Prophetas contra Hagiographos. (2) Omnes autem illi quos Prophetas nominat (puta Isaias, Hieremia, & alii hujusmodi) simul cum intellectuali visione imaginariam habuerunt; non autem illi qui dicuntur Hagiographi, sicut ex inspiratione Spiritus sancti scribentes (sicut Job, David, Salomon, & hujusmodi). Ergo videtur quod magis proprie dicuntur Prophetæ illi qui simul habent visionem imaginariam cum intellectuali, quam illi qui habent intellectualem tantum.

4. Præterea. Dionysius dicit 1. cap. col. Hierar. (parum ante med.) quod impossibile est nobis superluceire divinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum circumvelatum. Sed prophetica revelatio fit per immisionem divini radii. Ergo videtur quod non possit esse absque phantasmatum velaminibus.

Sed contra est quod Glossa dicit in principio Psalterii, quod ille modus prophetie di-

gnior est ceteris, quando scilicet ex sola Spiritus sancti inspiratione, remoso omni exteriori adminiculo facti, vel dicti, vel visionis, vel somni, prophetatur. (3)

Respondeo dicendum, quod dignitas eorum quæ sunt ad finem, præcipue consideratur ex fine. Finis autem prophetæ est manifestatio alicujus veritatis supra hominem existentis. Unde quanto hujusmodi manifestatio est potior, tanto prophetia est dignior. Manifestum est autem quod manifestatio divinæ veritatis quæ fit per nudam contemplationem ipsius veritatis, potior est quam illa quæ fit sub similitudine corporalium rerum: magis enim appropinquat ad visionem patriæ, secundum quam in essentia Dei veritas conspicitur. Et inde est quod prophetia per quam aliqua supernaturalis veritas conspicitur secundum intellectualem visionem, est dignior quam illa in qua veritas supernaturalis manifestatur per similitudinem corporalium rerum, secundum imaginariam visionem.

Et ex hoc etiam ostenditur mens Prophetæ sublimior; sicut in doctrina humana auditor ostenditur esse melioris intellectus, qui veritatem intelligibilem a magistro nude prolatam capere potest, quam ille qui indiget sensibilibus exemplis ad hoc manuduci. Unde in commendationem prophetæ David dicitur 11. Reg. XXIII. 3. *Mibi locutus est fortis Israel: & postea subdit: Sicus lux aurore oriente Sole mane absque nubibus susitas.*

Ad primum ergo dicendum, quod quando aliqua supernaturalis veritas revelanda est per similitudines corporales, tunc magis est Prophetæ qui utrumque habet, scilicet lumen intellectuale, & imaginariam visionem, quam ille qui habet alterum tantum, quia perfec-

Z 2

(1) His verbis quidem habet exprefte Augustinus in textu: Sed in Glosa sic tantum summarie, quæ rerum significatarum solo spiritu videret imagines: Ubi spiritus non pro mente sumitur, sicut patet (cum contra iIntellectum ex opposito dividatur) sed pro imaginatione, ut adjuncta explicant.

(2) Distinguens nempe 22. libros veteris Testamenti juxta Canonem Hebraeorum in Pentateuchum, id est quinque libros Moysi; & in Prophetas octo quibus libros etiam Regum annumerat; & in Hagiographos novem sub quibus Danielem etiam comprehendit, ut in Prologo illo qui galeatus appellatur ac initio Bibliorum habetur, videre est; & ad calcem solutionis plenius notabitur.

(3) Sic vetus tantum vel manuscripta Glosa; quæ post quartuor modos prophetie premissos (ut jam supra) scilicet quæ per facta, per dicta, per som-

nia, per visiones fiat, subdit: *Præter hac est altius prophetia modus ceteris dignior quando &c.* Iisdem verbis quæ S. Thomas refert: *Quod quia non videnter qui glossam tantum novam seu impressam legunt, ubi expressa non habetur, nihil aliud ad marginem precedentium Editionum notaverunt nisi quæ in Praefatione super Prologum Hieronymi Glosa ordinavia id innuit, & etiam Cassiodorus in Prologo super Psalmum 1. Atqui sic tantum ibi, quod *sensus David non per operationes hominum, non per natiuitates geminorum, non per Angelos, non per visiones, non per somnium; non per nubes & vocem de celo, nec per alios quouscumque modos prophesavit; sed caelesti aspiratione completus fuit* (vel impletus). Ex quo nonnisi valde implice colligi possunt quæ hic in textu referuntur.*

Etior est prophetia : & quantum ad hoc loquitur Augustinus. Sed illa prophetia in qua revelatur nude intelligibilis veritas, est omnibus potior.

Ad secundum dicendum, quod aliud est judicium de his quæ propter se queruntur, & de his quæ queruntur propter aliud. In his enim quæ propter se queruntur, quanto virtus agentis ad plura, & remotiora se extendit, tanto potior est; sicut medicus reputatur melior qui plures potest, & magis a sanitate distantes sanare. In his autem quæ non queruntur nisi propter aliud, quanto a gens potest ex paucioribus, & propinquioribus ad suum intentum pervenire, tanto videtur esse majoris virtutis; sicut magis laudatur medicus qui per pauciora, & leniora (1) potest sanare infirmum. Visio autem imaginaria in cognitione prophetica non requiritur propter se, sed propter manifestationem intelligibilis veritatis. Et ideo tanto potior est prophetia, quanto minus ea indiget.

Ad tertium dicendum, quod nihil prohibet aliquid esse simpliciter melius, quod ta-

men minus proprie recipit alicujus prædicationem; sicut cognitio patræ est nobilior quam cognitio viæ, quæ tamen magis proprie dicitur fides, propterea quod nomen fidei importat imperfectionem cognitionis. Similiter autem prophetia importat quamdam obscuritatem, & remotionem ab intelligibili veritate: ideo magis proprie dicuntur Prophetæ qui vident per imaginariam visionem; quamvis illa prophetia sit nobilior quæ est per intellectualem visionem; dummodo tamen sit eadem veritas utroque revelata. Si vero lumen intellectuale alicui divinitus infundatur, non ad cognoscendum aliqua supernatura, sed ad judicandum secundum certitudinem veritatis divinæ ea quæ humana ratione cognosci possunt, sic talis prophetia intellectualis est infra illam quæ est cum imaginaria visione ducente in supernaturalem veritatem: cujusmodi prophetiam habuerunt omnes illi qui numerantur in ordine Prophetarum; (2) qui etiam ex hoc specialiter dicuntur Prophetæ, quia prophetico officio fungabantur. Unde ex persona Domini loquebantur

(1) Idest magis infirmitatem vel infirmum lenientia, ac proinde a Græcis ἀνόδη dicuntur quod vel doloris expertia sint, vel vim ejus mitigantia, cum αἴρα dolorem vocent: & ad Latinos quoque vox eadem derivata est anodina; quamvis non pro mendicamine leniori sanante, sed vim dumtaxat morbi, etiam aliquando insanabilis, mitigante, ut in podagra &c. Non ergo legi debet sicut Exemplaria quedam legunt per pauciora & leviora quod leviori sensu diceretur.

(2) Nec tamen eo modo a Hieronymo numerantur quo nunc a nobis numerari ac recenseri solent: Nam apud illum *otto Prophetæ* appellantur, 1. liber Josue 2. lib. 1. Judicum, 3. primus ac secundus Regnum liber sive Regum, 4. tertius & quartus liber eorumdem, 5. Isaías, 6. Hierœgias, 7. Ezech. 8. duodecim Prophete (vulgo *minores dicti*) quos veluti pro uno ponit: Inter Hagiographos autem præter illos tres quos expresse nominat S. Thomas (nempe, Job, David, Salomonem, quem partitur in *Proverbia*, & in *Ecclesiastem* & in *Canticum Canticorum*) subinde sexto loco Daniëlem recenset, 7. duos libros Paralipomenon, 8. Esdram duobus quoque libris velut pro uno comprehensum, & nono loco librum Esther: Sed inter apocrypha secundum illum reponuntur *Sapientia Salomonis*, liber Iesu filii Syrach (vel Ecclesiasticus) *Judith*, *Tobias*, duo *Machabæorum libri*, quia in Canone prædicto non habentur. Prophetæ ergo paulo aliter quam hic intelligit & latiori significato, sicut patet ex libris aliquibus quos in eorum numero ponit; quamvis aliquid propheticum etiam vel a Deo præceptum contineant (scilicet liber Josue, Judicum, Regum.) Ut &

Hagiographos a Prophetis non ea ratione distinguit quæ hic ex una parte insinuantur, cum David & Daniel instinctu Dei & afflato tam multa rationem humanam simpliciter excedentia vel didicerint vel dixerint; sed quia non continent aliquid quod veluti ex officio annuntiare teneantur, vel quod ex parte Dei præcipiant, sicut & S. Thomas per apendicem insinuat. *Hagiographos* porro juxta grecum (ἁγιορχόφοις) Hieronymus appellat quasi libros a Sanctis authoribus vel scriptoribus compositos, & sanctam quamdaun a Spiritu-sancto revelatum Scripturam continent, ac propterea cum Canonis libris ex predicto Canone anumerant, & apocryphis ex opposito condistinguit: Quamvis alio sensu *hagiographa* dicat alibi quæ canonicanam autoritatem non habeant: Ut in præfatione super Judith: *Apud Hebreos*, inquit, *liber Judith inter hagiographa legitur; cuius auctoritas ad roboranda illa que in contentione veniunt minus idonea iudicatur*: Subiungit tamen: *Sed quia hunc librum Synodus Nyencæ in numero sanctorum Scripturarum legitur computasse, huic unam lucubratiunculam dedi &c.* Et in præfatione super Tobiam ad Chromatium & Heliodorum: *Exigitis us ad latinum stylum erabam librum Tobia quem Hebrewi de catalogo divinarum Scripturarum secantes his quæ hagiographa memorant mansciparunt*: Ex quo inferri potest *hagiographa* dupliciter accipi posse: Ut sint hagiographa quedam quæ non tantum de sanctis rebus vel a sanctis etiam Scriptoribus composita sint, sed sanctam simul autoritatem ac firmitatem obtineant, alia vero quæ primo tantum sensu *hagiographa* intelligantur: Quæ per occasionem sic summatione dicta sint.

tur , dicentes ad populum . *Hec dicit Dominus* : quod non faciebant illi qui hagiographa conscripserunt ; quorum plures loquebantur frequentius de his quæ humana ratione cognosci possunt , non quasi ex persona Dei , sed ex persona propria , cum adjutorio tamen divini luminis .

Ad quartum dicendum , quod illustratio divini radii in vita præsenti non fit sine velaminibus phantasmatum qualiumcumque : quia connaturale est homini secundum statum præsentis vitæ ut non intelligat sine phantasmate . Quandoque tamen sufficiunt phantasmata quæ communi aliquo modo a sensibus abstrahuntur ; nec exigitur aliqua visio imaginaria divinitus procurata : & sic dicitur revelatio prophetica fieri sine imaginaria visione .

A P P E N D I X.

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito fuisse insinuatum a scripturis , & Glossa : quod nobilior est prophetia , quæ habetur per intellectualem cognitionem tantum , quam illa , quæ per imaginariam etiam adjunctam . A Glossa quidem : ut in argum. contr. A Scripturis vero per hoc , quod in commendationem prophetiae David dicitur 2. Reg. 23. quod locutio Dei fortis Israel ad ipsum erat , sicut lux matutina Solis orientis absque nubibus . Hoc est : Absque phantasmibus in imaginativa ipsius a Deo specialiter formatis . Per prædicta ergo scriptura , quasi scholastice , dicit : quod prophetia intellectualis tantum est excellentior , quam , si ei adjungantur imaginariae visiones . Secundo vides : quonodo &c.

ARTICULUS III. 830

Utrum gradus prophetiae possint distingui secundum visionem imaginariam .

1. *P. quest. XII. art. II. ad I. & IV. dist. XI. quest. III. art. 7. ad 2. & ver. quest. XII. art. 13. per tot. & art. 14. cor. & I. Cor. XIII. lect. 4.*

AD tertium sic proceditur . Videtur quod gradus prophetiae non possint distingui secundum visionem imaginariam . Gradus enim alicujus rei non attenditur secundum id quod est propter aliud , sed secundum id quod est propter se . In prophetia autem propter se queritur visio intellectualis , propter aliud

autem visio imaginaria , ut supra dictum est (art. præc. ad 2.) Ergo videtur quod gradus prophetiae non distinguantur secundum imaginariam visionem , sed solum secundum intellectualem .

2. Præterea . Unius Prophetæ videtur esse unus gradus prophetiae . Sed uni Prophetæ fit revelatio secundum diversas imaginarias visiones . Ergo diversitas imaginariae visionis non diversificat gradus prophetiae .

3. Præterea . Secundum Glossam (Cassiod. sup. prolog. Hieron. in Psal.) in principio Psalterii , prophetia consistit in dictis , & factis , somnio , & visione . Non ergo debent prophetiae gradus magis distingui secundum imaginariam visionem , ad quam pertinet visio , & somnium , quam secundum dicta , & facta .

Sed contra est quod medium diversificat gradus cognitionis ; sicut scientia propter quid est altior , eo quod est per nobilius medium , quam scientia quia est , vel etiam quam opinio . Sed visio imaginaria in cognitione prophetica est sicut quoddam medium . Ergo gradus prophetiae distingui debent secundum imaginariam visionem .

Respondeo dicendum , quod , sicut dictum est (quest. præc. art. 2.) prophetia in qua per lumen intelligibile revelatur aliqua veritas supernaturalis per imaginariam visionem , medium gradum tenet inter illam prophetiam in qua revelatur supernaturalis veritas absque imaginaria visione , & illam in qua per lumen intelligibile absque imaginaria visione dirigitur homo ad ea cognoscenda , vel agenda quæ pertinent ad humanam conversationem . Magis autem est proprium prophetiae cognitionis quam operatio : & ideo infimus gradus prophetiae est cum aliquis ex interiori instinctu movetur ad aliqua exterius facienda ; sicut de Sampfone dicitur Judicium xv. 14. quod irruis Spiritus Domini in eum : & sicut solent ad ardorem ignis ligna consumi ; ita & vincula , quibus ligatus erat , dissipata sunt , & soluta . Secundus autem gradus prophetiae est cum aliquis ex interiori lumine illustratur ad cognoscendum aliqua , quæ tamen non exceedunt limites naturalis cognitionis ; sicut dicitur de Salomone III. Reg. iv. 32. quod locutus est parabolæ , & disputavit super lignis a cedro quæ est in Libano usque ad hyssopum quæ egreditur de pariete , & differtur de jumentis , & volucribus , & reptilibus , & pisicibus : & hoc totum fuit ex divina inspiratione , nam praemittitur : *Dedit Deus sapientiam Salomoni , & prudentiam multam nimis.*

Hi

Hi tamen duo gradus sunt infra prophetiam proprie dictam, quia non attingunt ad supernaturalem veritatem. Illa autem prophetia in qua manifestatur supernaturalis veritas per imaginariam visionem, diversificatur primo secundum differentiam somnii, quod fit in dormiendo, & visionis, quae fit in vigilando, quae pertinet ad altiorem gradum prophetarum: quia major vis propheticorum luminis esse videtur quae aliquem occupatum circa sensibilia in vigilando abstrahit ad supernaturalia, quam illa quae animam hominis abstractam a sensibilibus invenit in dormiendo.

Secundo autem diversificantur gradus prophetarum quantum ad expressionem signorum imaginabilium, quibus veritas intelligibilis exprimitur. Et quia signa maxime expressa intelligibilis veritatis sunt verba, ideo altior gradus prophetarum videtur, quando Prophetae audit verba experimentia intelligibilem veritatem sive in vigilando, sive in dormiendo, quam quando videt alias res significativas veritatis, sicut septem spicæ plenæ significant septem annos ubertatis. (Gen. xl.) In quibus etiam signis tanto videtur prophetia esse altior, quanto signa sunt magis expressa; sicut quando Hieremias vidi incendium civitatis sub similitudine ollæ succensæ, sicut dicitur Hierem. 1.

Tertio autem ostenditur altior esse gradus prophetarum, quando Prophetae non solum videt signa verborum, vel factorum, sed etiam videt vel in vigilando, vel in dormiendo aliquem sibi colloquentem, aut aliquid demonstrantem: quia per hoc ostenditur quod mens Prophetarum magis appropinquat ad causam revealantem.

Quarto autem potest attendi altitudo gradus prophetalis ex conditione ejus qui videatur. Nam altior gradus prophetarum est, si ille qui loquitur, vel demonstrat, videatur in vigilando, vel in dormiendo in specie Angelorum, quam si videatur in specie hominis: & adhuc altior, si videatur in dormiendo, vel in vigilando in specie Dei, secundum illud Isaïæ vi. 1. *Vidi Domum fedenem.*

Super omnes autem hos gradus est tertium genus prophetarum, in quo intelligibilis veritas, & supernaturalis absque imaginaria visione ostenditur; quae tamen excedit rationem prophetarum proprie dictarum, ut dictum est (art. præc. ad 3.) Et ideo consequens est quod gradus prophetarum proprie dictarum distinguuntur secundum imaginariam visionem.

Ad primum ergo dicendum, quod discre-

tio luminis intelligibilis non potest a nobis cognosci, nisi secundum quod judicatur per aliqua signa imaginaria, vel sensibilia. Et ideo ex diversitate imaginatorum perpenditur diversitas intellectus lumini.

Ad secundum dicendum, quod, sicut supra dictum est (quest. clxxi. art. 2.) prophetia non est per modum habitus immanantis, sed magis per modum passionis transiuntis. Unde non est inconveniens quod unus & eidem Prophetarum fiat revelatio prophetica diversis vicibus secundum diversos gradus.

Ad tertium dicendum, quod dicta, & facta de quibus ibi fit mentio, non pertinent ad revelationem prophetarum, sed ad denuntiationem, quae fit secundum dispositionem eorum quibus denuntiatur id quod Prophetarum revelatum est: & hoc fit quandoque per dicta, quandoque per facta. Denuntiatio autem & operatio miraculorum consequenter se habent ad prophetiam, ut supra dictum est (quest. clxxi. art. 1.)

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a Scripturis, quod gradus prophetarum distinguuntur secundum imaginariam visionem. Ut de gradu uno, *Judicum* 15. & de gradu alio, 3. *Reg. 4.* & de gradu alio, *Isaïæ* 9. secundum quod omnium horum extenduntur autoritates in text. corp. Per illa enim omnia, scholastice loquendo, scriptura dicunt. Gradus prophetarum distinguuntur convenienter secundum visionem imaginariam. De convenientia scripturalium dictorum, &c. vide q. 122. art. 2. append. & qu. 140. a. 1. append. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S IV. 83

Utrum Moyses fuerit excellentior omnibus Prophetae.

Ver. quest. XII. art. 9. ad 2. & art. 4. & Is. VI.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod Moyses non fuerit excellentior omnibus Pro-

Prophetis. Dicit enim *Glossa* (1) in principio Psal. quod *David dicitur Propheta per excellentiam*. Non ergo Moyses fuit excellentissimus omnium.

2. **Præterea.** Majora miracula facta sunt per Josue, qui fecit stare Solem, & Lunam, ut habetur *Josue* x. & per Isaiam, qui fecit retrocedere Solem, ut habetur *Isaia* xxxviii. quam per Moysen, qui divisit mare rubrum: similiter etiam per Heliam, de quo dicitur *Ecclesiasticus*, xlvi. 4. *Quis poteris tibi similitter gloriari, qui sustulisti mortuum ab inferis?* Non ergo Moyses fuit excellentissimus Propheta-rum.

3. **Præterea.** *Matth. xi. 11.* dicitur, quod inter natos mulierum non surrexit major *Joan-nae Baptista*. Non ergo Moyses fuit excellentior omnibus Prophetis.

Sed contra est quod dicitur Deuteronomio. ult. 10. *Non surrexit Propheta ultra in Israel, si-
cun Moyses.*

Respondeo dicendum, quod licet quantum ad aliquid aliquis alius Prophetarum fuerit major Moysè, simpliciter tamen Moyses fuit omnibus aliis major.

In prophetia enim, sicut ex dictis patet (art. prec. & art. 1. quæst. clxxxi.) consideratur & cognitio tam secundum visionem intellectualem, quam secundum visionem ima-

ginariam, & denuntiatio, & confirmatio per miracula. Moyses ergo fuit aliis excellentior. Primo quidem quantum ad visionem intellectualem, eo quod vidit ipsam Dei essentiam, sicut Paulus in raptu, sicut Augustinus dicit XII. super Gen. ad lit. (cap. xxvi. 1.) Unde dicitur *Num. xii. 8.* quod *palam, non per enigmata Deum vidit.* (2) Secundo quantum ad imaginariam visionem, quam quasi ad nūrum habebat, non solum audiens verba, sed etiam videns loquenter etiam in specie Dei, non solum in dormiendo, sed etiam in vigiliando. Unde dicitur *Exodus* xxxviii. 8. quod *loquebatur tibi Dominus facie ad faciem*, sicut soles loqui hominē ad amictum suum. Tertio quantum ad denuntiacionem: quia loquebatur toti populo fideliante ex persona Dei, quasi de novo legem propo-nens; alii vero Prophetæ loquebantur ad populum in persona Dei, quasi inducentes ad observantiam legis Moysi, secundum illud *Malachia* iv. 4. *Memento legis Moysi serui mei.* Quarto quantum ad operationem miraculorum, quæ fecit toti populo infidelium. Unde dicitur *Denter.* ult. 10. *Non surrexit ultra Propheta in Israel, sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem in omnibus si-gnis, atque portentis, que misit per eum ut faceret in terra Ægypti Pharaoni, & omni-bus*

(1) In illius præfatione super Prologum Hieronymi & ex Cassiodoro in Prologo etiam super Psalmos in huius præcedentes Editiones indicabant, sed an per visionem vel somnum; Nam in præfatione super Prologum Hieronymi nihil omnino hoc pertinet, & in Prologo Cassiodori ea tantum quæ jam indica-ta sunt superiori, nempe quod non per qualescumque modos prophétavit sicut alii David, sed aspiratione celesti competerat est, ex quo innui putaverunt quod per excellentiam diceretur propheta: Sed expresse id habet vetus manucripta quam non consuluerunt, & addit quod propheta sine nominis adjectione in-telligitur David.

(2) Atqui l. 3. de Trinit. cap. 11. Ne quisquam (inquit) arbitraretur Deum gloria per id quod in se ipso est, cuiusquam oculis apparuisse mortalium, dicitur quod *Angelus Moysi apparuit*: Ut & lib. 2. contra Maximinum cap. 15. *Quod Prostris se di-
vinas demonstrabat dixi per subjectam creaturam id esse factum non per naturam suam, qua est invisibilis Trinitas:* Asque ut hoc probarem, Moysen com-memoravi dicensem Deo, cum quo facie ad faciem loquebatur Si inveni gratiam ante Te, ostende mihi temeti-pnum: *Quid utique si Deum in substantia qua Deus est videres, profecto ut se illi ostenderes, non roga-re:* Similiaque lib. 30. verbi finem resumit: Et *Traict. 3. in Joannam:* Unde innosuit Moysi Deus? *Quis revelavit servu suo Dominus:* Nam Deum ne-mo vidit umquam: *Quid vidit Moyses? Vidit nubes*

*vidit Angelum, vidit ignem: Omnis illa creatura est. Typum Domini sui gerebat, non ipsis Domini presentiam exhibebat: Nam aperte habebat in Legi Loquebatur Moyses, cum Domino contra (idei facie ad faciem) sicut amicus cum amico: Sequeris ipsam Scripturam (idei in sequentibus legere pete-
gis) & invenis Moysen dicensem: Si inveni gratia-
m in conspectu tuo, ostende mihi teipsum manife-
ste ut videam te: Pdram est quia dixi: Respon-
sum accepit, Non potest videre faciem meam: Lo-
quebatur ergo cum Moysi Angelus personas typum
Domini &c. Haec vero urgent verba illa ex Numerio-
rum 12. *Palam & non per enigmata Deum vides;* Quia cum in veteri Testamento Deus corporaliter appareret, videri palam & non per enigmata dicebatur, quando (ut ex ibi adjunctis patet) non per somnum aut visionem sive per imaginariam effigiem sed per aliquam clariorēm repræsentationem vel per aliquod corpus excellentius apparebat quamvis in no-
vo Testamento quia corporaliter non appetat, video-
ri per speculum & in enigmata dicitur quando in-
telligitur imperfecte per creaturas vel per fidem; si-
cut e contrario facie ad faciem, quando videtur si-
cuit e contrario facie ad faciem, quando videtur si-
cuit est. Sic ergo Deum visum esse Moysi verba illa non probant; alioquin significarent familiarem ei ac uitatem essentiam divinam visionem fuisse, sicut patet: Npc S. Thomas velut certum astruunt quod negavit 1. 2. quæst. 98. art. 3. ad 2. Et id audent calum-
nari tam ridicule qui non legunt?*

bis servis ejus, universeque terra illius.

Ad primum ergo dicendum, quod propheta David ex propinquuo attingit visionem intellectualem, quia uterque accepit revelationem intelligibilis, & supernaturalis veritatis absque imaginaria visione; visio tamen Moysis fuit excellentior quantum ad cognitionem Divinitatis; sed David plenus cognovit, & expressit mysteria incarnationis Christi.

Ad secundum dicendum, quod illa signa illorum Prophetarum fuerunt majora secundum substantiam facti, sed tamen miracula Moysis fuerunt majora secundum modum faciendi, quia sunt facta toti populo.

Ad tertium dicendum, quod Joannes pertinet ad novum Testamentum; cuius ministri preferuntur etiam ipsi Moysi, quasi magis revelate speculantes, ut habetur I^o ad Corinth. 111.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem omnia quatuor in textu corporis dicta de pertinentibus ad prophetias completem interimas abunde haeresim Adelphii dicentis: prophetias vocandas esse somniorum phantasias. Et Hermanni Rissuich dicentis: Moysen non fuisse a Deo, sed malum fuisse, & stultum, neque modo visibili a Deo legem accepisse, neque eidem facie ad faciem locutum fuisse. Secundo habes: quomodo per rationem ipsum ostendas, praedictas haereses merito damnari a 2. Petri 1. *Hoc primum intelligentes, quod omnis propheta scripture propria interpretatione non fit.* Hoc est: nulla propheta canonica (de his vide Concil. Trid. sess. 4.) ex proprio capite (ut somniorum phantasias) non fit. Quem sensum esse legitimum hujus authoritatis, monstravit idem Apostolus mox, velut expendo seipsum, subinferens: *Non enim voluntate humana allata est aliquando propheta: sed Spiritu sancto inspirati locutus sum sancti Dei homines.* Ubi nota diligenter ly primum (emphaticum enim quid importat ille dicens: *Hoc primum intelligentes*) & ly non aliquando, idest numquam. Item ostendas damnari a dictis quest. 171. art. 3. append. & art. 6. append. Vide ibi, & art. 3. Item damnari merito a Jofue cap. 1. *Moyses servus meus mortuus est.* Hoc est; Moyses non tantum fuit servus meus, dum viveret, sed etiam, dum moreretur, fuit servus meus: adeo, quod & vivus, & mortuus fuit servus meus, idest, & vixit (excipiendo tamen, si quan-

do peccasset mortaliter) & mortuus est in gratia mea. Item ab Deuter. ult. Exod. 33. Malach. 3. B. August. ut narratur in tex. corp. & arg. contr. Item a supradictis art. num. 510. Item a Veritatibus aureis super legem veterem, Levit. 7. concl. 6. & Deuter. 1. Tertio vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S V. 832

Utrum aliquis gradus prophetie sit etiam in beatis.

Sup. quest. clxxiii. art. 1. cor. & III. P. quest. VII. art. 8. corp. & I. Corinth. XIII. lett. 3.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod aliquis gradus prophetarum est etiam in beatis. Moyses enim, ut dictum est (art. præc.) vidit divinam essentiam, qui tamen Propheta dicitur. Ergo pari ratione beati possunt dici Prophetarum.

2. Præterea. Prophetia est divina revelatio. Sed divinæ revelationes fiunt etiam Angelis beatis. Ergo etiam Angeli beati possunt dici Prophetarum.

3. Præterea. Christus ab instanti conceptionis fuit comprehensor; & tamen ipse Prophetam se nominat Matth. xiiii. 57. ubi dicit: *Non est Propheta sine honore, nisi in patria sua.* Ergo etiam comprehensores, & beati possunt dici Prophetarum.

4. Præterea. De Samuele dicitur Eccli. xlvi. 23. *Exaltavit vocem ejus de terra in prophetia delere impotatem gentis.* Ergo eadem ratione alii Sancti post mortem possunt Prophetarum dici.

Sed contra est quod II. Pet. 1. sermo propheticus comparatur *lucerne lucenti in caliginoso loco.* Sed in beatis nulla est caligo. Ergo non possunt dici Prophetarum.

Respondeo dicendum, quod propheta importat visionem quamdam alicuius supernaturalis veritatis, ut procul existentis. Quod quidem contingit esse dupliciter. Uno modo ex parte ipsius cognitionis, quia videlicet veritas supernaturalis non cognoscitur in seipso, sed in aliquibus suis effectibus: & adhuc erit magis procul, si hoc sit per figuram corporalium rerum quam per intelligibiles effectus: & talis maxime est visio prophetarum, quæ sit per figuram, & similitudines corporalium rerum.

Alio modo visio est procul ex parte ipsius videntis, qui scilicet non est totaliter in ul-

timam perfectionem adductus, secundum illud II. ad Corinth. v. 6. *Quamdiu in corpore sumus, peregrinamur a Domino.* Nentro autem modo beati sunt procul: unde non possunt dici Prophetæ.

Ad primum ergo dicendum, quod visio illa Moysis fuit raptim per modum passionis, non autem permanens per modum beatitudinis: unde adhuc erat videns procul: propter hoc non totaliter talis visio amittit rationem prophetæ.

Ad secundum dicendum, quod Angelis fit revelatio divina, sicut sicut procul existentibus, sed sicut jam totaliter Deo conjunctis. Unde talis revelatio non habet rationem prophetæ.

Ad tertium dicendum, quod Christus simul erat comprehensor, & viator. In quantum ergo erat comprehensor, non competit sibi ratio prophetæ, sed solum in quantum erat viator.

Ad quartum dicendum, quod etiam Samuel nondum pervenerat ad statum beatitudinis. Unde et si voluntate Dei ipsa anima Samuelis Sauli eventum belli prænuntiavit, Deo sibi hoc revelante; pertinet ad rationem prophetæ. Non autem est eadem ratio de Sanctis qui sunt modo in patria. Nec obstat quod arte dæmonum hoc dicitur factum: quia eti dæmones animam alicujus Sancti evocare non possunt, neque cogere ad aliquid agendum;

Summ. S. Th. Tom. IX.

potest tamen fieri divina virtute, ut dum dæmon consulitur, ipse Deus per suum nuntium veritatem enuntiet; sicut per Heliam veritatem respondit nuntius Regis, qui mittebantur ad consulendum Deum Accaron, ut habetur IV. Reg. 1.

Quamvis etiam dici possit, quod non fuerit anima Samuelis, sed dæmon ex persona ejus loquens, quem Sapiens Samuelem nominat, & ejus prænuntiationem propheticam, secundum opinionem Saulis, & adstantium, qui ita opinabantur. (1)

A P P E N D I X.

EX articulo habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum faisse a Scripturis, & Concilio, quod beatis non competit gradus aliquis prophetæ. A Scripturis quidem: ut extenditur *in arg. contr.* A Concilio autem *Florentino* idem radicaliter insinuantur, per hoc scilicet, quod determinat, beatorum animas clara Dei visione perfungi, dicens: „Definimus, illorum animas, „qui post baptismum suscepimus nullam peccati maculam incurrerunt; illas etiam, quæ „post peccati maculam vel in suis corporibus, vel eisdem exutæ purgatoriis poenis, „sunt purgatae, in cœlum mox recipi, & „intueri clare Deum trinum, & unum, si- „cuti est.“ Hæc illud, sessione ultima, in

Aa litte-

(1) Utramque istam solutionem insinuat etiam 1. part. quæst. 89. art. 8. ad 2. nimirum vel quod per revelationem divinam apparuit Samuel: secundum quod Ecclesiastici 46. dicitur quod dormivit (seu mortuus est) & nōtum fecit Regi finem vite sue; vel quod apparitio illa procurata est per dæmones: Ad hanc secundam tamen solutionem addit' hanc exceptivam appendicem. Si tamen Ecclesiastici auctoritas non recipiatur propter hoc quod inter canonicas Scripturas apud Hebreos non habetur: Quasi proinde dicat quod si recipiatur liber ille aut ejus auctoritas, anima Samuelis vere apparuisse dici debet: Cum ergo jam ab Ecclesia indubitanter sit receptus & auctoritas ejus in Concilio Tridentino firmiter stabilita ut Seſs. 4. in Decreto de Canonice libris videre est, non dubitaret modo post illius receptionem tam evidenter & authenticam S. Doctor quin veri Samuelis anima se Pauli exhibuerit sub spectro illo quod Pythonista suscitavit. Jam quidem eum librum in Catalogo Canonice Scripturae Concilium 3. Carthaginense can. 47. implicite recensuerat sub nomine quinque librorum Salomonis nisi facili numeralis notæ mutatione 5. pro 3. irrepererunt, cum Ecclesiasticus compofitus a Salomone non sit: Sed Concilium Provinciale tantum fuit quod nec universalem fidem facere posset, nec satis effet omnibus exploratum:

Nam 37. de civitate Dei cap. 20. dixerat Augustinus quod eti eum Salomonis non esse nulli dubitantes doctiores, eum tamen in auctoritatem occidentalis maxime recepit Ecclesia: Sed an in canoniam auctoritatem non liquebat; qualem alii tribus ibi traxerunt ipse: Jam Concilium Ephesinum ad Pamphylam Synodus scribens divinis inspiratas Scripturam vocaverat: Jam sacram vel divinam Scripturam tum Græci tum Latini plerique Patres appellarent, immo aliqui Scripturam simpliciter dixerant; ut Cyrillus in homilia Ephesina, Epiphanius in Ancorato de Anomæis, Athanasius in Synopsi, Basilius in Iſai. 8. Nazianzenus in Julianum orat. 2. Gregorius in Ps. 4. pœnitent. vers. 16. Leo ferm. 9. de Jejunio 7. mensis. Ambrosius de bono mortis cap. 8. Hieronymus ep. 34. &c. sic propter nonnullam eloquii similitudinem obtinuerat consuetudo, ut Augustinus dicit ubi supra; vel sacram ac divinam propter instructionem morum non dogmatum assertiōnem nuncupasse videri potuerant. Unde adhuc de illo dubitanter an Canonicus esset loqui potuit S. Thomas, qui tamen in 2. 2. quæst. 116. art. 1. ad 3. inter veteris testamenti libros & ad legem veterem pertinentes reponi eum oportere satis aperte præsupponit.

litteris sanctæ unionis. Secundo vides : quomodo &c.

ARTICULUS. VI. 833

Urum gradus prophetæ varientur secundum temporis processum.

I. P. quest. lii. art. 5. ad 3. & quest. xii.
art. 14. ad 1.

• **A**D sextum sic proceditur. Videtur quod gradus prophetæ varientur secundum temporis processum. Prophetia enim ordinatur ad cognitionem divinæ veritatis ; per cuius contemplationem non solum in fide instruimur, sed etiam in nostris operibus gubernamur, secundum illud Psal. xlii. 3. *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam : ipsa me deducereunt.* Fides autem nostra in dubiis principalius consistit. Primo quidem in vera Dei cognitione, secundum illud Hebr. xi. 6. *Accedentem ad Deum oportet credere, quia ost.* Secundo in mysterio incarnationis Christi, secundum illud Joan. xiv. 1. *Creditis in Deum, & in me credite.* Si ergo de prophetia loquamur, in quantum ordinatur ad fidem Deitatis, sic quidem crevit secundum tres temporum distinctiones ; scilicet ante legem, sub lege, & sub gratia. Nam ante legem, Abraham, & alii patres prophetice sunt instructi de his quæ pertinent ad fidem Deitatis. Unde & Prophetæ nominantur, secundum illud Psal. cixv. 15. *In Propheticis meis nolite malignari :* quod specialiter dicitur propter Abraham, & Isaac. Sub lege autem facta est revelatio prophetica de his quæ pertinent ad fidem Deitatis, excellenter quam ante : quia jam oportebat circa hoc institui non solum speciales personas, aut quasdam familias, sed totum populum. Unde Dominus dicit Moysi Exod. vi. 2. *Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac, & Jacob, in Deo omnipotente ; & nomen meum Adonai non indicavi eis :* quia scilicet præcedentes patres fuerant instructi in fide de omnipotentia unius Dei ; sed Moses postea plenius fuit instructus de simplicitate divinæ essentie, cum dictum est ei Exodi iiii.

3. Præterea. Dominus dicit Matth. xi. 13. *Lex, & Prophetæ usque ad Joannem prophesaverunt.* Postmodum autem fuit dominum prophetæ iu discipulis Christi multo excellentius quam fuerit in antiquis Prophetis, secundum illud ad Ephes. iiii. 5. *Aliis generationibus non est agnitus filii hominum, scilicet mysterium Christi, sicut nunc revealatum est sanctis Apostolis ejus, & Prophetis in spiritu.* Ergo videtur quod secundum processum temporis ereverit prophetæ gradus.

Sed contra est quia Moyles fuit excellentissimus Prophetarum, ut dictum est (art. 4. bu. quest.) qui tamen alios Prophetas præcessit. Ergo gradus prophetæ non proficit secundum temporis processum.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum

est (art. 2. & 4. bu. quest. & quest. præc. art. 2. & 4.) prophetia ordinatur ad cognitionem divinæ veritatis ; per cuius contemplationem non solum in fide instruimur, sed etiam in nostris operibus gubernamur, secundum illud Psal. xlii. 3. *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam : ipsa me deducereunt.* Fides autem nostra in dubiis principalius consistit. Primo quidem in vera Dei cognitione, secundum illud Hebr. xi. 6. *Accedentem ad Deum oportet credere, quia ost.* Secundo in mysterio incarnationis Christi, secundum illud Joan. xiv. 1. *Creditis in Deum, & in me credite.* Si ergo de prophetia loquamur, in quantum ordinatur ad fidem Deitatis, sic quidem crevit secundum tres temporum distinctiones ; scilicet ante legem, sub lege, & sub gratia. Nam ante legem, Abraham, & alii patres prophetice sunt instructi de his quæ pertinent ad fidem Deitatis. Unde & Prophetæ nominantur, secundum illud Psal. cixv. 15. *In Propheticis meis nolite malignari :* quod specialiter dicitur propter Abraham, & Isaac. Sub lege autem facta est revelatio prophetica de his quæ pertinent ad fidem Deitatis, excellenter quam ante : quia jam oportebat circa hoc institui non solum speciales personas, aut quasdam familias, sed totum populum. Unde Dominus dicit Moysi Exod. vi. 2. *Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac, & Jacob, in Deo omnipotente ; & nomen meum Adonai non indicavi eis :* quia scilicet præcedentes patres fuerant instructi in fide de omnipotentia unius Dei ; sed Moses postea plenius fuit instructus de simplicitate divinæ essentie, cum dictum est ei Exodi iiii.

14. *Ego sum qui sum :* quod quidem nomen significatur a Judæis per hoc nomen *Adonai*, propter venerationem illius ineffabilis nominis. Postmodum vero tempore gratia ab ipso Filio Dei revelatum est mysterium Trinitatis, secundum illud Matth. ult. 19. *Euntes docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.*

In singulis tamen statibus prima revelatio excellentior fuit. Prima autem revelatio ante legem facta est Abraham, cuius tempore cœperunt homines a fide unius Dei deviare ad idolatriam declinando ; ante autem non erat necessaria talis revelatio omnibus in cultu unius Dei persistentibus. Isaac vero facta est inferior revelatio, quasi fundata super

(*) *Vulgaris :* Sermo Domini erat pretiosus in diebus illis.

per revelatione facta Abrahæ : unde dictum est ei Gen. xxvi. 24. *Ego sum Deus Abram patris tui*: & similiter ad Jacob dictum est Gen. xxviii. 12. *Ego sum Deus Abram patris tui*, & Deus Isaac. Et similiter in statu legis prima revelatio facta Moysi excellentior fuit ; supra quam fundatur omnis alia Prophetarum revelatio . Ita etiam in tempore gratiae super revelatione facta Apostolis de fide Unitatis , & Trinitatis fundatur tota fides Ecclesie , secundum illud Matth. xvi. 18. *Super hanc petram, scilicet confessionis tuæ, edificabo Ecclesiam meam.*

Quantum vero ad fidem incarnationis Christi , manifestum est quod quanto fuerunt Christo propinquiores , five ante , five post , ut plurimum plenus de hoc instructi fuerint ; post rāmen plenus quam ante , ut Apostolus dicit ad Ephes. iii. 1.

Quantum vero ad directionem humanorum actuum , prophetica revelatio diversificata est , non secundum temporis processum , sed secundum conditionem negotiorum : quia , ut dicitur Proverb. xxix. 18. *cum defecerit prophetia, dissipabitur populus*. Et ideo quolibet tempore instructi sunt homines divinitus de agendis , secundum quod erat expediens ad salutem electorum .

Ad primum ergo dicendum , quod dictum Gregorii intelligentem est de tempore ante Christi incarnationem , quantum ad cognitionem hujus mysterii .

Ad secundum dicendum , quod , sicut Augustinus dicit in XVIII. de civit. Dei (cap. xxvii. a. med.) *quemadmodum regni Affiorum primo tempore exiit Abraham, cui promissiones apertissime fierent; ita in occidentalis Babylonia, idest Romanæ urbis, exordio, qua imperante fuerat Christus venturus, in quo implorarentur illa promissa oracula Prophetarum, non solum loquentium, verum etiam scribentium in tanæ rei future testimoniis solverbantur, scilicet promissiones Abrahæ factæ. Cum enim Prophetae numquam*

fere defuerint populo Israël, ex quo ibi Reges esse cuperunt, in usum tantummodo eorum fuere, non gentium. Quando autem ea scriptura prophetica manifestius condebatur quæ gentibus quandoque profecisset, tunc oportebat incipere quando condebatur hec civitas, scilicet Romana, quæ gentibus imperaret. Ideo autem maxime tempore Regum oportuit Prophetas in illo populo abundare, quia tunc populus non opprimebatur ab alienigenis, sed proprium Regem habebat: & ideo oportebat per Prophetas eum instrui de agendis, quasi libertatem habentem.

Ad tertium dicendum , quod Prophetæ prænuntiantes Christi adventum , non potuerunt durare nisi usque ad Joannem , qui præsentialiter Christum digito demonstravit : & tamen , ut Hieronymus ibidem dicit , *non hoc dicitur, ut post Joannem excludat Prophetas. Legimus enim in Actibus Apostolorum, (1) & Agabum prophetasse, & quatuor virgines filias Philippi. Joannes etiam librum propheticum conscripsit de fine Ecclesie : & singulis temporibus non defuerunt aliqui prophetæ spiritum habentes, non quidem ad novam doctrinam fidei depromendam , sed ad humanorum actuum directionem , sicut Augustinus refert V. de civit. Dei (cap. xxvi. non procul a princ.) quod Theodore Augustus ad Joannem in Egypti eremo confitetur, quem prophetandi spiritu prædictum fama crebrescente didicerat , misit, & ab omnium victoria certissimum accepit.*

A P P E N D I X.

Ex art. habes primo : quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas , merito insinuantum a Scripturis , & Hieronymo , quod prophetæ gradus crevit per temporis processum . A scripturis quidem , ut Exa. 6. Exod. 3. Gen. 26. 28. secundum quod extenduntur in text. corp. Ex quo conjici datur , quod illa authoritas Deuter.

A a 2 ult.

(1) Nempe Act. ii. v. 28. ubi Agabus ille magnam famam in orbe universo futuram sicut facta est sub Claudio , prædictit : Et Act. ii. vers. 11. ubi arepta Pauli zona sibi pedes & manus alligans dicit : *Virum cujus est zona haec, sic attigabunt in Hierusalem Judei &c.* Ut & ibidem vers. 9. post mentionem de Philippo Evangelista uno ex septem Diaconis factam , *Huic autem erant quatuor filie virginis prophetantes.* Theodosii porro factum quod subiungitur tunc Augustinus refert contigisse , cum ad Maximi tyrannidem armis ac bello reprimendaru

effet adversus eum processurus , quo superato & extincto Valentinianum puerum imperii sui parsibus unde fugarus fuerat , cum misericordissima veneracione reficiens ; ut & post mortem Valentiniani aliud egranum Eugenium qui in illius locum non legitime fuerat surrogatus , accepto rursus prophetico responso fide certus oppressit ; addit ibidem Augustinus Et similia Cassianus Collat. 4. cap. 13. Theodoretus lib. 5. cap. 24. ac Sozomenus lib. 7. c. 22. inserviant.

ult. quæ subandit in arg. con. non concludit absolute, quod gradus prophetarum non creverint per temporum successionem (cum & Prophetæ David de se dicat Psal. 118. super senes intellexi) sed tantum concludit, quod non creverunt modo illo limitato in a. s. in quantum scilicet Moyses fuisse declaratur excellentior prophetis antiquis. A D. Hiero. autem idem insinuatur per hoc, quod maximam prophetarum excrescentiam annotat fuisse in B. Joanne Apostolo: cuius propheticæ revelatio ponitur in fine totius sacræ Bibliae. Sic enim præmissum incrementum ille, & admiratur, & scholasticos theologos admirari facit. "Apocalypsis Joannis tot habet sacramenta, quot verba. Parrum dixi: & pro merito voluminis laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentiarum. Hæc B. Hieron. pro argumento super Apocalypsim. Secundo vides: quomodo &c.

Q U E S T I O CLXXV.

*De raptu,**In sex articulos divisa.*

Dende considerandum est de raptu: & circa hoc queruntur sex.

Primo, utrum anima hominis rapiatur ad divina.

Secundo, utrum raptus pertineat ad vim cognoscitivam, vel appetitivam.

Tertio, utrum Paulus in raptu viderit Dei essentiam.

Quarto, utrum fuerit alienatus a sensibus.

Quinto, utrum fuerit totaliter anima a corpore separata in statu illo.

Sexto, quid circa hoc sciverit, & quid ignoraverit.

ARTICULUS I. 834

Utrum anima hominis rapiatur ad divina.

Ver. quæst. xiii. art. i. & II. ad Cor. xii.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod anima hominis non rapiatur ad divina. Definitur enim a quibusdam raptus, ab eo quod est secundum naturam, in id quod est supra naturam, vi superioris nature elevatio. Est autem secundum naturam hominis ut ad divina elevetur: dicit enim Augustinus in princ. Confess. *Fecisti nos Domine ad te;* & *inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te:* Non ergo hominis anima rapitur ad divina.

2. Præterea. Dionysius dicit VIII. cap. de divin. Nom. (a med. lect. 4. & cap. ix. ad fin. lect. 4.) quod justitia Dei in hoc attenditur quod omnibus rebus distribuit secundum suum modum, & dignitatem. Sed quod aliquis elevetur supra id quod est secundum naturam, non pertinet ad modum hominis, vel dignitatem. Ergo videtur quod non rapiatur mens hominis a Deo in divina.

3. Præterea. Raptus quamdam violentiam importat. Sed Deus non regit nos per violentiam, & coacte, ut Damascenus dicit (Lib. II. orth. Fid. cap. xxx. cir. princ.) Non ergo mens hominis rapitur ad divina.

Sed contra est quod II. ad Corinth. xii. 2. dicit Apostolus: *Scio hominem in Christo raptum usque ad tertium celum:* dicit Glossa (ordin. Petri Lombardi) *raptum* idest "contra naturam elevatum,"

Respondeo dicendum, quod raptus violentiam quamdam importat, ut dictum est (in arg. 3.) *Violentum autem dicitur cuius principium est extra, nil conferente eo quod vim patitur,* ut dicitur in III. Ethic. (1) Confert autem unumquodque ad id in quod tendit secundum propriam inclinationem vel voluntariam, vel naturalem. Et ideo oportet quod ille qui rapitur ab aliquo exteriori, rapiatur in aliquid quod est diversum ab eo in quod ejus inclinatio tendit. Quæ quidem diversitas attenditur dupliciter: uno quidem modo quan-

(1) Ut ex capite 1. circa medium prius indicabatur ad marginem, sed in græco-latini quidem Exemplaribus est potius capitulii primi finis, & in

antiquis ac apud S. Thomam secundæ lectionis finis est vel secundi capituli.

quantum ad finem inclinationis ; puta si lapis , qui naturaliter inclinatur ad hoc quod feratur deorsum , projiciatur sursum : alio modo quantum ad modum tendendi ; puta si lapis velocius projiciatur deorsum quam sit motus ejus naturalis .

Sic igitur & anima hominis dupliciter dicitur (1) rapi in id quod est praeter naturam : uno modo quantum ad terminum raptus ; puta quando rapitur ad poenas , secundum illud Psal. xl ix. 22. *Ne quando rapiat , & non sis qui eripias* : alio modo quantum ad modum homini connaturalem , qui est ut per sensibilium intelligat veritatem . Et ideo quando abstrahitur a sensibili apprehensione , dicitur rapi , etiam si elevetur ad ea ad quae naturaliter ordinatur ; dum tamen hoc non fiat ex propria intentione ; sicut accidit in somno , qui est secundum naturam , unde non potest proprie raptus dici .

Hujusmodi autem abstractio , ad quæcumque fiat , potest ex triplici causa contingere . Uno modo ex causa corporali ; sicut accidit in his qui propter aliquam infirmitatem alienationem patiuntur : secundo modo ex virtute dæmonum ; sicut patet in arreptitiis : tertio modo ex virtute divina ; sic loquimur nunc de raptu , prout scilicet aliquis spirito divino elevatur ad aliqua supernaturalia cum abstractione a sensibus , secundum illud Ezech. viii. 3. *Spiritus elevavit me inter cælum & terram , & adduxit me in Hierusalem in visione Dei* .

Sciendum tamen , quod rapi quandoque dicitur aliquis non solum propter alienationem a sensibus , sed etiam propter alienationem ab his quibus intendebat ; sicut cum aliquis patitur evagationem mentis praeter propositum . Sed hoc non ita proprie dicitur . (2)

Ad primum ergo dicendum quod naturale

est homini ut in divina tendat per sensibilium apprehensionem , secundum illud Rom. i. 20. *Invisibilia Dei per ea quæ facta sunt , intellecta conspicuntur* . Sed iste modus , quod aliquis elevetur ad divina cum abstractione a sensibus , non est homini naturalis .

Ad secundum dicendum , quod ad modum , & dignitatem hominis pertinet quod ad divina elevetur , ex hoc ipso quod homo factus est ad imaginem Dei . Et quia bonum divinum in infinitum excedit humanam facultatem , indiget homo ut supernaturaliter ad illud bonum capessendum adjuvetur : quod fit per quocumque beneficium gratia . Unde quod sic elevetur mens a Deo per raptum , non est contra naturam , sed supra facultatem naturæ .

Ad tertium dicendum , quod verbum Damasceni est intelligendum quantum ad ea quæ sunt per hominem facienda ; (3) quantum vero ad ea quæ excedunt liberi arbitrii facultatem , necesse est quod homo quadam fortiori operatione elevetur : quæ quidem quantum ad aliquid potest dici coactio , si icilicet attendatur modus operationis , non autem si attendatur terminus operationis , in quem natura hominis , & ejus intentio ordinatur . (4)

A P P E N D I X.

EX art. habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & in recto sensu intellegas , merito suisse a scripturis insinuatum , quod anima hominis rapitur ad divina . Ut 2. Cor. 12. secundum quod in arg. constr. Ubi ly contra naturam sumitur pro supra naturam (ut ex ad secundum) vel quoad modum operationis tantum loquitur glossa) vide ad tertium .) Tertio habes : quomodo &c.

A R.

(1) Sic reponendum puto ut sequentium plane series constet : quamvis nec Manuscriptum id exprimat , sed solum dicat quod anima hominis dicitur rapi in id quod est praeter naturam : Sensus enim apertus & planus est , illud quod est praeter naturam dupliciter subintelligi posse , primo quantum ad substantiam ejus quod attingitur tamquam terminus nec attingi naturaliter potest ; secundo quoad modum per quem inusitate attingitur , cum aliqui secundum se naturaliter attingi possit , ut adjuncta explicant .

(2) Quia nimis evagatio mentis quasi sponte contingit ex propria & naturali dispositione qua latibilis est & vaga mens hominis ut promptum non sit eam firmiter in eadem intentione vel cogitatione retinere : Violentiam autem quandam vel vim ex-

transfecit illatam praeter conditionem naturalem raptus importat , ut jam supra .

(3) Sicut expresse patet ex adjunctis : *De qua sunt in nobis inquit , præcisus Deus non predefinit : Nam prævisit fieri non vult nec ad virtutem cogit* .

(4) Non quod ad ea quæ liberi arbitrii facultatem excedunt per se naturaliter ordinetur , sive immediate ac proxime , sed mediate saltem ac remote , quasi eorum facta capax : Quod ad coactionem removendam sufficit quando ad ea vel eorum perectionem elevatur : Et præterea cum nutui divino tota prorsus natura subsit ut de illa faciat quod vult numquam eam cogere potest ad quocumque applicet illam vel adhibeat &c.

ARTICULUS II. 835

Uirum raptus magis pertinet ad vim cognoscitivam quam ad vim appetitivam.

AD secundum sic proceditur. Videlur quod raptus magis pertinet ad vim appetitivam quam ad vim cognoscitivam. Dicit enim Dionysius IV. cap. de div. Nom. (part. 1. lect.) 10. *Est autem extasis faciens divinus amor.* Sed amor pertinet ad vim appetitivam. Ergo & extasis, sive raptus.

2. Præterea. Gregorius dicit in II. Dialog. (cap. 111. cir. med.) quod ille qui porcos pavit, evagatione mentis, & immunditia sub semetipso cecidit; Petrus vero, quem Angelus solvit, ejusque mentem in extasi rapuit, non extra se quidem, sed supra semetipsum fuit. Sed ille filius prodigus per affectum in inferiora dilapsus est. Ergo etiam illi qui rapiuntur in superiora, per affectum hoc patiuntur.

3. Præterea. Super illud Psal. xxx. *In te Domine speravi, non confundar in eternum,* dicit Glossa (interl. Aug.) in expositione tituli (1): „Extasis gracie, latine dicitur excessus mentis: qui fit duobus modis, vel pa-„vore terrenorum, vel mente rapta ad su-„perna, & inferiorum obliterata.“ Sed pavor terrenorum ad affectum pertinet. Ergo etiam raptus mentis ad superna, qui ex opposito ponitur, pertinet ad affectum.

Sed contra est quod super illud Psal. cxv. *Ego dixi in excessu meo, Omnis homo mens, dax,* dicit Glossa (ord. Aug.) Dicitur „hic extasis, cum mens non pavore aliena-

„tur, sed aliqua inspiratione revelationis sursum assumitur.“ Sed revelatio pertinet ad vim intellectivam. Ergo & extasis, sive raptus.

Respondeo dicendum, quod de raptu dupliciter loqui possumus. Uno modo quantum ad id in quod aliquis rapitur: & sic proprie loquendo, raptus non potest pertinere ad vim appetitivam, sed solum ad cognoscitivam. Dictum est enim (art. præc.) quod raptus est præter propriam inclinationem ejus quod rapitur: ipse autem motus appetitivæ virtutis est quædam inclinatio ad bonum appetibile. Unde, proprie loquendo, ex hoc quod homo appetit aliquid, non rapitur, sed per se movetur.

Alio modo potest considerari raptus quantum ad suam causam: & sic potest habere causam ex parte appetitivæ virtutis. Ex hoc enim ipso quod appetitus ad aliquid vehementer afficitur, potest contingere quod ex violentia affectus homo ab omnibus aliis alienetur. Habet etiam affectum in appetitiva virtute, cum scilicet aliquis delectatur in his ad quæ rapitur. Unde & Apostolus dixit, se raptum non solum ad tertium cœlum, quod pertinet ad contemplationem intellectus, sed etiam in paradisum, quod pertinet ad affectum.

Ad primum ergo dicendum, quod raptus addit aliquid supra extasis (2). Nam extasis importat simpliciter excellum a seipso, secundum quem scilicet aliquis extra suam ordinationem ponitur; sed raptus super hoc addit violentiam quamdam. Potest igitur extasis ad vim appetitivam pertinere, pura cum alicuius appetitus tendit in ea quæ extra ipsum sunt: & secundum hoc Dionysius dicit, quod

(1) Qui nimur sic inscribitur, in finem Psalmus David pro extasi: Expressus autem Glossa vetus vel manucripta ut hic, sed moderna æquivalenter tantum paulo aliis verbis: Et prius quidem velut ex Augustino indicabatur ad marginem, sed sic summationem tantum Augustinus: *Extasis excessum mentis significat, qua sit vel pavor vel aliqua revelatione;* quod in eundem tamen sensum reddit: Quia vero super PL 15. subjungitur, habetur apud illum expressus, nisi quod non exprimit hanc vocem sursum: Nec illam porro unam significationem extasis habet, sed premitit etiam quod extasis pavorem dicit Propheta quem comminansibus persecutoribus & impendensibus passionibus cruciatus aut mortis humana infirmitas patitur. Tum deinde subjungit: Nam & alio modo dicitur extasis, cum mens &c.

(2) Juxta significatum græce vocis extasi quæ perinde ac extra florem simpliciter importat; sed ma-

xime cum stat aliquis vel excedit extra seipsum, quia nullibi magis præsens quam sibi ipsi esse debet: In malam ergo partem aliquando extasis juxta hunc sensum accipitur, quando putatur excedere a mente per evagationem vel furorem, sicut Marc. 2. vers. 22. Christum dicuntur sui detinuisse quia dicebant, *In furem versus est; græce ἀτρίξεν.* Sed in bonam usitatis partem quando ex quadam causa spirituali ac divina contingit hic excessus. Talis extasis Pauli alienati quodammodo ac excedentis a seipso ut in divina vita consortium transeat, sicut infra notatur ad 2. Non sic proprie vero extasis Dei quæ ibidem etiam subjungitur, quia extra statum proprium Deus non fit, nec sic excedit a seipso ut alienationem patiatur quam pati nullum potest, sed per effectum quem extra se in creaturis cauitat vel per affectum per quem ipse ad eiusmodi productionem excitatur.

quod *divinus amor facit extasim*, in quantum scilicet facit appetitum hominis tendere in res amaras: unde postea subdit, quod *etiam ipse Deus, qui est omnium causa, per abundantiam amoris bonitatis extra seipsum fit per providentiam ad omnia existentia*. Quamvis etiam si expresse hoc diceretur de raptu, non designaretur, nisi quod amor esset causa raptus.

Ad secundum dicendum, quod in homine est duplex appetitus; scilicet intellectivus, qui dicitur voluntas; & sensitivus, qui dicitur sensualitas. Est autem proprium homini ut appetitus inferior subdatur appetitu superiori, & superior moveat inferiorem. Dupliciter ergo homo secundum appetitum potest fieri extra seipsum. Uno modo quando appetitus intellectivus totaliter in divina tendit, prætermis his ad quæ inclinat appetitus sensitivus: Et sic Dionysius dicit in IV. de Div. Nom. (loc. cit. in arg.) quod *Paulus ex virtute divini amoris extasim faciente dicit: Vivo ego, jam non ego, vivis vero in me Christus*. Alio modo quando prætermis appetitu superiori, homo totaliter fertur in ea quæ pertinent ad appetitum inferiorum & sic ille qui porcos parvit, sub semetipso cecidit: & iste excessus, vel extasis plus appropinquat ad rationem raptus quam primus, quia scilicet appetitus superior est magis homini proprius. Unde quando homo ex violentia appetitus inferioris abstrahitur a motu appetitus superioris, magis abstrahitur ab eo quod est sibi proprium. Quia tamen non est ibi violentia, eo quod voluntas potest resistere passioni, deficit a vera ratione raptus; nisi forte tam vehemens passio sit quod usum rationis totaliter tollat, sicut contingit in his qui propter vehementiam iræ, vel amoris infaniunt. Considerandum tamen, quod uterque excessus secundum appetitum existens potest causare excessum cognoscitivæ virtutis: vel quia mens ad quendam intelligibilia rapiatur, alienata a sensibus; vel quia rapiatur ad aliquam imaginariæ visionem, seu phantasticam apparitionem.

Ad tertium dicendum, quod sicut amor est motus appetitus respectu boni, ita timor est motus appetitus respectu mali. Unde eadem ratione ex utroque potest causari excessus

mentis; præsertim cum timor ex amore causetur, sicut Augustinus dicit XIV. de civit. Dei (cap. viii. a med. (1) & cap. ix.)

APPENDIX.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, & recte intelligas, insinuatum merito esse a scripturis, & Glossa: quod raptus ad cognoscitivam pertinet vim. A gloss. quidem: ut extenditur cum discurſu in argum. cont. A scripturis vero per hoc, quod Apost. I. Cor. 12. dicit, prius se raptum fuisse in tertium cœlum, quod sonat altitudinem cognitionis, quam in paradisum, quod complacentiam sanctæ affectionis importat. Vide ibi expositionem S. Thom. super Epist. D. Pauli. Ac si ergo per illam seriem locutionis dixerit scholastice Apostolus: Pertinet raptus magis ad cognoscitivam, quam ad vim appetitivam. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS III. 836

Utrum Paulus in raptu viderit Dei essentiam.

Ver. qu. qu. xiii. art. 2. & II. Cor. XII. leſt. 1.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod Paulus in raptu non viderit Dei essentiam. Sicut enim de Paulo legitur, quod est raptus usque ad tertium cœlum; ita & de Petro legitur Act. 10. quod *cecidis super eum mentis excessus*. Sed Petrus in suo excessu non vidit Dei essentiam, sed quamdam imaginariæ visionem. Ergo videtur quod nec Paulus Dei essentiam viderit.

2. Præterea. Visio Dei facit hominem beatum. Sed Paulus in illo raptu non fuit beatus: alioquin numquam ad vitæ hujus misericordiam rediisset; sed corpus ejus tuisset per redundantiam ab anima glorificatum, sicut erit in Sanctis post resurrectionem: quod patet esse falsum. Ergo Paulus in raptu non vidit Dei essentiam.

3. Præterea. Fides, & spes esse non possunt simul cum visione divinæ essentiaz, ut habetur I. ad Corinth. xiii. Sed Paulus in statu illo habuit fidem, & spem. Ergo non vidit

(1) Ubi *amor fugiens quod ei adversatur, timor dicitur esse*: ac ex capite 9. ubi dicuntur civitatis Dei cives in hac peregrinatione metuere, cupere, dolere & gaudere, omnesque istas affectiones rectas habere quia eorum quoque verus est amor. Et info-

rius: *Hi motus, hi affectus, de amore boni & sanctæ caritatem venientes, rectam rationem sequuntur &c.* Non cap. 8. sicut prius indicabatur ad marginem.

vidit Dei essentiam.

4. Præterea. Sicut Augustinus dicit XII. super Gen. ad lit. (cap. vi. & vii.) secundum visionem imaginariam quadam similitudines corporum videntur. Sed Paulus in raptu dicitur quasdam similitudines vidisse, puta tertii cœli, & paradisi, ut habetur II. ad Cor. xii. Ergo videtur esse raptus ad imaginariam visionem magis, quam ad visionem divinæ essentia.

Sed contra est quod Augustinus determinat in Libro de videndo Deum ad Paulinam (epist. cxvii. al. cxii. cap. xiiii.) quod ipsa Dei substantia a quibusdam videri potuit in hac vita positis, sicut a Moyse, & Paulo, qui raptus audivit ineffabilia verba, que non licet homini loqui.

Respondeo dicendum, quod quidam dixerunt, Paulum in raptu non vidiisse ipsam

Dei essentiam, sed quasdam resurgentiam claritatis ipsius. Sed contrarium manifeste Augustinus determinat (1) non solum in Libro de videndo Deum, (loc. cit.) sed etiam XII. super. Genes. ad lit. (cap. xxviii.) & habetur in Glossa (ord. sup. illud, Usque ad tertium cœlum) II. ad Corinth. xii. Et hoc etiam ipsa verba Apostoli designant: dicit enim, se audiriſſe ineffabilia verba, que non licet homini loqui.

Hujusmodi autem videntur ea quæ pertinent ad visionem beatorum, quæ excedit statum vis, secundum illud Isa. lxiv. 4. Oculus non vidit, Deus, absque te, que preparasti diligentibus te. Et ideo convenientius dicitur, quod Deum per essentiam vidi.

Ad primum ergo dicendum, quod mens humana divinitus rapitur ad contemplandam veritatem divinam triploiter. Uno modo ut

con-

(1) Paulo aliter tamen sub his verbis: Potest mōre quosmodi jam ipsa Dei substantia videri potuisse a quibusdam in hac vita positis proper illud quod dictum est ad Moysem (Exod. 33.) Nemo potest faciem meam videre & vivere, nisi quis potest humanæ mens divinitus rapi ex hac vita ad angelicam vitam antequam per istam communem mortem carne solvatur: Sic enim raptus est qui audivit illie ineffabilia verba que non licet homini loqui &c. Et inferius addit., ideo Numer. 12. dici quod Moyses gloriam Domini vidit, quia forte illa contemplatione substantie sue dignum etiam tunc habuit Deus populi sui saltem Restorem &c. Et vero id ita certum putetur aut sic ab Augustino existimatum ut pro indubitate habendum sit? Scilicet: Esto conveniensius dicendum videatur, ut hic loquitur S. Thomas & ut in ejus potissimum reverentiam convenienter dictum admitti placet: An & indubitanter? Jam contrarium de Moyse vidimus indicatum ab illo supra, & ad calcem notavimus: De Paulo quoque idem patet non sic indubitanter dici; quod nec utique dici potest, aliqui fidei dogma dicendum estet, si diceretur certo ex Scriptura constare: Cur ergo aliquorum perfuntorie legentium ne dicam non intelligentium, tanta litera contra me quod id non sic certo constare docuerim, probabiliter tamen & pie dici posse? An certum volunt ex Scriptura quod Catholicæ Theologi plures passim respunnt quam admittant? Et quod nemo ridere satis possit, certum ex ipsa Patrum traditione, quorum ne unus quidem, Augustino excepto, id putavit, & nullus non negavit qui ea de re tractaverit: Sic Patres legunt? An porro certum verba Scripturæ insinuent quæ hic in textu refert S. Thomas? An aliter non potest explicari quod audiverit Apostolus arcana verba quæ non licet homini loqui, vel audivisse idem est certo ac vidiisse; An in tertium cœlum vel paradisum raptus dici non potest nisi statim intelligatur ad visionem essentia divinae raptus esse? An explodenda Glossæ omnes aliter explicantes tertium illud cœlum vel paradisum quasi Scri-

ptum adversentur? Annon existimari possit sine prajudicio & injury sacri textus aliud Apostolum intelligere voluisse cum visionem essentia divinae non expressi, quamvis ad commendationem sui contra infamatores infestatoresque suos omnia illa congerere compelleretur qua dignitatem Apostolatus ejus confirmarent, sed visiones tantum & reversiones indicavit? Veniam inquit, ad visiones & revelationes Domini (ὀρατίον & αποκαλύψεις) An si certum id esse putandum est, dixerit Apostolus 1. ad Timoth. 6. ver. 16. Lucem habitas inaccessibilem, quem nullus hominum vidit sed nec videre potest: Ubi & S. Thomas pro secunda ex tribus interpretationibus ponit quod nemo Deum vidit per effensionem oculo mentis vivens in cœlo nisi Christus: Imo etiam Augustinus eundem locum versans lib. 3. contra Maximinum cap. 9. Non dixit Apostolus, inquit, Nemo poterit videre Deum, sed Nemo potest: Poterit enim homo sed tunc cum aeternum erit fidelium præsumit videre Deum: Praeter illud 1. ad Cor. 13. ver. 12. Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facies ad faciem: Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam fiscus & cognitus sum. Nam utecumque conciliari possint ista ne visionem essentia divinae per aliquod speciale privilegium Paulo concessam rejiciant, tatis ostendunt certum dici non posse nec debere, aut quasi certum Augustino vel S. Thomæ visum esse quod non parum est si velut convenientis & pium attruatur. Quam ridicule porro pism dici (quasi sapere idiotæ simplicitatem) valde subtilis & acutus quipiam reprehendit! nesciens pism assertione appellari, quæ licet certa non sit, verisimilis tamen videri potest & rationi non repugnans; ac multo minus veritati fidei contraria sicut usurpat Sapientes; Imo & ipse S. Thomas Quodlib. 9. quest. 8. art. 1. p[ro]p[ter] credendum ait quod in canonizatione Sanctorum judicium Ecclesiæ errare non possit; quasvis id multo sit certius quam quod hic modo disceptatur. Sed blasphemare quod ignoratur est facile.

contempletur eam per similitudines quasdam imaginarias : & talis fuit excessus mentis qui cecidit supra Petrum. Alio modo ut contempletur veritatem divinam per intelligibiles effectus ; sicut fuit excessus David dicentis (Psal. cxv. 2.) *Ego dixi in excessu meo : Omnis homo mendax.* Tertio modo ut contempletur eam in sua essentia ; & talis fuit raptus Pauli , & etiam Moysis : & satis congruerat , nam sicut Moyses fuit primus doctor Iudeorum , ita Paulus fuit primus doctor Gentium .

Ad secundum dicendum , quod divina essentia videri ab intellectu creato non potest nisi per lumen gloriae , de quo dicitur in Psal. xxxv. 10. *In lumine tuo videbimus lumen.* Quod tamen duplice participari potest. Uno modo per modum formae immanentis : & sic beatos facit Sanctos in patria . Alio modo per modum cuiusdam passionis transeuntis , sicut dictum est (quæst. clxi. art. 2.) de lumine prophetarum : & hoc modo lumen illud fuit in Paulo , quando raptus fuit . Et ideo ex tali visione non fuit simpliciter beatus ut fieret redundantia ad corpus , sed solum secundum quid . Et ideo talis raptus aliquo modo ad prophetiam pertinet .

Ad tertium dicendum , quod quia Paulus in raptu non fuit beatus habitualiter , sed solum habuit actum beatorum , consequens est ut simul tunc in eo non fuerit actus fidei ; fuit tamen simul tunc in eo fidei habitus .

Ad quartum dicendum , quod nomine tertii cœli potest uno modo intelligi aliquid corporeum : & sic tertium cœlum dicitur cœlum empyreum , quod dicitur tertium respectu cœli aerei , & cœli siderei , vel potius respectu cœli siderei , & respectu cœli aquei , sive crystallini . Et dicitur raptus ad tertium cœlum non quia raptus fit ad videndum similitudinem alicujus rei corporeæ , sed propter hoc quod locus ille est contemplationis beatorum . Unde Glossa (cit. in princ. corp.) dicit II. ad Corinth. xii. quod cœlum tertium est spiritualē cœlum , ubi Angeli , & sanctæ animæ fruuntur Dei contemplatione : ad quod cum dicit se raptum , signat quod Deus ostendit ei vitam , in qua videndus est in æternum . Alio modo per tertium cœlum potest intelligi aliqua visio supermundana : quæ potest dici tertium cœlum triplici ratione . Uno modo secundum ordinem potentiarum cognoscitivarum ; ut primum cœlum dicatur visio supermundana corporalis , quæ fit per sensum , sicut visa est manus scribentis in parte , Daniel. v. secundum autem cœlum sit

visio imaginaria , pura quam vidit Isaías , & Joannes in Apocalypsi ; tertium vero cœlum dicatur visio intellectualis , ut Augustinus exponit XII. super Genes. ad lit. (cap. xxviii. 1.) Secundo modo potest dici tertium cœlum secundum ordinem cognoscibilium ; ut primum cœlum dicatur cognitione cœlestium corporum ; secundum cognitione cœlestium spirituum ; tertium cognitione ipsius Dei . Tertio modo potest dici tertium cœlum contemplatio Dei secundum gradus cognitionis qua Deus videtur : quorum primum pertinet ad Angelos infra hierarchias ; secundus ad Angelos medianos ; tertius ad Angelos supremos , ut dicit Glossa (cit. in princ. corp.) II. ad Corint. xii. & quia visio Dei non potest esse sine delectatione , propterea non solum se dicit raptum ad tertium cœlum ratione contemplationis , sed etiam in paradisum ratione delectationis consequentis .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , & in sensu recto intelligentias , merito insinuatam ab Ecclesia sancta , fuisse , quod D. Paulus in raptu illo viderit divinam essentiam . Ut , quando in festo conversionis ejus dicit in antiph. ad Magnificat. *Elegit Dominus virum de plebe : & claritatem visionis æternae dedit illi.* Loquitur enim ibi ad litteram de D. Paulo , & de raptu ejus narrato 2. Cor. 12. Ac si pét hæc dixerit . Convenientius dicitur ; quod vir iste a Deo electus viderit clara visione , in raptu tamen idest per modum transeuntis , essentiam divinam , quam dicitur oppositum . Ut per ly *claritatem visionis æternae* , intelligamus claritatem , cuius visione æterna in æternum vivunt beati . Pro quo & recolamus B. Gregorii dictum super Exod. 33. quod est hoc . *Negue illi simplici , & incommutabili essentia aliud est claritas , aliud est natura : sed ipsa ei natura claritas , ipsa claritas natura est.* Hæc ille . Secundo vides : &c.

ARTICULUS IV. 837

Utrum Paulus in raptu fuerit alienatus a sensibus.

I. P. quest. XII. art. II. cor. & ver. quest. X. art. II. cor. & quest. XIII. art. 3. cor. & ad 4. & art. 4. co. & quod. I. art. I. co. & II. Cor. XII. lctd. I.

AD quartam sic proceditur. Videtur quod Paulus in raptu non fuerit alienatus a sensibus. Dicit enim Augustinus XII. super Gen. ad lit. (cap. xxviii. cir. med.) *Cur non credamus quod tamen Apolo doctori genuum rapto usque ad istam excellensissimam visionem voluerit Deus demonstrare vitam, in qua post hanc vitam (*) vivendum est in eternum?* Sed in illa vita futura Sancti post resurrectionem videbunt Dei essentiam absque hoc quod fuit abstractio a sensibus corporis. Ergo nec in Paulo fuit hujusmodi abstractio facta.

2. Præterea. Christus vere viator fuit, & continue visione divina essentia fruebatur; nec tamen siebat abstractio a sensibus. Ergo nec fuit necessarium quod in Paulo fieret abstractio a sensibus, ad hoc quod essentiam Dei videret.

3. Præterea. Paulus, postquam Deum per essentiam viderat, memor fuit illorum quæ in illa visione confixerat: unde dicebat II. ad Cor. XII. 4. *Audiri arcana verba, quæ non licet brinii loqui.* Sed memoria ad partem sensitivam pertinet, ut patet per Philosophum in Lib. de memoria & reminiscentia (cap. I. cir. med.) Ergo videtur quod etiam Paulus videndo Dei essentiam non fuerit alienatus a sensibus.

Sed contra est quod Augustinus dicit XII. super Gen. ad lit. (cap. xxvii. in fin.) *Nisi ab hac vita quisque quodammodo moriarum, sive amissione exiens de corpore, sive aversus, & alienatus a carnalibus sensibus, in illam non subvenietur visionem.*

Respondeo dicendum, quod divina essentia non potest ab homine videri per aliam vim cognoscitivam quam per intellectum. Intellectus autem humanus non convertitur ad intelligibilia nisi mediantibus phantasmatisbus, quæ per species intelligibiles a sensibus acepit, & in quibus considerans de-

sensibilibus iudicat, & ea disponit. Et ideo in omni operatione qua intellectus noster abstrahitur a phantasmatisbus, necesse est quod abstrahatur a sensibus. Intellectus autem hominis in statu viae necesse est quod a phantasmatisbus abstrahatur, si videat Dei essentiam. Non enim per aliquod phantasma potest Dei essentia videri, quinmo nec per aliquam speciem intelligibilem creatam, quia essentia Dei in infinitum excedit non solum omnia corpora, quorum sunt phantasma, sed etiam omnem intelligibilem creataram. Oportet autem, cum intellectus hominis elevatur ad altissimam Dei essentiae visionem, ut tota mentis intentio illuc ad vocetur, ita scilicet quod nihil intelligat aliud ex phantasmatisbus, sed totaliter feratur in Deum. Unde impossibile est quod homo in statu viae videat Deum per essentiam sine abstractione a sensibus.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc. arg. 2.) post resurrectionem in beatis Dei essentianu videntibus fuit redundantia ab intellectu ad inferiores vires, & usque ad corpus: unde secundum ipsam regulam divinæ visionis anima intendet phantasmatisbus, & sensibilibus. Talis autem redundantia non fuit in his qui rapiuntur, sicut dictum est (art. præc. ad 2.) Et ideo non est similis ratio.

Ad secundum dicendum, quod intellectus animæ Christi erat glorificatus per habituale lumen gloriae, quo divinam essentiam videbat multo amplius quam aliquis Angelus, vel homo. Erat autem viator propter corporis passibilitatem, secundum quam paulo minus ab Angelis minorabatur, ut dicitur ad Hebreos II. dispensative, & non propter aliquem defectum ex parte intellectus. Unde non est similis ratio de eo, & de aliis viatoriis.

Ad tertium dicendum, quod Paulus, postquam cessavit videre Dei essentiam, memor fuit illorum quæ in illa visione cognoverat per alias species intelligibiles habitualiter ex hoc in ejus intellectu relictas, sicut etiam, abeunte sensibili, remanent alias impressiones in anima, quas postea conferens ad phantasmata memorat. Unde nec tam illam cognitionem aut cogitare poterat, aut verbis exprimere.

A P.

(*) Ita communiter. Nicolajus videndus est.

APPENDIX.

Ex art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum a scripturis , & Augustino , quod Paulus in illo suo raptu fuit alienatus a sensibus . A D. Augustino quidem , ut in arg. con. A scripturis vero universaliter per hoc , quod dicitur Sapient. 9. *Corpus , quod corrumpitur , egravat animam* , scilicet ab elevatione ad divina . Cum itaque summa elevatio animæ sit illa , qua ad videndam essentiam divinam pertingit : oportet secundum illam authoritatem , quod mens humana videns divinam essentiam sit vel totaliter a corpore exuta , vel alienata ab ipsis corporis sensibus . Item ab Exo. 33. Non videbit me homo , & vivere , scilicet vita corporali : vel in quantum vivere dicit esse (juxta illud Philosophi : *Vivere vivens est esse*) vel falso in quantum vivere dicit operari (ut habetur ab eodem Philosopho in libris de anima .) Ac si ergo dixerit : Homo purus (talis scilicet , qualis es tu) nisi aut realiter moriatur , aut latenter quoad usum sensuum (mors enim quædam corporalis est , animam in corpore alienari a sensibus) non poterit me videre . Secundo vides : quomodo &c.

ARTICULUS V. 838

Utrum anima Pauli in statu illo fuerit totaliter a corpore separata .

Inf. art. 6. & ve. quæst. xiiii. art. 3. cor. & II. Cor. xiiii. lect. 1. fi.

Ad quintum sic proceditur . Videtur quod anima Pauli in statu illo fuerit totaliter a corpore separata . Dicit enim Apostolus II. ad Cor. 5. *Quamdiu sumus in corpore , peregrinamur a Domino : per fidem enim ambulamus , & non per speciem* . Sed Paulus in statu illo non peregrinabatur a Domino , quia videbat Domum per speciem , ut dictum est (art. 3. hu. quæst.) Ergo non erat in corpore .

2. Præterea . Potentia animæ non potest elevari supra ejus essentiam , in qua radica-

tur . Sed intellectus , qui est potentia animæ , in raptu fuit a corporalibus abstractus per elevationem ad divinam contemplationem . Ergo multo magis essentia animæ fuit separata a corpore .

3. Præterea . Vires animæ vegetabilis sunt magis materiales quam vires animæ sensitivæ . Sed oporebat intellectum abstractum a viribus animæ sensitivæ , ut dictum est (art. præc.) ad hoc ut raperetur ad videndum divinam essentiam . Ergo multo magis oporebat quod abstracteretur a viribus animæ vegetabilis , quarum operatione cessante , jam nullo modo remanet anima corpori conjuncta . Ergo videtur quod oportuit in raptu Pauli animam totaliter a corpore esse separatam .

Sed contra est quod Augustinus dicit in epist. ad Paulinam de videndo Deum (cxlvii. al. cxlii. cap. xiiii. ante medi.) Non incredibile est , etiam quibusdam Sanctis vobis remanentes , ut sepius eorum cadavera remanentes , eis istam excellentiam revelationis suisse concessam , ut scilicet viderent Deum per essentiam . Non ergo fuit necessarium ut in raptu Pauli animam ejus totaliter separaretur a corpore .

Respondeo dicendum , quod , sicut supra dictum est (art. 1. hu. quæst.) in raptu , de quo nunc loquimur , (1) virtute divina elevatur homo ab eo quod est secundum naturam , in id quod est supra naturam : & ideo duo considerare oportet : primo quidem quid sit homini secundum naturam ; secundo , quid divina virtute in homine sit secundum supra naturam .

Ex hoc autem quod anima corpori unita tamquam naturalis forma ipsius , convesit animæ naturalis habitudo ad hoc quod per conversionem ad phantasmata intelligat : quod quidem ab ea non auferetur divina virtute in raptu , quia non mutatur status ejus , ut dictum est (art. 3. hu. quæst. ad 3.) Mamente autem hoc statu , auferetur ab anima actualis converio ad phantasmata , & sensibilia , ne impediatur ejus elevatio in id quod excedit omnia phantasmata , ut dictum est (art. præc.) Et ideo in raptu non fuit necessarium quod anima sic separaretur a corpore ut ei non uniretur quasi forma ; fuit autem necessarium , intellectum ejus ab-

B b 2 stra-

(1) Quippe cum & alia significatione intelligatur nomen raptus pro violenta puellarum vel feminarum quaruncunque ad muliebrem usum abductione ; sive

pro violenta etiam rerum ablatione que rapina usitatus dici solet : Primo maxime sensu & in Decreto Causa 27. & 36. in Jure civili usurpatur .

strahi a phantasmatibus, & sensibulum perceptione (1).

Ad primum ergo dicendum, quod Paulus in raptu illo peregrinabatur a Domino quantum ad statum, quia adhuc erat in statu viatoris; non autem quoad actum, quo videbat Deum per speciem, ut ex praedictis patet (art. 3. hu. quæst. ad 2. & 3.)

Ad secundum dicendum, quod potentia animæ virtute naturali non elevatur super modum convenientem essentiaz ejus; virtute tamen divina potest in aliquid altius elevari, sicut corpus per violentiam fortioris virtutis elevatur supra locum convenientem sibi secundum speciem suæ naturæ.

Ad tertium dicendum, quod vires animæ vegetabilis non operantur ex intentione animæ, sicut vires sensitivæ, sed per modum naturæ: & ideo non requiritur ad raptum ab eis abstractio, sicut a potentissimis sensitivis, per quarum operationes minueretur intentio animæ circa intellectivam cognitionem.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a scripturis, & August. quod non fuit necessarium, animam Divi Pauli in illo raptu esse totaliter a corpore separatam. A D. August. quidem, ut in arg. con. A scripturis vero; ut Sap. 9. & Exo. 33. secundum quod ponuntur, ac exponuntur in art. 4. ap. Vide igitur ibi: & inde compries non tantum illud, quod in principio nunc diximus: sed etiam, quod fuit necessarium, ipsam animam a perceptione sensibilium, & usu phantasmatum abstrahi, id, quod fuit prima pars conclusionis hujus articuli. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS VL 839

Utrum Paulus ignoraverit, an anima ejus fuerit a corpore separata.

Ver. quæst. XIII. art. 5. & II. Cor. XIII. let. I. fi.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod Paulus non ignoraverit, an ejus anima fuerit a corpore separata. Dicit enim ipse II. ad Corinth. XII. 2. *Scio hominem in Christo raptum usque ad tertium cælum.* Sed homo nominat compositum ex anima, & corpore: raptus etiam differt a morte. Videtur ergo quod ipse sciverit, animam non fuisse per mortem a corpore separatam, præsertim quia hoc communiter a Doctoribus ponitur.

2. Præterea. Ex eisdem Apostoli verbis patet quod ipse scivit quo raptus fuerit, quia *in tertium cælum*. Sed ex hoc sequitur quod sciverit utrum in corpore fuerit, vel non: quia si scivit tertium cælum esse aliquid corporeum, consequens est quod sciverit animam suam non esse a corpore separatam, quia visio rei corporeæ non potest fieri nisi per corpus. Ergo videtur quod non omnino ignoraverit, an anima fuerit a corpore separata.

3. Præterea. Sicut Augustinus dicit XII. super Gen. ad lit. (cap. xxviii.) *ipse in raptu vidit illa visione Deum qua vident Sancti in patria.* Sed Sancti ex hoc ipso quod vident Deum, sciunt an animæ eorum sint a corporibus separatae. Ergo & Paulus hoc scivit.

Sed contra est quod dicitur II. ad Cor. XIII. 3. *Sive in corpore, sive extra corporis noscere, Deus scit.*

Respondeo dicendum, quod hujusmodi quæ-

(1) Hinc Quodl. I. & art. I. negat B. Benedictum in ea visione quam Gregorius refert lib. 2. Dialogorum cap. 35. divinam essentiam vidisse, quia quando visionem illam vidit, nec huic vita funditus mortuus erat, nec a corporeis sensibus alienatus: Quod patet, inquit: per hoc quod dum adhuc in eadem visione persistaret, alium ad idem videndum advocavit us Gregorius ibidem refert: Sic enim ibi tota illa visio exprimitur: Subiro in tempesta noctis horæ respiciens fidem susam lucem desuper tanto splendore clarescere ut diem vincet lux illa quæ in tenebris radiasset: Mira res! quia sicut ipse narravit, omnis mundus velut sub uno Solis radio collectus ante

oculos ejus adductus est: Qui dum intonam oculorum aciem in hoc splendore coruscæ lucis infigeret, vidit Germani Capuani animam in sphera ignis ab Angelis in calum ferri: Tunc tanti sibi testem volens adhibere miraculi Servandum Diaconum bis seruque cum clamoribus magnitudine vocavit &c. Otiosum ergo est hanc ei propterea prærogativam tribuere quæ vix in Paulo a sensibus alienato defenditur: Nec minus otiose quidam tribuunt Augustino propter perperam intellecta nonnulla quæ cap. 10. libri 9. Confessionum exaggerat, unde potius oppositum inferri potest.

questio[n]is veritatem accipere oportet ex ipsis Apostoli verbis , quibus dicit se aliquid scire , scilicet se raptum esse usque ad tertium cælum , & aliquid nescire , scilicet utrum in corpore , aut extra corpus : quod quidem potest intelligi dupliciter . Uno modo ut hoc quod dicitur , *Sive in corpore , sive extra corpus* , non referatur ad ipsum esse hominis rapti , quasi ignoraverit an anima ejus esset in corpore , an non ; sed ad modum raptus , ut scilicet ignoraverit an corpus ejus fuerit simul raptum cum anima in tertium cœlum , vel non , sed solum anima ; sicut Ezech. viii. dicitur , quod adductus est in visionibus Dei in Hierusalem . Et hunc intellectum fuisse cuiusdam Judæi exprimit Hieronymus in prologo (1) super Daniel . (vers. fin.) ubi dicit : *Denique & Apostolum nostrum (scilicet dicebat Judæus) non fuisse ausum affirmare se in corpore raptum , sed dixisse : Sive in corpore , sive extra corpus nescio .*

Sed hunc sensum reprobat Augustinus XII. super Gen. ad lit. (cap. ii. iii. iv. & xxviii.) per hoc quod Apostolus dicit , scivisse se esse raptum usque in tertium cœlum . Sciebat ergo verum esse tertium cœlum id in quod raptus fuit , & non similitudinem imaginariam tertii cœli : alioquin si tertium cœlum nominavit phantasma tertii cœli , par ratione dicere potuit , se in corpore raptum , nominans corpus proprii corporis phantasma , quale apparet in somniis . Si autem sciebat esse vere tertium cœlum , sciebat ergo aut esse aliquid spirituale , & incorporeum ; & sic non poterat corpus ejus illuc rapi : aut esse aliquid corporeum ; & sic anima non posset illuc sine corpore rapi , nisi separaretur a corpore . Et ideo oportet secundum aliud sensum (2) intelligere , ut scilicet Apostolus sciverit quod fuerit raptus secundum animam , & non secundum corpus , nesciverit tamen qualiter se haberet anima ad corpus , utrum

scilicet fuerit sine corpore , vel non .

Sed circa hoc diversimode aliqui loquuntur . Quidam enim dicunt , quod Apostolus scivit quod anima sua erat corpori unita ut forma , sed nescivit utrum esset passus alienationem a sensibus , vel etiam utrum esset facta abstractio ab operibus animæ vegetabilis . Sed quod fuerit facta abstractio a sensibus , hoc non potuit ignorare , ex quo scivit se raptum ; quod autem fuerit facta abstractio ab operibus animæ vegetabilis , non erat tantum aliquid ut de hoc oporteret tam sollicitam fieri mentionem . (3) Unde relinquitur quod nescivit Apostolus , utrum anima ejus fuerit conjuncta corpori ut forma , vel a corpore separata per mortem . Quidam autem hoc concedentes dicunt , quod Apostolus tunc non perpendit quando rapiebatur , quia tota ejus intentio conversa erat in Deum ; sed postmodum perceperit , considerans ea quæ viderat . Sed hoc etiam contrariatur verbis Apostoli , qui distinguit in verbis præteritum a futuro : dicit enim in præsenti se scire quod fuit raptus ante annos quatuordecim , & se in præsenti nescire utrum in corpore fuerit , vel extra corpus .

Et ideo dicendum est , quod & prius , & postea nescivit , utrum ejus anima fuerit a corpore separata . Unde Augustinus dicit XI. super Gen. ad lit. (cap. v.) post longam inquisitionem concludens : *Restas ergo fortasse ut hoc ipsum eum ignorasse intelligamus , utrum quando in tertium cælum raptus est , in corpore fuerit anima , quomodo & anima in corpore , cum corpus vivere dicitur sive dormientis , sive in extasi a sensibus corporis alienati , an omnino de corpore esserit , ut mortuum corpus jaceret .*

Ad primum ergo dicendum , quod per synecdochen quandoque pars hominis homo nominatur ; & præcipue anima , quæ est pars hominis eminentior .

Quam-

(1) Illo nimirum qui sub nomine prefationis tomo i. habetur , & est epist. 12. ab illis verbis incipiens *Danielēm Prophetam &c.* Bibliisque modernis præfigitur : Non illo item qui sub nomine præcēdī Commentarium Danielis immediate tomo 4. præcedit , & incipit ab illis verbis *Contra Prophetam Danielēm* ; ne quis non suo loco frustra querat .

(2) Quem etiam in eum locum sic exprimit . Dicendum quod Apostolus dicit se nescire utrum in illa visione anima ejus fuerit totaliter separata a corpore , vel utrum anima ejus extiterit in corpore ut forma . nam mens ejus fuerit a sensibus corporis alienata .

(3) Supposito quod ipsi supponebant animam in

corpore mansisse sicut formam ; quia functiones animæ vegetabilis cum etiam in dormiente fiant nec impedianti alienationem a sensibus quæ requiruntur ad mentis raptum ut spiritualia sine ullo impedimento expeditius contempnentur , non est necesse ut supponantur quievisse quando raptus est Apostolus anima tamen manente semper in corpore , sed nec satis convenienter supponerentur quievisse , quia per illas vita conservatur , & propterea nec in somno quiescunt , ut cap. ultimo libri primi Ethicorum notatur : Unde illud vulgare , quod *anima vegetativa numquam dormit* , idest proprias functiones vel operationes exercere non cessat , quamdiu corpus manet vivum , quantumcumque intellectiva vel sensitiva cesseret .

Quamvis etiam possit intelligi, cum quem raptum dicit, non tunc fuisse hominem quando raptus fuit, sed post annos quatuordecim. Unde dicit, *Siclo hominem*, non dicit, *Siclo raptum hominem*. Nihil etiam prohiberet, mortem divinitus procuratam raptum dici: & sic Augustinus dicit XII. super Gen. ad lit. (cap. III. a med.) *Dubitate inde Apostolo, quis nostrum inde certus esse audeat?* Unde qui super hoc loquuntur, magis conjecturaliter quam per certitudinem loquuntur.

Ad secundum dicendum, quod Apostolus scivit, vel illud cœlum esse quid corporeum, vel aliquid incorporeum a te visum in illo cœlo; cum hoc potuerit fieri per intellectum ejus, etiam si anima ejus non esset a corpore separata.

Ad tertium dicendum, quod visio Pauli in raptu quantum ad aliquid fuit similis visioni beatorum, scilicet quantum ad id quod videbatur; & quantum ad aliquid dissimilis, scilicet quantum ad modum videndi, quia non ita perfecte vidit, sicut Sancti, qui sunt in patria. Unde Augustinus dicit XIII. super Gen. ad lit. (cap. xxxvi. a med.) *Quamvis Apostolo arrepto a carnis sensibus in tertium cœlum defuse ad plenam, perfectamque cognitionem rerum, qua Angelis inest, quod sive in corpore, sive extra corpus esset, nesciebat: hoc seique non deerrit receptis corporibus (1) in resurrectione mortuorum, cum corruptibile hoc induens incorruptionem.*

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas merito insinuatum fuisse a scripturis, quod D. Paulus ignoravit, an in raptu illo suo esset vivus in corpore, an totaliter mortuus. Ut 2. Cor. 12. secundum quod in arg. contr. Ubi nota, quod dicit *live in corpore, live extra corpus*: non autem dicit *live cum corpore, live sine corpore*. Per illud enim sic subtiliter ad differentiam hujus dictum instruit

nos Apostolus, quod non boquies de neficitia raptus corporis sui: sed magis denotat, quod scivit, corpus suum non fuisse raptum simul cum anima. Puta modo illo, quo Hebreas raptus fuit in cœlum 4. Reg. 2. Et hoc annotatum sit contra opinionem illius Judæi recitataam in textu corp. Secundo vides: quomodo &c.

Q U A E S T I O C L X X V I .

De gratia linguarum,

In duos articulos divisæ.

DEinde considerandum est de gratiis gratis datis quæ pertinent ad locutionem: & primo de gratia linguarum; secundo de gratia sermonis sapientiæ, seu scientiæ.

Circa primum queruntur duo.

Primo, utrum per gratiam linguarum homo adipiscatur scientiam omnium linguarum.

Secundo, de comparatione hujus doni ad gratiam prophetiae.

A R T I C U L U S I. 340

Vtrum illi qui consequabantur donum linguarum, loquebantur omnibus linguis.

I. Cor. xiv. 10. 1. & 10. 4.
a princ.

AD primum sic proceditur. Videtur quod illi qui consequabantur donum linguarum, non loquebantur omnibus linguis. Illud enim quod divina virtute aliquibus conceditur, optimum est in suo genere; (2) sicut Dominus aquam convertit in vinum bonum, sicut dicitur Joan. 11. Sed illi qui haberent donum linguarum, melius loquabantur in propria lingua: dicit enim Glossa ad Hebr. 1. (3) *non esse mirandum, quod epistola ad Hebreos maiore seluet facundia quam alia;* cum

(1) In ablativo absoluto non in dative. Suppleandum ergo, *Non deerrit sanctis animabus, receptis corporibus*, idest postquam corpora receptorint: Sed in originali texu Augustini hanc ambiguitatem transpositio tollit: *Sic enim. Hoc non deerrit cum receptis corporibus in resurrectione mortuorum corruptibile hoc induens incorruptionem*: Quod ex 1. ad Corinth. 15. usurpatur.

(2) Cum sit optima adducere optima, ut jam alibi ex Platone notatum.

(3) Ut ex Glossa ordinaria super prefationem Hieronymi prius indicabatur ad marginem; sed prefatio illa quæ sine Hieronymi nomine ibi habetur defumpta est ex Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum ubi de Paulo agens, Epistola que fertur ad Hebreos, inquit, *non eis tradidit proprii stylis sermonisque distinctiam*: Et paulo infra: *Scripturas ut Hebreos Hebreis hebraice, idest suo eloquio disertissimas, ut ea qua eloquenter scriptae fuerant in hebreo, eloquentius verterentur in grecum &c.*

cum naturale sit unicuique plus in sua quam in aliena lingua valere : ceteras enim epistolatas Apostolus peregrino, idest Graeco, sermone composuit, hanc autem scriptu Hebraica lingua. Non ergo per gratiam gratis datam Apostoli acceperunt scientiam omnium linguarum.

2. Præterea. Natura non facit per multa quod potest fieri per unum ; & multo minus Deus, qui ordinatus quam natura operatur. Sed poterat Deus facere ut unam linguam loquentes ejus discipuli ab omnibus intelligerentur : unde super illud Act. 11. *Audiebat unusquisque lingue sua illos loquentes*, dicit Glossa (ordin. Bedæ) quod linguis omnibus loquebantur : vel sua (idest Hebraica lingua) loquentes ab omnibus intelligebantur, ac si propriis singulorum loquentur. Ergo videtur quod non habuerunt scientiam loquendi omnibus linguis.

3. Præterea. Omnes gratia derivantur a Christo in corpus ejus, quod est Ecclesia, secundum illud Joan. 1. 16. *Dicit plenitudine ejus omnes accepimus*. Sed Christus non legitur fuisse locutus nisi una lingua, nec etiam nunc fidèles singuli nisi una lingua loquuntur. Ergo videtur quod discipuli Christi non acceperunt ad hoc gratiam ut omnibus linguis loquentur.

Sed contra est quod dicitur Act. 11. 24. quod *repleti sunt omnes Spiritus sancto, & caperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis* : ubi dicit Glossa Gregorii (1) quod „ Spiritus sanctus super discipulos in igneis linguis apparuit, & eis omnium linguarum scientiam dedit. “

Respondeo dicendum, quod primi discipuli Christi ad hoc fuerunt ab ipso electi ut per universum orbem discurrentes, fidem ejus ubique prædicarent, secundum illud Matth. ult. 16. *Euntes docete omnes gentes*. Non autem erat convenienter ut qui mitteban-

tur ad alios instruendos, indigerent ab aliis instrui, qualiter aliis loquerentur, vel qualiter quæ alii loquerentur, intelligerent : præfertim quia isti qui mittebantur, erant unius gentis, scilicet Judæz, secundum illud Isa. xxviii. 6. *Qui egrediuntur impetu a Jacob . . . implibunt faciem orbis semino*. Illi etiam qui mittebantur, pauperes, & imponentes erant ; nec de facilis a principio reperirent qui eorum verba aliis fideliter interpretarentur, vel verba aliorum eis exparent, maxime quia ad infideles mittebantur. Ex ideo necessarium fuit ut super hoc eis divinitus provideretur per donum linguarum ; ut sicut gentibus ad idolatriam declinabibus, introducta est diversitas linguarum, sicut dicitur Gen. xi. ita etiam quando erant gentes ad cultum unius Dei revocandæ, contra hujusmodi diversitatem remedium adhiberetur per donum linguarum. (2)

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut dicitur II. ad Cor. xii. 7. *manifestatio spiritus datur ad utilitatem* : & ideo sufficienter & Paulus, & alii Apostoli fuerunt instructi divinitus in linguis omnium gentium, quantum requirebatur ad fidei doctrinam ; sed quantum ad quædam quæ superadduntur humana arte ad ornatum, & elegantiam locutionis, Apostolus instructus erat in propria lingua, non autem in aliena : sicut etiam in sapientia, & scientia fuerunt sufficienter instructi, quantum requirebat doctrina fidei, non autem quantum ad omnia quæ per scientiam acquisitam cognoscuntur, puta de conclusionibus Arithmeticæ, vel Geometriæ.

Ad secundum dicendum, quod. quamvis utrumque fieri potuisset, scilicet quod per unam linguam loquentes ab omnibus intelligerentur (3), aut quod omnibus linguis loquentur ; tamen convenientius fuit quod ipsi omni-

(1) Sumpta ex hom. 30. super Evangelia, post lectionem ipsam evangelicam explicatam, ubi etiam addit : *Quid scilicet hoc miraculo designans (nempe Spiritus sanctus) nisi quod sancta Ecclesia eodem Spiritu repleta omnium gentium erat voce loquutura. Quin & hoc ipsum satis intelligitur ex Adoratum 3. vers. 4. ubi dicitur quod caperunt loqui variis linguis ; & v. 6. Audiebat unusquisque lingue sua illos loquentes ; & expressius adhuc vers. 8. Quomodo audivimus unusquisque linguam nostram in qua nati sumus ? Partibi & Medi &c.*

(2) Hanc antithesim habet etiam Gregorius ut supra post predicta : *Qui contra Deum inquit turrim edificare conari sunt, communionem unius lingue perdidereunt : In his autem qui Deum humiliter*

metuebant, lingue omnes unite sunt.

(3) Si credi debet Glossæ quæ Bedæ nomen perfert : Quamvis Beda inquisitive tantum eo loco prononcat *utrum diversis sermonibus uniuscuiusque lingua loquentur* ; vel an eorum sermo, qualibet lingua fuisse pronunciatus, ab unoquoque audiente secundum suam linguam intelligeretur : Et inferius tamen sic excipiat : *Nisi forte secundum hoc magis videbatur audientium esse miraculum quam loquuntur*. Quasi potius Apostolos multiplicibus linguis loquutos esse innuat, ut miraculum loquutionis hujus ad eos referatur ; sicut indicat Glossa sequens : Nec est inconveniens ut sic diversis loquentur nationibus quæ presentes aderant, cum & ipsi qui loquebantur, essent plures.

Omnis linguis loquerentur, quia hoc pertinebat ad perfectionem scientiarum ipsorum, per quam non solum loqui, sed intelligere poterant quae ab aliis dicebantur. Si autem omnes unam eorum linguam intellexissent, hoc vel fuisse per scientiam illorum qui eos loquentes intelligerent, vel fuisse qualiter quædam illusio, dum aliorum verba aliter ad eorum aures perferrentur, quam ipsi ea proferrent: & ideo *Glossa* (ord. Beda) dicit *Act. ii.*: quod majori miraculo factum est quod ipsi omnium linguarum generibus loquenter: & Paulus dicit *I. ad Cor. xiv. 18.* *Gratias ago Deo meo, quod omnium vestrum lingua loquor.*

Ad tertium dicendum, quod Christus in propria persona uni soli genti predicatorus erat, scilicet Iudeis. Et ideo quamvis ipse absque dubio haberet perfectissime scientiam omnium linguarum, non tamen oportuit quod omnibus linguis loqueretur. Ideo autem, ut Augustinus dicit super Joan. (tract. xxxii. circ. aed.) cum & modo *Spiritus sanctus accipiatur, nemo loquitur linguis omnium gentium, quia iam ipsa Ecclesia linguis omnium gentium loquitur; in qua qui non est, non accipit Spiritum sanctum.*

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, merito insinuatum fuisse a scripturis, & Gregorio, quod Apostoli per donum linguarum divinitus receptum loquebantur omnibus linguis. A D. Greg. quidem super *Ag. 2.* Secundum quod adducitur in arg. con. A scripturis vero *I. Cor. 14. Gratias ago Deo meo, quod omnium vestrum lingua loquor.* Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 84

Utrum donum linguarum sit excellentius quam gratia prophetiae.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod donum linguarum sit excellentius quam

gratia prophetiae. Quæ enim sunt melioribus propria, videntur esse meliora, secundum Philosophum in III. Topic. (cap. i. in explicat. loci xii.) Sed donum linguarum est proprium novi Testamenti: unde cantatur in *Sequentia Pentecostes*: (1) *Ipse hodie Apostolus Christi donans munere infuso, & cunctis inaudito seculis: prophetia autem magis competit veteri Testamento, secundum illud ad Hebr. 1. 1. Multis etiam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis.* Ergo videtur quod donum linguarum sit excellentius quam donum prophetiae.

2. Præterea. Illud per quod ordinamur ad Deum, videtur excellentius esse eo per quod ordinamur ad homines. Sed per donum linguarum homo ordinatur ad Deum, per prophetiam autem ad homines: dicitur enī *I. ad Cor. xiv. 2. Qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo . . . qui autem prophetat, hominibus loquitur ad edificationem.* Ergo videtur quod donum linguarum sit excellentius quam donum prophetiae.

3. Præterea. Donum linguarum habituatis permanet in habente ipsum, & homo habet in potestate uti eo cum voluerit: unde dicitur *I. ad Cor. xiv. 18. Gratias ago Deo meo, quod omnium vestrum lingua loquor.* Non autem sic est de dono prophetiae, ut supra dictum est (quæst. clxxi. art. 2.) Ergo donum linguarum videtur esse excellentius quam donum prophetiae.

4. Præterea. Interpretatio sermonum videtur contineri sub prophetia: quia Scriptura eodem spiritu exponuntur quo sunt editæ. Sed interpretatio sermonum *I. ad Corint. xii.* ponitur post genera linguarum. Ergo videtur quod donum linguarum sit excellentius quam donum prophetiae, maxime quantum ad aliquam ejus partem.

Sed contra est quod Apostolus dicit *I. ad Corinth. xiv. 5. Major est qui prophetat, quam qui loquitur linguis.*

Respondeo dicendum, quod donum prophetiae excedit donum linguarum tripliciter.

Primo quidem quia donum linguarum refertur ad diversas voces proferendas, quæ sunt signa

(1) Hoc est in Prosa qua diu etiam usus noster Prædicatorum retinuit, licet Romano ritu obsoletam nempe quæ hinc incipit, *Sancti Spiritus adit nobis gratia:* Ejus authorem porro dici *Robertum quondam Francie Regem* notat in *Elucidario suo Ecclesiastico Chilictovæus* hanc ipsam Profam interpretans, ut & Stephanus Duranti *Præses Tolosanus lib. 2. de ritibus Ecclesie Catholice c. 22. ex Guillermo de Nangiaco,*

ex Paulo Emilio, ex Roberto Gaguino ex Trithemio & aliis innominatis refert: Vocantur autem *Sequentia* quia jubilum subsequuntur quo cani solet *Alleluia* vel hunc ipsum jubilum continuant ut insinuat Author *Gemmæ animæ de antiquo Missarum ritu lib. 1. cap. 96. tomo 10. Bibliotheca Patrum:* Quod etiæ *vocabulum barbarum* putat Chilictovæus, quidam ex Ecclesiæ more usurpare potuit S. Thomas?

signa alicujus intelligibilis veritatis, cuius etiam signa sunt quædam ipsa phantasma, quæ secundum imaginariam visionem apparent. Unde & Augustinus XII. super Gen. ad lit. (cap. viii.) comparat donum linguarum visioni imaginariae. (1) Dicitum est autem supra (quæst. clxxiii. art. 2.) quod donum prophetæ consistit in ipsa illuminatione mentis ad cognoscendam intelligibilem veritatem. Unde sicut prophætica illuminatio excellentior est quam imaginaria visio, ut supra habitum est (quæst. clxxiv. art. 2.) ita etiam excellentior est prophætia quam donum linguarum, secundum se consideratum. Secundo quia donum prophetæ pertinet ad rerum notitiam, quæ est nobilior quam notitia vocum, ad quam pertinet donum linguarum. Tertio quia donum prophetæ est utilius: & hoc quidem probat Apostolus I. ad Corinth. xiv. tripliciter. Primo quidem quia prophetia est utilior ad ædificationem Ecclesiæ, ad quam qui loquitur linguis, nihil protestat, nisi expositio subsequatur. Secundo quantum ad ipsum loquenter, qui si acciperet ut loqueretur diversis linguis, sine hoc quod intelligeret, quod pertinet ad prophæticum donum, mens ejus non ædificaretur. Tertio quantum ad infideles, propter quos præcipue esse videtur datum donum linguarum: qui quidem forte eos qui loquerentur linguis, reputarent insanos; sicut & Judæi reputaverunt ebrios Apostolos linguis loquentes, ut dicitur Act. ii. Per prophetias autem infideles convincuntur, manifestatis absconditis cordis sui.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut supra dictum est (quæst. clxxiv. art. 2. ad i.) ad excellentiam prophetæ pertinet (2) quod aliquis non solum illuminetur intellig-

Summ. S. Th. Tom. IX.

gibili lumine, sed etiam percipiat imaginariam visionem: ita etiam ad perfectionem operationis Spiritus sancti pertinet quod non solum impleat mentem lumine prophæticō, &phantasmā imaginaria visione, sicut erat in veteri Testamento; sed etiam exterius linguam erudit ad varia signa locutionum proferenda: quod totum fit in novo Testamento, secundum illud I. ad Corinth. xiv. 26. *Unusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, linguam habet, apocalypsim*, idest prophæticam revelationem, habet.

Ad secundum dicendum, quod per donum prophetæ homo ordinatur ad Deum secundum mentem; (3) quod est nobilior quam ordinari ad cum secundum linguam. Dicitur autem, quod ille qui loquitur lingua, non loquitur hominibus, idest ad intellectum hominum, vel utilitatem eorum, sed ad intellectum solius Dei, & ad laudem ejus. Sed per prophetiam ordinatur aliquis & ad Deum, & ad proximum: unde est perfectius donum.

Ad tertium dicendum, quod revelatio prophætica se extendit ad omnia supernaturalia cognoscenda: unde ex ejus perfectione contingit quod in statu imperfectionis hujus vitæ non potest haberi perfecte per modum habitus, sed imperfecte per modum cuiusdam passionis. Sed donum linguarum se extendit ad cognitionem quamdam particularem, scilicet vocum humanarum: & ideo non repugnat imperfectioni hujus vitæ quod perfecte, & habitualiter habeatur.

Ad quartum dicendum, quod interpretatione sermonum potest reduci ad donum prophetæ, in quantum scilicet mens illuminatur ad intelligendum, & exponendum quæcumque

Cc que

(1) Cura nempe versans illud i. ad Corinth. 14. quod qui loquitur lingua non hominibus loquitur sed Deo, ait quod Apostolus ibi *saxis indicat* se linguam appellare ubi sunt significantes velut *imagines rerum ac similitudines*, quæ ut intelligantur indigenæ mentis intuitu; cum autem non intelligantur, iste spiritus sunt non in mente: Quod perinde est ac si dicat; in imaginatione non in mente, sicut ibidem nomen spiritu explicavit.

(2) Non simpliciter, cum alioqui prophetia per nudam contemplationem veritatis dicatur ibi esse potius, ut in corpore articuli videre est, sed cum supernaturali veritas revelatur corporaliter, ut addiditur ad i.

(3) Prout ab eo veritatem occultam ipsi manifestante illuminatur, quod est in prophetia præcipuum tametsi lingua pertineat ex consequenti ad Prophe-

tiam, quatenus quæ a Deo revelata sunt sibi, manifestare aliis debet aut prædicere, juxta significatiōē græca vocis quam superius notavimus a prædicendo derivatam, sed es modo ad proximum potius ordinatur ex parte Dei ut in fine solutionis indicatur. Est ergo solutio veluti duplex quæ permixtum hic involvit, ut sit prima pars ejus quod prophætia sit nobilior dono linguarum secundum se, quia est nobilior ordinari secundum mentem ad ipsum Deum quam ad eundem ordinari secundum linguam, & secunda pars, quod ordinari tam ad Deum quam ad proximum sit nobilior quam ordinari ad solum Deum. Passim tamen ordinatur ad Deum prophætia secundum mentem ut ab eo illuminetur, sed active linguarum donum ut eum laudet: Quamvis & per accidens ad proximum reflexi potest, si linguam intellegat &c.

que sunt in sermonibus obscura , sive propter difficultatem rerum significatarum , sive etiam propter ipsas voces ignotas , quae proficerantur , sive etiam propter similitudines rerum adhibitas , secundum illud Dan. v. 16.

Audiri de te , quod possis obscura interpretari , & ligata dissolvere . Unde interpretatio sermonum est posterior quam donum linguarum , ut patet per illud quod Apostolus dicit I. ad Corinth. xiv. 5. *Major est qui prophetat , quam qui loquitur linguis , nisi forte interpretetur .* Postponitur autem interpretatio sermonum dono linguarum , quia etiam ad interpretandum diversa linguarum genera interpretatio sermonum se extendit .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & in sensu recto intelligas , merito esse insinuatum a Scripturis , quod donum linguarum non est excellentius , quam donum prophetarum . Ut 1. Cor. 14. Secundum quod est in arg. cor. Pro cuius , & aliquorum aliorum hic dictorum , diffusiori notitia , vide S. Thomæ expositionem super epistolas D. Pauli in c. illo 14. sere per totum . Secundo vides : quomodo &c.

Q U A E S T I O CLXXVII.

De gratia gratis data qua consistit in sermone ,

In duos articulos divisa .

Dende considerandum est de gratia gratis data , quæ consistit in sermone , de qua dicit Apostolus I. ad Corinth. xii. 8. *Allii datur per Spiritum sermo sapientie , allii sermo scientiae : & circa hoc queruntur duo .* Primo , utrum in sermone consistat aliqua gratia gratis data .

Secundo , quibus hæc gratia competit .

ARTICULUS I. 842

Utrum in sermone consistat aliqua gratia gratis data .

AD primum sic proceditur . Videtur quod in sermone non consistat aliqua gratia gratis data . Gratia enim datur ad id quod excedit facultatem naturæ . Sed ex naturali ratione adinventa est ars Rethorica , per quam aliquis potest sic dicere , ut doceat , ut deleat , ut flectat , sicut Augustinus dicit in IV. de doctr. christ. (cap. xii. in princ.) Hoc autem pertinet ad gratiam sermonis . Ergo videtur quod gratia sermonis non sit gratia gratis data .

2. Præterea . Omnis gratia (1) ad regnum Dei pertinet . Sed Apostolus dicit I. ad Corinth. iv. 20. *Non in sermone est regnum Dei , sed in virtute .* Ergo in sermone non consistit aliqua gratia gratis data .

3. Præterea . Nulla gratia datur ex meritis : quia si ex operibus , jam non est gratia , ut dicitur ad Rom. xi. 6. Sed sermo datur alicui ex meritis : dicit enim Gregorius (2) exponens illud Ps. cxviii. *Ne auferas de ore meo verbum veritatis , quod „ verbum veritatis „ tis est quod omnipotens Deus facientibus „ tribuit , & non facientibus tollit .* Ergo videtur quod donum sermonis non sit gratia gratis data .

4. Præterea . Sicut necesse est quod homo per sermonem pronuntiet ea quæ pertinent ad donum sapientie , vel scientie ; ita etiam ea quæ pertinent ad virtutem fidei . Ergo si ponitur sermo sapientie , & sermo scientie gratia gratis data , pari ratione deberet poneri sermo fidei inter gratias gratis datas .

Sed in contrarium est quod dicitur Eccli. vi. 5. *Lingua eucharistis , idest gratiosa , (3) in bono nomine (*) abundabit .* Sed bonitas hominis est ex gratia . Ergo etiam gratiositas sermonis .

Respondeo dicendum , quod gratia gratis data

(1) Gratum faciens quidem principaliter ac direkte : Secundario autem & ex obliquo gratis data , quia propter aliorum salutem datur .

(2) Non ex professo super Psalmos ; ubi nec illud habet Glossa , sed per occasionem tantum in Morali bus lib. 11. cap. 9. super illud Job 13. *Communans labium veracium , & doctrinam seruum auferens &c.*

(3) Juxta grecum iuxta quod latinus Interpres retinuit , ut vers. 5. videre est , nec tantum gratiam sed bene gratiosam significatione composita ex-

primis ex ēv & χάρις ēv enim bene χάρις gratiam significat : Sic in honorem Christi Psal. 44. *Diffusa est gratia in labiis suis : Et in honorem iusti Proverb. 16. v. 13. Cor sapientis erudit os eius ; & labiis ejus addes gratiam :* Ut & Proverb. 22. vers. 17. *Qui diligit cordis munditudinem , propter gratiam labiorum suorum habebit amicum Regem :* Ecclesiast. 10. v. 12. *Verba oris sapientie gratia :* Et Ecclesiastici vi. v. 19. *In labiis sensasi iuvenerit gratia &c.*

(*) Vulgata abundat .

datæ dantur ad utilitatem aliorum , ut supra dictum est (i. 2. quæst. cx. art. 3. & 4.) Cognitio autem quam aliquis a Deo accipit , in utilitatem alterius converti non posset , nisi mediante locutione . Et quia Spiritus sanctus non deficit in aliquo quod pertineat ad Ecclesiæ utilitatem , etiam providet membris Ecclesiæ in locutione : non solum ut aliquis sic loquatur ut a diversis possit intelligi , quod pertinet ad donum linguarum ; sed etiam quod efficaciter loquatur , quod pertinet ad gratiam sermonis .

Et hoc tripliciter . Primo quidem ad infraendum intellectum : quod fit , dum aliquis sic loquitur quod doceat . Secundo ad movendum affectum , ut scilicet libenter audiat verbum Dei ; quod fit , dum aliquis sic loquitur quod auditores delectet : quod non debet aliquis querere propter favorem suum , sed ut homines alliciantur ad audiendum verbum Dei . Tertio ad hoc quod aliquis amet ea quæ verbis significantur , & velit ea implere : quod fit , dum aliquis sic loquitur quod auditorem electat . Ad quod quidem efficientum Spiritus sanctus utitur lingua hominis quasi quodam instrumento ; ipse autem est qui perficit operationem interius . Unde Gregorius dicit in hom. Pentecostes (xxx. in Evang. inter princ. & med. & Lib. XXIX. Moral. cap. xiiii.) *Nisi corda auditorum Spiritus sanctus repletas , ad aures corporis vox docentium incassum sonas .* (1)

Ad primum ergo dicendum , quod sicut miraculose Deus quandoque operatur quadam excellenti modo etiam ea quæ natura potest operari ; ita etiam Spiritus sanctus excellentius operatur per gratiam sermonis id quod potest ars operari inferiori modo .

Ad secundum dicendum , quod Apostolus ibi loquitur de sermone qui innititur humana eloquentia absque virtute Spiritus sancti :

unde premisit : *Cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt , sed virtutem : & de seipso preuiserat sup. cap. ii. 4. Sermo meus , & predicatione mea non fuit in persuasibilibus humanae sapientiae verbis , sed in ostensione spiritus , & virtutis .*

Ad tertium dicendum , quod , sicut dictum est (in corp. art.) gratia sermonis datur alicui ad utilitatem aliorum . Unde quandoque subtrahitur propter auditoris culpam , quandoque autem propter culpam ipsius loquentis . (2) Bona autem opera utriusque non merentur directe hanc gratiam , sed solum impediunt hujus gratia impedimenta . Nam etiam gratia gratum faciens subtrahitur propter culpam , non tamen cum meretur aliquis per bona opera , per quæ tollitur tantum gratia impedimentum .

Ad quartum dicendum , quod , sicut dictum est (in corp. art.) gratia sermonis ordinatur ad utilitatem aliorum . Quod autem aliquis fidem suam aliis communicet , fit per sermonem scientiæ , sive sapientiæ . Unde Augustinus dicit XIV. de Trinitate (cap. i. a med.) *quod sciens , quemadmodum fides & piis opituletur , & contra impios defendatur , videtur Apostolus scientiam appellare .* Et ideo non oportuit quod poneret sermonem fidei ; sed sufficit ponere sermonem scientiæ , & sapientiæ .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum a Scripturis , & Augustino , quod in sermone est aliqua gratia gratis a Spiritu sancto data . A Scripturis quidem ; ut Eccl. 6. Secundum quod dicitur in arg. contr. Item i. Corinth. 12. *Alii datur sermo scientie , alii sermo sapientie .* Ab Augustino autem per hoc quod de sermo-

C c 2 ne

(1) *Vel sic paulo aliis verbis : Nisi Spiritus cordis adscit audientis , otiosus est sermo Doctoris : Nemo ergo docenti homini tribuat quod ex ore docentis intelligit ; quia nisi intus sit qui doceat , Doctoris lingua exterius in vacuum labores : ut homil. 30. super Evangelia videare est : Iis autem precise verbis que S. Thomas refert , non occurrit : Sed similia quedam ex libro 29. Moralium cap. 16. vel 13. colligi possunt .*

(2) Ut Moralium lib. 30. cap. 18. in modernis exemplaribus vel 35. in antiquis indicat Gregorius explicans illud Joh 3.9. *Virescias queque perquirit : Sed plenius & expressius hom. 12. super Ezechielem ante medium : Discernendum nobis est (inquit) ut*

erum pro solis malis auditoribus , an aliquando etiam pro visio predicanis predicationis sermo subtrahatur : Nam aliquando propter malos auditores bonis tollitur sermo Doctoribus ; Priorem porro partem probat ex illis verbis Ezechielii dictis cap. 3. vers. 22. Lingua tuam adhescere faciam palato tuo , & eris mutus nec vir oburgans , quia domus exacerbans est : Posteriorum vero ex facto Heli quilibet 1. Reg. cap. inquit ad corrigendos filios dissipit in cœpationis verbum non habuit , quia & ejus negligens & filiorum exigebat vita ut cum eis & populus cadaret , & Arca Domini ad allophylos (id est alienigenas) capta transiret .

ne gratioso Apostolorum loquens, in Epistola ad Volusianum, inquit: „Apostoli sunt, „qui linguis omnium gentium loquantur, „errores fidenter argunt, veritatem saluberrimam prædicant, homines ad pœnitentiam hortantur, præteritæ vita culpabilis indulgentiam de divina gratia pollicentur. Ex citata est tandem adversus eos infideles, sive, tolerant prædicta, sperant promissa, docent præcepta. Numero exigui per munera, dum discurrent: populos mirabili facilitate convertunt. Hac ille. Ubi nota ly *populos mirabili facilitate convertunt*. Per hoc enim, quod Apostoli ipsis populis gentium tam insolita, tam ardua, tam rationi supereminentia, inter tantorum iuporum ferocitatem potissimum, plusquam faciliter suæ prædicationis ignito sermone ignaros illos docendo, carnales illos spiritualiter delectando, adamantinos illos suaviter flectendo, persuaserunt, Beatus Augustinus aperte demonstrat, & specialiter, quod Apostolorum sermo fuit gratia Spiritus sancti; & universaliter, quod in sermone consistit aliqua gratia gratis data. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS II. 843

Urum gratia sermonis, sapientie, & scientie pertineat etiam ad mulieres.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod gratia sermonis, sapientie, & scientie pertineat etiam ad mulieres. Ad hujusmodi enim gratiam pertinet doctrina, sicut dictum est (art. præc.) Sed docere competit mulieri: dicitur enim Proverb. iv. 3. *Unigenitus fui coram matre mea, & docebat me.* Ergo *hæc gratia competit mulieribus.*

2. Præterea. Major est gratia prophetie quam gratia sermonis, sicut major est contemplatio veritatis quam ejus enuntiatio. Sed prophetia conceditur mulieribus, sicut legitur Iudic. iv. de Debora, & IV. Reg. xxxi. de Olda prophetissa uxore Sellum, & Act. xxii. de quatuor filiabus Philippi: Apostolus

etiam dicit I. ad Corinth. xi. 5. *omnis mulier orans, aut prophetans &c.* Ergo videtur quod multo magis gratia sermonis competit mulieri.

3. Præterea. I. Petri iv. 10. dicitur: *Unusquisque sicut accepit gratiam, in alterum illam administrante.* Sed quædam mulieres accipiunt gratiam sapientie, & scientie, quam non possunt aliis administrare nisi per gratiam sermonis. Ergo gratia sermonis competit mulieribus.

Sed contra est quod Apostolus dicit I. ad Corinth. xiv. 34. *Mulieres in Ecclesiis taceant* (1) & I. ad Tim. ii. 12. *Docere mulieri non permittitur.* Hoc autem præcipue pertinet ad gratiam sermonis. Ergo gratia sermonis non competit mulieribus.

Respondeo dicendum, quod sermone potest aliquis uti dupliciter. Uno modo privatim ad unum, vel paucos, familiariter colloquendo: & quantum ad hoc gratia sermonis potest competere mulieribus.

Alio modo publice alloquendo totam Ecclesiam: & hoc mulieri non conceditur. Primo quidem & principaliter propter conditio nem feminæ sexus, qui debet esse subditus viro, ut patet Gen. iii. Docere autem, & persuadere publice in Ecclesia non pertinet ad subditos, sed ad Prælatos; magis tamen viri subditi ex commissione possunt exequi, quia non habent hujusmodi subjectionem ex naturali sexu, sicut mulieres, sed ex aliquo accidentaliter superveniente. Secundo ne animi hominum alicantur ad libidinem: dicitur enim Eccli. ix. 11. *Colloquium illius quasi ignis exardescit.* Tertio quia communiter mulieres non sunt in sapientia perfectæ, ut eis possit convenienter publica doctrina committi.

Ad primum ergo dicendum, quod illa auctoritas loquitur de doctrina privata, qua mater filium erudit. (2)

Ad secundum dicendum, quod gratia prophetie attenditur secundum mentem illuminatam a Deo: ex qua parte non est in hominibus sexuum differentia, secundum illud ad Coloss. iii. 10. *Indumentes novum hominem*

(1) *Ubi & subiungitur vers. 24. Non enim sis permisit loqui, sed subditas esse, sicut lex dicit:* Alludendo ad illud Gen. 3. vers. 16. *Sub viri potestate eris & ipse dominabitur tui;* seu secundum 70. Interpretum editionem, *ad virum eris conversus tua ut Chrysostomus ibi homil. 37. notat super eundem locum:* Ut & Haymo addens juberit ut taceant in Ecclesiis

ne seminarent errorum sicut mulier prima fecit: Ut & Theodoretus eam legem necessario ferri, ne videantur loqui posse quia etiam spiritalem gratiam sicut & viri acceperunt: quod ex Joele probat: Et similia super 1. ad Timoth. 2. rursum urget.

(2) *Sicut & mater Salomonis cuius verba sunt in argumento proposita cum adhuc infantem ac tenellum* erit.

nem, qui renovat secundum imaginem ejus, qui creavit eum, ubi non est masculus, neque femina. Sed gratia sermonis pertinet ad instructionem hominum, inter quos differentia sexuum invenitur. Unde non est similis ratio de utroque.

Ad tertium dicendum, quod gratiam divinitus acceptam diversimode aliqui administrant, secundum diversitatem conditionis ipsorum. Unde mulieres si gratiam sapientiae, aut scientiae habeant, possunt eam administrare secundum privatam doctrinam, non autem secundum publicam.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem destruas temerarium errorem *Sectiorum* dicentium, quod scripturam sacram, seu verbum Dei tractare licet laicis, etiam mulieribus, &que ac Sacerdotibus. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, illum merito damnari a 1. Cor. 14. Et 1. Tim. 2. ut extenditur in argu. contr. Item a dictis supra articul. num. 65. Item ab Elucid. pr. par. art. num. 1. 183. Item per Veritates aureas super totam legem veterem, Gen. 27. concl. 3. & Deut. 17. concl. 7. &c. 25. concl. 1. Ad tollendum vero omnis latibuli talium subterfugium vide ibid. libr. Num. 3. concl. 3. Elucid. Addition. articul. num. 157. Tertio vides: quomodo &c.

Q U E S T I O CLXXVIII.

De gratia miraculorum,

In duos articulos divisa.

DEnde considerandum est de gratia miraculorum: & circa hoc queruntur duo.

Primo, utrum sit aliqua gratia gratis data facienda miracula.

Secundo, quibus conveniat.

erudebat: Etsi Beda in eum locum qui sic integre habet vers. 3. *Filius fui patris mei, tenellus & unigenitus coram matre mea, & docebas me,* particulam hanc non ad matrem referri putat sed ad patrem, propter monita ei data 1. Paral. 18. a Davide iam in extremis constituto. Nihil tamen prohibet quin ad matrem potius referatur quasi privatum edocentem; cum nec precepta sint eadem quae moribundus David ei dedit, & tenellula zetas quam insinuat, magis ei tempori possit convenire quo eoram

ARTICULUS I. 84*

Utrum sit aliqua gratia gratis data ad miracula facienda.

III. contra cap. cliv. & pot. quest. VI. art. 4. cor. fin. & art. 9. ad 1. & opusc. III. cap. CCXIII.

AD primum sic proceditur. Videtur quod nulla gratia gratis data ordinetur ad miracula facienda. Omnis enim gratia ponit aliquid in eo cui datur. Sed operatio miraculorum non ponit aliquid in anima hominis. cui datur: quia etiam ad tactum corporis mortui miracula fiunt, sicut legitur IV. Reg. xiiii. 21. quod quidam projecterunt caderet in sepulcro *Heliaci*, quod cum tetigisse ossa *Heliaci*, revixit homo, & stetit super pades suos. Ergo operatio miraculorum non pertinet ad gratiam gratis datam.

2. Præterea. Gratia gratis data sunt a Spiritu sancto, secundum illud I. ad Corinth. xiiii. 3. *Divisiones gratiarum sunt, idem ausem Spiritus.* Sed operatio miraculorum fit etiam a spiritu immundo, secundum illud Matth. xxiv. 23. *Surgent pseudochristi, & pseudoprophebre, & dabunt signa, & prodigia magna.* Ergo videtur quod operatio miraculorum non pertineat ad gratiam gratis datam.

3. Præterea. Miracula distinguuntur per signa, & prodigia, sive portenta, (1) & per virtutes. Inconvenienter ergo ponitur operatio virtutum potius gratia gratis data, quam operatio prodigiorum, sive signorum.

4. Præterea. Miraculosa reparatio sanitatis per divinam virtutem fit. Ergo non debet distingui gratia sanitatum ab operatione virtutum.

5. Præterea. Operatio miraculorum consequitur fidem vel facientis, secundum illud I. ad Cor. xiiii. 2. *Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam;* sive etiam aliorum, pro-

matre versabatur.

(1) Ita ut *prodigia* non separatim a portentis ponantur, sed sumantur conjunctim pro eodem, imo etiam perinde sint ac *signa* quædam excellentia quæ maiorem quam usitata signa sui admirationem injiciant, & sic non quadrimembris vel trimembbris miraculorum divisio hic intelligi vel supponi debeat, sed bimembris, in *signa* nempe (quæ per excellentiam quoque prodigia vel portenta sint) & in *virtutes*: Quod in responsione argumenti patebit expressius.

propter quos miracula fiunt: unde dicitur Marth. xiiii. 38. *Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.* Si ergo fides ponitur gratia gratis data, superfluum est præter hoc ponere aliam gratiam gratis datam operationem signorum.

Sed contra est quod Apostolus I. ad Corinth. xiiii. 9. inter alias gratias gratis datas dicit: *Alii dasur gratia sanitatum, alii operatio virtutum.*

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quæst. præc. art. i.) *Spiritus sanctus sufficienter providet Ecclesia in his quæ sunt utilia ad salutem, ad quod ordinatur gratia gratis data.* (1) Sic autem oportet quod notitia quam quis divinitus accepit, in noctis etiam aliorum deducatur per donum linguarum, & per gratiam sermonis; ita necesse est quod ferme prolatus confirmetur, ad hoc quod credibilis fiat. Hoc autem fit per operationem miraculorum, secundum illud Marc. 20. *Et sermonem confirmante sequentibus signis.* Et hoc rationabiliter. Naturale enim est homini ut veritatem intelligibilem per sensibiles effectus deprehendat. Unde sicut ductu naturalis rationis homo pervenire potest ad aliquam Dei notitiam per effectus naturales; ita per aliquos supernaturales effectus, qui miracula dicuntur, in aliquam supernaturalem cognitionem credendorum homo inducitur. Et ideo operatio miraculorum pertinet ad gratiam gratis datum. (2)

Ad primum ergo dicendum, quod sicut prophetia se extendit ad omnia quæ supernaturali ter cognosci possunt; ita operatio virtutum se extendit ad omnia quæ supernaturali fieri possunt: quorum quidem causa est divina omnipotencia, quæ nulli creaturæ communicari potest. Et ideo impossibile est quod principium operandi miracula sit aliqua qualitas habitualiter manens in anima. Sed tamen

hoc potest contingere quod securus mens Prophetae moveatur ex inspiratione divina ad ali quid supernaturaliter cognoscendum; ita etiam mens miracula facientis moveatur ad faciendum aliquid ad quod sequitur effectus miraculi, quod Deus sua virtute facit. Quid quandoque quidem sit præcedente oratione; sicut cum Petrus Tabitam mortuam suscitavit, ut habetur Act. ix. Quandoque etiam non præcedente manifesta oratione, sed Deo ad nutum hominis operante; sicut Petrus Ananiam, & Sapphitam mentientes morti increpando tradidit, ut dicitur Act. v. Unde Gregorius dicit in II. Dialogorum (cap. xxx. a med.) quod *Sancti aliquando ex potestate miracula exhibent, aliquando ex postulatione.* Utrolibet tamen modo Deus principaliter operatur, qui utitur instrumentaliter vel interiori motu hominis, vel ejus locutione, vel etiam aliquo exteriori actu, seu etiam aliquo contactu corporali corporis etiam mortui. Unde Josue x. 12. cum Josue dixisset quasi ex potestate, *Sol contra Gabaon ne movearis, subditur postea: Non fuit ante, & postea tam longa dies, obedienti Deo voci hominis.*

Ad secundum dicendum, quod ibi loquitur Dominus de miraculis quæ sienda sunt tempore Antichristi: de quibus Apostolus dicit II. ad Thess. II. 9. quod *adventus Antichristi erit secundum operationem Satane in omnibus virtute, & signis, & prodigiis mendacibus;* &, sicut Augustinus dicit XX. de civit. Dei (cap. xix. declinando ad finem) *ambiguum esse solet, utrum properea dicta sint signa, & prodigia mendacia, quoniam mortales sensus per phantasmata decepturus est, ut quod non facit, facere videatur; an quia illa, etiam si erunt vera prodigia, ad mendacium pertrahent credituros.* Vera autem dicuntur, quia ipsæ res veræ erunt, sicut magi Pharaonis fecerunt

(1) Sicilicet ad communem salutem procurandam, sive ad eorum qui percipiunt promovendam utilitatem cum non semper ad eis qui recipiunt utilitatem vel salutem tales gratiae pertineant, ut jam antea notatum est, cum de gratiis gratis datis I. 2. qu. II. art. 4. in generali ageretur.

(2) An tolerandum porro quod publice quispiam non ita pridem differebat, non esse miracula certa fidei signa vel argumenta, quia nesciri potest ad quem usque terminum virtus naturæ perveniat: Vel quod alius quidam in execrando libellulo quem *analysim providentie* inscriperat, non dubitavit astruere demoni mortuorum suscitacionem possibilem, quia fecit demon (inquit) quot & quanti caloris gradus ad

refrovendam vitam necessarii esse possint: An impie an ignoranter magis? Impie plane, quia tunc nulla ex mortuorum suscitatione vel ex aliis miraculis ad astrensum fidem certitudo, quam inde tamen Christus Matth. II. versu 5. Marc. 16. versu 17. Luc. 7. vers. 2. Joan. 5. vers. 36. infert, & quam adeo passim sancti Patres inculcant, ut ideo se in Ecclesia retinari velut vinculo quadam Augustinus libro de utilitate credendi cap. 17. & contra epistolam fundamenti cap. 4. fateatur: Sed & admidum ignoranter, quia nec ulla quantalibet nature virtus a Philosophis agnita est quæ id facere possit, & quantumcumque adventitius vel extraneus calor supponatur, impertinens est ad vitalem calorem refundendum.

tant veras ranas, & veros serpentes ; non rathen habebunt veram rationem miraculi, quia fient virtute naturalium cauſarum, ſicut in prima parte (quæſt. cxiv. art. 4.) dictum eſt . Sed operatio miraculorum, quæ attribuitur gratiæ gratis data, fit virtute divina ad hominum utilitatem .

Ad tertium dicendum, quod in miraculis dñi poſſunt attendi . Unum quidem eſt id quod fit , quod quidem eſt aliiquid excedens facultatem naturæ : & ſecundum hoc miracula dicuntur *virtutes* . Aliud eſt id propter quod miracula fiunt, ſcilicet ad maniſteſtandum aliiquid ſupernaturale : & ſecundum hoc co- muniſter dicantur *signa* ; propter excellentiam autem dicuntur *portenta*, vel *prodigia*, quaſi procul aliiquid oſtendentia . (1)

Ad quartum dicendum, quod gratia sanitatum co-memoratur ſeorsum, quia per eam conſeruit homini aliquod beneficium, ſcilicet corporalis sanitatis, præter beneficium co- mune quod exhibetur in omnibus miraculis, ut ſcilicet homines adducantur in Dei notitia-

Ad quintum dicendum, quod operatio miraculorum attribuitur fidei propter duo : pri- mo quidem quia ordinatur ad fidei confor- mationem ; ſecundo quia procedit ex Dei omni- potentia , cui fides innititur . Et tamen ſicut præter gratiam fidei necessaria eſt gratia fer- monis ad fidei instructionem ; ita etiam ne- cessaria eſt operatio miraculorum ad fidei confirmationem .

A P P E N D I X.

EX art. habes 1. quomodo per rationem tum directam, tum indirectam, radici- tus deſtruiſ hæretiſ Eunomii, Eufantii, Vi- gilantii, dicentium (ut ait Lindanus in ſuo Doubtantio , dial. 2.) miracula sanctorum

uiſſe dæmonum præſtigias . Et Pauperum de Lugduno dicentium (ut reſert Cardinalis Turrecremata de Ecclesia lib. 4. 35.) mira- cula nulla vera in Ecclesia eſſe . Per hoc enim , quod in präſenti articulo ex ratione monſtratur, operationem miraculorum & eſſe gratiam gratis datam , & a Spiritu ſancto Eccleſiæ (cui ſemper in rebus ad ſalutem utilibus provideret) eſſe collatam , conſtat a- perte , tamquam in radice firmiſſima , & quod miracula non præſtigioſa dæmonum (qualia erunt Antichriſti) ſed vera Spi- ritus ſancti , in Ecclesia ſunt , & quod oppo- ſitum eſſe numquā potefit , & quod Sanctus Doctor hoc in loco bæreſes ſupradictas effi- caciſſima ratione impugnat , atque radicitus expugnat . Secundo habes : quomodo per ra- tionem oſtendas , illorum hæreticalia præſti- gia merito dæmoni a Marc. ult. *Signa au- tem eos* , qui crediderint , *hec ſequentur* . In nomine meo dæmonia eſſient , &c. Et infra impletionem hujus promiſſi oſtendens dicit : *Illi autem profecti prædicaverunt ubique* , Do- mino cooperante , & ſermonem conſirmante ſe- quentibus signis . Ex hiſ enim Sanctus Evan- gelista abundenſer , & manifeſte ſatis , ſuper- que demoniſtrat intentum , ac ſi ſcholaſtice dicat : Dominus signa illa promittens Eccleſiæ , eſt verax ; Dominus per illamet signa ſermonem Eccleſiæ conſirmans , eſt verax : ſermo ipſe Apoſtolorum , ſeu Eccleſiæ in ſuis principiis , eſt verax : ergo signa , iudeſt miracula , in Ecclesia ſunt vera . Quod fi il- latum hoc , ſcilicet miracula Eccleſiæ eſſe vera , negas . Ergo & Christum Dominum miraculorum ſponſorem , atque operatorem , eſſe veracem negas (qui tamen veritas eſt . Joan. 14.) Ergo & ſermonem ab Apoſtoliſ predi- catum , ſigniſque ipiſis conſiſtum , qui eſt fides catholica , eſſe verum negas . (quod pro maximo inconvenienti habet D. Paulus 1. Cor.

(1) Juxta interpretationem Iſidori qui lib. 11. etymologiariū vel originum titlio de portentis , Portenta , inquit , peribbensur a portendendo ; iudeſt præſtendendo dicitur . Sed prodigia , quod porro dicuntur , iudeſt futura prædicant : Alludendo ad græcum τοπίῳ id eſt procul : Quasi dicatur prodigium veluti pro- dictum , ut & ex Feflo notat Calepinus ac ex ve- rum uſu probat qui litteram c ſiepe in g mutabat : Quid ſi etiam ab agendo dicatur prodigium , veluti factum quoddam inuſitatum ac ſtupendum ? Lepidum porro quod quispiam Concionator nuper audiente me prodigium veluti procul a digito vocatum , bis in fo- lemmi auditorio inculcavit ; quia o-er a digitorum di- cantur que vel naturaliter vel uitato modo ſiant ,

ſed opera brachii que maiorem virtutem poſcant : At præter ineptiam etymi que syllabarum quantita- ti repugnat , an ſit major virtus quam celorum crea- trix , qui nunc opera tamē digitorum dicuntur , nunc manum ? Apage has namias que multo minus in conciones inveheſe ſint : Retinenda igitur ſu- pradiſta derivatio Iſidori quam & ex Auguſtino mu- tuatus videtur lib. 21. de civit. Dei cap. 8. ibi ait iſidem ſere verbiſ ac ſupra : Prodigia quod porro di- cans , iudeſt futura prædicant , dicitur ſunt : Et Tra- statu 16. in Joannem : Prodigium appellatum eſt quod porro diſcum quod porro dicat porro ſignificet , & aliquid futurum eſſe poſtendat .

1. Cor. 15.) Ergo & conversionem mundi ad Christum fuisse veram, vereque factam, negas; & consequenter secundum tuam prædictam positionem hereticam, fideles Christi adhuc sunt in peccatis suis, idest suæ pristinæ ante conversionem infidelitatis (quæ tamen duo velut absurdissima reprobant cum vehementia idem Apostolus ibidem 1. Cor. 15.) Vide, quot, quantasque tenebras nobis offundebant hæreses illæ duæ in appendicis principio relatæ: quarum tamen tenebrarum confusione Sanctus Marcus unico suo dicto (scilicet, sermonem confirmante sequentibus signis) & lucidissime aperuit, & aper-tissimis redargutionibus disjectit. Item per articuli rationem ostendere potes, illas merito damnari a Veritatibus aureis super totam legem veterem, Exod. 18. concl. 2. & Num. 14. concl. 3. Item ab Elucid. prima par. articulorum nu. 518. Tertio vides: quomodo &c.

ARTICULUS II. 845

Utrum mali possint miracula facere.

I. P. quest. cx. art. 4. ad 2. & III. P. quest. xliv. art. 1. & 4. corp. & post. quest. vi. art. 5. ad 9. & art. 9. ad 7. & quol. ii. 6. ad 4.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod mali non possint miracula facere. Miracula enim impetrantur per orationem, sicut dictum est (art. præc. ad 1.) Sed oratio peccatoris non est exaudibilis, secundum illud Joan. ix. 13. *Scimus, quia peccatores Deus non audit:* & Proverb. xxvii. 9. dicitur: *Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis.* Ergo videtur quod mali miracula facere non possint.

2. Præterea. Miracula attribuuntur fidei, secundum illud Matth. xvii. 19. *Si habueritis fidem, sicut granum finapis, dicetis monti huic, Transi hinc, & transibis.* Fides autem sine operibus mortua est, ut dicitur Jacob. ii. 20. & sic non videtur quod habeat

propriam operationem. Ergo videtur quod mali, qui non sunt bonorum operativi, miracula facere non possint.

3. Præterea. Miracula sunt quedam divina testimonia, secundum illud ad Hebr. 11. 4. *Constitente Deo signis, & portentis, & variis virtutibus:* unde & in Ecclesia aliqui canonizantur per testimonia miraculorum. Sed Deus non potest esse testis falsitatis. Ergo videtur quod mali homines non possunt miracula facere.

4. Præterea. Boni sunt Deo conjunctiores quam mali. Sed non omnes boni faciunt miracula. Ergo multo minus mali faciunt.

Sed contra est quod dicit Apostolus I. ad Corinth. xiii. 2. *Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil sum.* Sed quicumque non habet caritatem, est malus: quia hoc solum donum spiritus sancti est quod dividit inter filios regni, & filios perditionis, ut dicit Austinus XV. de Trinit. (cap. xviii. in princ.) Ergo videtur quod etiam mali possint miracula facere.

Respondeo dicendum, quod miraculorum aliqua quidem sunt non vera, sed phantastica facta, quibus scilicet ludificatur homo, ut videatur ei aliiquid quod non est; quedam vero sunt vera facta, sed non vere habent rationem miraculi, quæ fiunt virtute aliquarum naturalium causarum: & hæc duo possunt fieri per dæmones, ut supra dictum est (art. præc. ad 2.)

Sed vera miracula non possunt fieri nisi virtute divina: operatur enim ea Deus ad hominum utilitatem; & hoc dupliciter: uno quidem modo ad veritatis prædicatæ confirmationem; alio modo ad demonstrationem sanctitatis alicuius, quam Deus hominibus vult proponere in exemplum virtutis. Primo autem modo miracula possunt fieri per quemcumque qui veram fidem prædicat, & nomen Christi invocat: quod etiam interdum per malos fit. Et secundum hunc modum etiam mali possunt miracula facere. Unde super illud Matth. vii. *Nonne in nomine tuo prophetavimus?* &c. dicit Hieronymus (1), „Pro-

(1) Sive paulo plenius quoad posteriorem appendicem: *Sed vel invocatione nominis Christi hoc agit vel ob condemnationem eorum qui invocant, & eorum utilitatem qui vident & audiunt, conceditur; ut licet homines despiciant signa facientes (quia mali sunt) Deum sanem honorens &c.* Hilarius etiam in

Matthæum Canone 6. *Hypocritarum simulationem,* inquit, & pseudo prophetarum fraudulentiam damnat qui gloriam sibi ex verbi virtute presumunt in doctrina prophetia & in demoniorum fuga & in istiusmodi operum virtutibus. Quasi vero eorum sit aliiquid proprium que eas loquuntur aut faciunt, &

,, Prophetare , vel virtutes facere , & dæmonia ejicere , interdum non est ejus meritis qui operatur ; sed invocatione nominis Christi hoc agit , ut homines Deum honorent , ad cuius invocationem fiunt tanta miracula . “

Secundo autem modo non fiunt miracula nisi a Sanctis , ad quorum sanctitatem demonstrandam miracula fiunt vel in vita eorum , vel etiam post mortem , sive per eos , sive per alios . Legitur enim Act . xix . 11 . quod Deus faciebat virtutes per manus Pauli : Et etiam de super languidos deferebantur a corpore ejus sudaria , & recedebant ab eis languores .

Et sic etiam nihil prohiberet , per aliquem peccatorum miracula fieri ad invocationem alicujus Sancti : quæ tamen miracula non dicuntur facere ille , sed ille ad cuius sanctitatem demonstrandam hæc fierent .

Ad primum ergo dicendum , quod , sicut supra dictum est (quæst . lxxxiii . art . 16 .) cum de oratione ageretur , oratio in imperando non innititur merito , sed divinæ misericordia , quæ etiam ad malos se extendit : & ideo etiam quandoque peccatorum oratio a Deo exauditur . Unde Augustinus dicit super Joan . (tract . xliv . inter med . & fin .) quod illud verbum cœcus locutus est , quasi adhuc inunctus , idest nondum perfecte illuminatus , nam peccatores exaudit Deus . Quod autem dicitur , quod oratio non audientis legem est execrabilis , intelligendum est , quantum est ex merito peccatoris ; sed interdum

Summ . S . Th . Tom . IX .

non omnia virtus Dei invocata perficiat &c. Indicatur porro prims & Augustinus ad marginem ex libro de ecclesiasticis dogmatibus cap . 83 . Sed Augustini opus non est : Quamvis in eo sic dicitur : *Sigas & prodigia & sanitatis etiam peccatores in nomine Domini facere ab ipso Deo didicimus ; & cum alios hac presumptione juvent , sibi per ambitionem humana gloria nocent ; quia glorianter in dato falso , non meriti debito (sive non meritis debito) &c.*

(1) Addit etiam propterea Dominum prohibere ne hinc discipuli gaudent , cum sic Luc . 10 . ait : *Nolite in hoc gaudete quoniam spiritus vobis subiiciuntur : sed in hoc gaudete quoniam nomina vestra scripta sunt in celis :* Postquam nempe septuaginta duo quos elegerat ut sibi viam in omnem civitatem & locum prepararent , reversi cum gaudio dixerunt ei , *Domine etiam dæmonia subiiciuntur nobis* , ut vers . 17 . & sequentibus videre est . Ceterum etsi ad veritatem confirmandam vera facere miracula mali homines possint , nulla tamen ad astriundam falsitatem facere umquam possunt : Hinc de Cirola Episcopo Arianorum historici referunt , quod cum ad astriundam heresim suam illuminare quemdam vellet qui ei-

imperat ex misericordia Dei , vel propter salutem ejus qui orat , sicut auditus est Publicanus , ut dicitur Lucæ xviii . vel etiam propter salutem aliorum , & gloriam Dei .

Ad secundum dicendum , quod fides sine operibus dicitur esse mortua quantum ad ipsum credentem , qui per eam non vivit vita gratiæ . Nihil autem prohibet quod res viva operetur per instrumentum mortuum , sicut homo operatur per baculum : & hoc modo Deus operatur per fidem hominis peccatoris instrumentaliter .

Ad tertium dicendum , quod miracula semper sunt vera testimonia ejus ad quod inducuntur . Unde a malis , qui falsam doctrinam enuntiant , numquam fiunt vera miracula ad confirmationem suæ doctrinæ ; quamvis quandoque fieri possint ad commendationem nominis Christi , quod invocant , & in virtute sacramentorum quæ exhibent . Ab his autem qui veram doctrinam enuntiant , fiunt quandoque vera miracula ad confirmationem doctrinæ , non autem ad testificationem sanctitatis . Unde Augustinus dicit in Lib . lxxxiii . Qq . (quæst . lxxix . a med .) *Aliter magi faciunt miracula , alter boni Christiani , aliter mali . Magi per privatos contractus cum dæmonibus ; boni Christiani per publicam justitiam : mali Christiani per signa publicæ justitiae .* (1)

Ad quartum dicendum , quod , sicut Augustinus dicit in Lib . lxxxiii . Qq . (loc . cit .) admonet nos Dominus , ut intelligamus quadam

D d mira-

fingebat cœcum esse , re ipsa exceccavit ; ut Gregorius Turonensis inter ceteros lib . 2 . historiæ Franco-Romanæ cap . 3 . narrat : *Hinc de Polychronio ex Act . 15 . sextæ Synodi constat , quod cum pariter ad perverse fidei suæ assertionem suscitare mortuum vellet exequi propositum omnino non potuit : Hinc de Lutherio & Calvinio historiae recentiores narrant , quas Bellarminus lib . 4 . de notis Ecclesiæ cap . 14 . ex oculatis ipsis testibus refert , quod cum alter mortuum in fluvio submersum suscitare conatus esset , frustra in eis aures immurmuravit inanes quosdam sonos quos dissipavit aer ; & cum alias ejicere dæmonem tentavisset , vix non ab eo statim occisus est , alter cum & Geneva quedam qui se mortuum simulabat sepius evocaret ac ad surgendum incitaret , vere mortuum fecit : Ex quo vehemens in Calvinum ut impostorem & sicarium & latronem ab uxore mortui palam querimonia . Sic jam olim Tertullianus lib . de prescriptionibus aduersus haereticos quod his aptari recte posset : Agnosco maximam omnium virtutem qua nempe Apostolos in perversum emulantes : Illi enim de mortuis vivos suscitabant : Ipsi de vivis mortuos faciunt &c.*

miracula etiam sceleratos homines facere, quia Sancti facere non possunt: () & sicut Augustinus ibidem dicit, ideo non omnibus Sanctis ista attribuuntur, ne perniciosissimo errore decipiantur infirmi, estimantes in talibus factis esse majora dona quam in operibus justitiae, quibus vita eterna comparatur.*

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in vero sensu intellegas, merito insinuantum a Scripturis, & Augustino, quod mali miracula facere possunt. A D. Augustino quidem, ut ad quartum. A Scripturis vero, ut 1. Cor. 13. secundum quod ponitur in argum. contr. Item Matth. 7. *Muli mibi dicent in illa die: Domine, nonne in nomine tuo virtutes multas (idest miracula, art. 1. ad 3.) fecimus? Et ego confitebor eis: quia numquam novi vobis novi, scilicet notitia approbationis, q. 172. art. 4. append. Super illud Matt. 7. vide pulchra in compend. Alb. Mag. lib. 5. cap. 1. schol. De miraculis vero ibidem lib. 1. c. 8. schol. Sancti Doctoris 1. q. 105. art. &c. cum Elucid. Secundo vides: quomodo &c.*

Q U A E S T I O CLXXIX.

De divisione vitæ in activam, & contemplativam,

In duos articulos divisa.

Consequenter considerandum est de vita activa, & contemplativa: ubi quadrupliciter consideratio occurrit: quarum prima est de divisione vitæ per activam, & contemplativam; secunda de vita contemplativa; tertia de vita activa; quarta de comparatione vitæ activæ ad contemplativam.

Circa primum queruntur duo.

Primo, utrum vita convenienter dividatur per activam, & contemplativam.

Secundo, utrum hæc divisio sit sufficiens.

ARTICULUS I. 846

Utrum vita convenienter dividatur per activam, & contemplativam.

III. dist. xxxv. qu. 1. art. 1. & I. Etb. lect. 5.

AD primum sic proceditur. Videtur quod vita non convenienter dividatur per activam, & contemplativam. Anima enim est principium vitæ per suam essentiam: dicit enim Philosophus in II. de Anima (tex. 37.) quod *vivere viventibus est esse. Actiones autem, & contemplationis principium est anima per suas potentias.* Ergo videtur quod vita non convenienter dividatur per activam, & contemplativam.

2. Præterea. Inconvenienter dividitur prius per differentias posterioris. Activum autem, & contemplativum, sive speculativum, & practicum, sunt differentiæ intellectus, ut patet in III. de Anima (tex. xlvi. & xlrx.) Vivere autem est prius quam intelligere: nam vivere inest viventibus primo secundum animalm vegetabilem, ut patet per Philosophum in II. de Anima (tex. 34. & 59.) Ergo inconvenienter dividitur vita per activam, & contemplativam.

3. Præterea. Nomen vitæ importat motum, ut patet per Dionysium iv. cap. de div. Nom. (p. 1. lect. 7. & 8.) Sed contemplatio consistit magis in quiete, secundum illud Sap. viii. 16. *Intrans in domum meam conquirecam cum illa.* Ergo videtur quod vita non convenienter dividatur per activam, & contemplativam.

Sed contra est quod Gregorius super Ezech. (hom. xiv. parum ante med.) dicit: *Due sunt vitæ, in quibus nos Deus omnipotens per sacrum eloquium erudit, activa videbit, & contemplativa.*

Respondeo dicendum, quod illa proprie dicuntur viventia quæ seipsis moventur, seu operantur. Illud autem maxime convenit aliqui per seipsum, quod est proprium ei, & ad quod maxime inclinatur, & ideo unumquodque vivens ostenditur vivere ex operatione sibi maxime propria, ad quam maxime inclinatur; sicut plantarum vita dicitur in hoc consistere quod nutriuntur, (**) & genera-

(*) Ita editi passim cum ms. Edit. Rom. alioque veteres. Ad quintum dicendum, quod, sicut ibidem Augustinus dicit &c. cum tamen nullum habeatur

quinto loco argumentum.

(**) Al. & generantur.

merant; animalium vero in hoc quod sentiunt, & moventur; hominum vero in hoc quod intelligent, & secundum rationem agunt. Unde etiam in hominibus vita uniuscujusque hominis videtur esse id in quo maxime delectatur, & cui maxime intendit; & in quo præcipue vult quilibet convivere amico, ut dicitur in IX. Ethic. (cap. IV. IX. & XII.)

Quia ergo quidam homines præcipue intendunt contemplationi veritatis, quidam vero intendunt principaliter exterioribus actionibus, inde est quod vita hominis convenienter dividitur per activam, & contemplativam.

Ad primum ergo dicendum, quod propria forma uniuscujusque faciens ipsum esse in actu, est principium operationis propriæ ipsius; & ideo vivere dicitur viventium ex eo quod viventia per hoc quod habent esse per suam formam, tali modo operantur.

Ad secundum dicendum, quod vita universaliter sumpta non dividitur per activam, & contemplativam; sed vita hominis, qui speciem sortitur ex hoc quod habet intellectum: & ideo eadem est divisio intellectus, & vitæ humanae.

Ad tertium dicendum, quod contemplatio habet quidem quietem ab exterioribus motibus; nihilominus tamen ipsum contemplari est quidam motus intellectus, prout quilibet operatio dicitur motus, secundum quod dicit Philosophus in III. de Anima (tex. 28.) quod sentire, & intelligere sunt motus quidam, prout motus dicitur actus perfecti. Et hoc modo Dionysius IV. cap. de div. Nom. (par. I. lect. 7.) ponit tres motus animæ contemplantis, scilicet *rectum*, *circularem*, & *obliquum*.

APPENDIX.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum esse a scripturis, & Gregorio, quod convenienter dividitur vita humana per activam, & contemplativam. A D. Gregorio quidem, ut in arg. contr. A Scripturis vero per hoc, quod adducunt alios vitam contemplativam viventes, alias activam. Ut *Luc.* 10. de BB. Magdalena, & Martha: Eosdem quandoque activam, quandoque contemplativam, ut *I. Reg.* variis in locis de Davide. Quod vero convenienter ponantur, quæcumque in Scripturis commendabiliter afferuntur (imo & universalissime de convenientia Scripturarum) vide *qu. 122. art. 2. append.* & *qu. 140. art. 1. append.* Secunda vides: quomodo &c.

ARTICULUS II. 847

Utrum vita sufficienter dividatur per activam. & contemplativam.

Sup. art. I. & loc. ibi not. & III. cont. cap. XCII.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod vita non sufficienter dividatur per activam, & cocontemplativam. Philosophus enim in I. Ethic. (1) (cap. V. a princ.) dicit, quod tres sunt vitæ maxime excellentes, scilicet, *voluptuosa*, *civilis*, quæ videtur esse eadem activæ, & contemplativæ. Insufficienter ergo videtur dividi vita per activam, & contemplativam.

2. Præterea. Augustinus XIX. de civ. Dei (cap. II. & xix.) ponit tria vitæ genera;

Dd 2 sci-

(1) Ut cap. 3. græco-lat. videre est, vel in antiquis cap. 5. & apud S. Thomam lect. 5. ubi *αὐτολάθινος* græce appellatur *voluptuosa*, quasi a suavi fruitione quam *αὐτολάθιον* Græci vocant. Quod autem subjungitur ex Augustino de triplici genere vite, ipse mutuum ex Varrone testatur lib. IIlo 29. cap. 1. cum sic ait: *Singulas quasque vitas ita sueri homines posse atque sectari, ut aut otiosam diligans vitam (sicut bi qui tantummodo studiis doctriina vacare voluerunt atque valuerunt) aut negotiosam, (sicut bi qui cum philosopharent tamen administratione Republica regendisque rebus humanis occupatissimi fuerunt) aut ex utroque genere temperaram; sicut bi qui partim eruditio otio partim necessaria negotio alternantia vita sua tempora tribuerunt: Tum deinde subjungit: Hec de Varronis libro, quantum potui, dilucide posui &c. Et cap. 2. In tribus*

illis vite generibus (uno scilicet non segniter sed in contemplatione vel inquisitione veritatis otioso, altero in gerendis rebus humanis negotioso, tertio ex utroque genere temperato) queritur quid sit potius eligendum. Ut & cap. 19. Ex tribus illis vita generibus (otioso, actuoso, & ex utroque composto) tametsi quisque possit in eorum quolibet vivere, interest quid amore tenet veritatis quid officio caritatis impendas &c. Quibus ultimis verbis insinuat sufficienter quod ad priora duo tertium genus revocatur, & sic sunt formaliter duo tantum sicut indicat solutio: Proinde duo tantum assignat Gregorius non loco solum supradicto, capite 28. in antiquis Exemplaribus vel 18. in modernis (hoc est ultimo) sed homilia 14. super Ezechielem circa medium, ubi utramque similitudinem hic indicatam diffusus explicat, & aliam ex Ezechiel. 40. superaddit.

scilicet *otiosum*, quod pertinet ad contemplationem; *actuofsum*, quod pertinet ad vitam activam; & addit tertium ex utroque compositum. Ergo videtur quod insufficienter dividatur vita per activam, & contemplativam.

3. Præterea. Vita hominis diversificatur, secundum quod homines diversis actionibus student. Sed plura quam duo sunt humanarum actionum studia. Ergo videtur quod vita debeat in plura membra dividi quam in activum, & contemplativum.

Sed contra est quod istæ duæ vitæ significantur per duas uxores Jacob; activa quidem per Liam, contemplativa vero per Rachelem: & per duas mulieres quæ Dominum hospitio receperunt; contemplativa quidem per Mariam, activa vero per Martham, ut Gregorius dicit in VI. Moral. (cap. xviii. & hom. xiv. in Ezech. ante med.) Non autem esset hæc cogrua significatio, si essent plures quam duæ vitæ. Ergo sufficienter dividitur vita per activam, & contemplativam.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc. ad 2.) divisio ista datur de vita humana, quæ quidem attenditur secundum intellectum. Intellectus autem dividitur per activum, & contemplativum: quia finis intellectivæ cognitionis vel est ipsa cognitio veritatis, quod pertinet ad intellectum contemplativum; vel est aliqua exterior actio, quod pertinet ad intellectum practicum, sive activum. Et ideo vita etiam sufficienter dividitur per activam, & contemplativam.

Ad primum ergo dicendum, quod vita voluptuosa ponit finem in delectatione corporali, quæ communis est nobis, & brutis. Unde, sicut Philosophus ibidem dicit, est vita bestialis. Propter quod non comprehenditur sub præsenti divisione, prout vita humana dividitur in activam, & contemplativam.

Ad secundum dicendum, quod media con-ficiuntur ex extremis, & ideo virtute continentur in eis, sicut tepidum in calido, & frigido, & pallidum in albo, & nigro. Et similiter sub activo, & contemplativo comprehenditur id quod est ex utroque compositum. Et tamen sicut in quolibet mixto præ-dominatur aliquid simplicium; ita etiam in medio genere vitæ superabundat quandoque quidem contemplativum, quandoque vero activum.

Ad tertium dicendum, quod omnia studia humanarum actionum, si ordinentur ad necessitatem præsentis vitæ secundum rationem reclam, pertinent ad vitam activam, quæ

per ordinatas actiones consulit necessitatì vi-tæ præsentis, si autem deserviant concupiscentiæ cuicunque, pertinent ad vitam voluptuosam, quæ non continetur sub vita activa. Humana vero studia, quæ ordinantur ad considerationem veritatis, pertinent ad vitam contemplativam.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per ratio-nem ostendas: merito insinuatum suisse a Scripturis & Greg. quod vita hominis suffi-cienter dividitur per activam, & contem-plativam. A D. Greg. quidem, ut extendi-tur cum discursu *in argum. contr.* A scriptu-ris vero, ut in art. 1. appen. cum istomet discursu hic posito. Vide & loca citata ibi, & scias, quod convenientiam scripturarum coxigi subintelligitur, quod sufficienter tra-dant ea, de quibus loquuntur, pro quanto sunt necessaria ad huinanam salutem. Vide q. 178. art. 1. corp. princ. & pr. par. q. 1. a. nono ad secundum, & a. 10. ad primum cum Elucid. Ex quibus locis abunde colligi-tur sufficientia scripturarum in tractando sua. Secundo vides: quomodo &c.

Q U Æ S T I O CLXXX.

De vita contemplativa,

In octo articulos divisa.

DEinde considerandum est de vita con templativa: & circa hoc quaruntur octo.

Primo, utrum vita contemplativa pertineat tantum ad intellectum, an consistat etiam in affectu.

Secundo, utrum ad vitam contemplativam pertineant virtutes morales.

Tertio, utrum vita contemplativa consistat solum in uno actu, aut in pluribus.

Quarto, utrum ad vitam contemplativam pertineat consideratio cujuscumque veritatis.

Quinto, utrum vita contemplativa homini in hoc statu possit elevari usque ad Dei visionem.

Sexto de motibus contemplationis, quos Dionysius assignat iv. cap. de divinis Nominiibus.

Septimo de delectatione contemplationis.

Octavo de duratione contemplationis.

A R.

ARTICULUS I. 848

Utrum vita contemplativa nihil habeat in affectu, sed totum in intellectu.

*Inf. art. 2. ad 1. & art. 7. ad 2. & III.
diff. xxxv. quest. 1. art. 2. & ver. quest.
III. art. II. ad 1.*

AD primum sic proceditur. Videtur quod vita contemplativa nihil habeat in affectu, sed totum in intellectu. Dicit enim Philosophus in II. Metaph. (tex. 3.) quod *finis contemplationis est veritas*. Veritas autem pertinet ad intellectum totaliter. Ergo videtur quod vita contemplativa totaliter in intellectu consistat.

2. Præterea. Gregorius dicit in VI. Moral. (cap. xviii. in princ. & hom. xiv. in Ezech. ante med.) quod *Rachel, que interpretatur visum principium, (1) vitam contemplativam significat*. Sed visio principii pertinet proprie ad intellectum. Ergo vita contemplativa proprie ad intellectum pertinet.

3. Præterea. Gregorius dicit super Ezech. (hom. xiv. ante med.) quod *ad vitam contemplativam pertinet ab exteriori actione quisfcere*. Sed vis affectiva, sive appetitiva inclinat ad exteriores actiones. Ergo videtur quod vita contemplativa non pertineat aliquo modo ad vim appetitivam.

Sed contra est quod Gregorius ibidem (& Lib. VI. Moral. cap. xviii.) dicit, quod *contemplativa vita est caritatem Dei, & proximi tota mente retinere, & soli desiderio Conditoris inhævere*. Sed desiderium, & amor ad vim affectivam, sive appetitivam pertinent, ut supra habitum est (1. 2. quest. xxii. art. 1. & 4.) Ergo etiam vita contemplativa habet aliquid in vi affectiva, sive appetitiva.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (quæst. præc. art. 1.) vita contemplativa illorum esse dicitur qui principaliter intendunt contemplationi veritatis. Intentio autem est actus voluntatis, ut supra habitum est (1. 2. quest. xi. art. 1.) quia intentio est de fine, qui est voluntatis objectum. Et ideo vita contemplativa quantum ad ipsam essentiam actionis (2) pertinet ad intellectum; quantum autem ad id quod movet ad exercendam talem operationem, pertinet ad voluntatem, quæ movet omnes alias potentias, & etiam intellectum ad suum actum, ut supra dictum est (1. 2. quest. ix. art. 1.)

Movet autem vis appetitiva ad aliquid inspicendum vel sensibiliter, vel intelligibiliter: quandoque quidem propter amorem rei visæ, quia, ut dicitur Matth. vi. 21. *ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum*: quandoque autem propter amorem ipsius cognitionis, quam quis ex inspectione consequitur. Et propter hoc Gregorius (3) constituit vitam contemplativam in caritate Dei, in quantum scilicet aliquis ex dilectione Dei inardescit ad ejus pulchritudinem conspicendam. Et quia unusquisque delectatur, cum adeptus fuerit id quod amat; ideo vita contemplativa terminatur ad delectationem, quæ est in affectu, ex quo etiam amor intenditur.

Ad primum ergo dicendum, quod ex hoc ipso quod veritas est finis contemplationis, habet rationem boni appetibilis, & amabilis, & delectantis: & secundum hoc pertinet ad vim appetitivam.

Ad secundum dicendum, quod ad ipsam visionem primi principii, scilicet Dei (4) incitat amor ipsius: unde Gregorius dicit super Ezechiel. (loc. sup. cit.) quod *vita contemplativa, calcatis curis omnibus, ad videndam faciem sui Creatoris inardescit*.

Ad tertium dicendum, quod vis appetitiva (5) movet non solum membra corporalia ad

(1) Aut *visus principium*, ut alternatum ad marginem ipsius Gregorii notatur, quasi perinde ac *visionis principium*: Sed apud Hieron. de nominibus hebraicis *videns principium, aut videns Deum, aut visus sceleris*; ut & *visio* apud Bedam in eorumdem interpretatione: apud utrumque autem adhuc ovis: Quod *ex diversitate accentuum & literarum sic evenit*, ut Hieronymus ibi notat: Satis ad præsens porro si *primitis modis* intelligatur, ut Gregorii similitudo constet quæ art. 4. explicanda recurret argum. Sed contra.

(2) *Vel operationis illius quæ dicitur contemplatio: Nam contemplari est videre cum quadam speciali at-*

tentione, unde ad intelligibilem visionem resertur quæ maxime affixum tenet intellectum.

(3) Non Moralium libro 6. qui & indicatus est supra, sed homilia 14. super Ezechielem quæ proximus notata est; & cuius verba paulo ab his diversa quæ hic in textu quoad sensum insinuantur, inferius indicabuntur ad 3.

(4) Hoc enim principium subintelligit Gregorius, ut art. 4. argum. *Sed contra expressius patebit ex propriis illius verbis quæ ibi referentur.*

(5) Per vim appetitivam intelligendo voluntatem, ut in corpore articuli.

ad exteriōes actiones exercendas, sed etiam intellectum ad exercendam operationem contemplationis, ut dictum est (in corp. art.)

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas, a Scripturis & Gregorio merito insinuarum fuisse, quod vita contemplativa habet etiam aliquid in affectu ultra intellectum. **A**D. Greg. quidem, ut cum discursu ponitur in arg. contr. A scripturis vero : ut Ps. 38. *In meditatione mea exaudescet signis*. Differentia enim est inter sapientiam hanc, quam importat vita contemplativa hic tradita, & sapientiam, quæ per studium pure acquiritur, ut optime Doctor Sanctus declarat in prima, quest. prima, artic. sexto ad tertium. Unde nec de ista meditatione, quæ est vita contemplativa, secundum quod hic tractatur, est sentiendum illud, quod de quadam arida meditandi forma B. Greg. in Pastorali dicit. *Sunt nonnulli, qui soleri cura spiritualia precepta perscrutantur : sed, qua intelligendo penetrant, vivendo concubant. Repente docent, qua non opere, sed meditatione didicerant : & quod verbis predicant, moribus impugnant* : Hæc ille. Nam contemplativa actio hæc ultimo dicta, & a B. Gregorio in past. partim vituperata, non est simpliciter dicenda vita contemplativa (sicut quæ in præsenti articulo traditur, imo per totam quest. 179. & 180.) sed potius secundum quid, idest cum multa diminutione, ut quæ nec in affectum, nec in opus bonum extendatur, sed totaliter sistat in intellectu. Cave igitur diligenter, ne error tibi contingat in textu hoc, similibusque intelligendis, id, quod tunc fieret, si præmissarum contemplationum discrimen (ut oportet) non attenderes. Secundo vides : quomodo &c.

Utrum virtutes morales pertineant ad vitam contemplativam.

Inf. quest. clxxxi. art. 1. ad 3. & 2. corp. & art. 4. ad 1. & quest. CLXXXII. art. 3. cor. & opusc. XVII. cap. VII. ad 7. & III. cont. cap. XXXVII. fin. & Phys. VII. lect. 6.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod virtutes morales pertineant ad vitam contemplativam. Dicit enim Gregorius super Ezech. (hom. XIV. ante med.) quod *contemplativa vita est caritatem Dei, & proximi tota mente retinere*. Sed omnes virtutes morales, de quarum actibus dantur præcepta legis, reducuntur ad dilectionem Dei, & proximi : quia *plenitudo legis dilectio est*, ut dicitur ad Rom. XI. 10. Ergo videtur quod virtutes morales pertineant ad vitam contemplativam.

2. Præterea. Vita contemplativa præcipue ordinatur (1) ad Dei contemplationem : dicit enim Gregorius super Ezech. (loc. cit.) quod *culcatis curis omnibus, ad videndam fasiem sui Creatoris animus inardescit*. Sed ad hoc nullus potest pervenire nisi per munditiam, quam causat virtus moralis, dicitur enim Matth. V. 8. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* : & ad Hebr. XII. 14. *Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum*. Ergo videtur quod virtutes morales pertineant ad vitam contemplativam.

3. Præterea. Grægorius dicit super Ezech. (loc. cit.) quod *contemplativa vita speciosa est in animo* : unde significatur per Rachælem de qua dicitur Gen. XXIX. quod *erat pulchra facie* (2). Sed pulchritudo animi attenditur secundum virtutes morales, & præcipue secundum temperantiam, ut Ambrosius dicit in I. de offic. (3) Ergo videtur quod virtutes

(1) Seu ordinatur præcipue ut indicetur hic esse potissimum ac præcipuus actus contemplationis, ne quis construat, *vita contemplativa præcipue*, quasi ad contemplationem Dei alia quoque ordinari significetur, sed maxime vita hæc &c.

(2) *Seu decora facie ac venustus aspectu*, versu 17.

(3) Non capite 34. sicut prius numeralibus notis inversis ad marginem in omnibus impressis passim, sed cap. 43. ac 45. 46. : Nam de temperantia primum ibi dicitur quod *in ea maxima decoris consideratio* (vel *decor*) spectatur & queritur ; & paulo post quod *bonitatem fovere ac decorum requiri* ; Tum cap. 45. quod *honestas velut bona valetudo est*

& quedam salubritas corporis ; decus autem tamquam venustas est & pulchritudo : Unde infert quod *sicut pulchritudo super salubritatem ac valetudinem videatur excellere, nec ullo tamem modo separari ab ea posset* : *sic honestas decorum illud in se continet, us ab ea profectum videatur & sine ea esse non possit* : Et hinc rurus generalius infert : *Velut salubritas igitur rotius operis actusque nostri honestas est* ; & *sicut species est decorum* : Ac deinde cap. 46. duplex decorum sic distinguit ut sit alterum generale quod per universitatem funditur honestatis (puta in omni actu suo) alterum speciale quod *in parte aliquæ enies*, in aliquo scilicet actu &c.

tes morales pertineant ad vitam contemplativam.

Sed contra est quod virtutes morales ordinantur ad exteriores actiones . Sed Gregorius dicit in VI. Moral. (cap. xviii: & loc. sup. cit.) quod *ad contemplativam vitam pertinet ab exteriori actione quiescere* . Ergo virtutes morales non pertinent ad vitam contemplativam .

Respondeo dicendum , quod ad vitam contemplativam potest aliquid pertinere dupliciter : uno modo essentialiter ; alio modo dispositivo . Essentialiter quidem virtutes morales non pertinent ad vitam contemplativam : quia finis contemplativa virtus est consideratio veritatis : *Ad virtutes autem morales scire quidem*, quod pertinet ad considerationem veritatis, *parvam potestatem babet*, ut Philosophus dicit in II. Ethic. (cap. ii. in princ. & Lib. X. cap. ult.) Unde & ipse in X. Ethic. (cap. vii. & viii.) virtutes morales dicit pertinere ad felicitatem activam , non autem ad contemplativam .

Dispositio autem virtutes morales pertinent ad vitam contemplativam . Impeditur enim actus contemplationis , in quo essentialiter consistit vita contemplativa , & per vehementiam passionum , per quam abstrahitur intentio animæ ab intelligibilibus ad sensibilia , & per tumultus exteriores . Virtutes autem morales impediunt vehementiam passionum , & sedant exteriorum occupationum tumultus . Et ideo virtutes morales dispositio-
ve ad vitam contemplativam pertinent .

Ad primum ergo dicendum , quod , sicut supra dictum est (art. præc.) vita contemplativa habet motivum ex parte affectus : & secundum hoc dilectio Dei , & proximi requiritur ad vitam contemplativam . Causæ autem moventes non intrant essentialiam rei , sed disponunt , & perficiunt rem . Unde non sequitur quod virtutes morales essentialiter pertineant ad vitam contemplativam .

Ad secundum dicendum , quod sanctimonia , id est munditia , causatur ex virtutibus

quæ sunt circa passiones impedientes puritatem rationis ; pax autem causatur ex justitia quæ est circa operationes , secundum illud Isa. xxxii. 17. *Opus iustitie pax* ; in quantum scilicet ille qui ab injuriis aliorum abstinet , subtrahit litigiorum , & tumultuum occasions . Et sic virtutes morales disponunt ad vitam contemplativam in quantum causant pacem , & munditiam .

Ad tertium dicendum , quod pulchritudo sicut supra dictum est (quæst. cxlv. art. 2.) consistit in quadam claritate , & debita proportione . Utrumque autem horum radicaliter in ratione invenitur : ad quam pertinet & lumen manifestans , & proportionem debitam in aliis ordinare (1) . Et ideo in vita contemplativa , quæ consistit in actu rationis per se & essentialiter invenitur pulchritudo : unde & Sap. viii. 2. de contemplatione sapientiae dicitur : *Amator factus sum formæ illas* . (2) In virtutibus autem moralibus invenitur pulchritudo participative , in quantum scilicet participant ordinem rationis ; & præcipue in temperantia , quæ reprimit concupiscentias maxime lucem rationis obscurantes . Et inde est quod virtus calitatis maxime reddit hominem aptum ad contemplationem , in quantum delectationes venerez maxime deprimit mentem ad sensibilia , ut Augustinus dicit in Lib. I. Soliloquiorum (cap. x. cir. med.) (3)

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & recte intelligas , merito insinuatum a scripturis , & Greg. quod virtutes morales pertinent , & non pertinent ad vitam contemplativam . A B. Greg. quidem , quod pertineant , ut *in argum. primo* glossato : quod autem non pertineant , ut *in arg. contr.* secundum quod extenditur cum discursu . A scripturis vero , quod pertineant ut *in argum. 2. glossato* ; quod autem non pertineant , ut Sap. 8. *Intrans in domum meam* con-

(1) Sive proportionis debitis in aliis ordinatio &c.
(2) Vel juxta graecum ράλλος pulchritudinis ; quod in Editione tamen Sixtiana graeco latina *forma* redditur ut hic vers. 3. sed perinde est utrumlibet .

(3) In iis nempe Soliloquiis veris & germanis quæ de cognitione Dei & animæ ab illo inscribuntur , ut videre est tomo 1. Non in Soliloquiis adulterinis quæ sub ejus nomine circumferuntur tomo 9. Quamvis ibidem in titulo præfigat præposterus ac ridiculus plane Censor alia nulla se vidisse , quæ apud

Bedam tamen ut & indiculo Possidii recenseri fatetur An stertebat aut Tomum primum nstantibus oculis transcurserat ? Habetur autem libro 1. cap. 10. sub his verbis expresse : *Nihil mihi tam fugientum quam concubinæ esse decrevi ; quia nihil esse sentio quod magis ex arte dejectas animam virilem quam blandimenta seminea corporumque ille consactus sine quo uxor haberi non potest . Quamobrem utiliter pro liberata anima mea imperavi non cupere , non querere , non ducere uxorem .*

conquiescam cum illa : & Luc. 10. de B. Maria Magdalena ab exterioribus occupatio- nibus feriata . Secundo vides : quomodo &c.

ARTICULUS III. 850

Utrum ad vitam contemplativam perti- neant diversi actus.

*III. dist. xxxv. quest. 1. art. 2. & IV.
dist. v. quest. iv. art. 2.
quest. 1. ad 2.*

AD tertium sic proceditur . Videtur quod ad vitam contemplativam pertineant diversi actus . Richardus enim de Sancto Victore (Lib. I. de contempl. cap. vii.) distinguit inter contemplationem , meditationem & cogitationem . Sed omnia ista videntur ad vitam contemplativam pertinere . Ergo videtur quod vita contemplativa sint diversi actus .

2. Præterea . Apostolus II. ad Corinth. iii. 18. dicit : *Nos vero revelata facie glo- riam Domini speculantes ; transformamur in eamdem claritatem .* Sed hoc pertinet ad vitam contemplativam . Ergo præter tria prædicta , etiam speculatio ad vitam contemplativa pertinet .

3. Præterea . Bernardus dicit in Lib. V. de consider. (cap. ult. a med.) quod *pri- ma, & maxima contemplatio est admiratio majestatis .* Sed admiratio secundum Dama- scenum (Lib. II. orth. Fid. cap. xv.) ponit species timoris . Ergo videtur quod plures actus ad vitam contemplativam requi- rantur .

4. Præterea . Ad vitam contemplativam pertinere dicuntur oratio , lectio , & meditatio . Pertinet etiam ad vitam contemplativa auditus : nam de Maria , per quam vita contemplativa significatur , dicitur Luca x. 39. quod *sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius .* Ergo videtur quod plures actus ad vitam contemplativam requirantur .

Sed contra est quod vita hic dictar ope- ratio cui homo principaliter intendit . Er- go si plures sunt operationes vita contem- plativa , non erit una vita contemplativa , sed plures .

Respondeo dicendum , quod de vita con- templativa nunc loquimur , secundum quod ad hominem pertinet . Hec autem differen- tia est inter hominem & Angelum , ut pa- tet per Dionysium vii. cap. de div. Nom. (ante med. lect. 2.) (1) quod Angelus sim- plici apprehensione veritatem intuetur , homo autem quodam processu ex multis pertingit ad intuitum simplicis veritatis . Sic ergo con- templativa vita unum quidem actum habet in quo finaliter perficitur , scilicet contem- plationem veritatis , a quo habet unitatem ; habet autem multos actus , quibus pervenit ad hunc actum finalem : quorum quidam per- tinent ad acceptiōnēm principiorū , ex qui- bus procedit ad contemplationem veritatis ; alii autem pertinent ad deductionem prin- cipiorū in veritatem ejus cuius cognitio in- quiritur ; ultimus autem completivus actus est ipsa contemplatio veritatis .

Ad primum ergo dicendum , quod cogita- tio secundum Richardum de Sancto Victore (loc. cit. in arg.) videtur pertinere ad mul- torum inspectionem , ex quibus aliquis colli- gere intendit unam simplicem veritatem . (2) Unde sub cogitatione comprehendi pos- sunt & perceptiones sensuum ad cogenscendum aliquos effectus , & imaginationes , & discur- sus rationis circa diversa signa , vel quemcum- que perducentia in cognitionem veritatis in- tentæ : quamvis secundum Augustinum XIV. de Trinit. (cap. vii.) cognitio dici possit omnis actualis operatio intellectus . Meditatio vero pertinere videtur ad processum ratio- nis ex principiis aliquibus pertingentibus ad veritatis alicuius contemplationem : & ad i- dem pertinet consideratio secundum Bernar- dum (3) (loc. in arg. 3. & Lib. II. cap. ii.) quamvis secundum Philosophum in III. de Anima omnis operatio intellectus consi- dera-

(1) Sic enim ibi §. 2. *Angelicarum Intelligentiarum vel mentium virtutes habent simplices ac beatas intelligentivas notiones ; dum non divisibilibus cogita- tionibus nec ratiocinando divinam scientiam colligunt, sed ab omni pluralitate pure uniformiter ea capiunt que intelligi possunt in divinis .*

(2) De cogitatione quippe ait quod *per devia que- que passim hunc illucque vagatur ; & postea quod uero semper motu de uno ad aliud transire .* Præter

illa que inferius referentur in textu .

(3) Non sicut prius ad marginem loco citato in argum. sive sub finem libri quinti , sed expressius l. 2. c. ubi ait : *Quid considerationem dicam con- sidera : Non enim idem per omnia quod contemplationem intelligi volo , quod bæc ad rerum certitudi- nem , illa magis ad inquisitionem se habeat : Juxta quem sensum potest contemplatio quidem definiri ve- rus certusque intuitus animi de quacunque re ; sive, apper-*

deratio dicatur. Sed contemplatio pertinet ad ipsum simplicem intuitum veritatis: unde idem Richardus dicit (Lib. I. de contempl. cap. iv. in princ.) quod *contemplatio est perspicax*, & liber conatus animi in res perspiccendas; meditatio autem est intuitus animi in veritatis inquisitione occupatus: cogitatio autem est animi respectus ad evaginacionem pronus.

Ad secundum dicendum, quod *speculatorio*, ut *Glossa Augustini* (ord. Lib. XV. de Trinit. cap. VIII. a princ.) dicit ibidem *dicitur a speculo, non a specula*. Videre autem aliquid per *speculum*, est videre causam per effectum, in quo ejus similitudo relucet: unde *speculatio* ad *meditationem* reduci videtur.

Ad tertium dicendum, quod admiratio est species timoris consequens apprehensionem alicujus rei excedentis nostram facultatem: unde admiratio est actus consequens contemplationem sublimis veritatis. Dicitum est enim (art. 1. hu. quæst.) quod contemplatio in affectu terminatur.

Ad quartum dicendum, quod homo ad cognitionem veritatis pertinet dupliciter. Uno modo per ea quae ab alio accipit: & sic quidem quantum ad ea quae homo a Deo accipit, necessaria est oratio, secundum illud Sapient. vii. 7. *Invocavi, & venis in me spiritus sapientie;* quantum vero ad ea quae accipit ab homine, necessarius est auditus, secundum quod accipit ex voce loquentis: & lectio, secundum quod accipit ex eo quod per scripturam est traditum. Altero modo necessarium est quod adhibeat proprium studium: & sic requiritur meditatio.

A P P E N D I X.

Ex art. habes *primo*: quomodo per rationem ostendas, & in recto sensu intelligas, merito insinuatum fuisse a Scripturis; quod ad vitam contemplativam requiritur tantum unus actus, scil. intuitio veritatis. Ut

Summ. S. T. b. Tom. IX.

Luc. 10. *Unum est necessarium.* Hoc enim dicitur de vita contemplativa, quam tunc B. Maria Magdalena exercebat. In cuius signum mox sequitur: *Maria optimam partem elegit.* Ad partem ergo istam necessarium dixerat esse illud unum. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS IV. 851

Utrum vita contemplativa solum consistat in contemplatione Dei, an etiam in consideratione cuiuscumque veritatis.

*Inf. art. 7. corp. & quest. lxxxii. art. 4. ad
2. & quest. clxxxii. art. 2. corp. & III.
dist. xxxv. quest. 1. art. 2. quest. 3.*

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod vita contemplativa non solum consistat in contemplatione Dei, sed etiam in consideratione cuiuscumque veritatis. Dicitur enim in Psal. cxxxviii. 14. *Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit nimis.* Sed cognitio divinorum operum fit per aliquam contemplationem veritatis. Ergo viderur quod ad vitam contemplativam pertineat non solum divinam veritatem, sed etiam quamlibet aliam contemplari.

3. *Præterea*. Bernardus in Lib. V. de considerat. (cap. ult. a med.) dicit , quod *prima contemplatio est admiratio majestatis ; secunda est iudiciorum Dei ; tercia est beneficiorum ipsius ; quarta est promissorum . Sed inter haec quatuor solum primum pertinet ad divinam veritatem , alia vero tria pertinent ad effectus iphius . Ergo vita contemplativa non solum consistit in consideratione divinæ veritatis , sed etiam in consideratione veritatis circa divinos effectus .*

3. Præterea. Richardus de Sancto Victore (Lib. I. de contempl. cap. vi.) distinguit sex species contemplationum (1): quarum prima est secundum solam imaginationem, dum attendimus res corporales: secunda autem est in imaginatione secundum rationem,

E e prout

speculo dixeris non a specula, gloriam Domini Speculantes: Hoc enim significat κατοπτριζόμενοι quia κατοπτρού speculum sīt &c.

(1) *Vel sex genera*, ut appellat, sed in eundem sensum genus accipiendo pro specie, ut in istissimodi loquutionibus consuetum est; & paulo superius usurpat: Non sic tamen summatis & eodem tenore ac hic sed immutatis verbis hinc & inde plenius explicet.

prout scilicet sensibilium ordinem, & dispositionem consideramus: tertia est in ratione secundum imaginationem, quando scilicet per inspectionem rerum visibilium ad invisibilia sublevamur: quarta autem est in ratione secundum rationem, quando scilicet animus intendit invisibilibus, quæ imaginatio non novit: quinta autem est supra rationem, (1) quando ex divina revelatione cognoscimus ea quæ humana ratione comprehendi non possunt: sexta autem est supra rationem, & præter rationem, quando scilicet ex divina illuminatione cognoscimus ea quæ humanæ rationi repugnare videntur, sicut ea quæ dicuntur de mysterio Trinitatis. (2) Sed solum ultimum videtur ad divinam veritatem pertinere. Ergo contemplatio veritatis non solum respicit divinam veritatem, sed etiam eam quæ in creaturis consideratur.

4. Præterea. In vita contemplativa quæritur contemplatio veritatis, inquantum est perfectio hominis. Sed qualibet veritas est perfectio humani intellectus. Ergo in qualibet contemplatione veritatis consistit vita contemplativa.

Sed contra est quod Gregorius dicit in VI. Moral. (3) quod *in contemplatione principium, quod est Deus, queritur.*

Respondeo dicendum, quod, sicut jam dictum est (art. 2. hu. quæst.) ad vitam contemplativam pertinet aliquid duplice: uno modo principaliter; alio modo secundario, vel dispositivo. Principaliter quidem ad vitam contemplativam pertinet contemplatio divinæ veritatis, quia hujusmodi contemplatio est finis totius humanae virtutis. Unde Augustinus dicit in I. de Trinit. (cap. viii. in med.) quod *contemplatio Dei promittitur nobis ut actionum omnium finis, aequæ aeternæ*

perfectio gaudiorum: quæ quidem in futura vita erit perfecta, quando videbimus Deum facie ad faciem: unde & perfecte beatos faciet. Nunc autem contemplatio divinæ veritatis competit nobis imperfecte, videlicet per speculum, & in ænigmate: unde per eam fit nobis quædam inchoatio beatitudinis, quæ hic incipit, ut in futuro continuetur. Unde & Philosophus in X. Ethic. (cap. viii. & viii.) in contemplatione optimi intelligibilis ponit ultimam felicitatem hominis.

Sed quia per divinos effectus in Dei contemplationem manuducimur, secundum illud ad Rom. i. 20. *Invisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta (4) conspicuntur*, inde est quod etiam contemplatio divinorum effectuum secundario ad vitam contemplativam pertinet, prout scilicet ex hoc manuducitur homo in Dei cognitionem. Unde Augustinus dicit in Libro de vera religione (cap. xxix. parum a princ.) quod *in creaturarum consideratione non vana, & peritura curiositas est exercenda: sed gradus ad immortalia, & semper manentia faciendus.*

Sic ergo ex præmissis (art. 1. 2. & 3. præcedentib.) patet quod ordine quodam quatuor ad vitam contemplativam pertinent: primo quidem virtutes morales; secundo autem alii actus præter contemplationem; tertio vero contemplatio divinorum effectuum; quartum vero completivum est ipsa contemplatio divinæ veritatis. (5)

Ad primum ergo dicendum, quod David cognitionem operum Dei quærebat, ut ex hoc manuduceretur in Deum: unde alibi dicit (Psal. cxlii. 5.) *Meditatus sum in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuorum meditabor: expandi manus meas ad te.*

Ad secundum dicendum, quod ex consideratio-

(1) Non tamen præter rationem. Ex ipso Richarde textu sic supplemus, ut sit plenior cum sequenti specie antithesis.

(2) Aut ex eodem rursus textu, quando illa ex divini luminis irradiatione cognoscit quibus omnis humana ratio reclamat: *Talia sunt pene omnia quæ de personarum Trinitate credere jubemus &c.*

(3) Nempe cap. 28. in antiquis Exemplaribus vel 18. in modernis: Alludit autem ad hebraicam interpretationem nominis *Rachel* quod perinde illi est *visum principium*; & homil. 14. super Ezechiel expressus ab illo explicatur, cum addit post eamdem interpretationem contemplativa vite applicata; quod cum sit ipsa simplex (alludendo ad nomen *ovis* quod in Rachelis quoque significacione

includitur) ad solum videndum principium anbelat videlicet ipsum quæ sit. (Joannis 8.) *Ego principium qui loquor &c.*

(4) Seu transposita constructione, ut sit planior sensus, *incolleba per ea quæ facta sunt.* Quod planissime greca phrasis ostendit, ambiguum constructionem non relinquens, τοῖς πορπαῖσιν τεῦχαι id est opificiis intellecta.

(5) Paulo aliter quadruplicem hujusmodi contemplationis gradum edifferit Bernardus ubi supra: Explicans enim quæ sit longitudo & latitudo & sublimitas & profunditas ad Ephes. 3. inculata, sic ait: *Nunc in ipsis quatuor adverte contemplationis quatuor species: Prima & maxima contemplatio vobis admiratio maiestatis, requiriens cor purgatum ut a vi-*

ratione divinorum judiciorum manuducitur homo in contemplationem divinæ justitiae; ex consideratione autem divinorum beneficiorum, & promissorum manducatur homo in cognitionem divinæ misericordiæ, seu bonitatis, quasi per effectus exhibitos, vel exhibendos.

Ad tertium dicendum, quod per illa sex designantur gradus quibus per creaturas in Dei contemplationem ascenditur. Nam in primo gradu ponitur perceptio ipsorum sensibilium: in secundo vero gradu ponitur progressus a sensibilibus ad intelligibilia: in tertio vero gradu ponitur dijudicatio sensibilium secundum intelligibilia: in quarto vero gradu ponitur absolute consideratio intelligibilium, in quæ per sensibilia pervenitur: in quinto vero gradu ponitur contemplatio intelligibilium, quæ per sensibilia inveniri non possunt, sed per rationem capi possunt: in sexto gradu ponitur consideratio intelligibilium, quæ ratio nec invenire, nec capere potest; quæ scilicet pertinent ad sublimem contemplationem divinæ veritatis, in qua finaliter contemplatio perficitur.

Ad quartum dicendum, quod ultima perfeccio humani intellectus est veritas divina; alia autem veritates perficiunt intellectum in ordine ad veritatem divinam.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, & in recto sensu intelligas, merito insinuatum suisse a Scripturis, Augustino, & Gregorio, quod contemplativa vita constitut solum in contemplatione Dei. A Beato Gregorio quidem, ut in arg. cont. A Beato Augustino autem per hoc, quod in 5. Confession. Deum alloquens ait: "Inflex homo, qui scit omnia illa, scil. creaturas: Beatus autem, qui te scit, etiam si illa neficiat. Qui vero te, & illa novit, non propter alia beatior est, sed propter te solum beatus." A Scripturis denique

infinitetur per hoc, quod dicitur in Psal. 72. "Quid mihi est in celo, & a te quid volui super terram? Deus cordis mei, & pars mea, Deus in æternum. Mibi autem adhæret, rere Deo bonum est. Ecce, quod omnia, quasi nihil, transcendere cupit per contemplationem, per quam soli Deo adhædere, si bi esse antonomastice bonum; definit. Secundo habes: quomodo &c.

A R T I C U L U S V. 852

Vixim vita contemplativa secundum statum bujus vite possit pertingere ad visionem divine essentie.

I. P. quest. XII. art. II. & I. 2. quest. XCII. art. 2. & III. dist. XXXV. quest. II. art. 2. & IV. dist. XLIX. quest. II. art. 7. & III. con. cap. XLVII. & ver. quest. X. art. II. & quod. I. art. I.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod vita contemplativa secundum statum hujus vitæ possit pertingere ad visionem divinæ essentie. Quia, ut habetur Genesis XXI. 30. Jacob dixit: *Vidi Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.* Sed visio faciei Dei est visio divinæ essentie. Ergo videtur quod aliquis per contemplationem in præsenti vita possit se extendere ad videndum Deum per essentiam.

2. Præterea, Gregorius dicit in VI. Moral. (cap. XVIII. veritus fin.) quod viri contemplativi ad semetipos introrsus redunt, in eo quod spiritualia rimantur, & nequaquam secum rerum corporalium umbras trahunt, volentes tractas manu discretionis abigunt; sed incircumspectum lumen videre cupientes, cum clausis circumscriptio[n]is sue imagines deprimunt, & in eo quod super se contingere appetunt, vincunt quod sunt. Sed homo non impeditur a visione divinæ essentie, quæ est lumen incircumspectum, nisi per hoc quod necesse habet intendere corporalibus phantasmatibus.

E e 2 Ergo

etis exoneratum facile ad superna leues, ac inservium suspensum senectas admirans: Secunda: est intuens iudicia Dei, quo pauido aspectu dum vobementius coruscis instuentem humilitatem servat, quæ si nubes ipsa virtutum ceterarum aggregatio non nisi ruina est: Tertia: contemplatio circa memoriam beneficiorum occupatur, & no dimittas ingratum, sollicitas memorantem ad amorem benefactoris: De talibus dicit Propheta (Psal. 144.) Memoriam abundantiam suavitatis tue erubet: Quarta: que retro sunt

obliviscens in sola reuocacione expectatione promissorum que cum sit meditatio æternitatis (quia que promittuntur, æterna sunt) longanimitatem alit & perseverantie dat vigorem: Tum deinde: Puto jam facile est, inquit, quatuor assignare quæ Apostolus dixit, dum longitudinem comprehendit meditatio promissorum, latitudinem recordatio beneficiorum, sublimitatem contemplatio maiestatis, profundum inspectio iudiciorum.

Ergo videtur quod contemplatio præsentis vita potest se extendere ad videndum incircumscripum lumen per essentiam.

3. Præterea. Gregorius in II. Dialog. (cap. xxxv. a med.) dicit: *Animae videnti Creatorem angusta est omnis creatura. Vit ergo Dei, scilicet beatus Benedictus, qui in turri globum igneum, Angelos quoque ad cælum redeuntes videbat, hoc proculdubio cernere non nisi Dei lumine poterat. Sed beatus Benedictus adhuc in præsenti vita vivebat. Ergo contemplatio præsentis vita post se extendere ad videndum Dei essentiam.*

Sed contra est quod Gregorius dicit super Ezech. (hom. xiv. inter med. & fin.) *Quamdiu in hac mortali carne vivitur, nullus sita in contemplationis virtute proficit, ut in ipso incircumscripiti luminis radio mentis oculos infigat.* (1)

Respondeo dicendum, quod sicut Augustinus dicit XIII. super Genesim ad lit. (cap. xxvii. cir. fi.) nemo videns Deum vivit ista vita quæ mortaliter vivitur in istis sensibus corporis; sed nisi ab hac vita quisque quadammodo moriatur, sive omnino extiens de corpore, sive alienius a carnalibus sensibus, in illam non subveniet visionem: quæ supra diligentius retractata sunt (quæst. clxxv. art. 4. & 5.) ubi dictum est de raptu: & in primo, ubi actum est de Dei visione (quæst. xii. art. 11.)

Sic ergo dicendum est, quod in hac vita potest esse aliquis duplicitate. Uno modo secundum actum, in quantum scilicet actualiter utitur sensibus corporis: & sic nullo modo contemplatio præsentis vita potest pertingere ad videndum Dei essentiam.

Alio modo potest esse aliquis in hac vita potentialiter, & non secundum actum, in quantum scilicet anima ejus est corpori mortali conjuncta ut forma; ita tamen ut non uratur corporis sensibus, aut etiam imaginatione, sicut accidit in raptu: & sic potest

contemplatio hujus vita pertingere ad visionem divinæ essentiae. Unde supremus gradus contemplationis præsentis vita est, quam habuit Paulus in raptu, secundum quem fuit medio modo se habens inter statum præsentis vita, & futuræ.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut Dionysius in epistola ad Cajum monachum (quæ est 1. cir. med.) dicit, si aliquis videntis Deum, intellectus quod vidit, non ipsum vidit, sed aliquid eorum que sunt ejus. Et Gregorius dicit super Ezech. (hom. xiv. inter med. & finem) quod nequaquam omnipotens Deus jam in sua claritate conspicitur; sed quiddam sub illa speculatrix anima, unde refuta proficiat (2), & post ad visionis ejus gloriam pertingat. Per hoc ergo quod Jacob dixit, *Vidi Deum facie ad faciem, non est intelligendum quod Dei essentiam viderit, sed quod formam, scilicet imaginariam, vidi, in qua Deus locutus est ei: vel quia per faciem quilibet cognoscimus, cognitionem Dei faciem ejus vocavit,* sicut Glossa Gregorii (ord. Lib. XXIV. Moral. cap. v. a med.) ibidem dicit. (3)

Ad secundum dicendum, quod contemplatio humana secundum statum præsentis vita non potest esse absque phantasmatisbus: quia connaturale est homini ut species intelligibles in phantasmatisbus videat, sicut Philosophus dicit in III. de Anima (tex. 30.) Sed tamen intellectualis cognitio non consistit in ipsis phantasmatisbus, sed in eis contemplatur puritatem intelligibilis veritatis: & hoc non solum in cognitione naturali, sed etiam in eis quæ per revelationem cognoscimus. Dicit enim Dionysius II. cap. celest. Hierarch. (implic. & cap. i. a med.) quod *Angelorum hierarchias manifestas nobis divina claritas in quibusdam symbolis figuratis, ex cujus virtute restituimus in simulum radium, id est in simplicem cognitionem intelligibilis veritatis.* Et sic intelligendum est quod Gregorius

(1) Tum subjungit quæ inferius referuntur ad primum & a nobis ibidem expurgantur; Additque quod proinde cum Ieraias dixisset, *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & elevatum, statim adjunxit. Et ea quæ sub ipso erant, replebant templum.* Nempe ut significet quod quidquid modo de illo conspicitur, adhuc non est ipse sed sub ipso est: Et mox etiam subdit: *Sic Jacob Angelum vidi & Deum se vidisse facetur, quia cum mysteria ejus conspicimus, iam multum est quod super nosmetipsum levamus: Notandum vero quod dicitur. Implebant templum, quoniam eis Angelus apparet, infirma tamen mem-*

tis desiderio satisfacit, ut si magis non posset, admiretur minus.

(2) Ut est in Gregorii textu, vel sicut ad marginem refecta, non unde recte, ut in impressis; vel unde recta, ut confuse in manucripto.

(3) Ubi postquam præmisit quod *mens post malorum suorum caliginem deteram resplendere rapta coruscatione incircumscripiti luminis illustratur, subjungit quod hec ipsa non solida visio sed quedam visionis imitatione Dei facies dicitur.* Tum cauam reddit hic notatam.

rius dicit, quod *contemplantes corporalium rerum umbras non secum trahunt*, (1) quia videlicet in eis non sicut eorum contemplatio, sed potius in consideratione intelligibilis veritatis.

Ad tertium dicendum, quod ex verbis illis Gregorii non datur intelligi quod beatus Benedictus Deum illa visione per essentiam viderit; sed vult ostendere quod quia *videns Creatorem angusta est omnis creatura*, consequens est quod per illustrationem divini luminis de facili possint quacumque videri. Unde subdit: *Quamlibet essentia parum de lucce Creatoris aspergetur, breve ei sit omne quod creatum est.*

APPENDIX.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, & in vero sensu intelligentias, merito insinuatum fuisse a Scripturis, & Gregorio, quod contemplatio presentis vita non potest pertingere ad visionem divinæ essentiaz. A B. Gregorio quidem, ut in arg. cont. Ex quo melius intelligi datur, quod responsta ad secundum, & tertium fuerunt non tantum absolute bona, sed etiam ad mentem ejusdem B. Gregorii. A Scripturis vero, ut 1. Timoth. 6. Deus habuit lucem inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest. Item Jo. 1. Deum nemo vidit umquam. Et Exod. 33. Non videbit me homo, & vivet. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS VI. 853

Utrum operatio contemplationis convenienter distinguatur per tres motus, circularem, rectum, & obliquum.

Sup. quest. clxxix. art. 1. ad 3. & ver. quest. viii. art. 15. ad 3. & quest. x. art. 8. ad 10. & op. xx. Lib. III. cap. 2. & 3.

AD sextum sic proceditur. Videlur quod inconvenienter operatio contemplationis distinguatur per tres motus, circularem, rectum, & obliquum iv. cap. de div. Nom. (par. 1. lect. 7.) Contemplatio enim tantum ad quietem pertinet, secundum illud Sap. viii. 16. *Intrans in domum meam conquiscam cum illa.* Sed motus quieti opponitur Non ergo operationes contemplativæ virtus per motus designari debent.

2. Præterea. Actio contemplativæ virtus ad intellectum pertinet, secundum quem homo cum Angelis convenit. Sed in Angelis aliter assignat Dionysius hos motus quam in anima: dicit enim, (loc. cit.) motum circularem Angeli esse secundum illuminationes pulchri, & boni. Motum autem circularem animæ secundum plura determinat: quorum primum est introitus anime ab exterioribus ad seipsum: secundum est quædam convolutio (2) virtutum ipsius, per quam anima liberatur ab errore, & ab exteriori occupatione: tertium autem est unio ad ea quæ supra se sunt. Similiter etiam differenter describit motum rectum utriusque. Nam rectum motum Angeli dicit esse, secundum quod procedit ad subjectorum providentiam: motum autem rectum animæ ponit in duobus: primo quidem in hoc quod progreditur ad ea quæ sunt circa ipsam; secundo autem in hoc quod ab exterioribus ad simplices contemplationes elevatur. Sed etiam motum obliquum diversimode in utrisque determinat. Nam obliquum motum in Angelis

lis

(1) Non sic tamen precise Gregorius ut argumentum præponebat, sed quod qui culmen perfectionis apprehendere nesciuntur, cum contemplationis arcem severe desiderant, prius in operis campo se per exercitium probent: ac deinde perpendant si cum ad se mesipso introrsus redeant, in eo quod spiritualia irritantur, nequaque secum rerum temporalium umbras trahunt, vel fortasse tractas manu discretionis abigunt, si in circumscriptione lumen videre expientes suntas circumscriptio sua imagines deprimumus &c.

Quod ad beatum porro Benedictum pertinet, ut ad 3. subiungitur, iam quest. 174. art. 5. annotatum est ad calalem.

(2) Ex græco σύριξis quasi conglobatio vel conglomeratio; quod a moderno Interpreti redditur inflexio an satis apte? Dicitur autem convolutio vel conglomeratio virtutum quasi potentiarum vel facultatum, ut & ex græco θυραινη manifestum est. Et dicuntur conglomeratio vel coconvolutio, quia velut in unum conjunguntur:

lis assignat ex hoc quod providendo minus habentibus manent in identitate circa Deum: obliquum autem motum anima assignat ex eo quod anima illuminatur divinis cognitionibus rationaliter, & diffuse. Non ergo videtur convenienter assignari operationes contemplationis per modos praedictos.

3. Præterea. Richardus de Sancto Victore in Lib. I. de contempl. (cap. v.) ponit multas alias differentias motuum, ad similitudinem volatilium cœli: (1) quorum quedam nunc ad aleiora se attollunt, nunc autem in inferiora demerguntur; & hoc saepius repetere videtur: alia vero dextrorum, vel sinistrorum diverunt multoies: quedam vero moventur in anteriora, vel posteriora frequenter: alia vero quasi in gyrum vertuntur secundum latiores, vel contractiores circuitus: quedam vero quasi immobilitate suspensa in uno loco manent. Ergo videtur quod non sint solum tres motus contemplationis.

In contrarium est authoritas Dionysii (cit. in arg. 1.)

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est supra (quæst. præc. art. 1. ad 4.) operatio intellectus, in qua contemplatio essentialiter consistit, motus dicitur, secundum quod motus est actus perfecti, ut Philosophus dicit in III. de Anima (tex. 28.) Quia vero per sensibilia intelligibilium in cognitionem devemus, operationes autem sensibiles sine motu non sunt; inde est quod etiam operationes intelligibles quasi motus quidam describuntur, & secundum similitudinem diversorum motuum earum differentia assignatur. In motibus autem corporalibus perfectiores, & primi sunt locales, ut probatur in VIII. Phys. (tex. 55. & 57.) Et ideo sub eorum similitudine potissimum operationes intelligibles describuntur. Quorum quidem sunt tres differentiae: nam quidam est circularis, secundum quem eti quid movetur uniformiter circa idem centrum; alius autem est rectus, secundum quem aliquid procedit ab uno in aliud; tertius autem est obliquus, quasi compositus ex utroque,

(1) Quam summatione hic indicataam longe diffusius explicat & plenius: *Videas* (inquit) *alia* nunc ad altiora se attollere nunc se in inferiora demergere, ac eosdem ascensionis descensionisque suis modos saepius repetere: *Videas* *alia* nunc dextrorum nunc sinistrorum divertere; & nunc in hanc nunc vero in illam partem declinando, in anteriora partum vel pene nihil se progravere: ac easdem discursuum suorum vicissitudines multa instantia multipliciter iterare: *Videas* *alia* sub magna festinatione se in anteriora extendere, sed mox sub eadem celeritate in posteriora redire, ac sepe id ipsum agere eodemque excursus atque recursus diutina frequentatione continuare atque protrahere & *Videre* licet *alia* quomodo se in gyrum flectunt, & quam dubito vel quam sepe eisdem vel similiter, nunc paulo latiores nunc autem paulo contractiores circuitus repant, & semper in id ipsum redeunt: *Videre* licet *alia* quomodo trempitis alis ac saepius reverberatis se in uno eodemque loco diutius suspendunt, & mobilis se agitatione quasi immobiliter figunt, & ab eodem suo suspensionis loco diu multoiesque herentia penitus recessunt, ac si operis & instantie suis exequitione proflus videantur exclamando dicere, Bonum est nos hic esse: Juxta hoc sane propositum similitudinum exemplar, contemplationis nostræ volatus multifacienter variatur, & pro personarum negotiorumque varietate vario modo formatur: Nunc de inferioribus ascendit ad summa, nunc de superioribus ad ima descendit. Nunc de parte ad totum, nunc de toto ad partem considerationis suis agilitate difcurrit, & ad id quod sciri oportet nunc a majori nunc a minori argumentum trahit: Modo autem in hanc modo in oppositam partem divertit, & contrariorum notitiam ex contrariorum scientia elicit, & pro vario oppositorum modo rationis suis consequentem (vel rationicationis) variare consuevit: Aliquando

in anteriora currit, & in posteriora subito redit, dum modo ex effectibus, modo ex causis, qualibuscumque antecedentibus vel consequentibus cuiuslibet rei modum vel qualitatem deprehendit: Quandoque vero quasi in gyrum speculatio nostra ducitur, dum unicuique rei quæ sunt, cum multis communis consideratur; & dura ad unam qualibet rem determinandam nunc a similibus nunc a simili se habentibus seu communiter accidentibus ratio assignatur: Tunc autem in uno eodemque loco confederationis nostræ deßixio quasi immobilitis fititur, quando in qualisunque rei offe vel proprietate perspicienda & miranda contemplantis intentio liberter immoratur. Sed ne verba nostra humanam Philosophiam videantur redolere, vel a catholicæ doctrinæ piano & simplici tenore discedere, commodius fortasse dicemus quod ascendere & descendere; ire & redire, nunc huc nunc illuc declinare, modo in circuitum pergere, vel tandem in uno hærere, nihil sit aliud quam summa agilitate nunc de imis ad summa vel de summis ad ima, nunc de priuis ad novissima vel de novissimis ad prima, modo de disparibus ad disparia meritorum vel præmiorum genera mente transire, et modo circumstantia vel coherentia cuiusque rei curiosa lustratione circumposcere, vel tandem aliquando in aliquo speculationis novitate, novitatique admiratione animum satiare. Porro quod hæc omnia nihilominus ad tres tantum praedictos modos referri velit, ut subjungitur ad 3. patet ex eo quod prædictum ibidem initio capit. 1. cum sic ait: Etsi perspicax ille contemplationis radius ex admirationis magnitudine semper juxta aliiquid suspendatur, non tamen uno modo semper nec uniformiter id agitur: Nam vivacissima illa intelligentia in contemplantibus animo mira agilitate modo, atque reddit, modo se quasi in gyrum flectit, modo autem se quasi ad unum colligit & quasi immobiliter figit.

que. Et ideo in operationibus intelligibilibus id quod simpliciter habet uniformitatem, attribuitur motui circulari, operatio autem intelligibilis, secundum quam proceditur de uno in aliud, attribuitur motui recto; operatio autem intelligibilis habens aliquid uniformitatis simul cum processu ad diversa, attribuitur motui obliquo.

Ad primum ergo dicendum, quod motus corporales exteriores opponuntur quieti contemplationis, quæ intelligitur esse ab exterioribus occupationibus; sed motus intelligibilium ad ipsam quietem contemplationis pertinent.

Ad secundum dicendum, quod homo convenit in intellectu cum Angelis in genere; sed vis intellectiva est multo altior in Angelo quam in homine: & ideo alio modo oportet hos motus in hominibus, & in Angelis assignare, secundum quod diversimode se habent ad uniformitatem. Intellectus enim Angelii habet cognitionem uniformem secundum duo. Primo quidem quia non acquirit intelligibilem veritatem ex varietate rerum compositarum: secundo quia non intelligit veritatem discursivee, sed simplici intuitu. Intellectus vero animæ a sensibilibus rebus accipit intelligibilem veritatem, & cum quodam discursu rationis ipsius eam intelligit. Et ideo Dionysius motum *circularē* in Angelis assignat, inquantum uniformiter, & indesinenter absque principio, & fine intuentur Deum, sicut motus circularis carente principio, & fine, uniformiter est circa idem centrum. In anima vero, antequam ad istam uniformitatem perveniat, exigitur quod duplex ejus disformitas amoveatur. Primo quidem illa quæ est ex diversitate exteriorum rerum, prout scilicet relinquunt exteriora: & hoc est quod primo ponit in motu circulari animæ *intrivsum ipsius ab exterioribus ad seipsum*. Secundo autem oportet quod removatur secunda disformitas, quæ est per discursum rationis; & hoc idem contingit, secundum quod omnes operationes animæ reducuntur ad simplicem contemplationem intelligibilis veritatis: & hoc est quod secundo dicit, quod *necessaria est uniformis convolutio intellectualium virtutum ipsius*, ut scilicet cessante discursu,figatur ejus intuitus in contemplatione unius simplicis veritatis. Et in hac operatione animæ non est error; sicut patet quod circa intellectum primorum principiorum non erratur, quæ simplici intuitu cognoscimus. Et tunc, istis duobus præmissis, tertio ponitur uniformitas conformis Angelis, secundum quod

prætermisso omnibus, in sola Dei contemplatione persistit: & hoc est quod dicit: *Dēinde sic uniformis facta unī*, idest conformiter, *unitis virtutibus, ad pulchrum, & bonum manuducitur*. Motus autem *rectus* in Angelis accipi non potest secundum id quod in considerando procedat ab uno in aliud, sed solum secundum ordinem suę providentia, secundum scilicet quod Angelus superior inferiores illuminat per medios: & hoc est quod dicit, quod *in directum moventur Angelī*, quando procedunt ad subjectorum *providentiam recta omnia transeuntes*, idest secundum ea quæ secundum rectum ordinem disponuntur. Sed *rectum* motum ponit in anima secundum hoc quod ab exterioribus sensibilibus procedit ad intelligibilem cognitionem. *Obliquum* autem motum ponit in Angelo compositum ex recto, & circulari, inquantum secundum contemplationem Dei inferioribus provider; in anima autem ponit motum *obliquum* similiter ex recto, & circulari compositum, prout scilicet illuminationibus divinis ratiocinando utitur.

Ad tertium dicendum, quod illæ diversitates motuum quæ accipiuntur secundum differentiam ejus quod est sursum & deorsum, dextrorum, & sinistrorum, ante, & retro, & secundum diversos circuitus, omnes continentur sub motu recto, vel obliquo: nam per omnes designatur discursus rationis. Quod quidem si sit a genere ad speciem, vel a toto ad partem, erit, ut ipse exponit, secundum sursum, & deorsum; si vero sit ab uno oppositorum in aliud, erit secundum dextrorum, & sinistrorum; si vero sit a causis in effectus, erit ante, & retro; si vero sit secundum accidentia, quæ circumstant rem propinquam, vel remotam, erit circuitus. Discursus autem rationis, quando est a sensibilibus ad intelligibilia, secundum ordinem naturalis rationis, pertinet ad motum rectum; quando autem est secundum illuminationes divinas, pertinet ad motum obliquum, ut ex dictis patet (in solut. præc.) Sola autem immobilitas, quam ponit, pertinet ad motum circularem. Unde patet quod Dionysius multo sufficientius, & subtilius motum contemplationis describit.

A P P E N D I X.

EX art. habes *primo*: quomodo per rationem ostendas, merito suisse insinuatum a scripturis, & Dionysio: quod convenienter distinguitur contemplatio in motum circularem,

rem, rectum, & obliquum. A S. Dionysio quidem, ut in *arg. cont.* A scripturis vero per hoc, quod assimilant contemplationem volatu: Ut Ps. 54. *Quis dabit mibi pennas, & velabo, & requiescam?* Illa scilicet quiete, de qua dicit Psalm. 4. *in pace in idsum dormiam, & requiescam:* de qua Sap. 8. *Intrans in dominum meam conquiescam cum illa.* Quia enim aves volando motum illum triplicem faciunt, ut declaratur in ad tertium: ideo scriptura, dum contemplationem volatui assimilat, quasi scholastice dicit: Contemplatio habet tres motus, scilicet circularem, rectum, & obliquum. Et hoc utique convenienter. Pro quo de convenientia totali scripturarum vide quest. 122. art. 2. appen. & q. 140. art. 1. appen. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS VII. 854

Utrum contemplatio delectationem habeat.

L. 2. quest. IIII. art. 5. co. & IV. dist. XV.
quest. IV. art. 2. quest. 2. ad I.

AD septimum sic proceditur. Videtur quod contemplatio delectationem non habeat. Delectatio enim ad vim appetitivam pertinet. Sed contemplatio principaliter consistit in intellectu. Ergo videtur quod delectatio non pertineat ad contemplationem.

1. 2. Præterea. Omnis contentio, & omne certamen impedit delectationem. Sed in contemplatione est contentio, & certamen: dicit enim Gregorius super Ezech. (hom. XI. inter med. & fin.) quod *anima, cum contemplari Deum nescit, velut in quodam certamine posita, modo quasi exuperat, quia intelligendo, & sentiendo de incircumscripto lumine aliquid degustat; modo succumbit, quia degustando iterum deficit.* Ergo vita contemplativa non habet delectationem.

3. Præterea. Delectatio sequitur operationem perfectam, ut dicitur in X. Ethicor. (cap. IV.) Sed contemplatio via est imperfecta, secundum illud I. ad Corinth. XI. 12. *Videmus nunc per speculum in enigmate.* Ergo videtur quod vita contemplativa delectationem non habeat.

4. Præterea. Læsio corporalis delectationem

impedit. Sed contemplatio inducit læsionem corporalem: unde Genes. XXXII. dicitur, quod Jacob postquam dixerat, *Vidi Dominum faciem ad faciem, claudicabat pede,* eo quod tetigerit nervum femoris ejus, & obstupuerit. Ergo videtur quod in vita contemplativa non sit delectatio.

Sed contra est quod de contemplatione sapientiae dicitur Sap. VIII. 16. *Non habet amaritudinem conversatio illius, nec tedium convictus ejus, sed letitiam, & gaudium:* & Gregorius dicit super Ezech. (loc. sup. cit.) quod *contemplativa vita amabilis valde dulcedo est.*

Respondeo dicendum, quod aliqua contemplatio potest esse delectabilis dupliciter. Uno modo ratione ipsius operationis: quia unicuique delectabilis est operatio sibi conveniens secundum propriam naturam, vel habitum. Contemplatio autem veritatis competit homini secundum suam naturam, prout est animal rationale: ex quo contingit quod *omnes natura sciare desiderant,* & per consequens in cognitione veritatis delectantur: & adhuc magis fit hoc delectabile habenti habitum sapientiae, & scientiae, ex quo accidit quod sine difficultate aliquis contemplatur.

Alio modo contemplatio redditur delectabilis ex parte objecti, in quantum scilicet aliquis rem amatam contemplatur: sicut etiam accidit in visione corporali, quæ delectabilis redditur, non solum ex eo quod ipsum videre est delectabile, sed etiam ex eo quod videt quis personam amatam. Quia ergo vita contemplativa præcipue consistit in contemplatione Dei, ad quam movet caritas, ut dictum est (art. I. hu. quest. & art. 2. ad I.) inde est quod in vita contemplativa non solum est delectatio ratione ipsius contemplationis, sed etiam ratione ipsius divini amoris.

Et quantum ad utrumque ejus delectatio omnem delectationem humanam excedit. Nam & delectatio spiritualis porior est quam carnalis, ut supra habitum est (I. 2. quest. XXXI. art. 5.) cum de passionibus ageretur; & ipse amor quo ex caritate Deus diligitur, omnem amorem excedit. Unde & in Ps. XXXIII. 9. dicitur: *Gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus.* (1)

Ad primum ergo dicendum, quod vita con-

(1) Ubi Cassiodorus: *Illud gustare, inquit, non pertinet ad palatum sed ad anima suavissimum sen-*

sum que divina contemplatione saginatur: Nam ut ipsum gustum intelligeres, sequitur Videte; quod uti-

contemplativa, licet essentialiter consistat in intellectu, principium tamen habet in affectu, in quantum videlicet aliquis ex caritate ad Dei contemplationem incitat. Et quia finis responder principio, inde est quod etiam terminus, & finis contemplativa vita habet esse in affectu, dum scilicet aliquis in visione rei amar delectatur, & ipsa delectatio rei visus amplius excitat amorem. Unde Gregorius dicit super Ezech. (hom. xiv. cir. med.) quod *cum quis ipsum quem amat, viderit, in amore ipsius amplius ignescit*. Et haec est ultima perfectio contemplativa vitae, ut scilicet non solum divina veritas videatur, sed etiagi ut ametur.

Ad secundum dicendum, quod contentio, vel certamen, quod provenit ex contrarietate exterioris rei, impedit illius rei delectationem. Non enim aliquis delectatur in re contra quam pugnat, sed in re pro qua quis pugnat, cum eam homo adeptus fuerit, ceteris partibus, magis in ea delectatur; sicut Augustinus dicit in VIII. Confes. (cap. 111. ante med.) quod quanto fuit *majus periculum in prelio*, tanto *majus est gaudium in triumpho*. Non est autem in contemplatione contentio, & certamen ex contrarietate veritatis quam contemplamur, sed ex detectu nostri intellectus, & ex corruptibili corpore, quod nos ad inferiora retrahit, secundum illud Sap. ix. 15. *Corpus quod corrumpitur, aggraves animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitationem*. Et inde est quod quando homo pertingit ad contemplationem veritatis, ardenter eam amat; sed magis odit proprium defectum, & gravitatem corporis, ut dicatum Apostolo Rom. vii. 24. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus*. Unde & Gregorius dicit super Ezech. (loc. cit. in arg.) *Cum Deus iam per desiderium, & intellectum cognoscitur, omnes in nobis voluptatem carnis arescat*.

Suum. S.Th. Tom. IX.

Ad tertium dicendum, quod contemplatio Dei in hac vita imperfecta est respectu contemplationis patris: & similiter delectatio contemplationis viz est imperfecta respectu delectationis contemplationis patris, de qua dicitur in Psal. xxv. 9. *Torrente voluptatis tuae potabis eos*. Sed contemplatio divinorum quae habetur in via, et si sit imperfecta, tamen est delectabilior omni alia contemplatione, quantumcumque perfecta, propter excellentiam rei contemplatae. Unde Philosophus dicit in I. de partibus animalium (cap. v. cir. princ.) *Accidit circa illas honorabiles existentes, & divinas substantias, minores nobis existere theorias: sed etiagi secundum modicum attingamus eas, sames propter honorabilitatem cognoscendi delectabilius aliquid habent quam que apud nos omnia*. Et hoc est etiam quod Gregorius dicit super Ezechiel. (loc. sup. cit.) *Contemplativa vita amabilis valde dulcedo est que super semetipsum animam rapit, coelestia aperit, spiritualia mentis oculis perficit* (1).

Ad quartum dicendum, quod Jacob post contemplationem uno pede claudicabat, quia necesse est ut debilitato amore seculi, convalefacat aliquis ad amorem Dei, ut Gregorius dicit super Ezechiel. (loc. cit.) (2) Et ideo post agnitionem suavitatis Dei unus in nobis pes sanus remanet, atque alius claudicat: omnis enim qui uno pede claudicat, solum illi peccatum innititur quem sanum habet. (3)

A P P E N D I X.

EX art: habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum a scripturis, & Gregorio, quod contemplatio habet delectationem. A scripturis quidem, ut Psal. 36. *Melius est modicum iusto super divitias peccatorum multis*. Quod modicum, quasi per nota nobis aliquantulum exponens, descriperat his verbis in Psal. 34. *Anima mea exult-*

F *exul-*

utique non ad os pertinet, sed ad inspectivam sine dubio qualitatem: Applicat porro speciatim communioni (vel communicationi) corporis Christi, sicut & summarie in euta locum Augustinus; ut cum tale corpus occipimus; vita nobis concedi gratiam confidamus: Tum deinde mox addit: Et ut ipsam communicationem non ad corpus commune traheres Dominum dicit esse suavem, qui in ea salutem hominibus pro sua pietate concedis: Sed ad sensum praesentem posterior appendix non pertinet; quam similiiter Theodoreus & Basilius insinuant: Quamvis interim ille quantum ad praefatas institutum præmittens, Gustave, idest experientia cognoscite Demi-

ni bonitatem (quod fit utique contemplando) Hie expressius addat, Gustave, non ad plenum satiemini, quoniam nunc ex parte videmus veritatem.

(1) Paulo plenius quam hic, addens quod *abscondit corporalia, & terrena debere esse contemptu ostendit.*

(2) *Vel ex originali textu, solus convalescat in nobis amor Dei.*

(3) Addens etiam ut sit applicatio expressior, quia si cui desiderium seruum jam fuerit arescatum, in solo pede amoris Dei sola virtute se sustinet; & in ipso stat, quia pedem amoris seculi quem ponere in terra consueverat, jam a terra suspensum portat.

*exultabat in Domino, & delectabatur super su-
lulari suo: omnia ossa mea dicent: Domine,
quis similis tui? Hoc modicum est illud, de
quo sub aliis verbis fit sermo in ad tertium.
Ab eisdem quoque, & Beato Gregorio, si-
mul, ut in arg. contr. Secundo vides: quo-
modo &c.*

ARTICULUS VIII. 855

Utrum vita contemplativa sit diurna.

I. P. quest. xx. art. 4. ad 3. & III. dist.
xxxv. quest. i. art. 4. quest. 3.

AD octavum sic proceditur. Videtur quod vita contemplativa non sit diurna. Vi-
ta enim contemplativa essentialiter consistit in his quæ ad intellectum pertinent. Sed omnes intellectivæ perfectiones hujus vitæ eva-
cuabuntur, secundum illud I. ad Cor. xiiii.
8. *Sive prophetia evacuabuntur, sive lingue-
ceffabuntur, sive scientia destruetur.* Ergo vita contemplativa evacuatur.

2. Præterea. Dulcedinem contemplationis aliquis homo raptim, & pertransendo degustat: unde Augustinus dicit in X. Confess. (1) (cap. xl. parum ante fin.) *Intromiſtis me in affectum multum inuifitum introsus, ad nescio quam dulcedinem; sed recido in hec erumnoſis ponderibus.* Gregorius etiam in V. Moral. (cap. xxii. ad fin.) exponens illud Job. iv. *Cum spiritus me preſente tranſiret, dicit: In suavitate contemplationis intimæ, non diu mens figitur, quia ad ſemetiplam*

*, ipsa immensitate luminis reverberata revo-
catur. Ergo vita contemplativa non eſt diurna.*

3. Præterea. Illud quod non eſt homini connaturale, non potest eſſe diurnum. Vita autem contemplativa eſt melior quam ſecundum hominem (2) ut Philosophus dicit in X. Ethic. (cap. vii. ad fin.) Ergo videtur quod vita contemplativa non sit diurna.

Sed contra eſt quod Dominus dicit Luc. x.
43. *Maria optimam parem elegit, que non auferetur ab ea: quia, ut Gregorius dicit ſu-
per Ezech. (hom. xiv a med.) contempla-
tio bic incipit, ut in caeleſti patria perficiatur.*

Respondeo dicendum, quod aliquid potest dici diurnum dupliciter: uno modo ſecun-
dum ſuam naturam; alio modo quoad nos. Secundum ſe quidem manifestum eſt quod vi-
ta contemplativa diurna eſt dupliciter: uno modo, eo quod versatur circa incorruptionibilia,
& immobilia; alio modo quia non habet con-
trarietatem: delectationi enim quæ eſt in
considerando, nihil eſt contrarium, ut dici-
tur in I. Topic. (cap. xiiii. in explic. loci
2.)

Sed quoad nos etiam vita contemplativa diurna eſt: tum quia competit nobis ſecun-
dum actionem incorruptibilis partis animæ,
ſcilicet ſecundum intellectum, unde potest
poſt hand vitam durare: tum quia in operi-
bus contemplativæ corporaliter non labora-
mus, unde magis hujusmodi operibus con-
tinue perſiſtere poſſumus, ſicut Philosophus di-
cit in X. Ethicor. (cap. vii. parum a princ:)

Ad primum ergo dicendum, quod modus
con-

(1) Cum hac tamen modificatione, *Alliquando in-
tromiſtis me; ut & mox cum hoc additione, Ad
nescio quam dulcedinem: que ſi perficiatur in me,
nescio quid erit quod vita iſta non erit &c.*

(2) Id eſt melior quam homini prout homo eſt con-
veniat; ex græca phraſi οὐτίστω τὸ καὶ ἀρρενός ut
cap. 7. græco-lat. verius finem expreſſe videre eſt;
ubi ab Areſtino pro melior vertitur prefiantor: Ar-
gyropylus autem vertit, ſuperat humanam naturam:
Sed vetuſius Interpres, ut videre eſt cap. 11. vel
apud S. Thom. lect. 11. Melior eſt, inquit, ad hu-
manam vitam: Quasi dicat. Melior eſt quam ſit hu-
mana vita, eodem ſentu qui jam ex græca phraſi
notatus eſt. Et hunc utique ſenſum ibi exprimit S. Thomas, cum in Commentario ſuo ait quod talis
vita que contemplationi veritatis vacat, eſt melior
quam vita que eſt ſecundum hominem & expreſſus
hic ad 3. quod Philosophus dicit vitam contemplati-
vam eſſe ſupra hominem: Nec aliter in Manuſcripto
Summa ac in Editione Duacensi habetur niſi quod
vita contemplativa eſt melior quam ſecundum homi-

num, ſicut & ex originali textu reponimus; non ut
aliam paſſim Editiones impertinenter habent, eſt me-
lior ſecundum Deum quam ſecundum hominem, quia
nec ſenſum græcae phraſis nec vim illationis Gram-
maticaſter quidam intellexit, cum eam fecit tam na-
gacem: Quænam enim haec illatio? *Vita contempla-
tiva eſt melior ſecundum Deum quam ſecundum ho-
minem: Ergo non eſt homini connaturalis:* Nęqua
acute poſſet ſic inferre: *Intellectus eſt melior ſecun-
dum Deum quam ſecundum hominem: Ergo intel-
lectus non eſt homini connaturalis:* Plane non valde
ſibi connaturale nugamentis probavit tam ineptis,
quiſquis haec iuriā Angelico Doctori parum cau-
tus inuifit ac imprudens, ut nugaciter ſyllogizantem
exhibet: O corruptores! non correctores. Legiti-
ma vero eſt & aptissima haec alia quam proponuit fi-
bi S. Thomas: *Contemplativa vita eſt melior vel
prefiantor quam ſecundum hominem;* quasi ſuperans
vel excedens humanum ſtatutum: *Ergo, non eſt ho-
mini connaturalis &c.*

contemplandi non est idem hic , & in patria ; sed vita contemplativa dicitur manere ratione caritatis , in qua habet & principium , & finem : & hoc est quod Gregorius dicit super Ezech. (hom. xiv. post med.) *Contemplativa hic incipit , ut in cælesti patria perficiatur : quia amoris ignis , qui hic ardore inchoat , cum ipsum quem amat , viderit , in amore ipsius amplius ignescit .*

Ad secundum dicendum , quod nulla actio potest diu durare in sui summo . Summum autem contemplationis est ut attingat ad uniformitatem divinæ contemplationis , ut dicit Dionysius (cap. iv. de divin. Nom. par. 1. leq. 7. & cap. iii. cœl. Hierarch. ante med.) sicut supra positum est (art. 6. hu. quæst. ad 2.) Unde etsi quantum ad hoc contemplatio diu durare non possit , tamen quantum ad alios contemplationis actus potest diu durare .

Ad tertium dicendum , quod Philosophus dicit , vitam contemplativam esse supra hominem , quia competit nobis secundum hoc quod aliquid divinum est in nobis , scilicet intellectus , qui est incorruptibilis , & impaf- fibilis in se : & ideo actio ejus potest esse diuturnior .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito fuisse insinuatum a scripturis , & Greg. quod vita contemplativa est diurna . Ut de utrisque ponitur in arg. contr. Ubi adverte super ly que non auferetur ab ea , quod pro statu præsenti etiam diurnitas contemplationis ibi importata fuit in B. Maria Magdalena . Nam post ascensionem Domini in cœlum (ut in gestis ejusdem sanctæ legitur) secessit in desertum ; ubi ad 30. annos vitam vivens contemplativam , ab ipsis quoque Angelis , ut melius divina contemplaretur , quotidie septem horarum interstitiis in aera elevabatur ad audiendas sanctorum spirituum melodias , quas in Dei summi laudem , & gloriam , ferventissime concinunt . Unde contemplatio istius sanctæ mulieris ad majorem mentis elevationem , affectus inflammationem , in utroque diurnitatem , mirum in modum promovebat : ut euique vel tenuiter discurrenti patet . Secundo vides : quomodo &c.

Q U Ä S T I O CLXXXI.

De vita activa ,

In quatuor articulos divisa .

Deinde considerandum est de vita activa : & circa hoc queruntur quatuor .

Primo , utrum omnia opera virtutum moralium pertineant ad vitam activam .

Secundo , utrum prudentia pertineat ad vitam activam .

Tertiq. utrum doctrina pertineat ad vitam activam .

Quarto de diurnitate vitæ activæ .

A R T I C U L U S I. 856

Utrum omnes actus virtutum moralium pertineant ad vitam activam .

Sup. quæst. lxxx. art. 2. cor. & opusc. xvii. cap. vii. ad 7.

AD primum sic proceditur . Videtur quod non omnes actus virtutum moralium pertineant ad vitam activam . Vita enim activa videtur consistere solum in his quæ sunt ad alterum : dicit enim Gregorius super Ezech. (hom. xiv. parum ante med.) quod *activa vita est panem esuriensi tribuere : & in fine , multis enumeratis quæ ad alterum pertinent , subdit : Et que singulis quibusque expedient , dispensare .* Sed non per omnes actus virtutum moralium ordinamur ad alios , sed solum secundum justitiam , & partes ejus , ut ex supradictis patet (quæst. lviii. art. 1. & 1. 2. quæst. lx. ar. 2. & 3.) Non ergo actus omnium virtutum moralium pertinent ad vitam activam .

2. Præterea . Gregorius dicit super Ezech. (hom. xiv. a med.) quod per Liam , que fuit lippa , sed facunda , significatur vita acti- va : que dum occupatur in opere , minus videt ; sed dum modo per verbum , modo per exemplum ad imitationem suam proximos accen- dit , multos in opere bono filios generat . Hoc autem magis videtur pertinere ad caritatem , per quam diligimus proximum , quam ad vir- tutes morales . Ergo videtur quod actus vir- tutum moralium non pertineant ad vitam activam .

3. Præterea . Sicut supra dictum est (quæst. præc. art. 2.) virtutes morales disponunt ad vitam contemplativam . Sed dispositio , &

Ff 2 per-

perfectio pertinent ad idem. Ergo videtur quod virtutes morales non pertineant ad vitam activam.

Sed contra est quod Isidorus dicit in Lib. III. de summo bono (cap. xv. parum a princ.) (1) *In activa vita prius per exercitium boni operis cuncta exaurienda sunt vitia, ut in contemplativa jam pura mentis acte ad contemplandum divinum lumen quisque pertranseat.* Sed cuncta vitia non exauriuntur nisi per actus virtutum moralium. Ergo actus virtutum moralium ad vitam activam pertinent.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quest. clxxix art. 1.) vita activa, & contemplativa distinguuntur secundum diversa studia hominum intendentium ad diversos fines: quorum unum est consideratio veritatis, quæ est finis vitæ contemplativæ; aliud autem est exterior operatio, ad quam ordinatur vita activa.

Manifestum est autem quod in virtutibus moralibus non principaliter queritur contemplatio veritatis, sed ordinatur ad operandum. Unde Philosophus dicit in II. Ethic. (cap. xi. cir. princ. & Lib. X. cap. ult.) quod *ad virtutem quidem scire, parum, aut nihil profert.* Unde manifestum est quod virtutes morales pertinent essentialiter ad vitam activam. Unde & Philosophus in X. Eth. (cap. vii. & viii.) virtutes morales ordinat ad felicitatem activam.

Ad primum ergo dicendum, quod inter virtutes morales præcipua est iustitia, qua aliquis ad alterum ordinatur, ut Philosophus probat in V. Ethic. (cap. 1. a med.) Unde vita activa describitur per ea quæ ad alterum ordinantur, non quia in his solum, sed quia in his principalius consistit.

Ad secundum dicendum, quod per actus omnium virtutum moralium potest aliquis proximos suo exemplo dirigere ad bonum: quod

Gregorius ibi attribuit vitæ activæ.

Ad tertium dicendum, quod sicut virtus quæ ordinatur in finem alterius virtutis, translat quodammodo in speciem ejus; ita etiam quando aliquis utitur his quæ sunt vitæ activæ, solum prout disponunt ad contemplationem, comprehenduntur sub vita contemplativa. In his autem qui operibus virtutum moralium intendunt, tamquam secundum se bonis, non autem tamquam disponentibus ad vitam contemplativam, virtutes morales pertinent ad vitam activam.

Quamvis etiam dici possit, quod vita activa depositio sit ad vitam contemplativam.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a scripturis, & Isidoro, quod ad vitam activam pertinent actus virtutum moralium. Ab Isidoro quidem, ut in arg. cons. A scripturis vero per hoc, quod *Luc. 10. Beata Martha, cui vita activa appropriatur, moralibus virtutibus (puta, misericordia, pietati, caritati erga proximum) institisse, & sollicitè quidem, describitur.* Cujus actus morales plurimos & Ecclesia designat per hoc, quod in festi eius celebratione solemniter legit: *Martha, cum Massilensem omnium in se animos propter eximiam sanctitatem convertisset, cum multis honestissimis mulieribus in quadam quasi monasterio sanctissimam vitam duxit.* Vide in textu argumenti primi, & secundi, Beatum Gregorium: ex quo recte applicato melius intelliges, per predicta hujus sanctæ concludi intentum. Secundo vides: quomodo &c.

A R.

(1) Sive Sententiarum, ubi tantum ad contemplandum Deum habet, non ad contemplandum divinum lumen: Sed perinde est, cum & incircumscripsum lumen Gregorius apparet, ex quo æquivalenter ista defensit Isidorus: *nimirum lib. 6. Moral. cap. 17.* in modernis Exemplaribus vel c. 27. & 28. in antiquis, ut supra, cum sic ait: *Qui culmen perfectio- nis apprehendere nituntur, cum contemplationis artem tenere desiderant prius in operis campo se per exercitium probent &c.* Et inferius alludendo ad illud ex Job. 5. *Ingredieris in abundantia sepulchrum, sic subiungit: Vir perfectus in abundantia sepulchrum ingreditur quia prius activa vita opera congregat,*

& postmodum earnis sensu per contemplationem huic mundo mortuum funditus occultat: Unde apte subditur: Sicut infertur acervus in tempore suo: Actionis namque tempus primum est, contemplationis extremum: Unde necesse est ut perfectus quisque prius virtutibus mentem exerceat, & hanc postmodum in horreum quietis condas: Postquam præmisit quod prius mens ab appetitu gloria temporalis atque ab omni carnalis concupiscentia delicatione terganda est, & tunc ad arcem (vel actem) contemplationis erigenda: Perinde ac si dicat quod prius ab omnibus vitiis purgari debet &c. Ut & in lib. 1. Reg. cap. 14. eam ex multis bonis operibus perfici ait &c

ARTICULUS II. 857

Verum prudensia pertinet ad vitam activam.

*Sup. quæst. lxxx. art. 2. cor. & presenti
quæst. art. 1. corp. & opusc. xviii.
cap. vii. ad 7.*

AD secundum sic proceditur. Videtur quod prudentia non pertineat ad vitam activam. Sicut enim vita contemplativa pertinet ad vim cognoscitivam, ita activa ad vim appetitivam. Prudentia autem non pertinet ad vim appetitivam, sed magis ad cognitivam. Ergo prudentia non pertinet ad vitam activam.

2. Præterea. Gregorius dicit super Ezech. (hom. xiv. a med.) quod *activa vita, dum occupatur in opere, minus videt*: unde significatur per Liam, quæ lippos oculos habebat. Prudentia autem requirit oculos claros, ut recte judicet homo de agendis. Ergo videtur quod prudentia non pertineat ad vitam activam.

3. Præterea. Prudentia media est inter virtutes morales, & intellectuales. Sed sicut virtutes morales pertinent ad vitam activam, ut dictum (art. præc.) ita intellectuales ad contemplativam. Ergo videtur quod prudentia non pertineat neque ad vitam activam, neque ad contemplativam, sed ad medium vivendi genus, quod Augustinus ponit XIX. de civit. Dei (cap. xi. & xix.) (1)

Sed contra est quod Philosophus in X. Ethic. (cap. viii.) prudentiam pertinere dicit ad felicitatem activam, ad quam pertinent virtutes morales.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. præc. ad 3. & 1. 2. quæst. xvii. art. 7.) id quod ordinatur ad aliud sicut ad finem, præcipue in moralibus, trahitur ad speciem ejus ad quod ordinatur; sicut illo que *machabus*, ut *furetur*, *magis dicatur* *fur quam machbus*, secundum Philosopherum in V. Ethicor. (cap. ii. parum a princ.) Manifestum est autem quod cognitio prudentiae ordinatur ad operationes virtutum moralium sicut ad finem: est enim *reæ ratio agibilium*, sicut dicitur in VI. Ethic. (cap. v.) unde & fines virtutum moralium sunt principia prudentiae, sicut in eodem libro Philosophus dicit. Sicut ergo dictum est (art. præc. ad 3.) quod virtutes morales in eo qui ordinat eas ad quietem contemplationis, pertinent ad vitam contemplativam; ita cognitio prudentiae, quæ de se ordinatur ad operationes virtutum moralium, directe pertinet ad vitam activam; si tamen prudentia proprie sumatur, secundum quod philosophus de ea loquitur.

Si autem sumatur communius, prout sci-licet comprehendit qualemcumque humanam cognitionem, sic prudentia quantum ad aliquam sui partem pertinet ad vitam contemplativam, secundum quod Tullius dicit in i. de offic. (in tit. de iv. virtutibus unde omnia officia manant) quod *qui acutissime, & celerimè potest & videre verum, & explicare rationem, is prudentissimus, & sapientissimus rite haberi solet*.

Ad primum ergo dicendum, quod operationes morales specificantur ex fine, ut supra habitum est (1. 2. quæst. xviii. art. 5. & 6.) & ideo ad vitam contemplativam illa cogni-

(1) Ut jam notatum supra quæst. 179. art. 2. argum. 2. & plenius discussum tum ex cap. 1. & 2. tum ex cap. 19. ac ex Varrone repetitum. Appendix autem sequens quæ mox argum. Sed contra Philosophi nomine subjungitur, colligi potest ex capite 8. græco-lat. vel cap. 12. in antiquis & apud S. Thomam lect. 13 ubi post primam explicatam felicitatem quam capitibus præcedentibus in contemplatione reposuit, subiungit quod secunda subinde felicitas existit ex virtute; ut & quod *prudentia principia ex virtutibus moralibus existant*; & mox quod *rectitudo moralium virtutum ex prudentia ipsa existit*, & quod *passionibus connexa sunt virtutes* (velut moderatrices nempe) ac proinde quæ secundum virtutes vita traducitur, felicitas est &c. Ex quo sequitur quod ad felicitatem ejusmodi secundariam prudentia velut virtutum prædictarum directrix pertineat. Ad hanc porro felicitatem pertinere virtutes non hoc loco dimitatae sed alibi plures arget: Ut

lib. 1. magnorum Moralium cap. 4. ubi ait quod *quia perinde est bene vivere ac felicem esse, bene autem vivere non est aliud quam secundum virtutem vivere, necesse est ut in vivendo secundum virtutem felicitas consistat* (qualem nempe nunc explicamus) Et similiter Moralium Eudemiorum lib. 1. c. 5. ex professo inquirens an *virtutes & prudentia vel operationes ex alterius consequentes aut per easdem saepe partes vita beata possint notat* quod *est non communiter ab omnibus, ab iis tamen qui dignus loquuntur & melius, felicitati adjunguntur*: Et lib. 1. Rethoricorum cap. 5. *Sic felicitas, inquit actio bene se habens cum virtute*: Item Politicorum, lib. 7. cap. 1. *Tantum felicitatis unicunque continet, inquit, quantum virtutis inest & prudentia, vel quantum operatur secundum illas*: Unde infert quod *nemo per aliquid externum beatus est, sed per seipsum*; idest per inexistentem aliquod sibi bonum, eti non bene addit quod *secundum naturam &c.*

cognitio pertinet, quæ finem habet in ipsa cognitione veritatis. Cognitio autem prudentia, quæ magis habet finem in actu appetitiva virtutis, pertinet ad vitam activam.

Ad secundum dicendum, quod occupatio exteriorum rerum facit hominem minus videre in rebus intelligibilius, quæ sunt separatae a sensibilius, in quibus operationes activæ virtutum consistunt; sed tamen occupatio exterior activæ virtutum facit hominem magis clare videre in iudicio agibilium, quod pertinet ad prudentiam, tum propter experientiam, tum propter mentis attentionem: quia ubi intenderis, ibi ingenium valet: ut Sallustius dicit (in conjur. Catil. cit. princ. orat. Cæsar) .

Ad tertium dicendum, quod prudentia dicitur esse media inter virtutes intellectuales, & morales quantum ad hoc quod in subiecto convenient cum virtutibus intellectualibus, in materia autem totaliter convenient cum moralibus. Illud autem tertium vivendi genus medium est inter activam vitam, & contemplativam, quantum ad ea circa quæ occupatur: quia quandoque occupatur in contemplatione veritatis, quandoque autem occupatur circa exteriora.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, merito a Scripturis & Philosopho suisse insinuatum: quod prudentia pertinet ad vitam activam. A Philosopho quidem: *us in arg. cont.* A Scripturis vero per hoc, quod Dominus Apostolis, quos ad activam vitam exercendam, idest ad generandum verbo, & exemplo filios spirituales, mittebat in mundum, Matth. ultim. per ly Euntes, *docete omnes gentes*, notificavit, quod opus eis erat prudentia, Matth. 10. per ly Estore prudentes, & Matth. 5. *Vos effis sal terra*, & Marci 6. *Habete in vobis sal*. Ac si per hæc omnia scholasticis Theologis aperte dicat: Ad vitam activam pertinet prudentia. Secundo vides: &c.

A R T I C U L U S III. 85

Utrum docere sit actus vite activæ, an contemplativæ.

III. diff. xxxv. quest. I. art. 3. quest. I. ad 3. & ver. quest. XI. art. 4.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod docere non sit actus virtutum activarum, sed contemplativarum. Dicit enim Gregorius super Ezech. (hom. v. inter med. & fin.) quod *viri perfecti bona cœlestia, que saltem per speculum contemplari potuerunt, fratribus denuntiantur, eorumque animos in amorem intimæ claritatis accendent*. Sed hoc pertinet ad doctrinam. Ergo docere est actus virtutum contemplativarum.

2. Præterea. Ad idem genus virtutum videtur reduci actus, & habitus. Sed docere est actus sapientiarum: dicit enim Philosophus (in princ. Metaphys.) quod *signum scientis est posse docere*. Cum ergo sapientia, vel scientia pertineat ad vitam contemplativam, videtur quod etiam doctrina ad vitam contemplativam pertineat.

3. Præterea. Sicut contemplatio est actus virtutum contemplativarum, ita & oratio: Sed oratio, qua quis orat pro alio, nihilominus pertinet ad vitam contemplativam. Ergo quod aliquis veritatem meditatum in alterius notitiam per doctrinam deducat, videtur ad vitam contemplativam pertinere.

Sed contra est quod Gregorius dicit super Ezech. (hom. xiv. parum ante med.) *Activa vita est panem esuriensi tribuere, verbo sapientie nescientem docere*.

Respondeo dicendum, quod actus doctrinæ habet duplex objectum: fit enim doctrina per locutionem; locutio autem est signum audibile interioris conceptus. Est ergo unum objectum doctrinæ id quod est materia, sive objectum interioris conceptionis: & quantum ad hoc objectum quandoque doctrina pertinet ad vitam activam, quandoque ad contemplativam.

Ad activam quidam, quando homo interius concipit aliquam veritatem, ut per eam in exteriori actione dirigatur; ad contemplativam autem, quando homo interius concipit aliquam veritatem intelligibilem, in cuius consideratione, & amore delectatur. Unde Augustinus dicit in Libro de verb. Domini (1) (serm.

(1) (serm. xxvii. cap. 1. cir. fin.) *Elegant sibi partem meliorem, scilicet vitæ contemplativæ, vacent verbo, inbent doctrinæ dulcedini, occupentur circa scientiam salutarem: ubi manifeste dicit, doctrinam ad vitam contemplativam pertinere.*

Aliud vero objectum doctrinæ est ex parte sermonis auditibilis: & sic objectum doctrinæ est ipse audiens: & quantum ad hoc objectum omnis doctrina pertinet ad vitam activam, ad quam pertinent exteriores actiones.

Ad primum ergo dicendum, quod authoritas illa expresse loquitur de doctrina quantum ad materiam, prout versatur circa considerationem, & amorem veritatis.

Ad secundum dicendum, quod habitus, & actus communicant in objecto: & ideo manifeste illa ratio procedit ex parte materiæ interioris conceptionis. Intantum enim ad sapientem, vel scientem pertinet posse docere, inquantum potest interiorum conceptum verbis exprimere, ad hoc quod possit alium adducere ad intellectum veritatis.

Ad tertium dicendum, quod ille qui orat pro alio, nihil agit erga illum pro quo orat, sed solum erga Deum, qui est intelligibilis veritas; sed ille qui alium docet, aliquid circa eum agit exteriori actione. Unde non est similis ratio de utroque.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intellegas, merito fuisse a Script., & Greg. insinuatum: quod docere est actus vitæ activæ. A B. Greg. quidem, ut in arg. con. Pro quo recole quod docere ignorantem ponitur inter eleemosynas spirituales, q. 32. art. 2. &, quod caritas erga proximum considerata secundum actus exteriores, inter quos sunt eleemosynæ, pertinet manifeste ad vitam activam. A Script. vero per hoc, quod dicitur I. Tim. 4. *Attende tibi, & doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciens & te ipsum salvum facies, & eos, qui te audiunt. Salvos nam-*

que facere eos, qui audiunt doctrinam, est generare mediante illa filios spirituales in salutem: generare autem filios est opus activæ vitæ, art. 1. arg. 2. ex B. Gregor. & qu. 179. art. 2. ad 3. ex ly omnia studia humanorum actionum, si ordinentur ad necessitatem presentis vitæ secundum rationem rectam, pertinent ad vitam activam, qua per ordinatas actiones consulit necessitati vite presentis. Ergo a fortiori, vel saltem a simili (ut patet) generare filios ad salutem æternam, pertinent ad vitam activam; cum sic generans illos consulat necessitati vitæ presentis, cui maxima necessitas est, quod ordinetur in nobis, & a nobis, in salutem æternam. Ex hoc ergo, quod Apostolus per doctrinam dicit salvos fieri auditores, scholasticis aperte concludendum reliquit: quod docere est actus ad vitam activam pertinens. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S IV. 859

Utrum vita activa maneat post hanc vitam.

I. *P. quest. xx. art. 4. ad 3. & i. 2. quest. lxvii. art. 1. ad 2. & III. dist. xxxv. quest. 1. art. 4. quest. 3. & III. cont. cap. lxiii. fin. & ver. quest. xi. art. 4. ad 2.*

AD quartum sic proceditur. Videlur quod vita activa maneat post hanc vitam. Ad vitam enim activam pertinent actus moralium virtutum, ut dictum est (art. 1. huiusq. 2.) Sed virtutes morales permanent post hanc vitam, ut Augustinus dicit in XIV. de Trinit. (cap. ix.) Ergo videtur quod vita activa permaneat post hanc vitam.

2. Præterea. Docere alios pertinet ad vitam activam, ut dictum est (art. præc.) Sed in futura vita, in qua similes erimus Angelis, poterit esse doctrina; sicut & in Angelis esse videtur, quorum unus alium illuminat, purgat, & perficit; quod refertur ad scientiæ assumptionem (2), ut patet per Dio-

(1) Non de Verbo Domini sicut prius incaute impressis. Habetur autem in sermone 27. cap. 1. ubi de officio Mart. loquens paulo alter id usurpat ut ab absurdo probet non esse officium illud reprehendendum, cum alioqui deferendum necessario propter contemplativam vitam esset. Putamus, inquit, reprehensum esse ministerium Marthæ quam cura hospitális occupaverat, que ipsum Dominum hospítio receperas? Quomodo recte reprehendebasur que tanto

hospite letabatur? Hoc si verum est, dimittant homines qua ministrant egentibus, elegant sibi partem meliorem qua non auferetur ab eis, vacent verbo, inbent &c.

(2) Sicut ex græco τὸς ἐπιτήμας μετάλληψις vetus interpres reddit, quod moderni planius vertunt scientie participationem; non cuiuslibet porro sed divinis seu thearchicis (θεωρίαις) ut verius finem §. tertii videtur est.

Dionysium VII. cap. de coel. Hier. (intermed. & fin.) Ergo videtur quod vita activa remaneat post hanc vitam.

3. Præterea. Illud quod de se est durabilis, magis videtur posse post hanc vitam remanere. Sed vita activa videtur esse de se durabilius : dicit enim Gregorius super Ezech. (hom. v. a med.) quod in vita activa fixi permanere possumus ; in contemplativa autem intenta mente manere nullo modo valemus. Ergo multo magis vita activa potest manere post hanc vitam quam contemplativa.

Sed contra est quod Gregorius dicit super Ezech. (hom. XIV. post. med.) Cum presenti seculo vita auferatur activa ; contemplativa autem hic incipitur ; ut in cœlesti patria perficiatur. (1)

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. I. bu. quest.) vita activa habet finem in exterioribus actibus ; qui si referantur ad quietem contemplationis, jam pertinent ad vitam contemplativam ; in futura autem vita beatorum cessabit occupatio exteriorum actuum : & si qui actus exteriores sint, referentur ad finem contemplationis. Ut enim Augustinus dicit in fine de civitate Dei, ibi vacabimus, & videbimus; videbimus, & emabimus; emabimus & laudabimus. Et in eodem libro præmittit (ibid.) quod ibi Deus sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigacione laudabitur : hoc munus, hic affectus, hic actus erit omnibus.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut supra dictum est (I. 2. quest. lxvii. art. I.) virtutes morales manebunt non secundum actus quos habent circa ea quæ sunt ad finem, sed secundum actus quos habent circa finem. Hujusmodi autem actus sunt, secundum quod constituant quietem contemplationis, quam Augustinus in præmissis ver-

bis significat per vacationem, quæ est intelligenda non solum ab exterioribus cymultibus, sed etiam ab interiori perturbatione passionum.

Ad secundum dicendum, quod vita contemplativa, sicut supra dictum est) quest. præc. art. 4.) præcipue consistit in contemplatione Dei : & quantum ad hoc unus Angelus alium non docet : quia, ut dicitur Matth. xviii. 10. de Angelis pugillorum, qui sunt inferioris ordinis, quod semper vident faciem Patris ; sic & in futura vita nullus hominum alium docebit de Deo, sed omnes videbimus eum sicuti est ut habetur I. Joan. 111. 2. Et hoc est quod Hierem. xxxi. 34. dicitur : Non docebit ultra vir proximum suum, dicens : Cognoscere Dominum. Omnes enim cognoscere me a minimo eorum usque ad maximum. (2) Sed de his quæ pertinent ad dispensationem mysteriorum Dei, unus Angelus docet alium, purgando, illuminando, & perficiendo : & secundum hoc habent aliquid de vita activa, quamdiu mundus durat ex hoc quod administrationi inferioris creaturæ intendunt : quod significatur per hoc quod Jacob videt Angelos in scala ascendentes (quod pertinet ad contemplationem) & descendentes, quod pertinet ad actionem. Sed, sicut dicit Gregorius II. Moral. (cap. xi. cir. med.) non sic a divina visione foras exirent ; ut interne contemplationis gaudiis priventur. Et ideo in eis non distinguitur vita activa a contemplativa, sicut in nobis, qui per opera vitæ activæ impedimur a contemplatione. Non autem præmittitur nobis similitudo Angelorum quantum ad administrationem inferioris creaturæ, quæ nobis non competit secundum ordinem naturæ nostræ, sicut competit Angelis, sed secundum visionem Dei.

Ad

(1) Alludendo ad illud quod a Christo Luc. 10. de Matia forore Marthæ circa finem dicitur. Optimum partem elegit quæ non auferetur ab ea ; Et rationem reddit, quia nempe amoris ignis qui hic ardere inchoat, cum ipsum quem amat videris, in amore ipsius amplius ignescit : Subindeque concludit Contemplativa ergo vita minime auferatur, quia subiecta presentis seculi luce perficitur : Et contrario autem de activa præmisit, præter illa quæ refert S. Thomas: Activa vita cum corpore deficit : Et rationem quoque reddit. Quis enim in eterna patria panem ejusventi porrigit, ubi nemo ejusrit? Quis potum tribuat sitienti ubi nemo sitit? Quis mortuum sepeliat ubi nemo moritur? Et sic de similibus dici potest.

(2) Ut epist. 132. explicat Augustinus. Utique,

inquit, in superna patria cum in nobis completum fuerit quod promissum est, perficietur illud ut non dicat homo proximo suo, Cognoscere Dominum. Omnes enim cognoscere eum &c. Et lib. de spiritu & littera cap. 24. Cum nunc prædicatio usquequaque crebrefas, quomodo tempus est Testamenti novi de quo Prophetæ dixit. Non docebit uniusquisque fratrem suum dicens, Cognoscere Dominum, nisi quia ejusdem Testamenti novi eternam merecedem, id est ipsius Dei beatissimam contemplationem, præmittendo conjunxit? Simpliciter nihilominus ad novi Testamenti proprium statum Hieronymus applicat ibi, dicens quod cum scriptum fuerit Domini Testamentum in mente credentium, nequaquam Judæicos querent Magistros & traditiones & mandata bonitatem, sed a Spiritu sancto ducebuntur.

Ad tertium dicendum, quod durabilis viræ activæ in statu præsenti excedens durabilitatem vitæ contemplativæ, non provenit ex proprietate utriusque vitæ secundum se consideratæ, sed ex defectu nostri, qui ex corporis gravitate retrahimur ab altitudine contemplationis. Unde ibidem subdit Gregorius, quod *ipsa sua infirmitate ravae celistinæ repulsus animus in semetipso relabitur*.

APPENDIX.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in vero sensu intelligas, merito insinuatum fuisse a Script., & Gregor., quod vita activa non manebit in patria. A B. Gregor. quidem, ut in arg. coe. A Scriptur. vero per hoc, quod ad differentiam vitæ activæ, & ad prebandum partem electam a B. Maria Magdalena dicitur Luc. 10. Quæ, scilicet vita contemplativa, non auferetur. Per hoc siquidem ex contrapositione ad activam, cui ad litteram fit comparatio (ut patet) monstratur etiam tenuiter doctis, quod vita activa auferetur. Alioquin, cum nullam aliam differentiam hujus per respectum ad activam exprimat ibi Dominus, sequeretur, quod nullam absolute differentiam inter has vitas posuisset, quod dictum est blasphemum, cum per hoc additum ipse velen manifeste probare, vitam contemplativam differe ab activa, tamquam partem optimam a bona. Restat igitur clarum, quod per ly que non auferetur, docuit ab oppositis scholasticos theologos, quod vita activa auferetur, idest non manebit in patria. De loco arguendi ab oppositis, &c. vide Philos. in lib. topic. sive Petrum Hispanum in lib. de locis dialecticis. Secundo videt: quomodo &c.

QUESTIO CLXXXII.

De comparatione vite activæ ad contemplativam,

In quatuor articulos divisa.

Deinde considerandum est de comparatione vite activæ ad contemplativam: & Summa. S. Th. Tom. IX.

circa hoc queruntur quatuor.

Primo, quæ sit potior, vel dignior.

Secundo, quæ sit majoris meriti.

Tertio, utrum vita contemplativa impeditur per activam.

Quarto de ordine utriusque.

ARTICULUS I. 860

Utrum vita activa sit potior quam contemplativa.

Inf. quest. clxxxviii. art. 5. & I. P. quest. lvii. art. 1. co. & III. dis. xxxv. quest. 1. art. 4. & III. cont. cap. lxxii. fin. & cap. cxxxix. & ver. quest. xi. art. 4. & opusc. xvii. cap. vii. ad 3.

AD primum sic proceditur. Videtur quod vita activa sit potior quam contemplativa. Quod enim est meliorum videtur esse honorabilis, & melius, ut Philosophus dicit in III. Topic. (cap. 1. in explic. loci xi.) Sed vita activa pertinet ad maiores, scilicet ad prælatos, qui sunt in honore, & potestate constituti: unde Augustinus dicit XIX. de civit. Dei (cap. xix. in med.) quod in actione non amandus est honor in hac vita, sive potentia. Ergo videtur quod vita activa sit potior quam contemplativa.

2. Præterea. In omnibus habitibus, & actibus præcipere pertinet ad potiorem, sicut militaris tamquam potior præcipit frenorum sacrifici (1). Sed ad vitam activam pertinet disponere, & præcipere de contemplativa, ut patet per illud quod dicitur Moysi Exod. xix. 21. Descende, & consefate populum, ne forte velis transcendere propositos terminos ad videndum Deum. Ergo vita activa est potior quam contemplativa.

3. Præterea. Nullus debet abstrahi a maiori, ut applicetur minoribus: Apostolus enim dicit I. ad Corinth. xii. 31. *Æmulemini charismata meliora* (2). Sed aliqui abstrahuntur a statu vitæ contemplativæ, & occupantur circa vitam activam, ut patet de illis qui transferuntur ad statum prælationis. Ergo videtur quod vita activa sit potior quam contemplativa.

Sed contra est quod Dominus dicit Lucæ

Gg x. 43.

(1) *Frenatis vivem* vocat vetus Interpres Ethicorum ex composta voce χαλκοτονίη ut lib. 1. cap. 1. videre est, unde petitus illud quod hic proponit S. Thomas.

(2) *Sive gratias meliores ex græco χαρισματα.* Potquam gratias gratis datas præmisit quibus præfert subinde caritatem. *Æmulemini autem perinde est ac fœdemini vel opere.*

x. 43. *Maria optimam partem elegit, que non auferetur ab ea.* Per Mariam autem significatur vita contemplativa (1). Ergo contemplativa vita potior est quam activa.

Respondeo dicendum, quod nihil prohibet, aliquid secundum se esse excellentius, quod tamen secundum quid ab alio superatur. Dicendum est ergo, quod vita contemplativa simpliciter melior est quam activa.

Quod Philosophus in X. Ethic. (2) probat octo rationibus. Quarum prima est, quia vita contemplativa convenienter homini secundum illud quod est optimum in ipso, scilicet secundum intellectum, & respectu proprietorum objectorum, scilicet intelligibilium; vita autem activa occupatur circa exteriora. Unde Rachel, per quam significatur vita contemplativa, interpretatur *volumen principium*; (3) vita autem activa significatur per Liam, quæ erat lippis oculis, ut Gregorius dicit VI. Moral. (cap. xviii. a princ.) Secunda, quia vita contemplativa potest esse magis continua, licet non quantum ad summum contemplationis gradum, sicut supra dictum est (quæst. clxxx. art. 8. ad 2. & quæst. præc. art. 4. ad 3.) unde & Maria, per quam significatur vita contemplativa, describitur secus pedes Domini assidue sedens. Tertia, quia major est delectatio vitæ contemplativæ quam activæ: unde Augustinus dicit in Lib. de verbis Dom. (serm. xxvi. 11. ante med.) quod *Martha turbabatur, Maria epulabatur.* Quarta, quia in vita contemplativa est homo magis sibi sufficiens, quia paucioribus ad eam indiget: unde dicitur Luc. x. 41. *Mar-*

*tha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Quinta, quia vita contemplativa magis propter se diligitur, vita autem activa ad aliud ordinatur: Unde in Psal. xxvi. 4. dicitur: *Unam petui a Domino, hanc reguram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vita meæ, ut videam voluntatem Domini* (4). Sexta, quia vita contemplativa consistit in quadam vacatione, & quiete, secundum illud Psal. xlvi. 11. *Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus.* Septima, quia vita contemplativa est secundum divina, vita autem activa est secundum humana: unde Augustinus dicit in Lib. de verbis Dom. (serm. xxvii. cap. 11. cir. med.) *In principio erat Verbum: ecce quod Maria audiebat. Verbum caro factum est: ecce cui Martha misstrabat.* Octava, quia vita contemplativa est secundum id quod est magis proprium homini, scilicet secundum intellectum; in operationibus autem vitæ activæ communicant etiam inferiores vires, quæ sunt nobis, & brutis communes: unde in Psal. xxxv. 8. postquam dictum est, *Homines, & jumenta salvabis Domine,* subditur id quod est hominibus speciale, *In lumine tuo videbimas latrem.**

Nonam rationem addit Dominus Luc. x. 43. cum dicit: *Optimam partem elegit Maria, que non auferetur ab ea:* quod exponens Augustinus in Lib. de verbis Dom. (loc. cit.) dicit: „Non tu malam, sed illa mea liorem. Audi, unde meliorem: quia non auferetur ab ea; a te autem auferetur alia, quando onus necessitatis: æterna est dulcedo veritatis.“

Se.

(1) Sicut jam supra quæst. 179. art. 2. ex Gregorio notatum est; & hic deinceps in progressu totius articuli ex Augustino patet; ac sic etiam Luc. 10. Ambrosius explicat, *suctuosa devotionem* notans in *Martha, mensis intentionem religiosam* in *Maria.*

(2) Ex capitulo 7. & 8. greco-latino colliguntur, vel ex 10. & sequentibus in antiquis, ac apud S. Th. lect. 10. & deinceps.

(3) Juxta interpretationem Gregorii jam quæst. 180. art. 1. ex professo notatum; ubi & addidimus quod & a Hieronymo & a Beda potius explicetur activæ *videns principium* vel *videns Deum.* Præster aliam exoticam interpretationem qua *viso scleris* explicatur.

(4) *Vel delectationem Domini*, ut Editio Sixtiana ex græco recensuota & Augustinus quoque reddit: Non ut Biblia psalmi inveniuntur legunt, voluntatem Domini: Et sic in Manuscripto Summis hic habetur, indeque sumpliit Editio Coloniensis ac alia perperam sensum corrupentes: Ut & Cassiodorus ibi

cum eadem etiam corruptela textus & sensus usurpat: Sic enim commentatur: *Videt voluntatem Domini qui præcepta ejus intelligit, qui puritate (sive fortasse potestate) ipsius rosa se mente subdiderit;* Quin & ibidem Beda: *Ideo habitare volo in domo Domini ut integre ibi videam voluntatem Domini;* Voluntas enim Domini est ut non quæ volumus nos illa faciamus: sed ut nostram voluntatem secundum ejus voluntatem coarctemus: Quam voluntatem etiam qui perfectissimi sunt nunc ex parte vident, quoniam nullus est cui sepe propria non subrepas voluntas: Tunc autem plene videbitur quando Deus erit omnia in omnibus: At felicius Augustinus: *Este quod amo, ecce cur volo habitare in domo Domini per omnes dies vita mea: Habet ibi magnum spectaculum delectationem ipsius Domini contemplari.* Et inferioris: *Bonum simplex, bonum ipsum quo cuncta sunt bona, ipsum bonum ex quo cuncta sunt bona,* ipsa est delectatio Domini &c.

Secundum quid tamen , & in casu est magis eligenda vita activa propter necessitatem praesentis vita ; sicut etiam Philosophus dicit in III. Topic. (cap. 11. in explic. loci xl.) quod philosophi est melius quam ditari , sed ditari melius est necessitatem patienti .

Ad primum ergo dicendum , quod ad praelatos non solum pertinet vita activa , sed etiam debent esse excellentes in vita contemplativa : unde Gregorius dicit in Pastorali (par. 11. cap. 1.) Sit Presul actione precipuus , pre cunctis in contemplatione suspensus .

Ad secundum dicendum , quod vita contemplativa in quadam animi libertate consistit . Dicit enim Gregorius super Ezech. (hom. 111. a med.) quod vita contemplativa ad quamdam libertatem mentis transit , temporalia non cogitans , sed eterna : & Boetius dicit in V. de consolatione (prosa 11. cir. med.) Humanas animas libiores esse necesse est , cum se in mentis divine speculazione conservant ; minus vero , cum dilabuntur ad corpora . Unde patet quod vita activa non directe precipit contemplativae , sed disponendo ad vitam contemplativam precipit quedam opera vita activa ; in quo magis servit vita contemplativa quam dominetur . Et hoc est quod Gregorius dicit super Ezech. (loc. cit.) quod activa vita servitus , contemplativa autem libertas vocatur .

Ad tertium dicendum , quod opera vita activa interdum aliquis a contemplatione avocatur propter aliquam necessitatem praesentis vita ; nos tamen hoc modo quod cogatur aliquis totaliter contemplationem deferre . Unde Augustinus dicit XIX. de civ. Dei (cap. xix. in fin.) Otium sanctum querit caritas veritatis , negotium justum , scilicet vita activa , suscipit necessitas caritatis : quam sarcinam si nullus impovit , percipiende , atque intuende vacandum est veritati ; si autem imponitur , suscipienda est propter caritatis necessitatem . Sed nec sic omnino veritatis delectatio deferenda est , ne suberabatur illa juavitas , & opprimat ista necessitas . Et sic patet quod cum aliquis a contemplativa vita ad activam vocatur , non hoc sit per modum subtractionis , sed per modum additionis .

A P P E N D I X .

Ex art. habes primo : quomodo per rationem destruas errorem quorumdam innovatorum dicentium , quod vita activa excellentior est , quam contemplativa . Secundo habes : quomodo per rationem ostendas , errorum hunc merito damnari a Domino Lucas 10. ut adducitur in arg. cont. Ubi nota , quantum sit error ille , ex hoc , quod contemplativa non dicitur melior pars tantum (quod videbatur sufficere ad contemplationem) sed additur ly optima . Item merito damnari per Veritates aureas super totam legem veterem Exod. 3. conclus. 2. & Deuter. 11. conclus. 4. diffuse : & c. 26. conclus. 5. Tertio vides : quomodo &c.

ARTICULUS II. 861

Utrum vita activa sit majoris meriti quam contemplativa .

III. dist. xxxv. quest. 1. art. 4. quest. 2.

Ad secundum sic proceditur . Videtur quod vita activa sit majoris meriti quam contemplativa . Meritum enim dicitur respectu mercedis . Merces autem debetur labori , secundum illud I. ad Corinth. 111. 8. *Unusquisque propriam mercedem accipies secundum suum laborem* (1.) Sed vita activa attribuitur labor , contemplativa vero quies : dicit enim Gregorius super Ezech. (hom. xiv. a med.) *Omnis qui ad Deum conversitur , prius necesse est ut desudet in labore : id est Liam accipiat , ut post ad videndum principium in Rachel amplexibus requiescat . Ergo vita activa est majoris meriti quam contemplativa .*

2. Præterea . Vita contemplativa est quadam inchoatio futuræ felicitatis : unde super illud Joan. ult. Sic (2) eum volo manere , donec veniam , dicit Augustinus (tract. cxxxiv. inter med. & fin.) Hoc apertius dici potest : *Perfecta me sequatur actio informata meæ passionis exemplo : inchoata vero contemplatio maneat donec venio , perficienda cum venero : &*

Gg 2 Gre-

(1) De illis dictum nominatum vers. 8. qui pro aliorum salute procuranda laborant : Sed ad omnes indifferenter qui merentur extendi potest , ut & ibi extendit Haymo , ac insinuat Primasius .

(2) Ut Biblia Latina p̄fūm habent etiam recentia in Exemplari quod ad manum est : Graece tamen

Si cum C. &c. 2) quasi Christus non absolute dicat se hoc velle , sed significet ex hypothesi non debere curare Petrum si hoc velit : Est enim responsio ad interrogationem Petri qui sollicitus erat de Joanne quid ei contingere . An forte jungi simul utrumque debet , & sic eum volo manere , &c.

Gregorius dicit super Ezech. (loc. sup. cit.) quod *contemplativa vita hic incipit, ut in cœlesti patria perficiatur*. Sed in illa futura vita non erit status merendi, sed recipiendi pro meritis. Ergo vita contemplativa minus videtur habere de ratione meriti quam vita activa; sed plus habet de ratione premii.

3. Præterea. Gregorius dicit (super Ezech. (colligitur ex hom. xii. aliquant. ante fin.) quod *nullum sacrificium est Deo magis acceptum quam zelus animarum*. Sed per zelum animarum aliquis se convertit ad studia virtutum activarum. Ergo videtur quod vita contemplativa non sit majoris meriti quam activa.

Sed contra est quod Gregorius dicit in VI. Moral. (cap. xviii. ante med.) *Magna sunt activæ vita merita, sed contemplatiæ potiora.* (1)

Respondeo dicendum, quod radix merendi est caritas, sicut supra habitum est (1. 2. quæst. ul. art. 4.) Cum autem caritas constat in dilectione Dei, & proximi, sicut supra habitum est (quæst. xxv. art. 1.) Deum diligere secundum se est magis meritorium quam diligere proximum, ut ex supradictis pater (quæst. xxvii. art. 8.) & ideo illud quod directius pertinet ad dilectionem Dei, magis est meritorium ex suo genere, quam id quod directe pertinet ad dilectionem proximi propter Deum. Vita autem contemplativa directe & immediate pertinet ad dilectionem Dei: dicit enim Augustinus XIX. de civitate Dei (cap. xix. in fin.) quod *osium sanctorum, scilicet contemplatiæ virtutum, querit caritas veritatis, scilicet divina, cui potissimum vita contemplativa insitit, sicut dictum est* (quæst. præc. art. 4. ad 2.) Vita autem activa directius ordinatur ad dilectionem

nem proximi, quia *sicut agit circa frequens ministerium, ut dicitur Lucae x.* Et ideo ex suo genere contemplativa vita est majoris meriti quam activa. Et hoc est quod Gregorius super Ezech (hom. iii. parum ante med.) dicit: (2) *Contemplativa est major merito quam activa: quia hec in usu praesentis operis laboret, in quo scilicet necesse est proximis subvenire; illa vero sapore intimo venturam jam requiem degustat, scilicet in contemplatione Dei.*

Potest tamen contingere quod aliquis in operibus virtutum activarum plus mereatur quam alius in operibus virtutum contemplatiæ; puta si propter abundantiam divini amoris, ut ejus voluntas impleatur, propter ipsius gloriam, interdum sustinet a dulcedine divina contemplationis ad tempus separari; sicut Apostolus dicebat ad Rom. ix. 3. *Optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis:* (3) quod exponens Chrysostomus in Lib. I. de compunctione (cap. vii. vers. fin.) dicit: „Ita totam mentem ejus demerferat amor Christi, ut etiam hoc quod ei præ ceteris omnibus amabilius erat, esse cum Christo, rursus idiolum, quia ita placeret Christo“ contemneret.“

Ad primum ergo dicendum, quod labor exterior operatur ad augmentum premii accidentalis; sed augmentum meriti respectu premii essentialis consistit principaliter in caritate, cuius quoddam signum est labor exterior toleratus propter Christum; sed multo expressius ejus signum est quod aliquis, prætermis omnibus quæ ad hanc vitam pertinent, soli divinae contemplationi vacare delletur.

Ad secundum dicendum, quod in statu felici-

(1) Proinde notat Martha ministerium non reprehendi, sed præ illo Maria officium laudari vel otium; postquam præmisit per earum symbolum vitam illum utramque designari: *Quid per Mariam, inquit que verba Domini residens audiebas nisi contemplativa vita exprimitur? Quid per Martham exterioribus obsequiis occupataam nisi activa vita signatur?*

(2) Explicans illud Ezechiel. 1. *Manus hominis sub pennis corum* (nempe quatuor mysticorum animalium quæ ipsi ostenta sunt) Ubi subiungit: *Quid itaque per manus nisi activa, & quid per pennis nisi contemplativa vita signatur?*

(3) Sicut in Manuscripto Summæ ac in impressis passim, & in ipso etiam Bibliorum originali textu latino tum antiqui Codices tum recentes & emendati habent, juxta græcum *τύχομεν*. Quamvis quidam veluti ex *Δόξαις* reddant *Optarim* & legendum sic putent; sicut & Editio Parisiensis quæ ad manuam est

legit: quia nempe sic intelligit Chrysostomus ut Apostolus in praesenti a Christo anathema fieri optet pro Judæis contribulibus ad eorum salutem procurandam: Alii tamen sic intelligi malunt ut referatur ad illum statum in quo nomen & fidem Christi ante conversionem suam persequebatur tam ardenter, quasi significare vellet se tam infestum fuisse Christo ut execrationem qualecumque paratus esset sustinere pro impugnando illo & cultoribus ejus affligendis, ac properea pro favendo in contrarium Judaismo; sicut & Primasius insinuat: Et sic in præterito congruentius diceretur *Optabam*: Sed hunc sensum refellit S. Thomas in eum locum ac rejicit ut præcedentem amplectatur, quem Chrysostomus quoque non tantum ubi supra sed homil. 16. in epistolam ad Romanos & in eamdem Theodoretus amplexus est: ac ex Latinis item Haymo, qui proinde *Optabemus* quasi *opus* vult intelligi,

licitatis futuræ homo pervenit ad perfectum: & ideo non relinquitur locus proficiendi per meritum; si tamen relinquetur, esset effacius meritum propter maiorem caritatem. Sed contemplatio praesentis vitæ cum quadam imperfectione est, & adhuc habet quo proficiat: & ideo non tollit rationem merendi; sed augmentum meriti facit propter majus exercitium caritatis divinæ.

Ad tertium dicendum, quod sacrificium spiritualiter Deo offertur, cum aliquid ei exhibetur. Inter omnia autem bona hominis Deus maxime acceptat bonum humanæ animæ, ut hoc sibi in sacrificium offeratur. Offerre autem debet aliquis Deo, primo quidem animam suam, secundum illud Eccli. xxx. 24. *Miserere anime sue placens Deo:* secundo animas aliorum, secundum illud Apoc. ult. 17. *Qui audit, dicat, Veni.* Quanto autem homo animam suam, vel alterius propinquius Deo conjungit, tanto sacrificium est Deo magis acceptum: unde magis acceptum est Deo quod aliquis animam suam, & aliorum applicet contemplationi quam actioni. Per hoc ergo quod dicitur, quod nullum sacrificium est Deo magis acceptum quam zelus antmarum, non præfertur meritum vitæ activæ merito vitæ contemplativæ; sed ostenditur magis esse meritorium, si quis offerat Deo animam suam, & aliorum, quam quicunque alia exteriora dona.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a Scripturis, & Greg. fuisse insinuatum: quod vita contemplativa ex suo genere est majoris meriti, quam activa. A B. Gregor. quidem ut in *arg. cont.* A Script. vero per hoc, quod Dominus ad preces B. Marthæ noluit, B. Mariam Magdalenum, relicta contemplatione, converti ad studia vitæ activæ: imo sic ipsam manere magis approbat, quam in vita activa occupari: ut patet *Luc.* 10. Clarum est enim, quod Dominus venerat, ut vitam æternam haberemus, *Io.* 10. hoc est, ut vitam æternam habere mereremur, & magis, ac magis ipsam mereremur. Nam sine meritis nos eam non habituros, protestatus est *Matth.* 19. per ly *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata,* & 11. per ly *regnum calorum vim patitur,* &

violentia rapiunt illud: Valde igitur Dominus desiderabat merita nostra respectu vitæ æternæ: & majora merita in nobis magis, quam minora, desiderabat. Per hoc ergo, quod non vult, B. Mariam Magdalenum propter activam relinquere, imo nec ad horam intermittere contemplationem, monstrat aperte speculativis, idest scholasticis Theologis, quod vita contemplativa majoris meriti est, quam activa. Hoc autem profundius penetrabis, si consideraveris simul tria alia, scilicet quod ad horam solum intermissione illa postulabatur, quod B. Martha hospita Christi ipsum precebat, quod opera vitæ activæ a B. Maria Magdalena exercenda (si permetteretur) erant immediate in obsequium personæ Domini. Secundo vides quomodo &c.

ARTICULUS III. 862

Utrum vita contemplativa impediatur per vitam activam.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod vita contemplativa impediatur per vitam activam. Ad vitam enim contemplativam necessaria est quaedam vacatio mentis, secundum illud *Psal.* xlv. 11. *Vacate, & ride, quoniam ego sum Deus.* Sed vita activa habet inquietudinem, secundum illud *Luce* x. 41. *Murtha, Murtha sollicita es, & turbassis erga plurima.* Ergo vita activa contemplativam impedit.

2. Præterea. Ad vitam contemplativam requiritur claritas visionis. Sed vita activa impedit visionis claritatem: dicit enim Gregorius super Ezech. (hom. xiv. post med.) quod *Lia lippa est, & secunda: quia activa vita, dum occupatur in opere, minus videt.* Ergo vita activa contemplativam impedit.

3. Præterea. Unum contrariorum impeditur per aliud. Sed vita activa, & contemplativa videntur contrarietatem habere ad invicem, quia vita activa occupatur circa plurima, vita autem contemplativa insilit ad contemplandum unum: unde ex opposito dividuntur. Ergo videtur quod vita contemplativa impediatur per activam.

Sed contra est quod Gregorius dicit in VI. Moral. (cap. xvi. verl. fi.) *Qui contemplationis arcem tenere desiderant, prius se in campo operis per exercitium probent* (1).

Re.

(1) Non ut inepta transpositione in Manuscripto, prius se in campo per exercitium operis probent. Opponi-

Respondeo dicendum, quod vita activa potest considerari quantum ad duo. Uno modo quantum ad ipsum studium, & exercitium exteriorum actionum: & sic manifestum est quod vita activa impedit contemplativam, inquantum impossibile est quod aliquis simul occuperur circa exteriores actiones, & divina contemplationi varet.

Alio modo potest considerari vita activa quantum ad hoc quod interiores animæ passiones componit, & ordinat: & quantum ad hoc vita activa adjuvat ad contemplationem, quæ impeditur per inordinationem interiorum passionum. Unde Gregorius dicit in VI. Mor. (loc. cit.) *Cum contemplatio-
nis arcem aliqui tenere desiderant, prius se in
campo operis per exercitium probem: ut solli-
cite scient, si nulla jam mala proximis irro-
gant, se irrogata a proximis equanimiter por-
tant, si objectis bonis temporalibus nequaquam
mentis loccia solvitur, si subtrahit non nimio
manore suciatur: ac deinde perpendant, si
cum ad semetipso ieiuniorum redeunt, in eo
quod spiritualia rimantur, nequaquam secun-
dum corporalium umbras trahunt (1), vel
fortasse tractas manu discretionis abigunt. Ex
hoc ergo exercitium virtutis activæ confert ad
contemplativam, quod quietat interiores
passiones, ex quibusphantasmata pro-
veniunt, per quæ contemplatio impeditur.
Et per hoc patet responsio ad objecta.
Nam rationes illæ procedunt quantum ad
ipsam occupationem exteriorum actuum,
non autem quantum ad effectum, qui est
moderatio passionum.*

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per ratio-
nem & ostendas, & recte intelligas,
merito a Scripturis, & Greg. insinuatum
fuisse: quod vita activa impedit, & non
impedit contemplativam. **A** D. Gregorio qui-
dem quod impedit, ut in arg. cons. 2. id, quod
magis explicatur q. 181. art. 1. arg. 2. quod
autem non impedit, ut in arg. cons. id,

quod magis extenditur in corp. A Scriptu-
ris vero, quod impedit: ut *Luc.* 10. Per
hoc enim, quod Dominus noluit etiam ro-
gatus, B. Mariam Magdalen. ad activæ vi-
tae studia surgere, monstrat intellectu vigentibus
scholasticis, quod si ad illa assurgeret,
a contemplatione, cui sedendo secus pedes
eius intendebat, impeditur, & per conse-
quens commonstrat, quod vita activa impe-
dit contemplativam. Ab eisdem quoque
Scripturis, quod non impedit, insinuatur,
ut *Gen.* 29. Per hoc esim quod præaccipere
Liam sibi consortem non fuit impedimento
ipsi Jacob, quod postmodum acciperet præ-
dilectionem Rachelam, quinimo fuit quedam
via dispositiva ad suum hoc primitivum in-
tentum facilis asequendum (ut patet ex
eodem Gen. capitulo per respondit *Laban:*
Non est in loco, &c. hanc quoque dabo tibi)
estenditur manifeste, quod exercere se in vi-
ta activa adjuvat ad facilis amplexandam
contemplativam, tantum abest, ut activa
per Liam denotata impedit contemplativam
in persona Rachelis subintellectam. Secundo
vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S IV. 863

*Verum vita activa sit prior quam
contemplativa.*

AD quartum sic proceditur. Videtur quod
vita activa non sit prior quam contem-
plativa. Vita enim contemplativa directe per-
tinet ad dilectionem Dei (2); vita autem a-
ctiva ad dilectionem proximi. Sed dilectio
Dei præcedit dilectionem proximi, inquan-
tum proximus propter Deum diligitur. Ergo
videtur quod etiam vita contemplativa sit
prior quam activa.
2. Præterea. Gregorius dicit super Ezech.
(hom. xiv. a med.) *Sciendum est: quod
ficus bonus ordo vivendi est ut ab activa in
contemplativam tendatur; ita plerunque utili-
ser a contemplativa animus ad activam reflecti-
tur. Non ergo simpliciter vita activa est prior
quam*

ponitur enim *campus operis* arcis contemplationis per
metaphoram a militibus mutuatam prius in campo
pugnantibus & quantum posunt laborantibus ut sub-
inde ad arcem possint pervenire: Quomodo autem
contemplativa vita impedimentum dici possit activa
si hæc velut dispositio supponitur ad illam, & ad
eius perfectionem introducit?

(1) Sic jam exp̄te quest. 180. art. 5. arguer. 2.
annotationibus ubi diminute dumtaxat notabatur in

textu quantum ad istam appendicem, quia non es
fine referebatur quo refertur nunc, ut ex unius loci
cum altero collatione videtur est.

(2) Quod sufficit ad institutum præsens, quantum-
vis ad proximi dilectionem indirecte reflecti possit;
quia nempe activa vita ordinatur directe ad hanc
ipsam dilectionem, & sic habet unde contemplativa
vita opponatur per id quod ad utramque principali-
ter ac directe pertinet.

quam contemplativa.

3. Præterea. Ea quæ diversis competit, non videntur ex necessitate ordinem habere. Sed vita activa, & contemplativa diversis competit: dicit enim Gregorius in VI. Moral. (cap. xvii. ante med.) Sæpe qui contemplari Deum quieti poserant occupationibus pressi occidunt; & sæpe qui occupati bene usibus humanis viventes, gladio sue quietis extinti sunt. (1) Non ergo vita activa prior est quam contemplativa.

Sed contra est quod Gregorius dicit super Ezech. (hom. iii. parum ante med.) *Aetiva vita prior est tempore quam contemplativa: quia ex bono opere tenditur ad contemplationem.*

Respondeo dicendum, quod aliquid dicitur esse prius duplicitate. Uno modo secundum suam naturam: & hoc modo vita contemplativa est prior quam activa, in quantum prioribus, & melioribus insistit: unde & activam vitam movet, & dirigit. Ratio enim superior, quæ contemplationi deputatur comparatur ad inferiorem, quæ deputatur actioni, sicut vir ad mulierem, quæ est per vi- runi regenda, ut Augustinus dicit XII. de Trinit. (cap. xi.)

Alio modo est aliquid prius quoad nos, quod scilicet est prius in via generationis: & hoc modo vita activa est prior quam contemplativa, quia disponit ad contemplativa, ut ex supradictis patet (quest. clxxxi. art. i. ad 3.) Dispositio enim in via generationis præcedit formam, quæ simpliciter, & secundum suam naturam est prior.

Ad primum ergo dicendum, quod vita contemplativa non ordinatur ad qualemcumque dilectionem Dei, sed ad perfectam; sed vita activa est necessaria ad dilectionem pro-

ximi qualemcumque: unde Gregorius dicit super Ezech. (loc. sup. cit.) *Sine contemplativa vita intrare possunt ad caelestem patriam qui bona, que possunt, operari non negligunt; sine activa autem intrare non possunt, si negligunt bona operari que possunt.* Ex quo etiam patet quod vita activa præcedit contemplativam, sicut id quod est commune omnium, præcedit in via generationis (2) id quod est proprium perfectorum.

Ad secundum dicendum, quod a vita activa proceditur ad vitam contemplativam secundum ordinem generationis; a vita autem contemplativa reditur ad vitam activam per viam directionis; ut scilicet vita activa per contemplationem dirigatur; sicut etiam per operationes acquiritur habitus, & per habitum acquisitum perfectius aliquis operatur, ut dicitur in II. Ethic. (cap. i. ii. & iii.)

Ad tertium dicendum, quod illi qui sunt proni ad passiones propter earum impetum ad agendum, sunt simpliciter magis apti ad vitam activam propter spiritus inquietudinem. Unde dicit Gregorius in VI. Moral. (cap. xvii. ante med.) quod nonnulli ita inquieti sunt, ut si vacationem laboris habuerint, gravius laborent: quia tanto deteriores cordis tumultus tolerant, quanto eis licentius ad cogitationes vacant. Quidam vero habent naturaliter animi puritatem, & quietem, per quam ad contemplationem sunt apti; qui si totaliter actionibus deputentur, detrimentum sustinebunt. Unde Gregorius dicit in VI. Moral. (loc. cit.) quod quorundam hominum ita otiose mentes sunt, ut si eos labor occupationis excipiat, in ipsa operis inchoatione succumbant. Sed, sicut ipse postea subdit (ibid. a med.) sæpe & pigras mentes amor ad opus excitat, & inquietas in contemplatione

(1) Porquam præmisit quod in istius argumenti solutione sparsim per partes referetur; scilicet magnopere sciendum quia valde inter se diversæ sunt confensiones animorum; nonnulli namque ita otiosi sunt mentis ut si eos labor occupationis excipiat, in ipsa operis inchoatione succumbant; & nonnulli e contrario ita inquieti sunt ut si vacationem laboris habuerint, gravius laborent, quia tanto deterius cordis tumultus tolerant quanto licentius ad cogitationes vacant, unde necesse est ut nec quieta mens ad exercitationem immoderati operis dilatet, nec inquietæ e contrario ad studium contemplationis angustet: Ac deinde immediate subdit: Sæpe enim qui contemplari Deum &c.

(2) Idec prius tempore generatur, prout generatio qualemcumque inceptionem rei vel inchoationem signi-

ficat, quia natura semper ab imperfectis ad perfecta procedit in genere causa materialis, quamvis e contrario a perfectis ad imperfecta in genere causa efficientis: Et primus ordo quidem ex Philosophi usu passim *ordo generationis* appellatur & perinde est ac si aliis verbis appelletur *ordo temporis*, quia priora generatione dicuntur ea quæ in eodem prius tempore fiunt quando eorum productio successiva est; Secundus autem ordo potius appellatur *ordo naturæ* propter perfectionem quam natura intendit, & ad quam tendit ut ad finem; tametsi materialiter pro ipso generationis ordine *ordo naturæ* sumi possit, ut indicatur prius. Quod autem ad 2. ex Etnicorum lib. 2. subiungitur, inde cap. i. 2. ac 3. (vel ex capite 1. & 2. græco-lat. tantum) colligi potest.

ne timor referat. Unde & illi qui sunt magis apti ad activam vitam, possunt per exercitium activæ ad contemplativam preparari; & illi nihilominus qui sunt magis ad contemplativam apti, possunt exercitia vitae activæ subire, ut per hos ad contemplationem paratores reddantur.

specialiter de statu perfectorum.

Et circa primum queruntur quatuor.

Primo, quid faciat in hominibus statum.
Secundo, utrum in hominibus debeant esse diversi status, sive diversa officia.

Tertio de differentia officiorum.

Quarto de differentia statuum.

A P P E N D I X.

ARTICULUS I. 864

Ex art. babes. primo: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, motu insinuatum esse a Scripturis, & Gregorio, quod vita activa est prior, quam contemplativa. A D. vo Gregorio quidem: *ut in arg. contr.* Vide eundem in text. art. 3. corp. ad fin. A Scripturis vero per hoc, quod Jacob ad Rachelem vitæ contemplativæ typum suspirantem dictum fuit Genes. 29. *Non est in loco nostro consuerudinis, ut minores ante tradamus ad nuptias.* Ubi typice vita contemplativa appellatur minor, & quia paucioribus exercetur, (ut etiam ex B. Gregorio in ad 1. colligitur) & quia volentes contemplationi vacare oportet minorari in exterioribus actionibus, juxta illud Eccl. 58. *Qui minoratur actu, percipies sapientiam* (id est sapidam scientiam, quæ proprie contemplationi convenit.) Per hoc ergo, quod Liam prius habuisse Jacob ex consuetudine loci illius, quam Rachelem, Scriptura testatur, quasi scholastice loquens, ait: *Activa secundum consuetudinem praesentis vitæ prior est, quam contemplativa.* Vide art. 4. ap. unde & ad hunc juvaberis. Secundo yides: quomodo &c.

QUÆSTIO CLXXXIII.

De officiis, & variis statibus hominum, in generali,

In quatuor articulos divisæ.

Consequenter considerandum est de diversitate statuum, & officiorum humanorum: & primo considerandum est de officiis, & statibus hominum in generali; secundo

Utrum status in sui ratione importet conditionem libertatis, vel servitutis.

Inf. art. 4. cor. & quest. clxxxiv. art. 4. cor. & quest. clxxxvi. art. 6. corp.
& quol. II. art. 17. corp.

AD primum sic proceditur. Videtur quod status in sui ratione non importet conditionem libertatis, vel servitutis. Status enim a stando dicitur. Sed stare dicitur aliquis ratione redditudinis: unde dicitur Ezech. 11. 1. *Fili hominis sua super pedes tuos:* & Gregorius dicit in VII. Moral. (cap. xvii. cir. med.) (1) *Ab anno statu redditudinis deparent qui per noxias verba dilabuntur.* Sed redditudinem spiritualem acquirit homo per hoc quod subjicit suam voluntatem Deo: unde super illud Psal. xxxii. *Recti decet calaudatio,* dicit Glossa (ordin. Augustini:) „Recti sunt qui dirigunt cor suum secundum voluntatem Dei.“ Ergo videtur quod sola obedientia divinorum mandatorum sufficiat ad rationem status.

2. Præterea. Nomen status videtur importare immobilitatem, secundum illud I. ad Cor. xv. 58. *Stabiles estote, & immobiles:* unde Gregorius dicit super Ezech. (hom. xxii. aliquid. princ.) *Lapis quadrus est, & quasi ex omni latere statum habet, qui casum in aliqua permutatione non habet.* Sed virtus est quæ immobiliter facit operari, ut dicitur in II. Ethic. (2) Ergo videtur quod ex omni operatione virtuosa aliquis statum adipiscatur.

3. Præterea. Nomen status videtur ad quatinus altitudinem pertinere: nam ex hoc aliquis stat quod in altum erigitur. Sed per diversa officia aliquis sit altior alte-

104

(1) Ad illa verba ex Job. 6. *In ventum verba profertis:* Ubi & similitudinem ad id probandum addit, quia scilicet humana mens ab amore & circumclusa ad superiora colligitur, quasi repetens illud unde ipsa descendit, & relaxata deprors, quia se per insignia inutiliter spargit, &c.

(2) Non sicut prius cap. 1. & 2. sed ex capite 3. græco latino colligitur, vel ex cap. 4. in antiquis & apud S. Thom. lect. 4. ubi tres ad virtutem conditiones assignantur necessaria, nempe ut sciens, ut eligens & ut immobiliter operatur.

ro : similiter etiam per gradus , vel ordines diversos diversimode homines in quadam altitudine constituantur . Ergo sola diversitas graduum , vel ordinum , vel officiorum sufficit ad diversificandum statum .

Sed contra est quod in Decr . II . quest . VI . (cap . xl .) dicitur : *Si quando in causa capitali , vel causa status interpellatum fuerit , non per procuratores , sed per seipso est agendum :* ubi causa status appellatur pertinens ad libertatem , vel servitutem (1) . Ergo videtur quod non variet statum hominis , nisi id quod pertinet ad libertatem , vel servitutem .

Respondeo dicendum , quod status , proprie loquendo , significat quadam positionis differentiam , secundum quam aliquid disponitur , secundum modum suæ naturæ , quasi in quadam immobilitate . Est enim naturale homini ut caput ejus in superiora tendat , & pedes in terra firmentur , & cetera membra media convenienti ordine disponantur : quod quidem non accedit , si homo jaceat , vel sedeat , vel accumbat , sed solum quando erectus stat : nec rursus stare dicitur , si moveatur , sed quando quietescit . Et inde est quod etiam in ipsis actionibus humanis dicitur negotium aliquem statum habere secundum ordinem propriæ dispositionis cum quadam immobilitate , seu quiete .

Unde & circa homines , ea quæ de facili circa eos variantur , & extrinsecæ sunt , non constituant statum ; puta quod aliquis sit dives , vel pauper , in dignitate constitutus , vel plebejus , vel si quid aliud est hujusmodi . Unde & in Jure civili (Lib . Cassius & seq . ff . de Senatorib .) dicitur , quod ei qui a Senatu amovetur , magis dignitas quam status auferitur (2) . Sed solum id videtur ad statum hominis pertinere quod respectu obligationem personæ hominis , prout scilicet aliquis est sui juris , vel alieni : & hoc non ex aliqua causa levi , vel de facili mutabili , sed ex aliquo permanente : & hoc est quod pertinet ad rationem libertatis ,

Sum . S . Th . Tom . IX .

vel servitutis . Unde status pertinet proprie ad libertatem , vel servitutem sive in spiritualibus , sive in civilibus .

Ad primum ergo dicendum , quod rectitudo , in quantum hujusmodi , non pertinet ad rationem status , sed solum in quantum est connaturalis homini , simul addita quadam quiete . Unde in aliis animalibus non requiritur rectitudo , ad hoc quod stare dicuntur ; nec etiam homines stare dicuntur , quantumcumque sint recti , nisi quiescant .

Ad secundum dicendum , quod immobilitas non sufficit ad rationem status : nam etiam sedens , vel jacens quietescit , qui tamen non dicitur stare .

Ad tertium dicendum , quod officium dicitur per comparationem ad actum ; gradus autem dicitur secundum ordinem superioritatis , & inferioritatis . Sed ad statum requiritur immobilitas in eo quod pertinet ad conditionem personæ .

A P P E N D I X .

EX art . habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito a scripturis , & Decretis suisse insinuatum , quod status proprie dicit immobilitatem in eo , quod pertinet ad conditionem personæ , & consequenter per hoc designat , aliquid esse sui juris , vel alieni , idest libertatem , vel servitutem . A Decretis quidem , ut extenditur in arg . con . A scripturis vero per ly senes assurgentibus stabant , Job 29 . & per ly Daniel sia in gradu suo (idest super pedes rectus) & sibi tremens , Dan . 10 . Secundo vides : quomodo &c .

A R T I C U L U S II . 86⁵

Utrum in Ecclesia debeat esse diversitas officiorum , seu statuum .

AD secundum sic proceditur . Videtur quod in Ecclesia non debeat esse diversitas

Hh

qui de Senatoribus inscribitur , leg . *Cassius* ; ubi ei qui propter infamiam sive turpitudinem Senatu motus nec in eum restituuntur est , non permittitur judicare , quod perinde est ac si ei dignitas auferatur : Sed status non auferri sequiventer indicatur , quia eti remotus a Senatu , Romæ tamen morari permettit nec propterea minuitur capite , sicut subiungitur sequenti lege , idque intelligendum addic *Glossa* , quando non propter infamiam vel in honestam causam contingit eum removeri .

(1) Quod nec in textu tamen sic exprimitur , nec in Glossa Decreti super caput *Si quando Causa & questione hic notata , sed supponitur ex frequenti locutione Juris non canonici tantum sed civilis , qua statliber passim appellatur ut opponatur servo :* Quamvis generalius Glossa lib . 37 . ff . tit . 14 . de jure patronatus in caput *Divus questionem de statu ait intelligendam de libertate , de filiatione , de possessione .*

(2) Sic in ff . (hoc est Digestis) lib . 2 . tit . 9 .

sitas officiorum, vel statuum. Diversitas enim unitati repugnat. Sed fideles Christi ad unitatem vocantur, secundum illud Joan. xvii. 21. *Ut sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus* (1). Ergo in Ecclesia non debet esse diversitas officiorum, sive statuum.

2. Præterea. Natura non facit per multa quod potest facere per unum. Sed operatio gratia est multo ordinatior quam operatio naturæ. Ergo convenientius esset quod ea quæ pertinent ad actus gratia, per eosdem homines administrarentur; ita ut non esset in Ecclesia diversitas officiorum, & statuum.

3. Præterea. Bonum Ecclesiæ maxime videtur in pace consistere, secundum illud Psal. cxlvii. 3. *Qui posuit fines tuos pacem:* & II. ad Cor. ult. 11. dicitur: *Pacem habebis, & Deus pacis erit vobis*. Sed diversitas est impeditiva pacis, quam similitudo causare videtur, secundum illud Eccli. xxi. 19. *Omnis animal diligit simile sibi:* & Philosophus dicit in V. Politic. (cap. IV.) quod modica differentia facit in civitate diffidium. Ergo videtur quod non oporteat in Ecclesia esse diversitatem statuum, & officiorum.

Sed contra est quod in Psal. xliv. ad laudem Ecclesiæ dicitur, quod est *circumamicta varietate*, ubi *Glossa* (ord. Cassiod. sup. illud, *Circumdata varietate*) dicit, quod „doctrina Apostolorum, & confessione Mart., tyrum, & puritate Virginum, & lamento Pœnitentium ornatur Regina, (2) “ idest Ecclesia.

Respondeo dicendum, quod diversitas statuum, & officiorum in Ecclesia ad tria pertinet.

Primo quidem ad perfectionem ipsius Ecclesiæ. Sicut enim in rerum naturalium ordine perfectio, quæ in Deo simpliciter,

& uniformiter invenitur, in universitate creaturarum inveniri non potest, nisi diffimerit, & multipliciter; ita etiam plenitudo gratia, quæ in Christo sicut in capite adunatur, ad membra ejus diversimode redundat, ad hoc quod corpus Ecclesiæ sit perfectum. Et hoc est quod Apostolus dicit ad Ephes. IV. 11. *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores, & Doctores ad consummationem sanctorum.* Secundo autem pertinet ad necessitatem actionum, quæ sunt in Ecclesia necessariæ. Oportet autem ad diversas actiones diversos homines deputari, ad hoc quod expeditius, & sine confusione omnia peragantur: & hoc est quod Apostolus dicit ad Rom. XII. 4. *Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eamdem actionem habent;* ita multi unum corpus sumus in Christo. Tertio pertinet ad dignitatem, & pulchritudinem Ecclesiæ, quæ in quodam ordine consistit: unde dicitur III. Reg. x. 5. quod *videns Regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & habitacula servorum, & ordinem ministrantium, nos habebat ultra spiritum.* Unde & Apostolus dicit II. ad Timoh. 11. 20. quod *in magna domo non solum sunt vase aurea, & argentea, sed & lignea, & fistilia.*

Ad primum ergo dicendum, quod diversitas statuum, & officiorum non impedit Ecclesiæ unitatem, quæ perficitur per unitatem fidei, & caritatis, & mutuæ subministracionis, secundum illud Apostoli ad Ephes. IV. 16. *Ex quo totum corpus est compactum, scilicet per fidem, & connexum, scilicet per caritatem, per omnem juncturam subministracionis,* dum scilicet unus alii servit.

Ad secundum dicendum, quod sicut natura non facit per multa quod potest facere per unum; ita etiam non coarctat in unum id ad

(1) Sive paulo aliis verbis de Apostolis primum vers. 11. *Pater sancte serva eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos:* Tum deinde generalius versi 20. & 21. *Non pro eis rogo tantum sed & pro eis quæ eredituri sunt per verbum corum in me;* ut omnes unum sint sicut ex Pater in me & ego in te ut & ipsi in nobis unum sint: Et rursus vers. 22. *Claritatem quam dedisti mibi dedi eis, ut sint unum sicut & nos unum sumus.*

(2) Vel plenius aliquantulum & expressius: *Etsi unitas in caritate, ramen auro idest doctrina Apostolorum, & cocco idest confessione Martyrum; & gemmis idest puritate Virginum & purpura idest lamentatione ornatur*

ornatur: alludendo sicut subjungit ad cortinas tabernaculi de coloribus quatuor pretiosis contextas, puta *byssus* retors, *cocco bis tincto*, *hyacintho*, & *purpura*. Paulo aliter autem Cassiodorus ex quo *Glossa desumpta presumitur: Scrutamus inquit, cur Ecclesia Dei de vestis varietate laudetur cuius solum simplex convenit atque unum: Sed varietas aut multiplices linguis, quia omnis gens secundum suam patriam linguam in Ecclesia psalit autobri, aut virtutum pulcherrimam diversitatem significat: Ornatur enim auro Apostolorum, argento Prophetarum, gemmis Virginum, cocco Martyrum, purpura pœnitentium, &c.*

id ad quod multa requiruntur , secundum illud Apostoli I. ad Corinth. xii. 17. Si sicutum corpus oculus , ubi auditus ? Unde & in Ecclesia , quæ est corpus Christi , oportuit membra diversificari secundum diversa officia , status , & gradus (1) .

Ad tertium dicendum, quod sicut in corpore naturali membra diversa continentur in unitate per virtutem spiritus vivificantis, quo abscedente membra corporis separantur; ita etiam in corpore Ecclesie conservatur pax diversorum membrorum virtute Spiritus sancti, qui corpus Ecclesie vivificat, ut habetur Joan. vi. Unde Apostolus dicit ad Ephes. iv. 3. *Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis.* Discedit autem quis ab hac unitate spiritus, dum querit quae sibi sunt propria; sicut etiam in terrena civitate pax tollitur ex hoc quod cives sicut sua sunt querunt: Alioquin per officiorum, & statuum distinctionem tam mentis, quam civitatis terrenae magis pax conservatur, inquantum per hanc plures sunt qui communicant actibus publicis. Unde & Apostolus dicit I. ad Corinth. xii. 24. quod Deus temperaverit (*) nos, ut non sit schisma in corpore, sed pro invicem sollicita sint membra.

A P P E N D I X.

Ex art. habes *primo* : quomodo per ratio-
nem ostendas , merito a scripturis , &
Concilio suisse insinuatum , quod convenien-
ter in Ecclesia diversitas officiorum , sta-
tuumque invenitur. A Conc. Tridentino qui-
dem less. 23. cap. 4. ubi Ecclesiasticam hie-
rarchiam hanc optime ex canticis Canticorum
vocat *castrorum aciem ordinatam* , &
multa alia pulchra , scitu digna . & ad pro-
positum hujus articuli facientia ibi , & pas-
sim in capitulis de reformatione , adducit.

unum; licet aliter in quibusdam fieri potest si necessitas postulareret.

(*) *Ita edit. omnes. In quibusdam ms. deest nos, Vulgata: Deus temperavit corpus ei cui deerat... ut non sit &c.*

(2) Seu Originum lib. 6. cap. 18. vel titulo de officiis ab initio: Sed hoc ipsum ex Ambrofio mutuatus est qui & de officiis lib. 1. cap. 8. ut ostendat non soli scholz Philosophorum hoc officii nomen aptum esse, sed in divinis reperiri Scripturis, assert illud quod Luc. 1. de Zacharia Sacerdotem dicitur, impleti sunt dies officii ejus (vers. 23.) Tum deinde subiungit quæ hic ex Isidoro referuntur.

quod officium ab efficiendo est dictum, quasi officium, propter decorum sermonis, una mutata littera. Sed efficere pertinet ad actionem. Ergo officia per actus distinguntur.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc.) diversitas in membris Ecclesiæ ad tria ordinatur, scilicet ad perfectionem, actionem, & decorum: & secundum hæc tria triplex distinctio diversitatis fidelium accipi potest. Una quidem per respectum ad perfectionem: & secundum hoc accipitur differentia statuum, prout quidam sunt aliis perfectiores.

Alia vero distinctio accipitur per respectum ad actionem: & hæc est distinctio officiorum: dicuntur enim in diversis officiis esse qui sunt ad diversas actiones deputati.

Alia autem per respectum ad ordinem pulchritudinis ecclesiasticae: & secundum hoc accipitur differentia graduum, prout scilicet etiam in eodem statu, vel officio unus est alio superior. Unde & in Psal. xlvi. 3. dicitur secundum aliam litteram (LXX. Interp.) (1) *Dens in gradibus ejus cognoscetur.*

Ad primum ergo dicendum, quod materialis diversitas humanorum actuum est infinita: & secundum hanc non distinguntur officia, sed secundum formalem diversitatem, quæ accipitur secundum diversas species actuuum, secundum quam actus hominis non sunt infiniti.

Ad secundum dicendum, quod vita dicitur absolute: & ideo diversitas vitarum accipitur secundum diversos actus qui convenientur homini secundum seipsum. Sed efficientia, a qua sumitur nomen officii, ut dictum est (in arg. *Sed conr.*) importat actionem tendentem in aliud, ut dicitur in IX. Metaphyl. (tex. 16.) Et ideo officia distinguntur proprie secundum actus qui referuntur ad alios; sicut dicitur doctor habere officium, vel judex, & sic de aliis. Et ideo Isidorus dicit (loc. sup. cit.) quod officium est ut quisque illa agat quæ nulli officiant, id est noceant, sed profint omnibus.

Ad tertium dicendum, quod diversitas statuum, officiorum, & graduum secundum di-

versa sumitur, ut dictum est (art. 1. *huc quæst. ad 3.*) Contingit tamen quod ista tria in eo dem concurrant; puta cum aliquis deputatur ad aliquem actum altiore, simul ex hoc habet & officium, & gradum, & ulterius quemdam perfectionis statum propter actus sublimitatem, sicut pater de Episcopo. Ordines autem ecclesiastici specialiter distinguuntur secundum diversa officia. Dicit enim Isidorus in Lib. VI. Etymol. (loc. sup. cit.) Officiorum plurima genera sunt; sed precipuum illud est quod in sacris, divinisque rebus habetur.

A P P E N D I X .

EX artic. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito finisse insinuatum a Scripturis, & Isidoro quod Officia distinguantur per actus. Ad Isidoro quidem, ut extenditur cum discursu in argum. *conr.* A Scripturis vero per hoc, quod a pincerna, qui reddit ad actionem dandi potum Pharaoni, dicitur Gen. 41. *Redditus sum officio meo.* Et Numer. 2. *Levabitur tabernaculum testimoniæ per officia Levitarum.* Hoc est. Per actiones Levitarum deputatorum rebus talibus, secundum officia sua. Et ibidem 4. *Hoc est officium familie Gersonitarum, ut portent cortinas.* Et 1. Paralip. 25. & David, & magistratus exercitus, dedicat sibi officio servientes. Item per hoc, quod Sacerdotes resistentes Oziae regi Juda volenti adolere incensum dixerunt 2. Paralip. 26. *Non est tuus officii, ut adoleas incensum.* Hoc est, ut facias istam actionem. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S IV. 867

Utrum differentia statuum attendatur secundum incipientes, proficientes, & perfectos.

Sup. quest. xxiv. art. 7. & Psal. xxiv. & Iij. xliv.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod differentia statuum non attendatur te-

cum

(1) Juxta græcum *Báps̄or* vers. 4. ubi Vulgata vers. 3. legit, in *domibus*: Et Hieronymus quidem in Ossee 8. *Báps̄or* interpretatur *magnas ac in modum surrium adificatas domos*, ut & in epist. 140. Psal. 44. explicando ubi perperam *Báps̄or*. Perinde tamen ac si gradibus quibus tures prædictæ constant: Vide. tur porro Ambrosius legisse in *gravibus* (*Báps̄or*)

cum sic in eum Psalmum interpretatur: *Cognoscitur Deus in Petero, Paulo, Joanne, Jacobo qui graves & exœlii viri veluti fundamenta & culmina sunt Ecclesiæ: Quia fundamenta gravia quos nulla gravis aquilonis flabri concussurint ne Ecclesia tota naret: Ut & paulo post: In excelsis & magnis dominibus Deus habitator agnoscitur.*

secundum incipientes, proficientes, & perfectos. Diversorum enim generum diversæ sunt & specie differentiæ (1). Sed secundum hanc differentiam inchoationis, profectus, & perfectionis dividuntur gradus caritatis, ut supra habitum est (quest. xxiv. art. 9.) cum de caritate ageretur. Ergo videtur quod secundum hoc non sit accipienda differentia statuum.

2. Præterea. Status, sicut dictum est (art. 1. hu. quest.) respicit conditionem servitutis, vel libertatis: ad quam non videtur pertinere prædicta differentia incipientium, proficientium, & perfectorum. Ergo inconvenienter status per ista dividitur.

3. Præterea. Incipientes, proficientes, & perfecti distingui videntur secundum *magis*, & *minus*; quod videtur magis pertinere ad rationem gradus. Sed alia est divisio graduum, & statuum, ut supra dictum est (art. 2. & 3. præc.) Non ergo convenienter dividitur status secundum incipientes, proficientes & perfectos.

Sed contra est quod Gregorius dicit in Moral. (Lib. XXIV. cap. vii. aliquant. a princ.) *Tres sunt modi conversorum, inchoatio, medietas, atque perfectio: & super Ezech. (hom. xv. aliquant. a princ.) dicit, quod aliud sunt virtutis exordia, aliud profetus, aliud perfectio.* (2)

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. 1. hu. quest.) status libertatem respicit, vel servitutem. Invenitur autem in rebus spiritualibus duplex servitus, & duplex libertas: una quidem est servitus pec-

cati; altera vero est servitus justitiae. Similiter etiam est duplex libertas: una quidem a peccato: alia vero a justitia, ut patet per Apostolum, qui dicit ad Rom. vi. 20. *Cum servi essetis peccati, liberi fuistis justitiae; nunc vero liberati a peccato, servi esitis facti Deo.*

Est autem servitus peccati, vel justitiae, cum aliquis vel ex habitu peccati ad malum inclinatur, vel ex habitu justitiae inclinatur ad bonum: similiter etiam libertas a peccato est, cum aliquis ab inclinatione peccati non superatur: libertas autem a justitia est, cum aliquis propter amorem justitiae non retardatur a malo. Verumtamen quia homo secundum naturalem rationem ad justitiam inclinatur, peccatum autem est contra naturalem rationem, consequens est quod libertas a peccato sit vera libertas quæ conjungitur servituti justitiae, quia per utrumque tendit homo in id quod est conveniens sibi: & similiter vera servitus est servitus peccati; cui conjungitur libertas a justitia, quia scilicet per hoc homo impeditur ab eo quod est proprium sibi.

Hoc autem quod homo efficiatur servus justitiae, vel peccati, contingit per humanum studium, sicut Apostolus dicit ibidem: *Cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi ejus esitis, cui obedistis, sive peccasti ad mortem, sive obediitionis ad justitiam.* In omni autem humano studio est accipere principium, medium, & terminum: & ideo consequens est quod status spiritualis servituris, & libertatis secundum tria distinguantur, scilicet secundum

(1) Sic reprehendit ex regula communi antepres dicamentali græca ἐπει τῷ εἶδος καὶ στάσεωι hoc est, diversa sunt specie etiam differentiæ: Sed siue pro τῷ εἶδος legit quidam τὰ τέλη, sive illud & pro etiam positum non advertit, corrupte passim legi solet ut & hic prius, *Diversa sunt species & differentias.*

(2) Explicans enim illud Ezechiel. 40. *Venit ad portam quæ respicit viam orientalem, ascendit per gradus ejus, per gradus merita virtutum intelligit: Tum deinde subiungit quod quibusdam gradibus ad altiora incrementa pervenimus: Et fere mox: De his gradibus per Psalmistam dicitur, Deus in gradibus ejus dignoscetur cum suscipiat eam: Quantum enim sancta Ecclesia proficit ascendendo, tantum Deus hominibus ex virtutibus ejus innoteat: De his quoque gradibus beatus Job loquitur dicens (cap. 31.) Per singulos gradus meos pronuntiabo illum: Omnipotens quippe Dominum per singulos gradus suos prouuntiast qui per incrementa virtutum quæ capitur, ei semper laudem sue pietatis reddit: Addens quoque quod Psal. 83. dicitur, immeidate subdit: Si quidam*

*gradus in cordis ascensione non esset: Psalmista non diceret, Ambulabunt de virtute in virtutem: Nec mirum si de virtute in virtutem gradus sunt, quando unoquaque virtus quasi quibusdam gradibus agetur, & sic per incrementa meritorum ad summam perducitur: Moxque subiectis quæ notantur in textu ac deinceps exemplis probat, ut ex illa Discipulorum oratione Luc. 17. *Adauge nobis fidem;* & ex Reguli verbis, Marti. 9. *Credo Domine, adjuva incredulitatem meam;* quod non diceret, inquit, nisi quia per occultam inspirationem, gratis meritorum suorum gradibus fides crescit; ut & terra similitudine primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum fructificantis Marc. 4 *herbam cum inchoationis bona adduc teneritudinem habet; spicam,* cum se animo concepta virtus ad profectum boni operis protrahit; *plenum frumentum quando jam in tantum virtus proficit ut esse robusti ac perfecti operis possit:* Et hæc omnia in Decretis dist. 2. de penitentia c. *Cum sanctum referuntur.**

dum principium, ad quod pertinet status incipientium; & medium, ad quod pertinet status proficientium; & terminum, ad quem pertinet status perfectorum.

Ad primum ergo dicendum, quod libertas a peccato fit per caritatem, quæ diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, ut dicitur ad Rom. v. Et inde est quod dicitur II. ad Corinth. III. 17. *Ubi spiritus Domini, ibi libertas.* Et ideo eadem est divisio caritatis, & statuum pertinentium ad spiritualem libertatem.

Ad secundum dicendum, quod incipientes, proficientes, & perfecti, secundum quod per hoc status diversi distinguuntur, dicuntur homines non secundum quocumque studium, sed secundum studium eorum quæ pertinent ad spiritualem libertatem, vel servitutem, ut dictum est (in corp. art. & ar. 1. hu. quæst.)

Ad tertium dicendum, quod, sicut prius dictum est (art. præc. ad 3.) nihil prohibet, in idem concurrere gradum, & statum. Nam & in rebus mundanis illi qui sunt liberi, non solum sunt alterius status quam servi, sed etiam sunt altioris gradus.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito esse insinuatum a Scripturis, & Gregorio, quod differentia statuum attenditur secundum incipientes; proficientes, & perfectos. A D. Gregorio quidem, ut bis citatur in arg. cont. A Scripturis vero per hoc, quod fidelium bonorum quidam ad orientem, quidam ad meridiem, alii ad occidentem, statuuntur: sic ordinante Domino Numer. 2. (Non supputantur nunc hic qui ad partem Aquilonis erant: quoniam hi fideles malos moribus denotabant.) Nam ad orientem existentes significabant statum incipientium, ad meridiem vero statum proficientium, ad occidentem autem statum perfectorum. Omnia enim in figura contingebant illis, 1. Corinth. 10. Et ideo pro tanto in praesenti loco tamquam ad propositum apte facientia adducuntur. Vide Veritates aureas super totam legem veterem Num. 2. concl. 5. Quo in libro etiam c. 1. concl. 4. & c. 2. concl. 10. & c. 3. in not. text. ante concl. 1. habes multa ex Script. deservientia tibi premissis art. si recte noveris adaptare. Secundo vides: quomodo &c.

Q U Æ S T I O CLXXXIV.

De his que pertinent ad statum perfectionis in communi,

In octo articulos divisa.

Deinde considerandum est de his quæ pertinent ad statum perfectionis, ad quem alii status ordinantur. Nam consideratio officiorum, quantum quidem ad alios actus, pertinet ad legis positores; quantum autem ad sacra ministeria, pertinet ad considerationem ordinum, de quibus in tercia parte agetur.

Circa statum autem perfectorum triplex consideratio occurrit. Primo quidem de statu perfectionis in communi; secundo de his quæ pertinent ad perfectionem Episcoporum; tertio de his quæ pertinent ad perfectionem Religiosorum.

Circa primum queruntur octo.

Primo, utrum perfectio attendatur secundum caritatem.

Secundo, utrum aliquis possit esse perfectus in hac vita.

Tertio, utrum perfectio hujus vitæ consit in statu principaliter in consiliis, vel in præceptis.

Quarto, utrum quicunque est perfectus, sit in statu perfectionis.

Quinto, utrum prælati, & religiosi specialiter sint in statu perfectionis.

Septimo, qui status sit perfectior, utrum religiosorum, vel Episcoporum.

Octavo de comparatione religiosorum ad plebanos, & archidiaconos.

A R T I C U L U S I. 868

Utrum perfectio christiana vite attendatur specialiter secundum caritatem.

III. P. quest. xlvi. art. 3. co. & III. con. cap. cxxxv. & quol. IIII. art. 17. & opus. xviii. cap. II. & III. & Philip. III. let. 2.

AD primum sic proceditur. Videtur quod perfectio christiana vite non attendatur specialiter secundum caritatem. Dicit enim Apostolus I. ad Corinth. xiv. 20. *Malitia parvuli estote, sensibus autem perfecti.* Sed caritas non pertinet ad sensum, sed magis ad

ad affectum. Ergo viderur quod perfectio christianæ virtutæ non consistat principaliter in caritate.

2. Præterea. Ad Ephes. ult. 13. dicitur: *Accipite armaturam Dei* (1), ut possitis resistere in die malo; & in omnibus perfecti stare; de armatura autem Dei subiungit, dicens: *State succincti lumbas vestros in veritate, & induiti loricanam iustitiae, in omnibus sumentes scutum fidei.* Ergo perfectio christianæ virtutæ non solum attenditur secundum caritatem, sed etiam secundum alias virtutes.

3. Præterea. Virtutes specificantur per actiones, sicut & alii habitus. Sed Jacobi 1. 4. dicitur, quod *patientia opus perfectum habet.* Ergo viderur quod status perfectionis attendatur magis secundum patientiam.

Sed contra est quod dicitur ad Coloss. 111. 14. *Super omnia caritatem habere, quae est vinculum perfectionis,* quia scilicet omnes alias virtutes quodammodo ligat in unitatem perfectam.

Respondeo dicendum, quod unum quodque dicitur esse perfectum, in quantum attingit proprium finem, qui est ultima rei perfectio. Caritas autem est quæ unit nos Deo, qui est ultimus finis humanæ mentis: quia *qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo* ut dicitur I. Joann. iv. 16. Et ideo secundum caritatem specialiter attenditur perfectio christianæ virtutæ.

Ad primum ergo dicendum, quod perfectio humanorum sensuum præcipue in hoc videtur consistere ut in unitatem veritatis convenient, secundum illud I. ad Corinth. 1. 19. *Sitis perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia.* Hoc autem fit per caritatem, quæ consensum in hominibus operatur. Et ideo etiam perfectio sensuum radicaliter in perfectione caritatis consistit.

Ad secundum dicendum, quod dupliciter potest dici aliquis perfectus. Uno modo simpliciter: quæ quidem perfectio attenditur

secundum id quod pertinet ad ipsam rei naturam; puta si dicatur animal perfectum, quando nihil ei deficit ex dispositione membrorum, & aliis hujusmodi, quæ requiruntur ad vitam animalis. Alio modo dicitur aliquid perfectum secundum quid: quæ quidem perfectio attenditur secundum aliquid exterius adjacens, puta in albedine, vel nigredine, vel aliquo hujusmodi. Vita autem christiana specialiter in caritate consistit per quam anima Deo conjungitur: unde dicitur I. Joan. 111. 14. *Qui non diligit, manet in morte.* Et ideo secundum caritatem attenditur simpliciter perfectio christianæ virtutæ, sed secundum alias virtutes secundum quid. Et quia id quid est simpliciter, est principalissimum, & maximum respectu aliorum, inde est quod perfectio caritatis est principalissima respectu perfectionis, quæ attenditur secundum alias virtutes.

Ad tertium dicendum, quod patientia dicitur habere opus perfectum in ordine ad caritatem, in quantum scilicet ex abundantia caritatis provenit quod aliquis patienter toleraret adversa, secundum illud ad Rom. viii. 35. *Quis nos separabit a caritate Dei?* tribulatio, an angustia? &c.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas; merito insinuatum fuisse a scripturis; quod perfectio Christianæ virtutis attenditur simpliciter, seu specialiter, seu principaliter; hæc enim tria pro eodem sumuntur, secundum caritatem. Ut Coloss. 3. secundum quod extenditur in arg. con. Pro cuius intellectu adhuc ampliori, cum a Spiritu sancto sit caritas, vide q. 183. a. 2. ad tertium. Item insinuatur a I. Cor. 13. „Si habuero omnem fidem, &c. si distribuero omnes, &c. si tradidero corpus, &c. caritatem autem non habeam: nihil sum,

(1) Vel significantius græce ταυτική id est, ut Hieronymus reddit, *omnia arma Dei;* quæ assumere debet unusquisque ut sic succinctus nempe scias se stare posse si universa fuerit operatus, ut plenus cum his virtutibus figurat stabilem gradum &c. Ubi ad græcam phrasim rursum spectat quæ pro his verbis, *in omnibus perfecti stare* habet ἀτατα χαρακτηρά, ut quasi *omnia operari.* Sed & per diem malum vel intelligit vitam præsentem proper angustias illius & labores; vel consummationis ac judicii diem, quo diabolus inimicus & vindicta in sua nos cupies parte retinere: Utrinque autem necessaria nobis virtutum

arma ut feliciter ei resistamus. Maxime tamen inter omnes caritas, ut in responsione ostendetur. Quod eam porro Apostolus *vinculum perfectionis* vocet quia virtutes quodammodo in unum ligat, ut S. Thomas arguit. Sed contra commentatur, & in eundem locum ad Colosenses lect. 3. indicavit, habet etiam Glossa quam ibi citat; quia *virtutes omnem hominem perficiunt, sed eas ad invicem caritas necat;* ut & Haymo, quia per illam bona omnia ligantur ne perirent: & Chrysost. hom. 8. quia *corrum connexio est qua christianam perfectionem efficiunt.*

sum , nihil mihi prodest . „ Ecce , quod perfectio Christianæ vitæ adeo consistit in caritate , quod sine illa nec homo Christianus est aliquid vita æterna dignum , nec aliquid a se habitum , factum , vel toleratum , sibi ad hanc , tamquam inde promeritam , prodest : etiam si alias virtutes , & moralia bona haberet . Quid ergo per hoc suum dictum vult brevibus monstrare Apostolus ? Quod perfectio Christianæ vitæ simpliciter secundum caritatem attenditur , imo & totaliter , inquantum sc. nihil perfectionis est alibi , quod non mendicetur radicaliter a caritate . Secundo vides : quomodo &c.

ARTICULUS IL 869

Utrum aliquis in hac vita possit esse perfectus .

*Sup. quest. xxiv. art. 8. & III. dist. xxix.
quest. 1. art. 8. quest. 2. & ver. quest. 2.
art. 1. & Eph. vi. lett. 4. & Phil. iii.
lett. 2. & lett. 3. princ.*

AD secundum sic proceditur . Videtur quod nullus in hac vita possit esse perfectus . Dicit enim Apostolus I. Cor. xiii. 10. Cum venerit quod perfectum est , evanescatur quod ex parte est . Sed in hac vita non evanescatur quod ex parte est : manent enim

in hac vita fides , & spes , quæ sunt ex parte . Ergo nullus in hac vita est perfectus .

2. Præterea . Perfectum est cui nihil deest , ut dicitur in III. Physic. (tex. 63.) Sed nullus est in hac vita cui non desit aliquid : dicitur enim Jacobi 111. 2. In multis offendimus omnes : & in Psal. cxxxviii. 16. dicitur : Imperfictum meum viderunt oculi tuoi (1). Ergo nullus est in hac vita perfectus .

3. Præterea . Perfectio vitæ Christianæ , sicut dictum est (art. præc.) attenditur secundum caritatem , quæ sub se comprehendit dilectionem Dei , & proximi . Sed quantum ad dilectionem Dei , non potest aliquis perfectam caritatem in hac vita habere : quia , ut Gregorius dicit super Ezech. (hom. xiv. patrum a med.) amoris ignis , qui hic ardore inchoat , cum ipsum quem amas , videris , amplius in amore ipsius ignescit : neque etiam quantum ad dilectionem proximi , quia non possumus in hac via omnes proximos actualliter diligere , et si habitualiter eos diligamus : dilectio autem habitualis imperfecta est . Ergo videtur quod nullus in hac vita possit esse perfectus .

Sed contra est quia lex divina non inducit ad impossibile . Inducit autem ad perfectionem , secundum illud Matth. v. 48. Estote perfecti , sicut & Pater vester caelestis perfectus est . Ergo videtur quod aliquis in hac vita possit esse perfectus (2).

Re-

(1) Quod etiæ litterali sensu corpus nondum plene formatum significet , ac propterea græce apud 70. Interpretes αριτεγονον idest inoperatum appelletur , ut & Latini quidam legunt , & ex Symmacho αυτονομον idest informe legi Theodoreto notet , ad eum tamen sensum quem hic indicat S. Thomas refert etiam Augustinus , ut & Cassiodorus ibi .

(2) Hinc in prædicta Christi verba Matth. 5. propter inimicorum dilectionem dicta Glossa interlinearis „ Ecce (inquit) ad quod calmen provehit suos , ut sint perfecti sicut Pater caelestis non absoluta æqualitate sed imitatione secundum modum hominum ; Ut & Glossa collateralis : Perfecte nempe in caritate Dei & proximi , quia cumulus perfectionis est diligere inimicos : Hinc Hieronymus in Matthæum super eundem locum ad hanc inimicorum dilectionem inculcandam : Scendum (inquit) Christum non præcitere impossibilia sed perfecta quæ David fecit in Saul . & Absalon : Hinc Remigius in Catenaria aurea S. Thomæ : Quia dilectionis perfectio ultra dilectionem inimicorum non potest procedere , ideo postquam Christus diligere inimicos præcepit , subdit : Estote perfecti sicut & Pater vester caelestis : Ipse quidem perfectus est ut omnipotens , homo autem ut ab omnipotente adjutus &c. Hinc de bono

patientiæ Cyprianus : Cum ad perfectum Discipulos erudiret (inquit) iustit ut inimicos diligerent : Sic perfectos fieri Dei filios dixit &c. Hinc Ireneus lib. 5. adversus hæreses verba illa explicans 1. ad Thessalon. ult. Deus pacis sanctificet vos per omnia , ut integer spiritus vester & anima & corpus in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur , legit Deus vos sanctificet perfectos (ex græca voce ὁλοτελεῖς) . Et statim addit : Istorum trium commixtio perfectus hominem facit , & propter hoc in tribus Apostolus perfectam hominis & spiritualem salutem explanavit : Perfecti ergo qui spiritum Dei perseverantem in se habent &c. Hinc Augustinus lib. 2. contra Maximinum cap. 12. Non quia Christus dixit , Estote perfecti sicut & Pater vester caelestis perfecti est , vult illos Deo naturæ unitate conjungere , sed perfectos vult esse in natura sua sicut Deus in sua &c. Et ad Bonifacium contra duas epistolas Pelagianorum lib. 2. cap. 5. Qui se negaverat esse perfectum (dicens ad Philip. 3. Non quod jam acceperim aut perfectus sim) paulo post tamen , Quotquot perfecti sumus , inquit , hoc sapimus ; ut ostenderet secundum istius vitæ modum esse perfectionem quandam , eique hoc perfectioni deputari si se quisque noverit nondum esse perfectum : Et cap. 7. Quod est virtus in infir-

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc.) perfectio vitæ christiana in caritate consistit. Importat autem perfectio quamdam universalitatem: quia, ut dicitur in III. Phys. (tex. 63.) perfectum est cui nihil deest. Potest ergo triplex perfectio considerari. Una quidem absoluta, quæ attenditur non solum secundum totalitatem ex parte diligentis, sed etiam ex parte diligibilis, prout scilicet Deus tantum diligitur, quantum diligibilis est: & talis perfectio non est possibilis alicui creature, sed competit soli Deo, in quo bonum integraliter, & essentialiter invenitur.

Alia autem est perfectio quæ attenditur secundum totalitatem absolutam ex parte diligentis; prout scilicet affectus secundum totum suum posse semper actualiter tendit in Deum: & talis perfectio non est possibilis in via, sed erit in patria.

Tertia autem est perfectio quæ neque attenditur secundum totalitatem ex parte diligibilis, neque secundum totalitatem ex parte diligentis, quantum ad hoc quod semper actu feratur in Deum, sed quantum ad hoc quod excludantur ea quæ repugnant motui dilectionis in Deum, sicut Augustinus dicit in Lib. lxxxiiii. Qq. (quæst. xxxvi. non longe a princ.) quod *venenum caritatis est cupiditas, perfectio nulla cupiditas*. Et talis perfectio potest in hac vita haberi; & hoc dupliciter. Uno modo inquantum ab affectu hominis excluditur omne illud quod contrariatur caritati, sicut est peccatum mortale: & sine tali perfectione caritas esse non potest, unde est de necessitate salutis. Alio modo inquantum ab affectu hominis excluditur non solum illud quod est caritati contrarium, sed etiam omne illud quod impedit ne affectus mentis totaliter dirigatur ad

Summ. S. T. b. Tom. IX.

Deum: sine qua perfectione caritas esse potest, puta in incipientibus, & proficiens.

Ad primum ergo dicendum, quod Apostolus ibi loquitur de perfectione patriæ, quæ non est in via possibilis.

Ad secundum dicendum, quod illi qui sunt in hac vita perfecti, in multis dicuntur offendere secundum peccata venialia, quæ consequuntur ex infirmitate præsentis vitæ: & quantum ad hoc etiam habent aliquid imperfectum per comparationem ad perfectionem patriæ.

Ad tertium dicendum, quod sicut status præsentis vitæ non patitur ut homo semper actu feratur in Deum; ita etiam non patitur quod actu feratur in omnes proximos singillatim; sed sufficit quod feratur communiter in omnes in universali, & in singulos habitualiter, & secundum animi præparationem. Potest autem etiam circa dilectionem proximi duplex perfectio attendi, sicut & circa dilectionem Dei: una quidem, sine qua caritas esse non potest, ut scilicet homo nihil habeat in affectu quod sit contrarium dilectioni proximi; alia autem, sine qua caritas inveniri potest: quæ quidem attenditur tripliciter. Primo quidem secundum extensionem dilectionis, ut scilicet aliquis non solum diligit amicos, & notos, sed etiam extraneos, & ulterius inimicos: hoc enim, ut dicit Augustinus in Enchirid. (cap. lxxiiii.) est *perfectorum filiorum Dei*. Secundo secundum intentionem, quæ ostenditur ex his quæ homo propter proximum contemnit, ut scilicet homo contemnat non solum exteriora bona propter proximum, sed etiam afflictiones corporales, & ulterius mortem, secundum illud Joan. xv. 13. *Majorem dilectionem nemo habet quam ut animam*

I i

man

*f*irmitate perficitur, nisi quia in isto loco infirmitatis hactenus perfectio potest esse virtutis ut in ipsa infirmitate praesente reprimatur elatio? Ex quo factum est, virtutem quæ nunc est in homine justo perfectam hactenus nominari ut ad ejus perfectionem pertineat etiam ipsius imperfectionis & in veritate cognitio & in humilitate confessio: Tunc etenim est secundum hanc infirmitatem pro suo modulo perfecta ista parva justitia, quando etiam quid sibi deficit intelligit: Ideoque Apostolus & imperfectum & perfectum se dicit: Et lib de natura & gratia cap. 70. Caritas perfecta, perfecta justitia, sed caritas de corde puro, quæ tunc maxima est in hac vita, quando pro illa contemnitur & ipsa vita: Ut & Psalm. 56. perfectam caritatis mensuram vocat, quia perfecta (inquit) ea qua major esse non potest, ut animam

suam ponat quis &c. Quamvis in lib. 50. homilia rum, homil. 34. Et quis hominum (inquit) audeat se de perfectione factare? Imo confiteamur imperfectionem ut mereamur perfectionem: Quasi perfectionem negans quæ tripliciter & absolute talis in ista vita dici possit, sive de illa vetans gloriari, sed non perfectionem rejiciens quæ humiliter possit agnoscere vel aliis tribui: Quod sic accuratius contra pravum ac præposterum Augustini virginitatis corruptorem notandum fuit qui omnem prorsus in hac vita perfectionem negat, & Augustinum tam tamquam ridicule quam arroganter videri vult, quem & in sua versione gallica & in suis ad eum notis turpissime mutilat ac pervertit: Sed vellicandus adhuc paulo infra recurret.

mam suam ponat quis pro amicis suis . Ter-
tio quantum ad effectum dilectionis , ut sci-
licet homo proximis impendat non solum
temporalia beneficia , sed etiam spiritualia ,
& ulterius seipsum , secundum illud Aposto-
li II. ad Corinth. xii. 15. Ego autem liben-
tissime impendam , & superimpendar ipse pro
animabus vestris .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per ratio-
 nem & ostendas , & in recto sensu intel-
 ligas , merito esse a scripturis insinuatam ,
 quod aliquis in hac vita potest esse perfectus .
 Ut Matth. 5. secundum quod extenditur in
 argum. contr. Pro quo sc. quod Deus num-
 quam præcipiat impossibilia , vide contra ha-
 resim Lutheri Veritates aureas super totam
 legem veterem , Gen. 1. concl. octava . Et c.
 29. conclus. 2. Item Deuteron. 30. conclus. 3.
 Item vide Elucid. pri. part. artic. nu. 306.
 Insinuatur idipsum a Philip. tertio : *Quicumque ergo perfecti sumus , hoc sentiamus .* Item
 2. Corinth. 13. *Gaudete ; perfecti estote .* Vide
 q. 24. artic. 8. ap. Secundo vides : quomo-
 do &c.

ARTICULUS III. 870

Utrum perfectio consistat in præceptis , an
in consiliis .

III. cont. cap. cxxx. & quoli. II. cap. xxiv.
ad 2. & op. xvii. cap. vi.

AD tertium sic proceditur . Videtur quod
 perfectio vitæ non consistat in præceptis ,
 sed in consiliis . Dicit enim Dominus Matth.
 xix. 21. *Si vis perfectus esse , vade , vende*
omnia que habes , & da pauperibus , & veni
sequere me . Sed illud est consilium . Ergo
 perfectio attenditur secundum consilia , &
 non secundum præcepta .

2. Præterea . Ad observantiam præcep-
 torum omnes tenentur , cum sint de necessita-
 te salutis . Si ergo perfectio christiana vitæ
 consistat in præceptis , sequitur quod perfe-
 ctio sit de necessitate salutis , & quod omnes
 ad eam teneantur : quod patet esse falsum .

3. Præterea . Perfectio christiana vitæ at-
 tenditur secundum caritatem , ut dictum est
 (art. 1. hu. quæst.) Sed perfectio caritatis

non videtur consistere in observantia præcep-
 torum : quia perfectionem caritatis præcedit
 & augmentum , & inchoatio ipsius , ut patet
 per Augustinum super Canon. Joann. (tract.
 ix. vers. med.) Non autem potest caritas
 inchoari ante observationem præceptorum :
 quia , ut dicitur Joan. xiv. 23. *si quis dili-*
git me , sermonem meum servabit . Ergo per-
 fectio vitæ non attenditur secundum præcep-
 tra , sed secundum consilia .

Sed contra est quod dicitur Deut. vi. 5.
Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde
tuo : & Levit. xix. 18. dicitur : *Diliges (*)*
proximum tuum sicut seipsum . Hæc autem
 sunt duo præcepta , de quibus Dominus dicit
 Matth. xxi. 40. *In his duobus præceptis uni-*
versa lex penderet , & Prophetae . Perfectio au-
 tem caritatis , secundum quam dicitur vita
 christiana esse perfecta , attenditur secundum
 hoc quod Deum ex toto corde diligamus , &
 proximum sicut nos ipsos . Ergo videtur quod
 perfectio consistat in observantia præceptorum .

Respondeo dicendum , quod perfectio dicitur , in aliquo consistere dupliciter : uno modo per se , & essentialiter ; alio modo secun-
 dario , & accidentaliter . Per se quidem , &
 essentialiter consistit perfectio christiana vitæ
 in caritate ; principaliter quidem secundum
 dilectionem Dei , secundario autem secundum
 dilectionem proximi , de quibus dantur præ-
 cepta principalia divinæ legis , ut dictum est
 (quæst. xliv. art. 2. & 3.) Non autem di-
 lectio Dei , & proximi cadit sub præcepto se-
 condum aliquam mensuram ; ita quod id quod
 est plus , sub consilio remaneat , ut patet ex
 ipsa forma præcepti , quæ perfectionem de-
 monstrat ; ut cum dicitur , *Diliges Dominum*
Deum tuum ex toto corde tuo : totum enim
 & perfectum idem sunt , secundum Philoso-
 phum in III. Phys. (tex. 64.) & cum di-
 citur , *Diliges proximum tuum sicut seipsum :*
 unusquisque enim seipsum maxime dilit .
 Et hoc ideo est , quia *finis præcepti caritas*
est , ut Apostolus dicit II. ad Timoth. In
 fine autem non adhibetur aliqua mensura ,
 sed solum in his quæ sunt ad finem , ut Phi-
 losophus dicit in I. Politic. (cap. vi. a
 med.) sicut medicus non adhibet mensuram ,
 quantum sanet , sed quanta medicina , vel
 diæta utatur ad sanandum . Et sic patet quod
 perfectio essentialiter consistit in præceptis :
 unde Augustinus dicit in Libro de perfectio-
 ne justitiae (cap. viii. vers. fin.) *Cur ergo*
non

(*) *Vulgata amicum.*

*non præiperetur homini ista perfectio, quamvis
eam in hac vita nemo habeat?*

Secundario autem, & instrumentaliter perfectio consistit in consiliis: quæ omnia, sicut & præcepta, ordinantur ad caritatem; sed aliter, & aliter. Nam præcepta alia a præceptis caritatis ordinantur ad removendum ea quæ sunt caritati contraria, cum quibus scilicet caritas esse non potest; consilia autem ordinantur ad removendum impedimenta affectus caritatis, quæ tamen caritati non contrariantur, sicut est matrimonium, occupatio negotiorum secularium, & alia hujusmodi. Unde Augustinus dicit in Enchirid. (cap. cxxi.) *Quicumque mandat Deus (ex quibus unum est. Non moxaberis) Et quicumque non jubentur, sed speciali consilio monentur (ex quibus unum est, Bonum est homini mulierem non tangere) tunc recte fiant, cum referuntur ad diligendum Deum, & proximum propter Deum, & in hoc seculo, & in futuro. Et inde est quod in collationibus Patrum (collat. i. cap. vii. a med.) dicit Abbas Moyses: *Iejunia, vigilia, meditatio Scripturarum, nuditas, ac privatio omnium facultatum, non perfectio; sed perfectionis instrumenta sunt: quia non in ipsis consistit discipline illius finis, sed per illa pervenitur ad finem: & supra præmisit, quod ad perfectionem caritatis istis gradibus ascendere nitimur.**

Ad primum ergo dicendum, quod in illis verbis Domini aliiquid ponitur quasi via ad perfectionem; hoc scilicet quod dicitur, *Vade, vende omnia qua habes, & da pauperibus; aliud autem subditur, in quo perfectio consistit, scilicet quod dicit, Et sequere me. Unde Hieronymus dicit super Matthæum (cap. xxx. sup. illud, Ecce nos reliquimus &c.) quod *quia non sufficiunt sanctum relinquere, Petrus adjungit quod perfectum est: Et secuti sumus te.* Ambrosius autem super illud Lucæ*

v. *Sequere me, dicit: Sequi jubet non corporis gressu, sed mentis affectu: quod fit per caritatem. Et ideo ex ipso modo loquendi apparet quod consilia sunt quædam instrumenta pervenienti ad perfectionem, dum dicitur: Si vis perfectus esse, vade, vende &c. quasi dicit: Hoc faciendo ad hunc finem pervenies.*

Ad secundum dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in Libro de perfectione justitiae (cap. viii. ad fin.) *perfectio caritatis homini in hac vita præcipitur: quia non recte curritur, si quo currendum est, nesciatur. Quomodo autem sciensur, si nullis præceptis ostenderetur? Cum autem id quod cadit sub præcepto, diversimode possit impleri, non efficitur transgressor præcepti aliquis ex hoc quod non optimo modo implet, sed sufficit quod quocumque modo impleat illud. Perfectio autem divinae dilectionis universaliter quidem cadit sub præcepto; ita quod etiam perfectio patris non excluditur ab illo præcepto, ut dicit Augustinus (loc. cit.) sed *transgressionem præcepti evadit qui quocumque modo perfectionem divinae dilectionis attingit* (1). Est autem infimus divinae dilectionis gradus, ut nihil supra eum, aut contra eum, aut æqualiter ei diligatur: a quo gradu perfectionis qui deficit, nullo modo implet præceptum. Est autem alius gradus perfectæ dilectionis, qui non potest impleri in via, ut dictum est (art. præc.) a quo qui deficit, manifestum est quod non est transgressor præcepti. Et similiter non est transgressor præcepti qui non attingit ad medios perfectionis gradus, dummodo attingat ad infimum.*

Ad tertium dicendum, quod sicut homo habet quædam perfectionem suæ naturæ, statim cum nascitur, quæ pertinet ad rationem spaciei; est autem alia perfectio ad quam per augmentum adducitur; ita etiam est quædam perfectio caritatis pertinens ad ipsam

I i 2 spe

(1) Colligitur tum ex prædicto libro de perfectio-
ne justitiae super eandem ratiocinationem octavam,
tum expressius de spiritu & littera cap. ult. ubi: ait
Si quanto major notitia tanto erit major dilectio,
profecto quantum nunc deest dilectioni, tantum tunc
perficiendæ justitiae deesse credendum est: Et paulo
post: Cum ab hac peregrinatione in qua per fidem
ambulatur, perventum erit ad speciem, profecto &
ipsa dilectio non solum supra quam hic habemus,
sed supra quam intelligimus erit; nec ideo tamen
plus esse poterit quam ex toto corde; nec enim re-
stat aliiquid in nobis quod addi possit ad totum: Proin-
de hoc erit primum præceptum justitiae quod jubemur
diligere Deum ex toto corde; quod complebimus cum
videbimus Deum facie ad faciem: Sed ideo nobis hoc

etiam nunc præceptum est ut admoneamur quid expo-
scere debeamus: Ac per hoc quantum mihi videtur
in ea quæ perficienda est justitia multum in hac vi-
ta ille profecit qui quain longe sit a perfectione ju-
stitiae proficiendo cognovit: Sed si dici potest quæ-
dam justitia minor huic vitæ competens, qua justus,
ex fide vivit, non absurdè dicitur etiam ad istam
pertinere ne peccet: Non enim si esse nondum potest
tanta dilectio Dei quanta illi cognitioni plene per-
fectaque debetur, jam culpe deputandum est: Aliud
est enim totam nondum aequi caritatem; aliud nullam
sequi cupiditatem: Sic ut etiam in his quæ ad-
jacent sensibus corporis potest oculus nullis tenebris
delectari, quamvis non possit in fulgentissima luce
figi &c.

speciem caritatis , ut scilicet Deus super omnia diligitur , & nihil contra eum ametur ; est autem alia perfectio caritatis etiam in hac vita , ad quam aliquis per aliquod spirituale augmentum pervenit ; ut puta cum homo etiam a rebus licitis abstinet , ut liberius diuinis obsequiis vacet .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem tum directam (Hæc est in corp.) tum indirectam (est solutio argumentorum . Alias docuimus , duplicum hujusmodi rationem debere semper intelligi in appendicibus per ly quomodo per rationem) destruas radicibus errores tres Calvini dicentis , & quod consilium nullum est in Evangelio , & quod inter consilium , atque præceptum est nullum discrimen , & quod omnia commendata a Christo in Evangelio sunt præcepta . Quæ ipsomet per multa mendacia conficta contra Monachos , eisque falsissime imposita , probare contendit in De institut. restitut. religione Christi . capitulo quarto , sec. decimatercius ; test. Gabriele Præteolo titul. Calvinista . Secundo habes : quomodo per rationem radicaliter ostendas , illos errores merito damnari a dictis in Compendio Alberti Magni , lib. 5. capitulo 69. septuagesimo , schol. Item a Christo Domino per hoc , quod , postquam dixerat Matth. 16. Si vis ad vitam ingredi , serva mandata : juveni dicenti : Quæ , scilicet mandata servanda sunt , us ad vitam ingrediar ? respondit dicens : Non homicidium facies , non adulterium , non facies fursum , non falsum testimonium dices , honora parentes tuos , & majores , diliges proximum tuum sicut teipsum . Subiungentem vero juvenem , quod Omnia ita custodisset a juventute sua , ipse Dominus (secundum Marci 10.) intuitus eum dilexit eum : Cum ergo non adducat Christus alia mandata necessaria pro ingressu ad vitam , patet , quod illud , quod potius hæc omnia subiungitur , scilicet , si vis perfectus esse , vade , vende , &c. non est de mandatis illis antonomasticis dictis , id est necessariis . Alioquin Christus juveni quærenti jam de substantia mandatorum , per ly , quæ , videretur non respondisse sufficienter ; id , quo attribuere Christo esset ei injuriam magnam , insipientiamque irrogare . Ergo ly si vis perfectus esse , vade , vende , &c. est consilium . In cuius signum non amplius dicit ; si vis ad vitam ingredi , sed , si vis perfectus esse , id est in illa vita maiorem gradum præmii cœlestis

habere , vade , &c. item ab eodem Domine ibid. damnatur per ly sunt eunuchi , qui se castraverunt propter regnum cœlorum , scilicet facilius sine impedimento , ex Apost. 1. Cor. 7. consequendum . Non enim ad hanc audiuentes servandam eunuchizationem obligat : sed quasi in arbitrio illorum ponens , an velint , subdit ly qui potest capere , capiat ; & quid plura ? Patentissime habemus ab Apostolo , 1. Corinth. 7. quod de servanda virginitate , aut cœlibatu , ipse præceptum Domini nos habet . Verbis ergo illis supradictis Dominus hortatur ad eunuchizationem illam propter regnum cœlorum facilius habendum : non autem sunt præceptiva . Et hoc manifestissimum ex Apostolo tenendum est . Nisi forsitan (quod absit) Apostolo minus , quam Calvinus aliquis in apertissimam sui damnationem , credendum putet . Ex iis omnibus , tres illos errores singillatimi applicando , exclusos ad plenum conspiciet lector intelligens . Tercio videlicet : quomodo &c.

ARTICULUS IV. 871

Utrum quicumque est perfectus , sit in statu perfectionis .

Quol. 1. art. 14. ad 2. & opusc.
xviii. cap. xviii.

AD quartum sic proceditur . Videtur quod quicumque est perfectus , sit in statu perfectionis . Sicut enim per augmentum corporale pervenitur ad perfectionem corporalem , ita per augmentum spirituale pervenitur ad perfectionem spirituale , ut dictum est (art. præc. ad 3.) Sed post augmentum corporale aliquis dicitur esse in statu perfectæ ætatis . Ergo etiam videtur quod post augmentum spirituale , cum quis jam adeptus est perfectionem , sit in statu perfectionis .

2. Præterea . Eadem ratione qua aliiquid movetur de contrario in contrarium , moveatur etiam aliiquid de minori ad majus , ut dicitur in V. Physic. (tex. 19.) Sed quando aliquis transmutatur de peccato ad gratiam , dicitur mutare statum , prout distinguitur status culpæ a statu gratiæ . Ergo videtur quod pari ratione cum aliquis proficit de minori gratia ad majorem , quousque perveniat ad perfectum , adipiscatur perfectionis statum .

3. Præterea . Statum adipiscitur aliquis ex hoc quod a servitute liberatur . Sed per caritatatem aliquis liberatur a servitute peccati : quia

quia *universa delicta operit caritas*, ut dicitur Proverb. x. 12. Sed perfectus dicitur aliquis secundum caritatem, ut dictum est (art. 1. hu. quæst.) Ergo videtur quod quicumque haber perfectionem, ex hoc ipso habeat perfectionis statum.

Sed contra est quod aliqui sunt in statu perfectionis qui omnino caritate, & gratia carent, sicut mali Episcopi, aut mali religiosi. Ergo videtur quod e contrario aliqui habent perfectionem virtutum, qui tamen non habent perfectionis statum.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quæst. præc. art. 1.) status proprie pertinet ad conditionem libertatis, vel servitutis. Spiritualis autem libertas, vel servitus potest in homine attendi dupliciter: uno modo secundum id quod interius agitur; alio modo secundum id quod agitur exterius. Et quia, ut dicitur I. Reg. xvi. 7. *homines vident ea quæ patent, sed Deus intuetur cor*, inde est quod secundum interiorum hominis dispositionem accipitur conditio spiritualis status in homine per comparationem ad judicium divinum; secundum autem ea quæ exterius aguntur, accipitur spiritualis status in homine per comparationem ad Ecclesiam. Et sic nunc de statibus loquimur, prout scilicet ex diversitate statuum quædam Ecclesiæ pulchritudo surgit.

Est autem considerandum, quod quantum ad homines, ad hoc quod aliquis adipiscatur statum libertatis, vel servitutis, requiritur primo quidem obligatio aliqua, vel absolutione: non enim ex hoc quod aliquis servit alicui, efficitur servus, quia etiam liberi serviunt, secundum illud ad Galat. v. 13. *Per caritatem spiritus servite invicem*: neque etiam ex hoc quod aliquis definit servire, efficitur liber, sicut patet de servis fugitivis: sed ille proprio est servus qui obligatur ad serviendum, & ille est liber qui a servitute absolvitur. Secundo requiritur quod obligatio praedita cum aliqua solemnitate fiat, sicut & ceteris quæ inter homines obtinent perpetuam firmitatem, quædam

solemnitas adhibetur. Sic ergo in statu perfectionis proprie dicitur aliquis esse, non ex hoc quod habet actum dilectionis perfectæ, sed ex hoc quod obligat se perpetuo cum aliqua solemnitate ad ea quæ sunt perfectionis.

Contingit etiam quod aliqui se obligant ad id quod non servant, & aliqui implet ad quod se non obligaverunt, ut pater (1) Matth. xxi. 28. de duobus filiis: quorum unus patri diceati, *Operare in vinea, respondet*, Nolo, & postea abiit: alter autem respondens ait, Eo, & non ivit. Et ideo nihil prohibet aliquos esse perfectos, qui non sunt in statu perfectionis, & aliquos esse in statu perfectionis, qui tamen non sunt perfecti.

Ad primum ergo dicendum, quod per augmentum corporale proficit aliquis in his quæ pertinent ad naturam; & ideo adipiscitur naturæ statum: præsertim quia quod est secundum naturam, quodammodo immutabile est, (2) in quantum natura determinatur ad unum. Et similiter per augmentum spirituale interius aliquis adipiscitur statum perfectionis quantum ad divinum iudicium; sed quantum ad distinctiones ecclesiasticorum statuum non adipiscitur aliquis statum perfectionis, nisi per augmentum in his quæ exterius aguntur.

Ad secundum dicendum, quod illa etiam ratio procedit quantum ad interiorum statum; & tamen cum aliquis transit de peccato in gratiam, transit de servitute ad libertatem: quod non contingit per simpli- cem protectum gratiæ, nisi cum aliquis obligat se ad ea quæ sunt gratiæ.

Ad tertium dicendum, quod illa etiam ratio procedit quantum ad interiorum statum; & tamen licet caritas variet conditionem spiritualis servitutis, & libertatis; hoc tamen non facit caritatis augmentum.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, inerito insinuatum fuisse a scri-

(1) Parabolice, non historice: Nam *parabolam* vocant Patres, et si Evangelium non exprimat, ut ver. 28. videre est, contra Judæos legis observantiam promittentes nec tamen facientes.

(2) Ex Ethicorum libro 5. cap. 10. græco-latino vel cap. 12. in antiquis & apud S. Thomam lect. 12. ubi ex aliorum tamen sensu id Philosophus ponit, ac per exemplum ignis probat, qui similiter

apud Persas ac apud Græcos urit: Sed ex proprio sensu addit non semper ita se habere ut quod est a natura sit immobile semper nisi quantum ad ea quæ ad naturam divinam spectant: Sicut & lib. 5. Metaphys. cap. 5. necesse ait esse ut sit *natura quædam immobilis*: Aliquo tamen modo immutabiles alias esse vel immutabilia quæ ad illas pertinent non excludit, quod hic sollem intendit Sanctus Thomas.

a scripturis, quod non quicunque est perfectus, est in statu perfectionis. Ut per hoc, quod dicitur 1. Reg. 16. *Homo vides ea quae patet: Deus autem intuetur cor.* Hoc est: secundum interiorem affectum cordis attenditur mensura principaliter, qua Deus mensurat res, & secundum exterioris apparentia attenditur proprie mensura, qua homines mensurant res. Ac si ergo per dictum illud; scholastice loquens, in hoc proposito Scriptura dixerit: Potest aliquis secundum mensuram Dei, id est intrinsicus, esse perfectus; quod tamen secundum mensuram hominibus concessam, id est extrinsicus, non erit perfectus, & sic erit corde perfectus, id est erit in caritate, art. 2. simulque actu exteriori non erit perfectus, id est in statu perfectionis, qu. 183. art. 1. 2. Cum enim sint duæ mensuræ, & secundum diversa attendantur; non est necesse, quod, quidquid secundum unam illarum est tale, sit etiam tale secundum alteram. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS V. 872

Urum religiosi, & prælati sint in statu perfectionis.

Opusc. XVIII. cap. XIV.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod prælati, & religiosi non sint in statu perfectionis. Status enim perfectionis distinguitur contra statum incipientium, & proficientium. Sed non sunt aliqua genera hominum deputata specialiter statui proficiuntium, vel etiam incipientium. Ergo videtur quod nec etiam debeant esse aliqua genera hominum deputata statui perfectionis.

2. Præterea. Status exterior debet interiori statui respondere: alioquin incurritur mendacium, quod non solum est in falsis verbis, sed etiam in similitudinibus operibus, ut Ambrosius dicit in quodam serm. (1) (xliiv.

de temp. ante med.) Sed multi sunt prælati, vel religiosi, qui non habent interiorem perfectionem caritatis. Si ergo omnes religiosi, & prælati sint in statu perfectionis, sequitur quod quicunque eorum non sunt perfecti, sint in peccato mortali, tamquam simulatores, & mendaces.

3. Præterea. Perfectio secundum caritatem attenditur, ut supra habitum est (art. 1. hu. quæst.) Sed perfectissima caritas videtur esse in Martyribus, secundum illud Joan. xv. 13. *Majorem dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis:* & super illud ad Hebr. xii. Non dum enim usque ad sanguinem &c. dicit Glossa (2) Perfectior in hac vita nulla-dilectio est ea ad quam sancti Martyres per venerunt, qui contra peccatum usque ad sanguinem certaverunt. Ergo videtur quod magis debeat perfectionis status attribui Martyribus quam religiosis, & Episcopis.

Sed contra est quod Dionysius v. cap. eccl. Hierarch. (cir. med.) attribuit perfectionem Episcopis tamquam perfectioribus: & in vi. cap. ejusdem Libri (ante med.) attribuit perfectionem religiosis, quos vocat monachos vel separatis terapeutas, id est Deo famulantes (3) tamquam perfectis.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc.) ad statum perfectionis requiritur obligatio perpetua ad ea quæ sunt perfectionis, cum aliqua solemnitate. Utrumque autem horum competit religiosis, & Episcopis. Religiosi enim se voto astringunt ad hoc quod a rebus secularibus se abstineant, quibus licet pti poterant, ad hoc quod liberius Deo vacent: in quo consistit perfectio presentis vite. Unde Dionysius dicit vi. cap. eccl. Hierar. (loc. cit.) de religiosis loquens: *Alii quidem terapeutas, id est famulos Dei, ex puro servizio, & famulatu; aliis vero monachos ipsos nominant ex indivisiibili, & singulare vita uniuersitate ipsos ex individuali.*

(1) Refertur in Decretis Causa 22. qu. 5. cap. Cœvæ ut ex sermone de Abraham: Est autem sermo pro Dominica in passione, cuius initium est, *Sciote fratres*, explicando quomodo se Abraham filios falso dicant Judæi qui Abraham opera non faciunt.

(2) Vetus vel manuscripta tantum quam & sic habet Beda: Sed Augustinus in serm. 17. de verbis Apostoli cap. 1. *Perfectio in hac vita nonnulla est ad quam &c.* ut opponat plene perfectioni quæ in statu beatifico reperitur.

(3) Ex græco διατεταγμένος quod famulantes quidem

præcise significat, sed per excellentiam Deo famulantes non tam ex notione vocis quam ex usu a sacris authoribus recepto, cum pro simplici famulatu hominibus etiam exhibito indifferenter accipiant prophani. Nomen vero monachi, ut & græco μονάχος non ex eo dicitur tantum quod solus vivat, sed sicut mox explicat Dionysius: Ex quo & reponimus perfectiores (τελευτικοὶ vel τελεῖται) non sicut prius perfectiores; per oppositum ad perfectos vel qui perficiuntur (τελεύποτες)

vifibilium sanctis convolutionibus, idest contemplationibus, ad deiformem unitatem, & amabilem Deo perfectionem. Horum etiam obligatio fit cum quadam solemnitate professionis, & benedictionis; unde & ibidem subdit Dionysius: *Propter quod perfectam ip[s]is donans gratiam sancta legislatio, quadam ip[s]os dignata est sacrificativa invocatione.*

Similiter etiam Episcopi obligant se ad ea quae sunt perfectionis, pastorale assumentes officium; ad quod pertinet ut animam suam ponat pastor pro oviis suis, sicut dicitur Joan. x. 15. Unde Apostolus dicit I. ad Timoth. ult. 12. *Confessus bonam confessionem coram multis testibus, idest in sua ordinatione, ut Glossa (1) ibidem dicit.* Adhibetur etiam quadam solemnitas consecrationis simul cum professione predicta, secundum illud II. ad Timoth. 1. 6. *Resuscitez gratiam Dei, qua est in te per impositionem manuum mearum:* quod Glossa (interl.) exponit de gratia episcopali. Et Dionysius dicit v. cap. eccl. Hierar. (vers. fin.) quod *summus sacerdos, idest Episcopus, in sua ordinatione habet eloquiorum super caput sanctissimam superpositionem; ut significetur quod ipse est participatus integræ socius hierarchice virtutis,* & quod ipse non solus sit illuminatius omnium (quod pertinet ad sanctas locationes, & actiones) sed quod etiam hoc aliis tradas.

Ad primum ergo dicendum, quod inchoatio, & augmentum non queritur propter se, sed propter perfectionem: & ideo ad fulm perfectionis statum aliqui homines cum quadam obligatione, & solemnitate assumuntur.

Ad secundum dicendum, quod homines statum perfectionis assument, non quibus profitentes seipso perfectos esse, sed profitentes se ad perfectionem tendere: unde & Apostolus dicit ad Philip. 111. 12. *Non quod jam comprehendemus, aut jam perfecti sumus;* sequor autem, si quo modo comprehendam: & postea subdit: *Quicumque ergo perfecti sumus,*

boc sentiamus. Unde non committit aliquis mendacium, vel simulationem ex hoc quod non est perfectus, qui statum perfectionis assumit, sed ex eo quod ab intentione perfectionis animum revocat.

Ad tertium dicendum, quod martyrium in actu perfectissimo caritatis consistit. Actus autem perfectionis non sufficit ad statum faciendum, ut dictum est (art. præc.)

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem funditus destruas errores Joannis Wicleff dicens, Monachum in religione privata existentem esse inhabilem ad observantiam mandatorum Dei, nisi apostolaverit ab ea: & Monachorum neminem salvari posse in religione privata. Item errorem Pauperum de Lugduno dicentium, ut refert summa Fr. Tocconeti s. par. c. 2. in Bibliotheca Vaticana manuscripta: quod Episcopi sunt scribae, & Pharisæi, Apostolorum persecutores. Item hæresim pessimam ejusdem Joannis Wicleff dicens, ut narratur in Concilio Constantiensis session. 8. ubi & damnatur; a Domino Papa, hic est Episcopus primus, usque ad ultimum religiosum omnes sunt hæretici. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, predictos errores merito damnari a Diony. ca. i. eccl. hierar. Pontificum, inquit, *ordo quidem est consummativus, & perfectivus, & perfectionis auctor.* Item ab eod. cap. 6. eccl. hier. ubi dicit monachorum, hos ipse vocat Therapeutas, idest famulos Dei, statum esse vite perfectissime: quia alios antecellere oportet, cum id promittam. Item a Concilio Constantiensis sess. 8. ubi damnantur speciatim omnes predicti errores, ac hæreses Joannis Wicleff. Item a 1. Tim. 2. *Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* &c. Ubi patet: quod episcopi, ut episcopi, sunt in statu perfecto; tantum abest, ut sint scribae, & Pharisæi. Item a Papa Alexandro in privilegio Ex also, & in alio, *Non sine multa.* Ubi ex-

com-

(1) Moderna quidem vel impressa interlinearis, vetus autem vel manuscripta collateralis, utraque tamen disjunctive sic, vel in ordinatione, vel in prædicatione: Habet eadem & Lombardus quod utramque: Theodoretus quod posteriorem tantum, quod omnes nempta pulchra confessionis testes habuimus qui prædicationem ejus accepimus: Sed ad Baptismum solum confessionem illam refert Haymo, quia quando baptizatus est Timorensis; sancta statis erat ut se credere ipse ore proprio confiteretur: Et simili-

ter Primarius explicat tomo 1. Bibliothecæ Patrum, ubi expressius quam Haymo bonam illam confessionem coram testibus factam interpretatur coram Sacerdotibus & ministris, Virtutibusque ealibet testibus ac divinis: Glossa etiam sequens interliniaris de gratia episcopali apud Lombardum rursum sic habetur: Fidem vero explicat Primarius, accepimus tamen per benedictionem quam in Episcopatu accepimus: Haymo fidem, doctrinam, operationem &c.

communicatos pronunciat omnes illos , qui prædicare , docere , vel defensare præsumunt , quod fratres prædicatores , vel minores , non sint in statu perfectionis . A qua excommunicationis sententia non possunt absolvī ; nisi personaliter sedi Apostolicā se præsentent . Item ab Elcid . Addition . articulorum num . 166 . 253 . Item per Veritates aureas super totam legem veterem , Exod . 3 . concl . 2 . & Lev . 11 . concl . 11 . & c . 20 . concl . tertia . Tertio vides : &c .

ARTICULUS VI. 873

Utrum omnes prelati ecclesiastici sint in statu perfectionis ,

Opusc . xviii . cap . xxii . xxiii . xxv .
& xxvi .

AD sextum sic proceditur . Videtur quod omnes prælati ecclesiastici sint in statu perfectionis . Dicit enim Hieronymus super ep . ad Tit . (cap . 1 . sup . illud , Constitutas per civitates &c .) Olim idem presbyter , qui & Episcopus : & postea subdit : *Sicut ergo presbyteri sciunt , se Ecclesia consuetudine ei qui sibi præpositus fuerit , esse subditos ; ita Episcopi noverint , se magis consuetudine quam dispositionis dominica veritate presbyteris esse maiores , & in communi debere Ecclesiam regere .* Sed Episcopi sunt in statu perfectionis . Ergo & presbyteri habentes curam animarum .

2. Præterea . Sicut Episcopi suscipiunt euram animarum cum consecratione , ita etiam presbyteri curati , & Archidiaconi ; de quibus super illud Act . vi . Considerate , fratres , viros boni testimonii septem &c . dicit Glossa (1) (ordin . Bedæ) , Hic discernebat Apostoli „ per Ecclesiam constitui septem diaconos , „ qui essent sublimioris gradus , & quasi co- humnae proximi circa aram . “ Ergo videtur quod ipsi etiam sint in statu perfectionis .

3. Præterea . Sicut Episcopi obligantur ad hoc quod animam suum ponant pro oib[us] suis , ita & presbyteri curati , & Archidiaconi . Sed hoc pertinet ad perfectionem caritatis , ut supra dictum est (art . 2 . hu . quæst . ad 3 .) Ergo videtur quod etiam presbyteri curati , & Archidiaconi sint in statu perfectionis .

Sed contra est quod Dionysius dicit in v . cap . eccles . Hierar . (cir . med .) Pontificum quidem ordo consummatus est ; & perfectivus (2) , sacerdotum auctor illuminatus , & lucidatus ; ministrantium vero purgatus , & discretivus . Ex quo patet quod perfectio solis Episcopis attribuitur .

Respondeo dicendum , quod in presbyteris , & diaconibus curam habentibus animarum duo possunt considerari , scilicet ordo , & cura . Ordo autem ipse ordinatur ad quemdam actum in divinis officiis . Unde supra dictum est (quæst . præc . art . 3 . ad 3 .) quod distinctione ordinum sub distinctione officiorum continetur . Unde per hoc quod aliqui suscipiunt sacram ordinem , accipiunt potestatem quosdam sacros actus perficiendi ; non autem obligantur ex hoc ipso ad ea quæ sunt perfectionis , nisi quatenus apud occidentalem Ecclesiam in susceptione sacri ordinis emittitur continentia votum , quod est unum eorum quæ ad perfectionem pertinent , ut infra dicetur . (quæst . clxxxvi . art . 4 .) Unde patet quod ex hoc quod aliquis accipit sacram ordinem , non ponitur simpliciter in statu perfectionis ; quamvis interior perfectio ad hoc requiratur quod aliquis digne hujusmodi actus exerceat .

Similiter etiam nec ex parte curæ quam suscipiunt , ponuntur in statu perfectionis . Non enim obligantur ex hoc ipso vinculo perpetui voti ad hoc quod curam animarum retineant ; sed possunt eam desistere , vel transiendo ad religionem , etiam absque licentia Episcopi , ut habetur in Decretis xix . quæst . ii . (cap . Due sunt ,) (3) vel etiam cum licen-

(1) Sic rursum vetus Glossa vel manuscripta , cuius corruptionem infra in hujus argumenti responsione notabimus , & integrum restituemus ex textu Bedæ , cuius nomine in moderna sive impressa veteribus verbis ac meliori sensu prænotatur .

(2) Seu perfectivus aigue perfectionis operativus iuxta græcum τελεωτικὴ τάξις & τελεωτηρίς ut & mox ordo Sacerdotum illuminatus & lucidatus , vel juxta græcum τελεωτηρίς , luciductivus vel inductivus lucis ; & subinde ordo ministrantium per quos intelliguntur Diaconi licet λειτουργοὶ tantum (græcē) purgatus & discretivus juxta græcum διαχειρικὴ quasi diffimilium distinctivus ad eos qui Sacramentorum participatione digni sunt ab indignis

nec expiatis discernendos .

(3) Ubi circa medium ex Urbano 2 . ad Ruffin . scribente sic dicitur . Si quis in Ecclesia sua sub Episcopo proprium retinet (non populum , sicut perperam Exemplaria quedam habent) & seculariter vivit , si afflatus Spiritu sancto in aliquo monasterio vel regulari canonia (sive canonicatu) salvare se voluerit , quia lege privata ducitur , nulla ratio exigit ut a lege publica constringatur . Quisquis igitur hoc Spiritu ducitur , etiam Episcopo suo contradicente , eas liber nostrum auctoritate : Justo enim non est lex posita , sed ubi spiritus Dei , ibi libertas &c .

Nescientia Episcopi potest aliquis Archidiaconus Archidiaconatum, vel parochiam dimittere, & simplicem prebendam accipere sine cura: quod nullo modo licet, si esset in statu perfectionis. *Nemo enim manum mittens ad oratum, & respiciens retro, aptus est rogo Dei*, ut dicitur *Luc. ix. 62.*

Episcopi autem, quia sunt in statu perfectionis, non nisi auctoritate summorum Pontificis, ad quem etiam solum pertinet in votis perpetuis dispensare, possunt episcopalem curam deserere, & ex certis causis, ut infra dicetur (*quæst. clxxxv. art. 4.*) Unde manifestum est quod non omnes prelati sunt in statu perfectionis, sed soli Episcopi.

Ad primum ergo dicendum, quod de presbytero, & Episcopo dupliciter loqui possumus. Uno modo quantum ad nomen: & sic olim non distinguebantur Episcopi, & presbyteri. Nam Episcopi dicuntur *ex eo quod superintendaunt*, sicut dicit Augustinus *XIX. de civitat. Dei* (cap. xix. a med.) Presbyteri autem in græco dicuntur quasi seniores. Unde & Apostolus communiter utitur nomine Presbyterorum quantum ad utroque, cum dicit *I. Timoth. vi. 18.* *Qui bene presunt presbyteri, duplice honore digni habeantur: & similiter etiam nomine Episcoporum: unde dicit Act. xx. 28. presbyteris Ephesina Ecclesiæ loquens: Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctius posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Sed secundum rem semper inter eos fuit distinctione, etiam tempore Apostolorum, ut patet per Dionysium v. cap. eccl. Hierar. (cir. med.) & *Luc. x. super illud, Post haec autem designavit Dominus &c.* dicit Glossa (ord.) (1) „ *Sicut in Apostolis forma est Episcoporum; sic in septuaginta duobus discipulis forna est presbyterorum secundi ordinis.* “ Postmodum tamen ad schisma vitandum necessarium fuit ut etiam nomina distinguerentur, ut scilicet maiores dicerentur Episcopi, minores autem Presbyteri. Dicere autem, presbyteros non differre ab Episcopis, inter dog-

Summ. S. Th. Tom. IX.

mata hæretica numerat Augustinus in Lib. de hæres. (hæresi 53.) ubi dicit, quod Aeriani (2) dicebant, presbyterum ab Episcopo nulla differentia debere discerni.

Ad secundum dicendum, quod Episcopi principaliter habent curam ovium suz diœcesis; presbyteri autem curati, & Archidiaconi babent alias subministramtes sub Episcopis. Unde super illud *I. ad Corinth. xi. 1.* *Alii opitulationes, alii gubernationes*, dicit Glossa (interl.) „ *Opitulationes, id est eos qui majoribus ferunt opem, ut Titus Apo- stolo, vel Archidiaconi Episcopis: gubernationes, scilicet minorum personarum prætationes, ut presbyteri sunt, qui plebi documento sunt.* “ Et Dionysius dicit v. cap. eccl. Hierar. (ante med.) quod sicut universam hierarchiam videmus in Jesu terminatam; ita unamquamque functionem in propria divino Hierarchia, id est Episcopo. Et *xvi. quæst. i. (cap. Cunctis)* dicitur: *Omnibus presbyteris, & diaconibus attendendum est, us nibil absque propriis Episcopi licensia agant.* Ex quo patet quod ita se habent ad Episcopum, sicut balivi, vel praepositi ad Regem: & propter hoc sicut in mundanis potestatisibus solus Rex benedictionem solemniter accipit, alii vero per simplicem commissionem instituuntur; ita etiam in Ecclesia cura episcopalium cum solemnitate consecrationis committitur: cura autem Archidiaconatus, vel plebanatus cum simplici injunctione; consecrantur tamen in susceptione ordinis etiam ante quam curam habeant.

Ad tertium dicendum, quod sicut plebani, & Archidiaconi non habent principaliter curam, sed administrationem quamdam, secundum quod eis ab Episcopo committitur; ita etiam ad eos non pertinet principaliter pastore officium, nec obligatio ponendi animata pro ovibus, sed inquantum participant de cura. Unde magis. habent quoddam officium ad perfectionem pertinens, quam obtineant perfectionis statum.

Kk

A P.

(1) *Beda nomine prænotata, qui sic juxta præsentem sensum subdit quod primis Ecclesiæ temporibus us apostolica scriptura testis est: utique Presbyteri ac Episcopi vocabantur.*

(2) *Quam perite impressa passim habent & sagaciter Ariani! Sed bene Manuscriptum Aeriani, ut reponimus & ex originali textu reponi debet: Non enim haec Arii sive Arrii, sed Aerii hæresis fuit, quæ cum esset Presbytere doluisse fertur quod Episcopus non posuit ordigari, & in Arianorum heresim*

lapsus propria quadam dogmata, addidisse, nonnulla dicens orare vel offerre pro mortuis oblationem non oportere, nec statuta solemniter celebranda esse jesu-nia; sed cum quisque voluerit jejunandum, ne videatur esse sub lege; *Dicebat etiam Presbyterum ab Episcopo &c.* Non ergo haec Ariani dicebant, nec Aerius ut Arrianus, tametq; talis esset, sed ex propria sententia quam sequuntur Aeriani ex illo sic vocati.

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum a scripturis , & Dion. fuisse , quod status perfectio- nis non convenit omnibus ecclesiasticis prælatis , sed solis Episcopis . A S. Dion. qui- dem ; ut in arg. cont . A scripturis vero per hoc , quod Psal. 98. dicitur , *Moyses , & Aaron in sacerdotibus ejus* . Super quo dicto cum similib . tamquam exponendo ipsum , inquit Concilium Hispalense secundum c. 7. *In a- vinis litteris , præcipiente Domino , solus Aaron in tabernaculo erexit altare : solus ipse unxit , quia summus Dei sacerdos erat , sicut scriptum est de eo , Moyses & Aaron in sacerdotibus e- jus . Ideoque id , quod tamen facere principibus sacerdotiorum jussum est , quorum typum Moyses , & Aaron tenuerunt , presbyteri , qui filiorum Aaron gestant figuram , arripere non presumant , &c.* Hæc ibi . Per hoc ergo , quod a scriptura illa , Concilio exponente , Episcopi , velut principes decernuntur in sacerdotibus , idest inter alios sacerdotes , pluraque ipsis possunt , ut ibi in Concilio subiungitur , quæ brevita- tis causa tacentes innuimus per ly , &c. in- sinuantur scholasticis Theologis intime perscrutantibus , quod & Episcopi sunt perfectivi , idest sunt in statu perfectionis , & sacerdotes , seu sub illis tamquam principibus existentes , non sunt in statu perfectionis . Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S VII. 874

Utrum status religiosorum sit perfectior quam status prælatorum .

*Inf. quest. clxxxv. art. 8. cor. & qual. iii.
art. 17. cor. & opusc. xviii. cap. xvii.
xviii. & xix. & Matth. xix.*

AD septimum sic proceditur . Videlur quod status religiosorum sit perfectior quam status prælatorum . Dominus enim dicit Mat-

th. xix. 21. *Si vis perfectus esse , vade , ven- de omnia que habes , & da pauperibus : quod faciunt religiosi . Non autem ad hoc tenen- tur Episcopi : dicitur enim xii. (1) quest. i. (can. xlviij. Episcopi de rebus propriis , vel ac- quisitis , vel quidquid de proprio habent , here- dibus suis , si voluerint , derelinquant . Ergo religiosi sunt in perfectiori statu quam E- piscopi .*

2. Præterea . Perfectio principalius consistit in dilectione Dei quam in dilectione proximi . Sed status religiosorum directe ordinatur ad dilectionem Dei : unde & ex Dei servitio , & famulatu nominantur , ut Dionysius dicit vi. cap. eccl. Hierar. (ante med.) Status autem Episcoporum videtur ordinari ad dilectionem proximi , cuius curæ superintendunt unde & nominantur (2) , ut patet per Au- gustinum XIX. de civit. Dei (cap. xix. 2 med.) Ergo videtur quod status religiosorum sit perfectior quam status Episcoporum .

3. Præterea . Status religiosorum ordinatur ad vitam contemplativam , quæ potior est quam vita activa , ad quam ordinatur status Episcoporum : dicit enim Gregorius in Pa- stor. (part. i. cap. vii. ante med.) quod per vitam activam prodeffe proximis cupiens Iisaias , officium predicationis appetit ; per con- templativam vero Hieremias amori Conditoris sedulo inherere desiderans , ne mitti ad prædi- candum debeat , contradicit . Ergo videtur quod status religiosorum sit perfectior quam status Episcoporum .

Sed contra . Nulli licet a majori statu ad minorem transire : hoc enim esset retro aspi- cere . Sed potest aliquis a statu religionis transire ad statum episcopalem : dicitur enim xviii. quest. i. (cap. Statuum) quod sa- cra ordinatio de monacho Episcopum facit . Er- go status Episcoporum est perfectior quam status religiosorum .

Respondeo dicendum : quod , sicut Augu- stinus dicit XII. super Genel. (cap. xvi. 2 med.) *semper agens præstantius est passivo* (3) . In genere autem perfectionis secundum Dionysium (cap. v. & vi. coll. Hier.) Epi- sco-

(1) Supple Causa , c. Episcopi , ex Concilio Aga- thensi can. 48. Non ut prius perperam ad marginem Colonensis Editionis Causa 18. & ad marginem Du- senis cap. 19.

(2) Juxta significatum græci nominis *Erionotis* Est enim *exortis* idem quod intendere , cum parti- cula vero *eris* quem idem est ac super *erionotis* ; idem est ac *superintendere* , ut eo loco sic minutatum Au-

gustinus explicat , proindeque præmittit inde dudum hoc vocabulum quod ille qui præficitur , eis quibus præficitur superintendit , curam eorum scilicet gerens ; & paulo infra inde concludit quod Episcopum intel- ligere se non debet qui præesse cupiat non pro- dese .

(3) Non sic exprefit tamen , sed sic equivalenter tantum , quod semper agens est præstantius eo de quo ali.

scopi se habent ut perfectores , religiosi autem ut perfecti ; quorum unum pertinet ad actionem , alterum autem ad passionem . Unde manifestum est quod status perfectionis posterior est in Episcopis quam in religiosis .

Ad primum ergo dicendum , quod abrenuntiatio propriarum facultatum dupliciter considerari potest . Uno modo secundum quod est in actu : & sic in ea non consistit essentia perfectio , sed est quoddam perfectionis instrumentum , sicut supra dictum est (art. 3. hu. quæst.) Et ideo nihil prohibet statutum perfectionis esse sine abrenuntiacione propriorum ; sicut etiam dicendum est de aliis exterioribus observantiis . Alio modo potest considerari secundum præparationem , ut scilicet homo sit paratus , si fuerit opus , omnia dimittere , vel distribuere ; & hoc pertinet directe ad perfectionem . Unde Augustinus dicit in Lib. II. de Qq. Evangel. (quæst. xi. parum a princ.) *Ostendit Dominus filios sapientia intelligere , non in abstinentia , nec in manducando esse justitium , sed in aequalitate tolerandi inopiam .* Unde & Apostolus dicit (Philip. iv. 12.) *Scio & abundare , & penitentiam pati .* Ad hoc autem maxime tenentur Episcopi quoniam omnia sua pro honore Dei , & salute sui gregis contemnunt , cum opus fuerit , vel pauperibus sui gregis largiendo , vel rapinam bonorum suorum cum gaudio sustinendo .

Ad secundum dicendum , quod hoc ipsum quod Episcopi intendunt his quæ pertinent ad proximorum dilectionem , provenit ex abundantia dilectionis divinæ . Unde Dominus primo a Petro quæsivit an cum diligenter ; & postea ei sui gregis curam commisit : & Gregorius dicit in Pastorali (par. 1. cap. v. parum ante med.) *Si dilectionis testimonium est cura pastoralis , quisquis virtutibus pollens gem Dei renuit pacem , Pastorem summum convincitur non amare .* Hoc autem est majoris dilectionis signum ut homo propter amicum etiam alii serviat quam si sibi amico velit servire .

Ad tertium dicendum , quod , sicut Gregorius dicit in Pastorali (part. 11. cap. 1.) sit *Præful actione præcipiens , præ cunctis contemplatione suspenſus :* quia ad ipsos pertinet non solum propter seipſos , sed propter instructionem aliorum contemplari . Unde Gregorius dicit super Ezech. (hom. v. parum a med.) quod de perfectis viris post contemplationem suam redeuntibus dicitur Psal. cxliv. 7. (*) *Memoriam suavitatis tue erubebunt .*

APPENDIX.

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merita suisse a Scripturis , Canon. & ecclesiasticæ consuetudini iunctis insinuatum , quod status Episcoporum est perfectior , quam religiosorum . Ut per hoc quod dicitur Luc. 9. *Nemo mittens manum ad aratum , & respiciens retro , apertus est regno Dei .* Unde & ad non respiciendum retro adhortans nos ab exemplo Dominus dicit ibid. cap. 17. *Mores esto eorum uxoris Lorbi .* Quæ scilicet respiciens retro conversa est in statuam salis . Gen. 19. Salis , inquam , ut nos inde sapientiam hanc , scilicet numquam respiciendi retro , tamquam ab alterius poena edocti , eliciamus . His Scripturis junge tu can. decr. 18. qu. 1. c. un. ubi habetur , quod electio canonica monachum a jugo regulæ monasticæ absolvit , & sacra ordinatio de monacho episcopum facit . Eisdem quoque Scripturis junge ecclesiasticam consuetudinem , qua B. Gregorium vides de monacho factum Episcopum primum , B. Martinum , Basilium , Albertum Magnum , Antoninum , Bonaventuram , &c. a monachatu ad episcopatum evocatos . Ex his enim omnibus simul iunctis apertissime conspicies secundum judicium & scripturarum , & canonum , & Ecclesiaz , & Sanctorum (alias enim numquam transitum a monachismo ad episcopium in seipſis permisissent) relinqui prudentibus scholasticis concludendum indubie , quod episcoporum , seu prælatorum status

K k 2

tus

aliquid agit : Expressæ autem Philosophus lib. 3. de anima textu 19. quod *semper agens honorabilius est passivo* (τιμώτερον) quod idem est ac *præstantius* . Pro appendice porro Dionysii quæ subjungitur Exemplaria quedam perperam habent *Episcopos perfectiores* , ut & jam superius art. 5. argum . *Sed contra* , quia *perfectum* nempe Grammaticaster quidam ut *positivum* sibi finxit cui *perfectiorum* quasi comparativum existimat opponendum : Sed advertere saltem ad sequentia debuerat , ubi alterum passioni , alterum

actioni ascribit S. Thomas : *An perfectior vero significaret actionem , sicut perfector ?* Nec *perfectus* dicitur positive pro eo qui jam habet perfectionem , sed passive pro eo qui subditur perfectientis actioni , sive qui perficitur per solemnem professionem status in quo consequi eam poshit : *Quod expressius indicatur per græcam vocem τιμέσσους* prædicto loco jam notatam .

(*) *Vulgate :* *Memoriam abundantie suavitatis tue erubebunt .*

tus est perfectior, quam status religiosorum. Secundo vides : quomodo &c.

ARTICULUS VIII. 875

Uatum Presbyteri Curati, & Archidiaconi sine majoris perfectionis quam religiosi.

*Quol. I. art. 14. ad 2. & quol. IIII. art. 17.
Opusc. xviii. cap. xx. & xxi. &
Matib. xix.*

AD octavum sic proceditur. Videtur quod etiam presbyteri curati, & Archidiaconi sunt majoris perfectionis quam religiosi. Dicit enim Chrysostomus in suo Dial. (1) (seu Lib. VI. de sacerdot. cap. iv. implic. & cap. VII. in princ.) Si talem mibi aliquem adducas monachum, qualis, ut secundum exaggeras. ueniam dicam, Helias fuit; non tamen illi comparandus est qui traditus populis, & multorum peccata forre compulsus, immobilis perseverat, & fortis: & paulo post dicit (cap. VII. parum a princ.) Si quis mibi proponeret opinionem, ubi malem placere, in officio sacerdotali, an in solitudine monachorum, sine compensatione eligesem illud quod prius dixi: & in eodem libro (cap. v. in princ.) dicit: Si quis bene administrato sacerdotio, illius profici, scilicet monachalis, sudores conferat, tantum eos distare reperiet, quantum inter priuatum distat & Regem. Ergo videtur quod sacerdotes habentes curam animarum sunt perfectiores religiosi.

2. Præterea. Augustinus dicit in epist. ad Valer. (epist. xxi. al. cxlviii. in princ.) Cogite religiosa prudentia sua, nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore, difficultius, laboriosius, periculosius Episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio; sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator juber. Non ergo religiosi sunt perfectiores.

Etiores presbyteris, aut diaconibus.

3. Præterea. Augustinus dicit ad Aurel. (epist. ix. al. lxxvi. in med.) Nimis dolendum est, si ad tam ruinosam superbiam monachos surrigamus, & tam gravi contumelia clericos dignos patemus, ut scilicet dicatur, quod malus monachus bonus clericus est, cum aliquando etiam bonus monachus vix bonum clericum faciat: & paulo ante præmittrit (2), non esse viam dandam servis Dei, idest monachis, ut se faciliter possint eligi ad aliquid melius, scilicet clericatum, si facti fuerint deteriores, scilicet abjecto monachatu. Ergo videtur quod illi qui sunt in statu clericali, sunt perfectiores religiosi.

4. Præterea. Non licet de statu majori ad minorem transire. Sed de statu monastico transire licet ad officium presbyteri curam habentis, ut patet XVI. quæst. I. (cap. xxvi.) ex decreto Gelasii Papæ, qui dicit: Si quis monachus fuerit, qui venerabilis vita merito, sacerdotio dignus videatur, & Abbas, sub cuius imperio Regi Christo militat, illum fieri Presbyterum petierit, ab Episcopo debet eligi, & in loco quo judicaverit, ordinari. Et Hieronymus dicit ad Rusticum monachum (epist. iv. inter med. & fi.) Sic vive in monasterio ut clericus esse merearis. Ergo presbyteri curati, & Archidiaconi sunt perfectiores religiosi.

5. Præterea. Episcopi sunt in statu perfectiori quam religiosi, ut ex supra dictis patet (art. præc.) Sed presbyteri curati, & Archidiaconi ex eo quod habent curam animalium, similliores sunt Episcopis quam religiosi. Ergo sunt majoris perfectionis.

6. Præterea. Virtus consistit circa difficultate, & bonum, ut dicitur in II. Ethic. (cap. XII. cit. fi.) Sed difficultas est quod aliquis bene vivat in officio presbyteri curati, vel Archidiaconi, quam in statu religionis. Ergo presbyteri curati, vel Archidiaconi sunt perfectioris virtutis, quam religiosi.

Sed

(1) Sicut olim appellabantur libri qui de Sacerdotio inscribuntur: Habentur autem ista lib. 6. cap. 4. verbis tamen paulum immutatis, nec adhibita parenthesi Heliae, quamvis in eo libro ejus mentio fiat, sper aliam occasionem cum Moysi, quod nec Moyse nempe nec Heliae fiducia sufficiat ad peragendam legationem vel supplicationem quam Sacerdos ex officio pro civitate tota facit: Unde additamentum illud qualis Heliae &c. per amplificationem aliunde irreput &c.

(2) Juxta id quod ibidem præmittrit Augustinus: *Videlicet Clericorum indignissima sit injuria, inquit,*

si Desertores Monasteriorum ab militem Clericatus elegantur; cum ex iis qui in Monasterio permanent non tam nisi probatores atque meliores in Clericatum assumere soletur: Nisi forte sicut vulgares dicunt, Malus choraula bonus Symphoniacus est, ita tamen ipsi vulgares de nobis vocabuntur dicentes: Malus monachus bonus Clericus est: Tum deinde mox: Nimis dolendum &c. Choraula porro juxta grecum χορωντις est tibicen vel qui fistulis ludit: Symphoniacus juxta grecum συμφωνιας est Musicus vel Cantor: Hinc adagium illud ironicum.

Sed contra est quod dicitur xix. quest. 1. cap. Due: *Si quis in Ecclesia sua sub Episcopo populum retinet, ex seculariter vivit, si effatus Spiritu sancto in aliquo monasterio, vel regulari canonia (1) salvare se voluerit; quia deo privat. dicitur, nulla ratio exigis ut lege publica constringatur.* Sed non dicitur aliquis a lege Spiritus sancti, quaz ibi dicitur lex privata, nisi in aliquid perfectius. Ergo videatur quod religiosi sint perfectiores quam Archidiaconi, vel presbyteri curati.

Respondeo dicendum, quod comparatio supereminenter non habet locum inter aliquos ex ea parte in qua convenient, sed ex ea parte in qua differunt. In presbyteris autem curatis, & Archidiaconis tria est considerare, scilicet statum, ordinem, & officium. Ad statum pertinet quod seculares sint; ad ordinem, quod sint sacerdotes, vel diaconi; ad officium, quod curam animarum habeant sibi commissam. Si ergo ex alia parte ponamus (2) statum religiosum, ordine diaconum, vel sacerdotem, officio curam animarum habentem, sicut plerique monachii, & canonici regulares habent; in primo quidem excusat, in aliis autem par erit. Si autem differat secundus a primo statu, & officio, convenientiam autem ordine, sicut sunt religiosi sacerdotes, & diaconi curanti animarum non habentes; manifestum est quod secundus primo erit statu quidem excelleatior, (2) officio autem minor, ordine vero æqualis.

Est ergo considerandum, quaz præminentia potior sit, utrum status, vel officium: circa quod duo attendenda videntur, scilicet ho-

nitas, & difficultas. Si ergo fiat comparatio secundum bonitatem, sic præfertur status religionis officio presbyteri curati, vel Archidiaconi: quia religiosus totam vitam suam obligat ad perfectionis studium; presbyter autem curatus, vel Archidiaconus non obligat totam vitam suam ad curam animarum, sicut Episcopus; nec etiam ei competit principalem curam subdorum habere, sicut Episcopo; sed quædam particularia circa curam animarum eorum officio committuntur, ut ex dictis patet (art. 6. huius quest. ad 2.) Et ideo comparatio status religionis ad eorum officium est sicut universitas ad particolare, & sicut holocausti ad sacrificium, quod est minus holocausto, ut patet per Gregorium super Ezech. (hom. xx. post med.) Unde & xix. quest. 1. cap. 1. dicitur: *Clericis quoque monachorum propositum appetunt, quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab Episcopis in monasteriis oportet largiri ingressus.*

Sed hæc comparatio intelligenda est secundum genus operis: nam secundum caritatem operantis contingit quandoque quod opus ex genere suo minus exactens magis sit meritorium, scilicet si ex majori caritate fiat.

Si vero attendatur difficultas bene converandi in religione, & in officio habentis curam animarum; sic difficultas est bene conversari cum cura animarum propter exteriora pericula: quamvis conversatio religionis sit difficultior quantum ad ipsum genus operis propter aritudinem observantiaz regularis.

Si vero religiosus etiam ordine careat, sicut patet de conversis religionum; sic manifestum

(1) Pro regulari *Canonicatu*, sicut jam art. 6. indicavimus ad calcem. Abbreviate porro *Manuscripta* hoc ipso loco habet in *regulari Canonicis* (pro *canonia*) quod cum quispiam non caperet putavit sic mutandum ut in *Regula Canonicis* dici deberet. Sed in regula canonica differt a monasterio quod præmititur? cum & ibi regulam canonicam, idest ab Ecclesia probatam homines monastici profitsantur? Intelligenda ergo per *Canoniam regularem* eorum societas qui monasticam vitam proprie non exercent, usi a seculari Clerico aliquatenus differentem.

(2) *Ali. statu.*

(2) Hic *Ecclæsus*, hic periculum, hic anfractus: Carpit nimis S. Thomam impudens obtrectator quod hæc non ex propria mente sed per necessitatem quendam quasi statui suo indulgere coactus consenserit, & hinc solita philautia stolidæ sua valde complacet sibi quod in eam societatem (puta *Oratorium*) se dederit ubi libere sensa sua proferre quæque possit: Hanc heresis paucim suis debuit impietatem adjungere ut non doctrinam tantum tam an-

gelici viri velliearet, sed intentaret pietati crimen; quasi quod Apostolus vehementer fugillat, veritatem in insuffia detinuisse ex professo; vel quod unus est ex peccatis quæ in Spiritum sanctum cognoscuntur, impugnatur agnitionem veritatem. Quid enivero in his tam innocuis verbis reprehendendum loquuntur ejus tabula deprehendat? Majorem bonitatem Religiosos quoad statum tribuit S. Doctor, quia liberum illis pon est ab instituto resilire sicut Archidiaconi & Curatis. An id porro est horum conditioni ve dignitatem detrahatur? Majus virtutis indicium supra Religiosos in illis ipsis quantum ad officium, si eo recte ac legitime defungantur, agnoscit; An hoc porro est in eorum præjudicium religioso statui suo collusorice ad blandiri? Utrisque parem quoad ordinem dignitatem assignat, si sint utriusque Sacerdotes: An hoc porro est alterutrum vilificare characterem, vel materiam ullis conquerendi præbere? Oh censem non una plane satis gravi censura castigandum! Sed absit ut in ipsam cui se dedit societatem ista expatriatio refundatur.

fesum est excellere præminentiam ordinis quantum ad dignitatem : quia per sacrum ordinem aliquis deputatur ad dignissima ministeria , quibus ipsi Christo servitur in sacramento altaris ; ad quod requiritur major sanctitas interior quam requirat etiam religionis status : quia , sicut Dionysius dicit vi. cap. eccles. Hierar. (cir. med.) monasticus ordo debet sequi sacerdotales ordines , & ad eorum imitationem ad divina ascendere . Unde gravius peccat , ceteris paribus , clericus in sacris ordinibus constitutus , si aliquid contrarium sanctitati agat , quam aliquis religiosus qui non habet ordinem sacrum ; quamvis laicus religiosus teneatur ad obseruantias regulares , ad quas illi qui sunt in sacris ordinibus , non tenentur .

Ad primum ergo dicendum , quod ad illas autoritates Chrysostomi breviter responderi posset , quod non loquitur de sacerdote curato minoris ordinis , sed de Episcopo , qui dicitur summus Sacerdos : & hoc convenit intentioni illius libri , in quo consolatur se , & Basilium de hoc quod erant in Episcopos electi . Sed , hoc prætermisso , dicendum est quod loquitur quantum ad difficultatem . Præmittit enim (cap. vi. in fin.) Cum fuerit gubernator in mediis fructibus , & de tempestate navem liberare posuerit , tunc merito testimonium perfecti gubernatoris ab omnibus promeretur . Et post concludit , quod supra positum est (in arg.) de monacho , qui non comparandus est illi qui tradidit populis immobilitas perseverat . Et subdit cautam : quia sit in tranquillitate , ita in tempestate gubernavit seipsum . Ex quo nihil aliud ostendi potest , nisi quod periculosior est status habentis curam animarum , quam monachi : in majori autem periculo innocentem se servare , est majoris virtutis indicium . Sed hoc etiam ad magnitudinem virtutis pertinet quod aliquis vitet pericula religionem intrando : unde non dicit , quod mallet esse in officio sacerdotali quam in solitudine monachorum ; sed quod mallet placere in hoc quam in illo quia hoc est majoris virtutis argumentum .

Ad secundum dicendum , quod etiam illa

authoritas Augustini manifeste loquitur quantum ad difficultatem , quæ ostendit magnitudinem virtutis in his qui bene convervantur sicut dictum est (in solut. præced.)

Ad tertium dicendum , quod Augustinus ibi comparat monachos clericis quantum ad distantiam religionis , & secularis vite .

Ad quartum dicendum , quod illi qui a statu religionis assumuntur ad curam animarum , cum prius essent in sacris ordinibus constituti , assequuntur aliquid quod prius non habebant , scilicet officium curæ ; non autem deponunt quod prius habebant , scilicet religionis statum . Dicitur enim in Decretis xvi. (1) quæst. i. (cap. iii.) De monachis qui diu morantes in monasteriis , si postea ad clericatus ordinem pervenerint , statuimus non debere eos a priori proposito discedere . Sed presbyteri curati , vel Archidiaci , quando religionem ingrediuntur , curam deponunt , ut adipiscantur perfectiorem statum . Unde ex hoc ipso excellitia ex parte religionis ostenditur . In hoc autem quod religiosi laici assumuntur in clericatum , & ad sacros ordines , manifeste promoventur ad melius , sicut supra dictum est (in arg. 4.) (2) Et hoc ostenditur ex ipso modo loquendi , cum Hieronymus dicit : Sic in monasterio vive ut clericus esse mres sis .

Ad quintum dicendum , quod presbyteri curati , & Archidiaci sunt similiores Episcopis , quam religiosi , quantum ad aliquid scilicet quantum ad curam animarum , quam secundario habent ; sed quantum ad perpetuum obligationem , quæ requiriter ad statum perfectionis , similiores sunt Episcopis religiosi , ut ex supra dictis patet (art. 5. & 6. hu. quæst.)

Ad sextum dicendum , quod difficultas quæ est ex arduitate operis , addit ad perfectiōnem virtutis ; difficultas autem quæ provenit ex exterioribus impedimentis quandoque quidem diminuit perfectionem virtutis , puta cum aliquis non tantum virtutem amat , ut impedimenta virtutis declinare velit , secundum illud Apostoli I. ad Corinth. ix. 25. Omnis qui in agone contendit , ab omnibus se abstinet & quandoque vero est signum perfec-

tionis

(1) Supple Causa , capite De Monachis quod ex Innocentio I. ad Victricium epistola 2. prænotatur : Ex quo & Graianus infert quod Ecclesiis parochianis proficiendi non sunt .

(2) Per laicos Religiosos tamen intelligendo non secundum præsentem usum eos qui conversi Religionum appellantur , quia vix ad sacros ordines ii ad-

mitti solent , quamvis & admittantur quidam rarissimo privilegio ; sed eorum ordinum simplicium professos quibus non est annexus Clericatus & qui ex institutione sua nulli sacro ministerio deputantur : tales fuerant olim ii de quibus in Decretis tam sepe mentio est , ut inferius annotandum recurret .

Etioris virtutis, puta cum alicui ex in opinato, vel ex necessaria causa impedimenta virtutis occurront, propter quæ tamen a virtute non declinat. In statu autem religionis est major difficultas ex arduitate operum; sed in his qui in seculo vivunt qualitercumque, (1) est major difficultas ex impedimentis virtutis, quæ religiosi per omnia providevitaverunt.

APPENDIX.

EX art. habes primo; quomodo per rationem & directam, & irdirectam, (Hoc est, per dicta in corpore, & in solutionibus argumentorum) intelligas meritum insinuatum a Scripturis, Papa, & Concilio, quod religiosi sunt majoris perfectionis, quam presbyteri curati, & archidiaconi. A Papa Urbano quidem, ut 19. q. 2. ca. Due: secundum quod extenditur in argum. cont. A Concilio Tofetano autem sic: Clerici, qui monachorum propositum appetunt: quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab episcopis in monasteria largiri oportet ingressus. Hæc illud & recitantur 19. quest. 1. Ex hoc, cum monachus, ut sic, non dicat esse in ordinibus sacris (ut habes ex Beato Hieronymo in argum. 4.) intellige plenius concl. 3. quod scilicet ibi non sine prudentia magna dictum est ly quantum ad dignitatem: & non dictum est simpliciter quantum ad meliorem vitam, vel statum. A Scripturis vero: ut citatur in art. 7. append. Tuum est (ut alibi sapientus) recte adaptare omnia ad propositum. Secundo vides: quomodo &c.

QUESTIO CLXXXV.

De iis que pertinent ad statum Episcoporum

In octo articulos divisa,

DEinde considerandum est de his que pertinent ad statum Episcoporum: & cir-

ca hoc queruntur octo.

Primo, utrum liceat Episcopatum appetere.

Secundo, utrum liceat Episcopatum finaliter recusare.

Tertio, utrum oporteat ad Episcopatum eligere meliorem.

Quarto, utrum Episcopus possit ad religionem transire.

Quinto, utrum liceat ei corporaliter subditos suos deserere.

Sexto, utrum possit habere proprium.

Septimo, utrum peccet mortaliter bona ecclesiastica pauperibus non erogando.

Oclavo, utrum religiosi qui ad Episcopatum assumuntur, teneantur ad observantias regulares.

ARTICULUS I. 263

Utrum liceat Episcopatum appetere.

Quol. II. art. II. & quo. III. art. 9. cor. & quol. V. art. I. co. & quo. XII. art. 18. & opusc. XVIII. cap. XIX. & I. Tim. III.

AD primum sic proceditur. Videtur quod liceat Episcopatum appetere. Dicit enim Apostolus I. ad Timoth. III. 1. *Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Sed licitum est, & laudabile bonum opus desiderare. Ergo etiam laudabile est desiderare Episcopatum.

2. Præterea. Status Episcoporum est perfectior quam religiosorum status, ut supra habitum est (2) (quæst. præc. art. 7.) Sed laudabile est quod aliquis desideret ad statum religionis transire. Ergo etiam laudabile est quod aliquis appetat ad Episcopatum promoveri.

3. Præterea. Proverb. XI. 26. dicitur: *Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentium.* Sed ille qui est idoneus & vita, & scientia ad Episcopatum, videtur frumenta spiritualia abscon-

(1) Idest, sive laicam vitam agant, sive ad clericalem deputati sint: Non enim illud qualitercumque ita extendi late debet ut eos comprehendat qui in seculo licentiosam vitam & inhonestam conjectantur: De quibus mirum non est ut sit in eis major difficultas virtutis quam in eis qui propter vitam religiosam a seculari vita recesserunt: Sed intelligi de

illis tantum potest qui secundum virtutem in seculo vivere student & in eo impedimenta multa experientur, &c.

(2) Supponendo hanc propositionem ut sit planior argumenti series, quod ad perfectionem promoveri desiderare sit laudabile.

abscondere , (1) si se ab Episcopatu subtrahat ; per hoc autem quod Episcopatum accipit , ponitur in statu frumenta spiritualia dispensandi . Ergo videtur quod laudabile sit Episcopatum appetere ; & vituperabile ipsum refugere .

4. Prætegra . Facta Sanctorum , quæ in sacra Scriptura narrantur , nobis proponuntur in exemplum , secundum illud ad Rom . xv .

4. Quæcumque scripta sunt , ad nostram doctrinam scripta sunt . Sed legitur Isa . vi . quod Isaías se obtulit ad officium prædicationis : quod præcipue competit Episcopis . Ergo videtur quod appetere Episcopatum sit laudabile .

Sed contra est quod Augustinus dicit XIX . de civit . Dei (cap . xix . a med .) Locus superior , sine quo populus regi non potest , et si sita administretur ut decet , tam non indecens appetitur . (2)

Respondeo dicendum , quod in Episcopatu tria possunt considerari . Quorum unum est principale , & finale ; scilicet episcopal operatio , per quam utilitati proxinorum intenditur , secundum illud Joan . ult . 19 . Passer oves meas . Aliud autem est altitudo gradus , quia Episcopus super alios constitutus secundum illud Matth . xxiv . 45 . Fidelis servus , & prudens , quem constituit Dominus super familiam suam . Tertium autem est , quod con sequenter se habet ad ista , scilicet reverentia , & honor , & sufficientia temporalium , secundum illud I . ad Tim . v . 17 . Qui bene presunt presbyteri , duplice honore digni habeantur . Appetere ergo Episcopatum ratione hujusmodi circumstantium bonorum , manifestum est quod est illicitum , & pertinet ad cupiditatem , vel ambitionem . Unde contra Phariszos . Dominus dicit Matth . xxiiii . 6 . Amant primos re cubitus in caenis , & primas cathedras in synagogis , & salutationes in foro , & vocari ab omnibus Rabbi .

(1) De quibus locum illum Proverbiorum explicat Beda , dicens quod qui sancta predicationis apud sermona resiner , maledicuntur in populis ; quia in solius culpa silentii pro multorum quos corrigerem potuisse pena damnatur &c. Sed hoc ipsum ex Gregorio mutatus est lib . de cura pastorali , parte 3 . admonit . 26 .

(2) Quod per supericrem porro locum episcopatum intelligat & eum solum nominatim , patet ex iis quæ ibi præmittuntur & superius notata sunt ad Episcopi nomen explicandum . Hinc Sanctorum quorundam inculcate commendatio & laus quod oblatum episcopatum recipi sare , vel cum penitus detrectare non possent , segerem illum ac repugnantes iniuriant : Sic Cyprianus epist . 52 . sen lib . 4 . epistolarum epistola

Quantum autem ad secundum , scilicet ad celstudinem gradus , appetere Episcopatum est præsumptuosum . Unde Dominus arguit discipulos Matth . xx . 25 . primatum querentes , dicens : Scitis quia principes gentium dominantur eorum : ubi Chrysostomus (hom . lxvi . in Matth . a med .) dicit , quod „ per hoc ostendit quod gentile est pri- „ matus cupere ; & sic gentium comparatio- „ ne eorum animam astuantem convertit . “ Sed appetere proximis prodeesse , est secundum se laudabile , & virtuosum . Verum quia , prout est episcopalis actus , habet annexam gradus celstudinem , præsumptuosum videtur quod aliquis præesse appetat ad hoc quod subditis prohiit , nisi manifesta necessitate imminente ; sicut Gregorius dicit in Pastor . (part . 1 . cap . viii . cir . med .) quod tunc laudabile erat Episcopatum querere , quando per hunc quemquam dubium non erat ad supplicia graviora pervenire : (unde non de facili inveniebatur qui hoc onus assumeret ;) præsertim cum aliquis caritatis zelo divinitus ad hoc incitatur ; sicut Gregorius dicit in Pastor . (part . 1 . cap . vii . ante med .) quod Iudas prodeesse proximis cupiens , laudabiliter officium prædicationis appetit .

Potest tamen absque præsumptione qualibet appetere talia opera facere , si eum contingat in tali officio esse , vel etiam se esse dignum ad talia opera exequenda ; ita quod opus bonum cadat sub desiderio , non autem primatus dignitatis . Unde Chrysostomus (3) (aliud Author) dicit super Matth . (hom . xxxv . in oper . imperf . aliquant . a med .) Opus quidem desiderare bonum , bonum est ; primatum autem bonoris concupiscere , vanitas est . Primatus enim fugientem se desiderat , desiderantem se borret .

Ad primum ergo dicendum , quod , sicut Gregorius dicit in Past . (part . 1 . cap . viii .)

2. de Cornelio Papa : Episcopatum ipsum nec postulavit , nec voluit nec ut ceteri quos arrogantis de superbie tumor inflat , invaserit ; sed quietus & modestus & quales esse consueverunt qui ad hunc locum divinitus religerantur , pro pudore virginalis conscientia ac pro humilitate ingenitae fibi & custodire reverendie non vim fecit ut Episcopus fieret , sed ipsi vim passus est ut episcopatum coactus acciperet : Sic Idorus Pelusiota lib . 2 . epist . 12 . de Hierace Presbytero : Veluti metuens fugit episcopatum ut gravissimum morbum &c.

(3) Non verus quidem sicut supra , sed suppositius author imperfecti operis in Matthæum , ut hom . 35 . videtur est .

illo tempore hoc dixit Apostolus quo ille qui ploribus precerat, primus ad martyrii tormenta ducebatur: & sic nihil aliud erat quod in Episcopatu appeti posset, nisi bonum opus. Unde Augustinus dicit XIX. de civ. Dei (cap. xix. a med.) (1) quod Apostolus dicens, *Qui Episcopatum desideras, bonum opus desideras, exponere voluis quid sit Episcopus, quia nomen operis est, non honoris: Græcum est enim: epi (ἐπί) quippe super, scopos (σκοτώς) vero intentio est. Ergo ita vocat, si velimus, latine superintendere possimus dicere, ut intelligat, non se esse Episcopum qui præcessit dilexerit, non prodeesse. In actione enim (ut parum ante præmittit) non amandus est honor in hac vita, sive potentia, quoniam omnia vana sunt sub Sole; (2) sed opus ipsum, quod per eundem honorem, vel potentiam sit. Et tamen, ut Gregorius dicit in Pastor. (loc. cit.) Apostolus laudans desiderium, scilicet boni operis, in pavorem veritatis protinus quod laudavit, cum subiungit: Oportet autem Episcopum irreprehensibilem esse, quasi dicat: Laudo quod queritis; sed prius discite quid queratis. (3)*

Ad secundum, dicendum, quod non est eadem ratio de statu religionis, & de statu episcopali, propter duo. Primo quidem quia ad statum episcopalem præexigitur vita perfectio; ut patet per hoc quod Dominus a Petro quæsivit, si plus eum ceteris diligeret, antequam ei committeret pastorale officium: sed ad statum religionis non præexigitur perfectio, sed est via in perfectionem: unde & Dominus Matth. xix. non dixit, *Si es perfectus, vade, vende omnia que habes, sed, Si vis perfectus esse.* Et hujus differentia ratio est, quia secundum Dionysium (cap. v. eccl. Hierar. cir. med.) perfectio pertinet active ad Episcopum sicut ad perfectorem, (4) ad monachum autem passive sicut ad per-

Summ. S.Th. Tom. IX,

fectum. Requiritur autem quod sit perfectus aliquis, ad hoc quod possit alios ad perfectionem adducere: quod non præexigitur ab eo qui debet ad perfectionem adduci. Est autem præsumptuosum quod aliquis perfectum se reputet, non autem quod aliquis ad perfectionem tendat. Secundo quia ille qui statum religionis assumit, se aliis subjicit ad spiritualia capienda; & hoc cuilibet licet. Unde Augustinus XIX. de civitate Dei (cap. xix. a med.) dicit: *A studio cognoscende veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabilem otium pertinet.* Sed ille qui transit ad statum episcopalem, sublimatur ad hoc quod aliis provideat; & hanc sublimationem nullus debet sibi assumere, secundum illud ad Hebr. v. *Neque quisquam sumit sibi bonorem, sed qui vocatur a Deo:* & Chrysostomus (alias Author) dicit super Matth. (hom. xxv. in op. imperf. inter med. & fin.) (5) *Primum Ecclesiæ concupiscere neque justum est, neque utile. Quis enim sapiens vult ultero se subiungere servituti, & periculo tali, ut det rationem pro omni Ecclesiæ? nisi forte qui non timet Dei iudicium, abutens primatum ecclesiastico seculariter, ut scilicet convertat ipsum in secularē.*

Ad tertium dicendum, quod dispensatio spiritualium frumentorum non est facienda secundum arbitrium cuiuslibet, sed principaliiter quidem secundum arbitrium, & dispositionem Dei, secundario autem secundum arbitrium superiorum prælatorum; ex quorum persona dicitur I. ad Corinth. iv. 1. *Sic nos existimes homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Et ideo non intelligitur ille abscondere frumenta spiritualia cui non competit ex officio, nec ei a superiori injungitur, si ab aliorum correctione, aut gubernatione desistat; sed solum tunc intelligi-

L I tur

(1) Ex quo jam superius ad calcem hæc retulimus qu. 184 art. 6. cum obiter in ipso textu indicata sunt quod sensum non quoad verba, & implicite tantum non explicite.

(2) Alludens ad illud Salomonis Ecclesiastæ I. vers. 14. *Vidi cuncta que sunt sub Sole, & ecclesia universa vanitas.*

(3) Et causam reddit: *ne dum vosmetipso meritis negigeris, tanto fædior vestra reprehensibilitas appareat quanto & a cunctis conspicitur in honoris arce festinatis;* melius quam festinat ut ad marginem ibi annotatur quasi ad reprehensibilitatem referendo.

(4) Jam bis antea notavimus Grammaticalii cuiuspiam soliditatem qui nec vocem nec sensum intelligens pro perfectore. tum. ibi tum hic ponit perfectorem, quasi declinare doceret; Sed active per-

fectionem ad Episcopum pertinere, ut hic, est ne ad illum pertinere velut perfectorem, non velut perfectorem?

(5) Ubi paulo plenius versus finem occasione Disciplorum sessionem ad Christi dextram & sinistram ambientum: *Secularem quidem primatum desiderare (inquit) estis ratio non est, tamen causa est, quod tametsi justum non est, utile nihilominus est: Primatum autem ecclesiasticum concupiscere neque ratio est neque causa, quia neque justum est neque utile: Quis enim sapiens ultero se subiungere fastinas servituti, labori, dolori, & (quod magis est) periculo tali us det rationem pro omni Ecclesiæ apud justum Judicem, nisi forte qui non credit iudicium Dei nec timet, ut abutens primatum ecclesiastico seculariter convertat ipsum in secularē.*

tur abscondere , si dispensationem negligat , cum ei ex officio incumbit ; vel si officium , cum ei injungitur , pertinaciter recipere remuat . Unde Augustinus dicit XIX. de civitate Dei (cap. xix. cir. fin.) Osium sanctum quoniam caritas veritatis ; negotium justum suscipit necessarias caritatem : quam sarcinam si nullus imponit , percipienda , atque intuenda vacandum est veritati ; si autem imponitur , suscipienda est proper caritatis necessitatem .

Ad quantum dicendum , quod , sicut Gregorius dicit in Pastorali (par. i. cap. vii. a med.) Isaías , qui mitti voluit , ante se per altaris calculum purgatum vidit , ne non purgatus adire quisque sacra ministeria audeat . Quia ergo valde difficile est purgatum se quemlibet posse cognoscere , predicationis officium tuus declinas .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito a scripturis , Augustino , & exemplis suis insinuatum : quod illicitum est appetere episcopatum . A S. Augustino quidem : ut in arg. contr. A Scripturis vero , ut Hebr. 5. Nec quisquam sumit sibi honorem : sed qui vocatur a Deo , tamquam Aaron . Nota ly sumit , scilicet nec per appetitum ipsius honoris . Ab exemplis autem Sanctorum , ut per hoc , quod SS. Gregor. Ambr. Thomas de Aquino , Martinus , Antoninus , & similes gradum episcopatus fugerunt (ut in ipsorum vitis communiter legitur .) Cum enim Sancti , utpote præcipui filii Dei spiritu Dei agantur , Rom. 8. facto suo illo nobili abundantius declaraverunt , quod spiritu diaboli , puta cupiditatis , ambitionis , presumptionis , injustitiae , vel insipientiae ,

aguntur illi , qui episcopatum desiderant . Vide conclus. i. 2. & in ad 2. in fin. Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 877

Utrum liceat Episcopatum injunctum omnino recusare .

Quod. V. art. 22.

AD secundum sic proceditur . Videtur quod liceat Episcopatum injunctum omnino recusare . Ut enim Gregorius dicit in Pastor. (par. i. cap. vii. paulo a princ.) per activam vitam prodeesse proximis cupiens Isaías , officium predicationis appetit ; per contemplativam vero Hieremias amori Conditoris sedulo inhærente desiderans , ne mitti ad prædicandum debeat , contradicit (1) . Nullus autem peccat si meliora nolit deferere , ut minus bonis inhæreat . Cum ergo amor Dei præmirent dilectioni proximi , & vita contemplativa præferatur vita activa , ut ex supradictis patet (quæst. xxv. art. 1. & quæst. xxvi. art. 2. & quæst. clxxxiii. art. 1.) videtur quod non peccat ille qui omnino Episcopatum recusat .

2. Præterea . Sicut Gregorius dicit (in Pastorali par. i. cap. vii. a [med.]) valde difficile est ut aliquis se purgatum possit cognoscere : nec debet aliquis non purgatus sacra (2) ministeria adire . Si ergo aliquis non sentiat se esse purgatum , quantumcumque sibi episcopale injungatur officium , non debet illud suscipere .

3. Præterea . De B. Marco Hieronymus dicit in prologo super Marcum - (versus fin.) (3) quod amputasse sibi post fidem pollicem dicuntur , ut sacerdotio reprobis haberetur . Similiter

(1) Quamvis aliam causam reddit cap. i. Ecce nos loqui : quia puer sum &c.

(2) Sic reponendum ex Gregorii textu hic & supra : non mysteria sicut prius .

(3) Sic equidem Prologus qui sub nomine Hieronymi Glosæ ordinaria prefixus est ; subjungens tamen quod factò illo non obstante tantum conscientia fidei prædestinata potuit electio ut nec sic in opere verbi perderet quod prius aueruerat in genere : Nam Alexandria Episcopus fuis : Quod & Lyranus quasi verum supponens commentatur ibidem quod ex humilitate seculo indignum reputabat , & ideo reformidabat ascendere tantum gradum : Tum deinde quod divina ordinatio qua ita potens est ut ei nullus possit resistere , conscientia fidei idest condescendens devotioni fiducium quod eum Episcopum habere desiderabat , se-

cit aliter , ipsum promovendo , licet ex humilitate refugeres : Ideoque subditur , ut nec sic in opere verbi perderet , idest in predicatione quo opus Episcopum est , quod aueruerat in genere , quia erat de tribu Levi ad quam Sacerdotium pertinebat . Postremo addit quod Episcopus Alexandria fecit non obstante quod amputasset sibi pollicem : Non enim dicuntur quod amputaveris sibi totum pollicem , sed foras aliquam partem per quam non impediabatur a congregando : Sed hæc omnia ex hypothesi facti omnino fabulosi ; quia nec Hieronymi Prologus est , qui ei commentitie tribuitur , nec factum illud Marcus Evangelista , sed alius Anachoreta fecisse manatur ut Baronius ad annum Christi 45. num. 44. notat : Quidni porro potuit aque singi quod ei elecio divina totum pollicem amputatum restitueret ,

ter alqui votum emittunt ut numquam Episcopatum accipiant. Sed ejusdem rationis est ponere impedimentum ad aliquid, & omnino recusare illud. Ergo videtur quod absque peccato possit aliquis omnino Episcopatum recusare.

Sed contra est quod Augustinus dicit ad Eudoxium (ep. xlvi. al. lxxxi. ante med.) *Si quam operam vestram mater Ecclesia defideraverit, nec elatione avida suscipiatis, nec blandiente desidia respuatis.* Postea subdit: *Nec que orum vestrum necessitatibus Ecclesia preponatis: cui parturienti si nulli boni ministrare vellent, quomodo nasceremini non inveniretis.*

Respondeo dicendum, quod in assumptione Episcopatus duo sunt consideranda: primo quidem quid deceat hominem appetere secundum propriam voluntatem; secundo quid hominem deceat facere ad voluntatem alterius. Quantum ergo ad propriam voluntatem, convenit homini principaliter insisterre propriæ saluti: Sed quod aliorum saluti intendat, hoc convenit homini ex dispositione alterius potestatem habentis, ut ex supra dictis patet (art. præc. ad 3.) Unde sicut ad inordinationem voluntatis pertinet quod aliquis proprio motu feratur in hoc quod aliorum gubernacioni præficiatur; ita etiam ad inordinationem voluntatis pertinet quod aliquis omnino contra superioris injunctionem, prædictum gubernacionis officium finaliter recusat, propter duo.

Primo quidem quia hoc repugnat caritati proximorum, quoram utilitati se aliquis debet exponere pro loco, & tempore. Unde Augustinus XIX. de civ. Dei dicit (cap. xix. cir. fin.) quod *negotium justum suscipit necessitas caritatis.* Secundo quia hoc repugnat humilitati; per quam aliquis superiorum mandatis se subjicit. Unde Gregorius dicit in Past. (par. 1. cap. vi.) *Tunc ante Dei oculos vera est humilitas, cum ad respondendum hoc quod utiliter subire præcipitur, pertinax non est.*

Ad primum ergo dicendum, quod quamvis simpliciter & absolute loquendo, vita contemplativa potior sit quam activa, & amor Dei quam dilectio proximi; tamen ex

alia parte bonum multitudinis preferendum est bono unius. Unde Augustinus dicit in verbis præmissis: *Neque otium vestram necessitatibus Ecclesia preponatis: præsertim quia & hoc ipsum ad dilectionem Dei pertinet quod aliquis ovibus Christi curam pastoralem impendat.* Unde super illud Joan. ult. *Pesca overs meas,* dicit Augustinus (tract. cxxii. 1. cir. med.) „*Sit amoris officium pascere dominicum gregem, sicut fuit timoris indicium negare pastorem.*“ Similiter etiam prælati non sic transferuntur ad vitam activam ut contemplativam deserant: unde Augustinus dicit XIX. de civ. Dei (cap. xix. in fin.) quod *si imponatur sarcina pastoralis officii, nec sic deserenda est doleclatio veritatis, quæ scilicet in contemplatione habetur.*

Ad secundum dicendum, quod nullus tenetur obedire prælati ad aliquid illicitum, sicut patet ex his quæ supra dicta sunt de obedientia (quæst. civ. art. 5.) Potest ergo contingere quod ille cui injungitur prælationis officium, in se aliquid sentiat, propter quod non licet ei prælationem accipere. Hoc autem impedimentum quandoque quidem removeri potest per ipsummet cui pastoralis cura injungitur; puta si habeat peccandi propositum, quod potest deserere: & propter hoc non excusatur quin finaliter teneatur obedire prælati injungenti. Quandoque vero impedimentum ex quo fit ei illicitum pastorale officium, non potest ipse removere, sed prælaus qui injungit; puta si fit irregularis, vel excommunicatus: & func debet defectum suum prælati injungenti ostendere: qui si impedimentum removere voluerit, tenetur humiliiter obedire. Unde Exod. iv. 10. cum Moyses dixisset, *Obsecro, Domine, non sum eloquens ab heri, & nudi sertius, Dominus respondit ad eum: Ego ero in ore tuo, doceboque te quid loquaris.* Quandoque vero non potest removendi impedimentum nec per injungentem, nec per eum cui injungitur; sicut si Archiepiscopus non possit super irregularitate dispensare: unde subditus non tenetur ei obedire ad suscipiendum Episcopatum (1), vel etiam sacros or-

L 1 2 di-

ut episcopatu aptior esset? Nec vero tale quidquam Prædicatorum Rituale anno 1254. exaratum tempore S. Thomæ, sed simpliciter quod *Episcopus factus Alexandrinam fundavit Ecclesiam sine amputati pollicis mentione.*

(1) Hinc patet quod ad episcopatum suscipiendum

non solum potest Summus Pontifex compellere aliquem cum sic postulat necessitas pro Ecclesia bono, sed Archiepiscopus quoque ac multo magis Primas juxta veterem usum quo in qualibet diœcesi eligi Episcopi solebant & ab Archiepiscopo vel a Primate confirmari. Sic enim in Decretis distinct. 64. cap. Epi-

dines, si sit irregularis.

Ad tertium dicendum, quod accipere Episcopatum non est de se necessarium ad salutem, sed fit necessarium ex superioris precepto. His autem quæ sic sunt necessaria ad salutem, potest aliquis impedimentum liceat apponere, antequam fiat præceptum: alioquin non licet alicui transire ad secundas nuptias, ne per hoc impeditur a susceptione Episcopatus, vel sacri ordinis. Non autem hoc licet in his quæ per se sunt de necessitate salutis. Unde B. Marcus non contra præceptum egit, sibi digitum amputando; quamvis eum credibile sit hoc ex instinctu Spiritus sancti fecisse, sine quo non licet alicui sibi manum injicere. Qui autem votum emitit de non suscipiendo Episcopatum, si per hoc intendat se obligare ad hoc quod nec per obedientiam superioris prælati accipiat, illicite votet; si autem intendit ad hoc se obligare ut, quantum est de se, Episcopatum non querat, nec suscipiat, nisi imminentia necessitate, licitum est votum, quia votet se futurum id quod hominem facere decet.

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationes ostendas, merito insinuatum a scripturis, August. & sanctorum exemplis: quod non licet episcopatum injunctum omnino recusare. **A**D. Aug. quidem, ut in arg. cont. A sanctorum autem exemplis per hoc, quod illi, qui episcopatum, quantum cum Deo potuerunt, fugerunt, eum tandem conscientia moti ad mandatum superioris acceptarunt, ut patet in vitis BB. Greg. Ambrosii, Antonini, Alberti Magni. De quorum uno, quasi in persona similium, cantat ecclesia: *B. Antoninus ad presulatum, quasi ad cruciatum, raptus, doctrina, & moribus gregem suum pavuit.* A scripturis vero per hoc, quod &

Hieremias c. 1. & deinceps post renitentiam, quantum de se fuit, factam per ly Ab, Ab, Ab, Domine Deus, Nescio loqui, quis puer ego sum, acceptavit finaliter officium, quod sibi mandabatur, ac fideliter executus est: & Moyse ab Exod. 4. & deinceps, simile quid recusans per ly obsecro, Domine, non sum eloquens ab heri, & nudus teritus, obedivit finaliter, & devote injunctum sibi officium adimplevit. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 878

Utrum oporteat eum qui ad Episcopatum assumitur, esse ceteris meliorem.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod oporteat eum qui ad Episcopatum assumitur, esse ceteris meliorem. Dominus enim Petrum, cui commissurus erat pastorale officium, examinavit, si se diligenter plus ceteris. Sed ex hoc aliquis melior est quod Deum plus diligit. Ergo videtur quod ad Episcopatum non sit assumendus nisi ille qui est ceteris melior.

2. Præterea. Symmachus Papa dicit (cap. Vilissimus 1. quæst. 1.) *Vilissimus computardus est, nisi scientia, & sanitatem præcellat qui est dignitate præstantior.* Sed ille qui præcellit scientia, & sanitatem, est melior. Ergo non debet aliquis ad Episcopatum assumi, nisi sit ceteris melior.

3. Præterea. In quolibet genere minora per majora reguntur, sicut corporalia reguntur per spiritualia, & inferiora copora per superiora, ut Augustinus dicit in III. de Trinit. (cap. iv.) Sed Episcopus assumitur ad regnum aliorum. Ergo debet esse ceteris melior.

Sed contra est quod Decretalis (1) dicit (cap.

Episcopi ex primo Concilio Niceno can. 4. Episcopi ab omnibus qui sunt in Provincia sua debent ordinari: Si vero difficile fuerit, certe tres Episcopi debent in unum congregari, ita ut etiam ceterorum qui absentes sunt consensum in litteris teneant & ita faciant ordinationem. Potestas sane vel confirmatione pertinebit per singulas provincias ad Metropolitum Episcopum.

(1) Ex Decretali *Cum in cunctis lib. 1. tit. 6. cap. 7.* prius indicabatur ad marginem: Sed ibi solum quantum ad Episcopum statuitur, ex Alexandro III. in Concilio Lateranensi ut nullus eligatur nisi qui

vita & scientia commendabilis demonstretur: Quod ad inferiora vero ministeria (ut puta Decanatum, Archidiaconatum, & alia que curam animarum habent annexa) nullus ea omnino suscipiat, sed nec parochialis Ecclesie regimenter, nisi qui scientia & moribus commendandus existat: Quidni vero potius ex eodem titulo de electione capite *Cum dilectus indicatum est?* Ubi Archidiaconum quendam qui fuerat in Episcopum Morinensem electus non obstante querundam reclamacione quod plures essent in eadem Ecclesia digniores Innocentius III. ratum habet, ac opposentes per centuram ecclesiasticam compelci iubet

(cap. Cum dilectus de electione &c.) quod sufficit eligere bonum, neque oportet eligere meliorem.

Respondeo dicendum, quod circa assumptionem alicujus ad Episcopatum aliquid considerandum est ex parte ejus qui assumitur, & aliquid ex parte ejus qui assumit. Ex parte enim ejus qui assumit vel eligendo, vel providendo, requiritur quod talem eligat qui fideliter divina mysteria dispenset: quæ quidem dispensari debent ad utilitatem Ecclesiæ secundum illud I. Corinth. xiv. 12. Ad edificationem Ecclesiæ queris ut abundetis. Non autem divina ministeria hominibus committuntur propter eorum remunerationem, quam expectare debent in futuro. Et ideo ille qui debet aliquem eligere in Episcopum, vel de eo providere, non tenetur assumere meliorem simpliciter, quod est secundum caritatem, sed meliorem quoad regimen Ecclesiæ, qui scilicet possit Ecclesiæ & instruere, & defendere, & pacifice gubernare. Unde contra quosdam Hieronymus dicit (sup. illud cap. 1. ad Tit. Et constitutas per civit. &c.) quod quidam non querunt eos in Ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscunt Ecclesiæ prodest; sed quos plus ipsi amant, vel quorum sunt obsequis deliniti, vel dediti, vel pro quibus marorum quispiam rogarerit, &c., ut deteriora sacrae, qui ut clerici fuerint, muncribus imperarent.

Hoc autem pertinet ad acceptiōnem personarū, quæ in talibus est grave peccatum. Unde super illud Jacobi 11. Fratres mei, nolite in personarū acceptiōne &c. dicit Glossa Augustini (ord. epist. clvii. al. xxix. ad Hieron. inter med. & fin.) " Si hanc di-
,, stantiam sedendi, vel standi ad honores
,, ecclesiasticos referamus, non est putandum,
,, leve esse peccatum in personarū acceptio-
,, ne habere fidem Domini gloriæ. Quis e-
,, nim ferat, eligi divitem ad sedem honoris
,, Ecclesiæ, contemptu paupere instructiore,
,, & sanctiore? "

bet quia nihil opponebatur contra illum quod impedit ne videretur esse dignus. Nec obstat illud ex Decretis Causa 8. qu. 1. cap. Licit ex Origene homil. 6. in Leviticum, quod regurrit in ordinando Sacerdote presentia populi, ut sciāt omnes & certi sint quia qui prestantior est ex omni populo qui do-
ctor, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille ad Sacerdotium eligitur: Non enim propterea si gnificatur hoc ad electionis validitatem sed ad con-
gruentiam necessarium esse: Vel sensus est quod ad conscientiam liberandam debeat unusquisque quem digniorem novit eligere, licet quantum ad forum exteriū de contradici electioni possit eligere quali-

Ex parte autem ejus qui assumitur, non requiritur quod reputet se aliis meliorem: hoc enim esset superbum, & præsumptuosum; sed sufficit quod nihil in se inveniat per quod illicitum ei reddatur assumere prælationis officium. Unde licet Petrus interrogatus esset, an Dominum plus ceteris diligenter, in sua responsione non se prætulit ceteris, sed sim-
pliciter respondit, quod Christum amaret.

Ad primum ergo dicendum, quod Dominus in Petro sciebat ex suo munere esse idoneitatem, etiam quantum ad alia, gubernandi Ecclesiæ: & ideo eum de ampliori dilectione examinavit; ad ostendendum quod ubi alias invenitur homo idoneus ad Ecclesiæ regimētum, præcipue attendi debet in ipso eminentia divina dilectionis.

Ad secundum dicendum, quod authoritas illa est intelligenda quantum ad studium illius qui in dignitate constitutus est: debet enim ad hoc intendere, ut talem se exhibeat ut ceteros & scientia, & sanctitate præcel-
lat. Unde Gregorius dicit in Pastorali (par. 11. cap. 1.) Tantum debet actionem populi actio transcendere præfusis, quantum distare scellet a grege vita pastoris. Non autem ei imputandum est, si ante prælationem excellētior non fuit, ut ex hoc debeat vilissimus reputari.

Ad tertium dicendum, quod, sicut dicitur I. ad Corinth. xii. 4. divisiones gratiarum, & ministracionum, & operationum sunt. Unode nihil prohibet aliquem esse magis idoneum ad officium regiminis, qui tamen non excellit in gratia sanctitatis. Secus autem est in regimētū naturalis ordinis, in quo id quod est superioris ordine naturæ, ex hoc ipso habet maiorem idoneitatem ad hoc quod inferiora disponat.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per ratio-
nem & ostendas, & in sensu recto intel-
ligas

tercumque dignum sufficiat; sicut jam supra qu. 63. art. 1. explicatum est ad 2. Quam sit necessarium autem propter conscientiam non solum bonum bonus quo-
vis modo vel dignum eligere sed meliorem vel di-
gniorem saltem per comparationem ad Ecclesiæ stu-
tum ad hoc ut utilius administretur (quod hic solum
intendit S Thomas) insinuat & inculcat vehementer
in Concilio Tridentino Sess. 24. de reformatione cap. 1.
ubi omnes hortatur & singulos qui ad promotionem
præficiendorum operam suam præstant, ut memine-
rint eos alienis peccatis communicantes mortaliter
peccare nisi quos digniores & Ecclesiæ magis usiles
judicaverint, diligenter præfici curentes &c.

ligas, merito suis insinuatum a Scripturis, & Decretali: quod non oportet eligendum ad episcopatum esse ceteris meliorem. A Decretali quidem: ut in arg. cont. Quam ex conclusione prima edocitus intellige; ut ibi. Ac si dixisset. Sufficit eligere meliorem secundum quid, qui respectu simpliciter melioris dicitur bonus: neque oportet eligere meliorem simpliciter: ita, quod, secundum decretalem, non sufficit in conscientia eligere bonum absolute ad regimen; sed bonum comparative, idest, meliorem ad regimen. Quid autem sit melior simpliciter, & quid sit melior secundum quid, patet ibidem: quod scilicet in majori caritate existens dicitur melior simpliciter, & magis ad regiminis officium idoneus dicitur melior secundum quid. A Scripturis vero per hoc, quod dicitur Moysi a Deo Numer. 11. Congrega de senioribus, quos tu nosti, quod senes populi sint, ac magistri, &c. ut sustentent onus secum. Clarum est, quod nullus potest certitudinaliter nosse de se, & multo minus de alio, quod sit in caritate, seu in gratia Dei (ex Concilio Trident. sess. 6. cap. 9.) Ergo per ly senes, quos tu nosti esse senes, intendit meliores (erant siquidem senioriores) secundum quid, idest ad regimen aliorum. Ad hunc enim finem congregabantur, ut populo praeficerentur in rectores. Esse vero pro regimine idoneos, poterat Moyses cognoscere: & ideo ei dicitur ly quos tu nosti, quod senes populi sint. Hoc est; Quos tu nosti, quod senes, moribus ad regendum accommodatis, sint. Qui autem sint mores ad regiminis officium apti; & electoribus (ut hic in Moyse figuratur) in eligendis præcognoscendi, vide Veritates aureas super totam legem veterem, Numer. 1. concl. 7. & de illis senioribus, ac magistris, ibidem, concl. 8. 9. 10. Secundo vides: quomodo &c.

Utrum Episcopus possit licite curam episcopalem deserere, ut ad religionem se transferat.

Sup. quest. clxxxiv. art. 6. cor. si. & infra quest. clxxxix. art. 7. cor.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod Episcopus non possit licite curam episcopalem deserere, ut ad religionem se transferat. Nulli enim licet de statu perfectiori ad minus perfectum statum transire: hoc enim est retro respicere; quod est damnabile, secundum Domini sententiam dictis Lucæ 1x. 62. *Nemo missens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.* Sed status episcopalis est perfectior quam status religionis, ut supra habitum est (quest. clxxxiv. art. 7.) Ergo sicut non licet de statu religionis redire ad seculum: ita non licet de statu episcopal ad religionem transire.

2. Præterea. Ordo gratiæ est decentior quam ordo naturæ. Sed secundum naturam non movetur idem ad contraria; puta si lapis naturaliter deorsum movetur, non potest naturaliter a deorsum redire in sursum. Sed secundum ordinem gratiæ licet transire de statu religionis ad statum episcopalem. Ergo non licet e converso de statu episcopal redire ad statum religionis.

3. Præterea. Nihil in operibus gratiæ debet esse otiosum. Sed ille qui est semel in Episcopum consecratus, perpetuo retinet spiritualem potestatem conferendi ordines, & alia hujusmodi faciendi, quæ ad episcopale officium pertinent: quæ quidem potestas otiosa remanere videtur in eo qui curam episcopalem dimittit. Ergo videtur quod Episcopus non possit curam episcopalem dimittere, & ad religionem transire.

Sed contra. Nullus cogitur ad id quod est secundum se illicitum. Sed illi qui pertunt cessionem a cura episcopal, ad cedendum compelluntur, ut patet extra de renunt. cap. *Quidam* (1). Ergo videtur quod deserere curam

(1) Ex Concilio Lateranensi 4. sub Innocentio III. can. 28. ubi de Episcopis expresse non dicitur sed generatim de omnibus qui animarum curam habent; ad illos tamen potissimum referri potest, vel de illis indifferenter subintelligi: Sic ibi porro plene: *Quidam cedendi licentiam cum instans postulantes ea*

obstante cedere pretermittunt: Sed cum in postulatione hujusmodi aut Ecclesiarum commoda quibus presunt aut salutem videantur propriam attendisse, quorum neutrum volumus impediti (sive qualibet levitate, sive suasionibus aliquorum querentium que sua sunt) eos ad cedendum decernimus compellendos.

ram episcopalem non sit illicitum.

Respondeo dicendum , quod perfectio episcopalis status in hoc consistit quod aliquis ex divina dilectione se obligat ad hoc quod saluti proxinorum insistat . Et ideo tamdiu obligatur ad hoc quod curam pastoralem retineat , quamdiu potest subditis sibi commissis proficere ad salutem : quam quidem negligere non debet , neque propter divinæ contemplationis quietem ; cum Apostolus propter necessitatem subditorum etiam a contemplatione futuræ vitæ se differri patienter toleraret , secundum illud ad Philip. i. 22. *Ecce quid eligam , ignoro : coarctor autem e duobus desiderium habens dissolvi , & esse cum Christo multo magis melius ; permanere autem in carne necessarium est propter vos ; & hoc confidens scio , quia maneo : neque propter qualcumque adversa vitanda , vel lucra conquiri renda ; quia , sicut dicitur Joan. x. 11. bonus pastor ponit animam suam pro ovis suis.*

Contingit tamen quandoque quod Episcopus impeditur procurare subditorum salutem multiplicitate . Quandoque quidem propter defectum proprium , vel conscientiæ , sicut si sit homicida , vel simoniacus , vel etiam corporis , puta si sit senex , vel infirmus ; vel etiam scientiæ , quæ sufficiat ad curam regiminis ; vel etiam irregularitatis , puta si sit bigamus . Quandoque autem propter defectum subditorum , in quibus non potest proficere . Unde Gregorius dicit in II. Dialog. (cap. 111. a med.) *Ibi aquanimitus portandi sunt mali , ubi inveniuntur aliqui , qui adjuventur , boni ; ubi autem omnino fructus de bonis deest , sit aliquando de malis labor supervacuus (1).* Unde sepe agitur in animo perfectorum , quod cum labore suum sine fructu esse considerant , in locum alium ad laborem cum fructu migrant . Quandoque autem contingit ex parte aliorum ; puta cum de prælatione alicuius personæ scandalum suscitatur : nam , ut Apostolus dicit I. ad Corinth. viii. 13. *si esca*

scandalizat fratrem meum , non manduoabo carnes in eternum : dum tamen scandalum non oriatur ex malitia aliquorum volentium fidem , aut justitiam Ecclesiæ conculcare : propter hujusmodi enim scandalum non est cura pastoralis dimittenda , secundum illud Matth. xi. 14. Sinite illos , scilicet qui scandalizantur de veritate doctrinæ Christi : cæci sunt , & duces cœcorum .

Oportet tamen quod sicut curam regimini assumit aliquis per providentiam superioris prælati ; ita etiam per ejus autoritatem ex causis prædictis deserat susceptam . Unde extra de renunt. (cap. Nisi cum pridem in fin.) dicit Innocentius III. *Etsi pennas habebas , quibus satagas in solitudinem evalare , ita tamen adstrictæ sunt nexibus præceptorum , ut liberum non habeas absque nostra permissione volatum . Soli enim Papæ licet dispensare in voto perpetuo , quo quis se ad curam subditorum adstrinxit , Episcopatum suscipiens .*

Ad primum ergo dicendum , quod perfectio religiosorum , & Episcoporum secundum diversa attenditur . Nam ad perfectionem religionis pertinet studium quod quis adhibet ad propriam salutem ; ad perfectionem autem episcopalis status pertinet adhibere studium ad proxinorum salutem . Et ideo quamdiu potest esse aliquis utilis proxinorum saluti , retrocederer , si ad statum religionis vellet transire , ut solum suæ saluti insisteret , qui se obligavit ad hoc quod non solum suam salutem , sed etiam aliorum procuraret . Unde Innocentius III. dicit in Decretali prædicta (in corp. art.) *quod facilius indulgetur ut monachus ad Praefatarum ascendat , quem Praeful ad monachatum descendat . Sed si salutem aliorum procurare non possit , conveniens est ut suæ saluti intendar .*

Ad secundum dicendum , quod propter nullum impedimentum debet homo prætermittere studium suæ salutis , quod pertinet ad religionis statum . Potest autem esse aliquod im-

(1) Seu frustraneus & inutilis , adeoque sufficiens ratio eos deserendi ; maxime inquit , si evidenter cause supponere que fructum Deo ferre valens meliorem : Quod S. Benedicti occasione dicit Monachos deserentis qui prius eum in Abbatem optarunt & paulo post cum eius disciplinam ferre non possent perimere veneno tentaverunt . Interroganti enim Patri , si deserere fratres debuit quos semper gubernandos suscepit , Gregorius respondet , ut jam supra quod ibi mali aquanimitus portandi sunt ubi inveniuntur aliqui boni qui adjuventur ; nam ubi omnimode fructus de bonis deest &c. Unde inferit

Vix ergo sanctus propter quem custodiendum staro qui omnes unanimiter se persequentes corneret ? Ac deinde subjungit quod hic uno tenore subnectitur : Et sapientia perfectiorum agitur &c. Id autem similes ad Episcopos vel quoslibet Prælatos pertinere patet exemplo quod & ibi adjungit Gregorius , nimurum Pauli qui Damasci persecutionem passus ut posset evadere , se latenter deponi per murum & per fundum & per sportam volvit : Unde Causa 7. in Decretis qu. 1. cap. ibi adunata ad sensum hic intentum refertur .

impedimentum procurandæ salutis alienæ. Et ideo monachus potest ad statum Episcopatus assumi, in quo etiam suæ salutis curam agere potest. Potest etiam Episcopus, si impedimentum alienæ salutis procurandæ interveniat ad religionem transire, & impedimento cessante, potest iterato ad Episcopatum assumi; puta per correctionem subditorum, vel per sedationem scandali vel per curationem infirmitatis, aut depulsa ignorantia per instructionem sufficientem; vel etiam si simoniace sit promotus, eo ignorante, si se ad regularem vitam Episcopatu dimisso transtulerit, poterit iterato ad alium Episcopatum promoveri. Si vero aliquis propter culpam sit ab Episcopatu depositus, & in monasterium detrusus ad paenitentiam peragendam, non potest iterato ad Episcopatum revocari. Unde dicitur vii. quæst. 1. (cap. Hoc nequaquam:) *Precipit sancta Synodus ut quicunque de pontificali dignitate ad monachorum vitam, & paenitentie descenderit locum, nequaquam ad Pontificatum resurgat.* (1)

Ad tertium dicendum, quod etiam in rebus naturalibus propter impedimentum superveniens potentia remanet absque actu, sicut propter infirmitatem oculi cessat actus visionis. Et ita etiam non est inconveniens, si propter impedimentum superveniens potestas episcopalis remaneat absque actu.

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito insinuatum a scripturis, decretali, & Sanctorum exemplis: quod licet Episcopo curam episcopalem deserere, ut ad religionem se transferat. A Decretali quidem: ut *in arg. contr.* A scripturis vero per hoc, quod Moyses prælatus populo Judæorum ob-

malitiam subditorum motus cedere voluit tali regimini, tamquam cessionem a Domino instantissimis precibus inquisivit, dicens Num. 11. „ Cur affixisti servum tuum? Quare „ non invenio gratiam coram te? Et Cur „ impoſuſti pondus universi populi hujus su- „ per me; &c. Non possum solus sustinere „ hunc populum, quia gravis est mihi. Si „ aliter videtur, obsecro, ut interficias me: & inveniam gratiam in oculis tuis: ne „ tantis afficiat malis. „ A figura ergo ista tu discurre ad figuratum: quoniam Moyses locum Episcopi tenebat, & ab hujusmodi figuris argumentari ad figurata licitum est: ut facto suo docuit Concilium Hispalense 2. secundum quod recitat per veritates aureas super totam legem, *Levit. 8. concl. 2.* A Sanctorum autem exemplis idipsum insinuat per hoc: quod in gestis B. Adalberti Episcopi sic legit Ecclesia. B. *Adalbertus Pragensis Episc. factus, cum cerneret, gregem suum per abrupta vitiorum ire* (nam clerici connubia ducebant; & unus vir plures habebat uxores, & Christiani captivi, & servi a Christianis ipsis vendebantur Judæis) *fleens, ac desperans, se posse quidquam facere relitto episcopatu, Romam perrexit, ibique monachus fuitus est.* Hec ibi. Itera per hoc: quod in vita abbreviata Alberti Magni sic legitur. *Urbanus IV. ipsum B. Albertum fecit Episcopum Ratisponensem.* Hanc dignitatem cum tribus annis laudabiliter administrasset, *videns vir sanctus, quod magnis seculi tumultibus se implicabat, reservatus sibi quibusdam redditibus, Episcopali cure renunciavit, & Colonia ad ordinem reddiit.* Secundo vides: quomodo, &c.

A R -

(1) Refertur in Decretis, cap. *Hoc nequaquam*, cum hoc magnifico titulo, *Actione quinta Constantinopolitana Synodi 383. Partum sub Joanne Papa VIII. cui præfuit Petrus Presbyter Cardinalis & Paulus Anconitanus Episcopus & Eugenius Officinalis Episcopus Apocrirarii Pape:* Sed hæc execranda Synodus fuit quam deceptis Legatis Pontificis ac perterritis improbissimus & sceleratissimus Photius Patriarcha in ipsa urbe Constantinopolitana celebrandam suscepit ut octavam ecumenicam veram in qua damnatus iustissime fuerat, supprimere, ac eius loco substitueret suam, sicut fecit; Episcoporum quoque tantum numerum & nomina subdole fagens ut & certior haberetur & solemnior. Hinc deceptus est

Gratianus ut in Decretum suum eam tamquam *sententiam Synodum* transcriberet, cum Canon ille in odium potius impostoris Photii exfusflandus fuisset, ut ad annum 879. num. 70. loquitur Baronius. Nec ulla tamen S. Thomæ culpa est quod eum usurparit, quia desumpsit ex Decreto cum de illius fraude non constaret: quin & laudandus ex hoc ipso quod eum legitimum supponens innoxio & falso sensu explicavit. Namvis Photii sensus esset, eos qui sponte propter devotionem ad monachatum traditi essent, pontificatu excludendos, ut ex illius verbis constat, græce pariter ac latine in nova Decretorum Editione annotatis, quod in prædictum nempe statum seipso tradiderint, sive tradere voluerint.

ARTICULUS V. 880

Utrum licet Episcopo propter aliquam persecutionem corporalem deferere gregem sibi commissum.

Opusc. xviii. cap. xix. & xx. & Io. x. & I. Cor. i. fin. & II. Cor. ii. fin.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod non licet Episcopo propter aliquam persecutionem temporalem corporaliter deferere gregem sibi commissum. Dicit enim Dominus Joan. x. 12. quod ille est mercenarius & non vere pastor, qui *videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit*: dicit autem Gregorius in hom. (xv. in Evang. aliquan. a princ.) quod *lupus super oves venit, cum quilibet iniquus, & raptor fideles quoque, atque humiles opprimit*. Si ergo propter persecutionem alicuius tyranni Episcopus gregem sibi commissum corporaliter deferat, videtur quod sit mercenarius, & non pastor.

2. Præterea. Proverb. vi. 1. dicitur: *Fili, si sponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam: & postea subdit: Discurre, festina, suscita amicum tuum: quod exponens* Gregorius in Pastor. (par. iii. cap. 1. admonit. 5. inter princ. & med.) dicit: „Spondere pro amico, est animam alienam in periculo sua conversionis accipere. Quisquis autem ad vivendum alias in exemplum proponitur, non solum ut ipse vigilet, sed etiam ut amicum susciter, admonetur. „Sed hoc non potest facere, si corporaliter deferat gregem. Ergo videtur quod Episcopus non debeat causa persecutio- nis corporaliter suum gregem deserere.

3. Præterea. Ad perfectionem episcopalis status pertinet quod proximis curam imperiat. Sed non licet ei qui est statum perfectionis professus, ut omnino deserat ea quae sunt perfectionis. Ergo videtur quod non licet Episcopo se corporaliter subtrahere ab executione sui officii, nisi forte ut operibus

Summ. S.Th. Tom. IX.

perfectionis in monasterio vacet.

Sed contra est quod Apostolis, quarum successores sunt Episcopi, mandavit Dominus Matth. x. 23. *Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam.*

Respondeo dicendum, quod in qualibet obligatione præcipue attendi debet obligationis finis. Obligant autem se Episcopi ad execundum pastorale officium propter subditorum salutem. Et ideo ubi subditorum salus exigit personæ pastoris præsentiam, non debet pastor personaliter suum gregem desere neque propter aliquod commodum tempore, neque etiam propter aliquod personale periculum imminentem, cum bonus pastor animam suam ponere teneatur pro ovibus suis.

Si vero subditorum saluti possit sufficenter in absentia pastoris per alium provideri, tunc licet pastori vel propter aliquod commodum Ecclesiaz, vel propter personæ periculum corporaliter gregem deferere. Unde Augustinus dicit in epist. ad Honoratum (ccxxviii. al. clxxx. aliquant. a princ.) *Fugiant de civitate in civitatem servi Christi, quando eorum quisquam specialiter a persecutoribus queritur; ut ab aliis, qui non ita queruntur, non deseratur Ecclesia. Cum autem omnium est commune periculum, bi qui aliis indigent, non deserantur ab his quibus indigent. Si enim perniciosum est protrectam in tranquillitate navem deserere, quanto magis in fluctibus?* ut dicit Nicolaus Papa I. & habetur vii. (1) quæst. 1. (cap. Sciscitaris.)

Ad primum ergo dicendum, quod ille tamquam mercenarius fugit qui commodum corporale, vel etiam salutem corporalem spirituali saluti proximorum præponit. Unde Gregorius dicit in hom. (cit. in arg.) *Stare in periculo ovium non potest qui in eo quod ovibus præficit, non oves diligit, sed lucrum terrenum querit:* & ideo opponere se contra periculum trepidat, ne hoc quod diligit, amissat. Ille autem qui ad evitandum periculum recedit absque detrimento gregis, non tamquam mercenarius fugit.

Ad secundum dicendum, quod ille qui

M m

spon-

(1) Supple Causa, ex epistola ejus ad Morinensem (id est Boloniensem) Episcopum qui petierat an a Normanis episcopatu suo dejectus de cetero deberet a Monasterio conversari: Subiungit porro: *Non dicimus quod persecutorum, maxime paganorum, non fugiamus in fidibus cum ad tempus Iavinius & ob multitudinem delictorum nostrorum facultatem divinitus affequantur; preferrim dum & multos Prophe tas & Apostulos ipsumque Dominum hujusmodi fu-*

gisse inseguentes luce clarius confit; sed quod præcipue nos qui tamquam arietes ducatum præbemus gregibus, ita quis & horum Pastores sumus Deo auctore cum eis in periculis, pro viribus persistere pro certo conveniens; & cum tranquillitas redditiva divina pietate fuerit, sopitaque furentium infestatio vox gregem requirere atque in unum colligere ac ejus animos coelestis patriæ pace ac potissimum securitate prædicata erigere debemus.

spondet pro aliquo, si per se implere non possit, sufficit ut per alium implete. Unde praelatus, si habet impedimentum, propter quod non possit personaliter curz subditorum intendere, suz sponsoni satisfacit, si per alium provideat.

Ad tertium dicendum, quod ille qui ad Episcopatum assumitur, assumit statum perfectionis secundum aliquod perfectionis genus a quo si impediatur, ad aliud genus perfectionis non tenetur, ut scilicet necesse sit eum ad statum religionis transire. Imminet tamen sibi necessitas ut animum retineat intendendi proximorum saluti, si opportunitas adsit, & necessitas requirat.

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, & in recto sensu intelligas, merito insinuatum fuisse a Scriptur., & Sanctorum exemplis, quod licet Episcopo propter persecutionem temporalem deferere corporaliter gregem sibi commissum. A Scripturis quidem: ut Matth. 10. secundum quod est in arg. cons. In cuius Scripturze, & consequenter magis intelligendi textus, gratiam, vide Veritates aureas super totam legem veterem, Exod. 2. concl. 6. Multa enim scitu necessaria ibi declarantur ad presentem materiam optime facientia, que longum esset hic recensere. Ab exemplis vero Sanctorum, qui & ipsi spiritu Dei in factis suis aguntur, Rom. 8. insinuat idem: ut de fuga B. Episcop. Jo. Chrysostomi, Athanasi, Thomae Cantuariensis (secundum quod in vitis eorum Ecclesia legit.) Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S VI. 88:

Urum licet Episcopo aliquid proprium habere.

Inf. quest. clxxvi. art. 3. ad 5. & opusc. xvii. cap. xvii. & xviii.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod Episcopo non licet aliquid proprium

possidere. Dominus enim dicit Matth. xix. 21. *Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia que habes, & da pauperibus, & veni. & sequere me: ex quo videtur quod voluntaria paupertas ad perfectionem requiratur. Sed Episcopi assumuntur ad statum perfectonis. Ergo videtur quod non licet eis proprium possidere.*

2. Præterea. Episcopi in Ecclesia tenent locum Apostolorum, ut dicit Glossa (ord. Bedæ sup. illud, Designavit &c.) Lucæ x. Sed Apostolis Dominus præcepit ut nihil proprium possiderent, secundum illud Matth. x. 9. *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris: unde & Petrus pro se, & pro aliis Apostolis dicit: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: Matth. xix. 27. Ergo videtur quod Episcopi teneantur ad hujusmodi mandati observantiam, ut nihil proprium possideant.*

3. Præterea. Hieronymus dicit ad Nepotianum (epist. 11. inter princ. & med.) *Cleros græce (1), latine fors appellatur: propter quod clerici dicuntur, quia de forse Domini sunt, vel quia ipse Dominus fors, id est pars, clericorum est. Qui autem Dominum possideret, nibil extra Deum habere potest. Si autem aurum, si argentum, si possessiones, si variam supellectilem habet, cum ipsis partibus non dignatur Dominus fieri pars ejus. Ergo videtur quod non solum Episcopi, sed etiam clerici debeant proprio carere.*

Sed contra est quod dicitur xii. (2) quest. 1. (cap. xix.) *Episcopi de rebus propriis, vel quidquid de proprio habent, hereditibus suis, si voluerint, decerpcent.*

Respondeo dicendum, quod ad ea que sunt supererogationis, nullus tenetur, nisi se specialiter ad illud voco astringat. Unde Augustinus dicit in epist. ad Paulinam, & Armenarium (epist. cxxvii. al. xlvi. non remote a fin.) *Quia jam uoristi, jam te obstrinxisti; aliud sibi facere non licet. Priusquam esses uoti reus, liberum fuit quo (3) esses inferior. Manifestum est autem quod vivere absque proprio, supererogationis est: non enim cadit sub præcepto, sed sub consilio. Unde Matth. xix. 17. cum dixisset Dominus adolescenti, Si vis ad vitam ingredi, serva mandata,*

(1) Seu κληρος, ut est in Hieronymi testu, qui & paulo alia serie habet que sequuntur, ut & Causa 12. qu. 1. cap. Clericus iisdem verbis referuntur que Hieronymus habet.

(2) Nempe predicta Causa, cap. Episcopi ex qua

jam superiorius quest. 184. art. 7. relatum est, ut probaretur arguta. 1. quod in statu perfectionis non sint, sed inde non inferri postea respondetur.

(3) Sicut expresse habet Augustinus, id est liberum illud in quo resinguerosus inferies (scilicet conjugium)

dass, postea superaddendo subdit: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia que habes, & da pauperibus.* Non autem Episcopi in sua ordinatione ad hoc se obligant ut absque proprio vivant: neque etiam vivere absque proprio ex necessitate requiritur ad pastorale officium, ad quod se obligant. Et ideo non tenentur Episcopi ad hoc quod sine proprio vivant.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut supra habitum est (quest. clxxxiv. art. 3.) perfectio christiana vita non consistit essentialementer in voluntaria paupertate; sed voluntaria paupertas instrumentaliter operatur ad perfectionem vita. Unde non oportet quod ubi major paupertas est, ibi sit major perfectio; quinimo potest esse summa perfectio cum magna opulentia: nam Abraham, cui dictum est Gen. xvii. 1. *Ambula coram me, & esto perfectus,* legitur fuisse dives.

Ad secundum dicendum, quod verba illa Domini possunt tripliciter intelligi. Uno modo mystice, ut non possideamus neque aurum, neque argentum; idest ut praedicatorum non innitantur principaliter sapientia, & eloquentia temporali, ut Hieronymus exponit (sup. illud Matth. x. *Neque duas tunicas.*) Alio modo, sicut Augustinus exponit in Lib. II. de consensu Evang. (cap. xxx. a med.) ut intelligatur, hoc Dominum non praincipiendo, sed magis permittendo dixisse (1). Permisit enim eis ut absque auro, & argento, & aliis sumptibus ad praedicandumirent, accepturi sumptus vita ab his quibus praedicabant: unde subdit: *Dignus est enim operarius eabo suo:* ita tamen quod si aliquis propriis sumptibus uteretur in predicatione Evangelii, ad supererogationem pertineret; sicut Paulus de seipso dicit I. ad Cor. ix. Tertio modo, secundum quod Chrysostomus exponit (hom. ii. in illud Rom. xvi. *Salutare Pri-*

scillam aliquant. a princ.) ut intelligatur illa Dominum pracepisse discipulis quantum ad illam missionem qua mittebantur ad praedicandum Iudeis, ut per hoc excitarentur ad confidendum de virtute ipsius, qui eis absque sumptibus provideret. Ex quo tamen non obligabantur ipsis, vel successores eorum, ut absque propriis sumptibus Evangelium praedicarent: nam & de Paulo legitur I. ad Corinth. xii. quod ab aliis Ecclesiis stipendium accipiebat ad praedicandum Corinthiis: & fieri patet quod aliquid possidebat ab aliis sibi missum. Stultum autem videtur dicere, quod tot sancti Pontifices, sicut Athanasius, Ambrosius, & Augustinus, illa precepta transgressi fuissent, si ad ea servanda se crederent obligari.

Ad tertium dicendum, quod omnis pars est minor toto. Ille ergo cum Deo alias partes habet cuius studium diminuitur circa ea quae sunt Dei, dum intendit his quae sunt mundi. Sic autem non debent nec Episcopi, nec clerici proprium possidere, ut dum curant propria, desectum faciant in his quae pertinent ad cultum divinum.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito fuisse insinuatum ab Urbano I. Papa, quod licet Episcopis proprium possidere. Hic enim in epistola sua decretali ad universos Episcopos, inter alia dicit; *Fideles cuperunt predia, & agros, quos vendere solebant, matribus Ecclesiis tradere. & de sumptibus eorum vivere. Ipse vero res in ditione singularium parochiarum, Episcoporum, qui locum tenent Apostolorum, erant, & sunt usque adhuc, & futuri semper debent esse temporibus. Hec ibi; & recitat 12. q. i. c. videntes. Item a Concilio Agathensi, &*

Mm 2 a Con-

gium) Non ut prius non fatis pleno sensu, liberum fuit quod esses inferior, quamvis in Manuscripto ipso Summe non in impressis tantum sic habetur. Nugatur porro sicut & in aliis bene multis Erasmus, dum Paulino non Augustino hanc epistolam ascribendam contendit, cum & tam ex Augustino citet Beda, ut in 2. ad Corinth. 5. videre est, & Podius in indiculo recenseat: Quamvis nec si Paulini esset suo pondere aque authoritate carere putaretur.

(1) Aequivalente sensu, non iisdem praecite verbis ut hic: *Appares (inquit) non hoc ita praecepisse Dominum, tamquam Evangelista vivere aliando non debeant quam eis praecepibus quibus annuntiant Evangelium, alioquin contra hos praeceperum facis Apo-*

*stolas qui villum de manuus suarum laboribus stransfigebat ne cuiquam gravis esset, sed potestatem dedisse in qua scirens sibi ista deberi: Cum autem a Domino aliquid imporatus, nisi sit inobedientia culpa est: Cum autem potestas datur, licet cuique non usi & tamquam de suo jure edere &c. Sequens autem expositione Chrysostomi quae prius ad marginem indicabatur ex homilia super illud ad Romanos ultimo *Salutare Prisciellam* & post expositionem epistole ad Romanos immediate haberi notabatur quia vetera Chrysostomi Exemplaria tombo 4. sic habent, est in greco latinis tombo 5. sermo 17. & secundus in verbis supradicta.*

a Concilio sub Martino Papa, & a canonibus Apostolorum : de quibus per ordinem patet 12. q. 1. c. Episcopi, c. manifesta, c. sint manifeste. Secundo habes : quomodo per rationem illam articuli destruas, meritoque damnatos ostendas fuisse ab Urbano, & Conciliis, atque Apostolis predictis, errores duos Joannis Wicoff dicentis, quod ecclesiasticos viros habere possessiones, est contra sacram scripturam : &, quod ecclesiastici, sc. Papa cum omnibus clericis possessionem habentibus, sunt haeretici, eo quod possessionem habent, & omnes consentientes eis, sc. domini temporales, & ceteri laici. Per eamdem etiam articuli rationem ostendas, errores eosdem merito damnari a supradictis artic. num. 240. 250. Item a Veritatibus aureis super totam legem veterem, Levit. 23. concl. 2. & c. 25. concl. 10. Item ab Elucid. Addit. art. num. 165. Tertio vides : quomodo &c.

ARTICULUS VII. 882

Utrum Episcopi mortaliter peccant, si bona ecclesiastica que procurant, pauperibus non largiantur.

Quot. vi. art. 12.

AD septimum sic proceditur. Videtur quod Episcopi mortaliter peccant, si bona ecclesiastica que procurant, pauperibus non largiantur. Dicit enim Ambrosius exponens illud Luc. xii. *Hominis cuiusdam divitis uberes fructus ager assulit* (serm. lxiv. de temporefus si.), Nemo proprium dicat, quod e „communi, plus quam sufficiat, sumptum“, & violenter obtentum est: “ & postea subdit: „ Neque minus est criminis habenti tollere, quam cum possis, & abundes, denegare indigentibus. „ Sed violenter tollere alienum, est peccatum mortale. Ergo Episcopi mortaliter peccant, si ea que eis superfluent, pauperibus non largiantur.

2. Præterea. Super illud Isa. iii. *Rapina pauperum in domo vestra*, dicit Glossa Hierony-

mi (ordin.) quod, „ bona ecclesiastica sunt pauperum. “ (1) Sed quicumque id quod est alterius, sibi reservat, aut aliis dat, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem. Ergo si Episcopi bona ecclesiastica que eis superfluent, sibi retineant, vel consanguineis, vel amicis largiantur, videtur quod teneantur ad restitutionem.

3. Præterea. Multo magis aliquis potest de rebus Ecclesiaz ea que sibi sunt necessaria, accipere, quam superflua congregare: Sed Hieronymus dicit in epist. ad Damasum Pa- pam (quid simile hab. in Regula Monach. Hieron. adscripta cap. de Paupert. a med. Vid. cap. Clericos i. quest. ii.) Clericos illos conuenit stipendiis Ecclesiaz sustentari, quibus parentum, & propinquorum bona nulla suffragantur. Qui autem bonis parentum, & opibus propriis sustentari possunt, si quod pauperum est, accipiunt, sacrilegium committunt, & incurunt. Unde & Apostolus dicit I. ad Tim. vt 16. Si quis fidelis haberet viduas, subministraret illis, & non gravetur Ecclesia; ut bis que vere viduae sunt, sufficiat. Ergo multo magis Episcopi mortaliter peccant, si ea que eis superfluent de bonis ecclesiasticis, pauperibus non largiantur.

Sed contra est quod plures Episcopi ea que supersunt, non largiuntur pauperibus, sed expendere videntur laudabiliter ad redditus Ecclesiaz ampliando.

Respondeo dicendum, quod aliter est dicendum de propriis bonis, que Episcopi possidere possunt, & de bonis ecclesiasticis. Nam proprietum bonorum verum dominium habent: unde ex ipsa rerum conditione non obligantur ut ea aliis conferant; sed possunt ea vel sibi retinere, vel etiam aliis pro libito elargiri. Possunt tamen in eorum dispensatione peccare propter inordinationem afferetus; per quam contingit vel quod sibi plura (*) conferant quam oporteat, vel aliis etiam non subveniant, secundum quod requirit debitum caritatis; non tamen tenentur ad restitutionem, quia hujusmodi res sunt eorum dominio deputatae.

Sed

(1) Vel sic plenius in Hieronymi textu de Principiis nostris: *Rapina pauperum in domibus eorum usi quando obesuros suos replent, & Ecclesia opibus abutuntur in delicias, publicaque stipes que ad sufficiationem pauperum data sunt, vel sibi reservant vel propinquis distribuunt, & alienam inopiam suas suorumque faciunt esse divitias. Quod autem sub illius nomine subjungitur velut ex epistola ejus ad Damnum, citatur quidem in Decretis eodem modo tum*

capite Clericos Causa i. qu. 3. tum cap. Quoniam Causa 16. quest. 1. Sed nec in ulla eius epistolarum ad Damnum, nec in alio quovis eius loco nunc extat, sicut notat Appendix in moderna Editione Decreti; addens priori Causa quo similia quedam ex capite de paupertate in Regula Monachorum adulterina tomo 9. & ex Glossa ordinaria i. ad Timoth. 5. sub ejusdem nomine colliguntur.

(*) Alii congerant, item convenient.

Sed ecclesiasticorum bonorum sunt dispensatores, vel procuratores. Dicit enim Augustinus ad Bonifacium (epist. clxxv. al. l. inter med. & fin.) *Si privatim possidemus qua nobis sufficient, non illa nostra sunt, sed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpatione. damnabili vendicamus* (1). Ad dispensationem autem requiritur bona fides, secundum illud I. ad Cor. iv. 2. *Hic jam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inveneriatur.* Sunt autem bona ecclesiastica non solum in usus pauperum, sed etiam ad cultum divinum, & necessitates ministrorum expendenda. Unde dicitur xii. quest. 11. (cap. xxviii.) *De redditibus Ecclesie, vel oblatione fidelium, sola Episcopo ex his una portio remittatur; duas ecclesiasticis fabricis, & erogationi pauperum profutura, a presbytero sub periculo sui ordinis ministrentur; ultima clericis pro singulorum meritis dividatur.* Si ergo distincta sint bona quæ debent in usum Episcopi cedere, ab his quæ sunt pauperibus, & ministris, & cultui Ecclesie eroganda, & aliquid sibi retinuerit Episcopus de his quæ sunt pauperibus eroganda, vel etiam in usum ministrorum; aut in cultum divinum expendenda, non est dubium quin contra fidem dispensationis agat, & mortali peccet, & ad restitutionem teneatur.

De his autem quæ sunt specialiter suo usui deputata; videtur esse eadem ratio, quæ est de propriis bonis, ut scilicet propter immoderatum affectum, & usum peccet quidem, si immoderata sibi retineat, & aliis non subveniat, sicut requirit debitum caritatis. (*)

Si vero non sunt praedita bona distincta, eorum distributio fidei ejus committitur: &

si quidem in modico deficiat, vel superabundet, potest hoc fieri absque bona fidei detrimento, quia non potest homo in talibus punctualiter accipere illud quod fieri oportet; si vero sit multis excessus, non potest latere unde videtur bona fidei repugnare: & ideo non est absque peccato mortali. Dicitur enim Matth. xxi. v. 48. *quod si dixeris malus servus in corde suo, ignorans facit dominus meus venire, quod pertinet ad divini iudicij contemptum, & caperis percutere conservos suos quod pertinet ad superbiam, manduces autem, & bibas cum ebriosis, quod pertinet ad luxuriam; venies dominus servi illius in die qua non speras, & divides eum, scilicet a societate bonorum, & partem ejus ponet cum hypocritis, scilicet in inferno.*

Ad primum ergo dicendum, quod verbum illud Ambrosi non solum est referendum ad dispensationem rerum ecclesiasticarum, sed quorūcumque bonorum, ex quibus tenetur aliquis debito caritatis prvidere necessitatem patientibus. (2) Non autem potest determinari, quando sit ista necessitas, quæ ad peccatum mortale obliget, sicut nec cetera particularia quæ in humanis actibus considerantur: horum enim determinatio relinquitur humanæ prudentiæ.

Ad secundum dicendum, quod bona Ecclesiarum non sunt solum expendenda in usus pauperum, sed etiam in alios usus, ut dictum est (in cor. art.) Et ideo si de eo quod usui Episcopi, vel alicuius clerici est deputatum, velit aliquis sibi subtrahere, & consanguineis, vel alijs dare, non peccat, dummodo illud faciat moderate, idest ut non indigeant, non autem ut diiores inde hiant, Unde Ambrosius dicit in Lib. I. de officiis (cap.

(1) Sic etiam refertur in Decretis Causa 23. quest. 7. capite *Quod autem post medium, contra inanem & iniquam Donatistarum querimoniam quod res eorum appetenter ac diripere vellent Catholicos, cum eos Catholicos potius fieri vellent, ut non solum propria bona sed etiam bona Catholicorum pacifice si oportere possiderent; sicut ibidem primitur. Sed corruptius ut hic prius quod nobis sufficient Causa 12. qu. 1. cap. Si privatim. Appendix autem sequens ex capite *De redditibus* est Simplicius Papæ ad Florentium & Severum & Equitum Episcopos ep. 3. ubi non tantum erogationi pauperum sed & peregrinorum una portio destinatur, & pro Bonagro notatur ad marginem Decreti Onagro, ut non Bonager sed Onager vocatus Presbyter ille supponatur, confusus autem characteribus a Bonagro pro ab Onagro positum sit.*

(*) Ita mss. & edit. pessim. Theologi deesse pu-

tant non tamen ad restitutionem tenetur.

(2) Ut ex adjunctis loci patet ubi Ambrosius promittit versus finem: *Tertia communiter omnibus dominibus data est: Quasi de bonis intelligens quae hominibus naturaliter proveniunt. Indicabatur porro prius ut ex serm. 81. sicut & in Decretis dist. 47. cap. Siue 12, quia vetera Exemplaria in Ambroso sic notabant: Sed in modernis indicatur sermo 64. Dominicæ 13. post Pentecosten super Evangelium de divite ac de villico: Quamvis Evangelium illud vix delibans mox transeat ad explicandum illud quod hic notatur; in eoque deinceps explicando totus est, sicut & Basilus in homilia peculiari quam in eadem verba scriptit, ac homilia in divites avores passim citari solet. Illud autem quod ex eodem ad 3. obiter indicatur ac ex libro a. de officiis cap. 28. colligitur plenius & expresse, refertur quoque in Decretis Causa 12. qu. 2. cap. Autrum.*

(cap. xxx. cir. mod. & hab. cap. Est probanda , dist. lxxxvi.) Hec est approbanda liberalitas us proximos seminis cui non despicias , si egere cognoscas ; non tamen ut illos di- siores fieri velis ex eo quod su poes conferre tristibus .

Ad tertium dicendum , quod non omnia bona Ecclesiarum sunt pauperibus largienda ; nisi forte in articulo necessitatis , in quo pro redemptione captivorum , & aliis necessitatibus pauperum , etiam vasa cultui divino dicata distrahuntur , ut Ambrosius dicit (Lib. II. de off. cap. xxviii. a princ. & hab. cap. Aurum , xii. quest. ii.) Et in tali necessitate peccaret clericus , si vellet de rebus Ecclesie vivere ; dummodo haberet patrimonialia bona , de quibus vivere posset .

Ad quartum dicendum , quod bona Ecclesiarum usibus pauperum deseruire debent . Et ideo si quis , necessitate non imminentे providendi pauperibus , de his quæ superfluunt ex preventibus Ecclesie , possessiones emat , vel in thesauro reponat in futurum utilitati Ecclesie , & necessitatibus pauperum laudabiliter facit . Si vero necessitas imminent pauperibus erogandi , superflua cura est & inordinata , ut aliquis in futurum conservet : quod Dominus prohibet Matth. vi. 34. dicens : Nolite solliciti esse in crastinum .

A P P E N D I X.

Ex art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , & in sensu vero intelligentias , metto insinuatum a scripturis , & Urbano , quod Episcopi mortaliter peccant ex eo , quod pauperibus de bonis ecclesiasticis non subveniunt . A scripturis quidem per hoc , quod ad Episcopum primum , a quo alii exemplum sumere debent , dictum est Jo. 21.v.15.16. & 17. *Pasce , pasce , pasce , oves meæ .* Ubi non tantum præcipitur Episcopo , quod pascat doctrina gregem , & exemplo , sed etiam (quod ad propositum facit) pane materiali , id est bonis temporalibus . Quod quidem præceptum

si non servaverit Episcopus quilibet pro suo posse fideliter , audiet a Deo , sanguinem ejus de manu tua requiram . Ezech. 3. id , quod sonat reatum mortalis peccari . Ab Urbano autem Papa , & mart. idem insinuat , quod loquens de talibus rebus ab Episc. habitis , inquit . , Ipsæ res non debent in alios usus , quam ecclesiasticos , & predicatorum Christianorum fratrum , vel indigentium converti : quia vota sunt fidelium , & pretia peccatorum ac patrimonia pauperum , atque ad prædictum opus explendum Domini no traditæ . Si quis autem (quod absit) focus egerit , videat , ne damnationem Annaniz , & Saphiræ percipiat , & reus sacrilegii efficiatur , sicut illi effecti sunt , qui pretia predicatorum rerum fraudaverunt , ut legitur Actu. 5. Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S VIII. 883

Urum religiosi qui promoventur in Episcopos , teneantur ad observancias regulares .

Sup. quest. lxxxviii. art. 11. ad 4. ¶ IV. dist. xxxviii quest. i. art. 4. quest. i. ad 5.

Ad octavum sic proceditur . Videtur quod religiosi qui promoventur in Episcopos non teneantur ad observancias regulares . Dicitur enim xvi. quest. 1. (cap. Statutum) quod monachum canonica elecio a jugo regula monasticae professionis absolvit ; ¶ sacra ordinatio de monacho Episcopum facit (1) . Sed observantiz regulares pertinent ad jugum regulæ . Ergo religiosi qui in Episcopos assumuntur , non tenentur ad observancias regulares .

2. Præterea . Ille qui ab inferiori ad superiori gradum ascendit , non videtur teneri ad ea quæ sunt inferioris gradus sicut supra dictum est (quest. lxxxviii. art. 12. ad 1.)

(1) Ex Concilio quodam apud Altheum (sive Altheim) habito , ex quo etiam Ivo citat iisdem verbis part. 5. cap. 343. Ac de eodem Concilio part. 14. cap. 116. sic loquitur : *Regno Conradi piissimi & Christianissimi Regis quintio (quasi diceret anno quinto illius regni) congregata est sancta generalis Synodus apud Altheum in pago Rethie (seu potius Rethia) presente videlicet Domini Joannis Pape apostolario , sancte Ostiensis Ecclesie venerabili Petro &c. Pagum autem Rethie legi debere indicamus ,*

quia Rethia vel Rethia nomen est regionis (Griseum nunc vocatæ) in cuius tractu significatur esse oppidum illud Altheim : Ne porro imperitos tyrones fallat apocrisiori nomen quod ridicule Glossa Decreti alicubi nuntium deauratum communificatur , ab apo (inquit) quod est nuntius , & crisi , quod est aurum , sciant idem significare quod responsalem , eo quod per eum Papa sua responsa reddit vel pro Nuntio , Apostolico vel pro Legato suu potest .

ad 1.) quod religiosus non tenetur ad observanda vota quae in seculo fecit. Sed religiosus qui assumitur ad Episcopatum, ascendet ad aliquid majus, ut supra habitum est (quest. clxxxiv. art. 7.) Ergo videtur quod non obligetur Episcopus ad ea quae tenebatur observare in statu religionis.

3. Præterea. Maxime religiosi obligari videntur ad obedientiam, & ad hoc quod absque proprio vivant. Sed Religiosi qui assumuntur ad Episcopatum, non tenentur obediere prælati suarum religionum, quia sunt eis superiores: nec etiam videntur teneri ad paupertatem, quia, sicut in decreto supra inducto (in arg. 1.) dicitur *quem sacra ordinatio de monacho Episcopum facit, velut legitimus heres, paternam sibi hereditatem jure vendicandi potestet habet*. Interdum etiam conceditur eis testamenta confidere. Ergo multo minus tenentur ad alias observantias regulares.

Sed contra est quod dicitur in Decr. xvi. quest. 1. (cap. IIII.) *De monachis qui diu morantes in monasteriis, postea ad clericatus ordinem pervenerint, statuimus, non debere eos a priari proposito discedere.*

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quest. præc. art. 7.) status religionis ad perfectionem pertinet, quasi quazdam via in perfectionem tendendi; status autem episcopalis ad perfectionem pertinet, tamquam quoddam perfectionis magisterium. Unde status religionis comparatur ad statum episcopalem, sicut disciplina ad magisterium & dispositio ad perfectionem. Dispositio autem non tollitur, perfectione adveniente: nisi forte quantum ad id in quo perfectioni repagnat; quantum autem ad id quod perfectioni congruit, magis confirmatur; sicut discipulo, cum ad magisterium pervenerit, non congruit quod sit auditor; congruit tamen ipsi quod legat, & meditetur etiam magis quam ante. Sic ergo dicendum est, quod si qua sunt in regularibus observantiis quae non impediant pontificale officium, sed magis valeant ad perfectionis custodiæ, sicut est continentia, paupertas; & alia hujusmo-

di, ad hæc remanet religiosus etiam factus Episcopus obligatus, & per consequens ad portandum habitum suæ religionis, qui est hujus obligationis signum. (1)

Si qua vero sunt in observantiis regularibus quae officio pontificali repugnant, sicut est solitudo, silentium, & aliquæ abstinentiæ, vel vigiliæ graves, ex quibus impotens corpore redderetur ad exequendum pontificale officium, ad hujusmodi observanda non tenetur.

In aliis autem potest dispensatione utri, secundum quod requirit necessitas personæ, vel officii, & conditio hominum cum quibus vivit, per modum quo etiam prælati religionum in talibus secum dispensant.

Ad primum ergo dicendum, quod ille qui fit de monacho Episcopus, absolvitur a jugo monastice professionis non quantum ad omnia, sed quantum ad illa quae officio pontificali repugnant, ut dictum est (in corp. art.)

Ad secundum dicendum, quod vota secularis vitæ (2) se habent ad vota religionis, sicut particulare ad universale, ut supra habitum est (quest. lxxxviii. art. 12. ad 1.) Sed vota religionis se habent ad pontificalem dignitatem sicut dispositio ad perfectionem. Particulare autem superfluit, habito universalis; sed dispositio adhuc necessaria est, perfectione obtenta.

Ad tertium dicendum, quod hoc est per accidens quod Episcopi religiosi obediere prælati suarum religionum non tenentur, quia scilicet subditi esse desierunt, sicut & ipsi prælati religionum; manet tamen adhuc obligatio voti virtualiter; ita scilicet quod si eis legitime aliquis præficeretur, obediere tenentur, inquantum tenentur obediere statutis regulæ per modum prædictum, & suis superioribus, si quos habent. Proprium autem nullo modo habere possunt. Non enim paternam hereditatem vendicant quasi propriam, sed quasi Ecclesiæ debitam: unde ibidem subditur, quod postquam Episcopus ordinatur ad altare, ad quod sanctificatur, ex imitatur (3), secundum sacros canones, quod ac-

qui-

(1) Juxta Innocentii III. Decretalem Extra de vita & honestate Clericorum c. Clerici officia, ubi expressæ hoc statuit in Concilio generali Lateranensi, dicens: *Ponifices & in publico & in Ecclesia superindumentis lineis omnes stantur, nisi Monachi fuerint, quos oportet habitum ferre monachalem.*

(2) Vel quae in seculari vita propter aliquod bo-

num particulare fiunt; per oppositura ad sequentia vota quae ideo religionis appellantur, quia non in religione tantum fiunt, sed sunt per quæ votetur ipsa Religio, vel in solemní professione Religionis emituntur: Nam aliqui potest esse Religionis votum simplex; puta sufficienda.

(3) Seu simpliciter ut in textu Decreti, titulatur

quirere poteris restitutas. Testamentum autem nullo modo facere potest : quia sola ei dispensatio committitur rerum ecclesiasticarum, quæ morte finitur, ex qua incipit testamentum valere, ut Apostolus dicit ad Hebr. ix. Si tamen ex concessione Papæ testamentum faciat, non intelligitur ex proprio facere testamentum ; sed apostolica autoritate intelligitur esse ampliata potestas suæ dispensationis, ut ejus dispensatio possit valere post mortem.

APPENDIX.

EX art. habes primo : quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, merito insinuatum fuisse a Papa, & Sanctorum exemplis, quod religiosus Episcopus factus tenetur ad observantias regulares. A Papa *Innocentio* quidem 16. quæst. 1. cap. De monachis, qui, *ut in arg. con. Ab exemplis vero, ut sanctorum Martini, & Antonini. De primo enim dicit Severus Sulpitius in vita ejus. Jam vero sumptu episcopatu, idem „ constantissime perseverabat, qui prius fuerat : eadem in corde humilitas, eadem in „ vestitu ejus vilitas fuit. At ita plenus au- „ thoritatis, & gratia implebat Episcopi di- „ ginitatem ; ut non tamen propositum mo- „ nachi, virtutemque delereret. De secundo „ autem in ejus vita legitur. Beatus Anto- „ ninus ad Archiepiscopatum Florentinum „ electus Episcopi munus ita egregie gessit, „ ut nullam suæ professionis observantiam „ præteriret. Nocte ad matutinas semper „ surgens : ac deinde usque ad tertiam diei „ horam lectioni sacræ, aut scribendis libris „ incumbens : peracta hora tertia sacrificio, „ reliquum diem totum (demptis corporis ne- „ cessitatibus) pastorali curse dabat . Secun- „ do vides : quomodo &c.*

QUESTIO CLXXXVI.

De bis in quibus religionis status preci- pue consistit,

In decem articulos divisa.

DEinde considerandum est de his quæ per- tinent ad statum religionis. Circa quod occurrit quatrupliciter consideratio. Quarum prima est de his in quibus principaliter consistit religionis status. Secunda de his quæ religiosis licite convenire possunt. Tertia de distinctione religionum. Quarta de religionis ingressu.

Circa primum queruntur decem.

Primo, utrum religiosorum status sit perfectus.

Secundo, utrum religiosi teneantur ad omnia consilia.

Tertio, utrum paupertas voluntaria requiriatur ad religionem.

Quarto, utrum requiratur continentia.

Quinto, utrum requiratur obedientia.

Sexto, utrum requiratur quod hæc cadant sub voto.

Septimo de sufficientia horam votorum.

Octavo de comparatione eorum ad invicem.

Nono, utrum religiosus semper mortaliter peccet, quando transgreditur statutum suæ regulæ.

Decimo, utrum, ceteris paribus, in eodem genere peccati plus peccet religiosus quam secularis.

AR.

tamen ad marginem intitulatur; Dicitur autem si- gulari sive intitulari, quia titulus Episcopi post ordinationem vel consecrationem suam insignitur: Quod quidem ex antiquo electionum ritu ad altare maioris Ecclesie cuius Episcopus designatus est fieri supponitur: Sic enim indicatur in Syntagmate juris lib. 17. cap. 12. num. 46. ubi dicitur quod peracta electione si praesens est electus Episcopus, portatur ad altare cathedralis Ecclesie, ibique in cathedra episcopali constituitur: Vel titulari ad altare; non idem est ac titulari apud altare; sed per altare intelligitur Ecclesia cuius titulum acquisivit: Unde altari restitutæ periinde est ac Ecclesia, sicut indi- cat ibi Glossa: Contra canonem tamen istum qui

post episcopalem ordinationem vel consecrationem acquisita Episcopali Ecclesie restitui decernit, quæstionem hanc movet qualiter illud stare potest; quia ex quo aliquis prius factus est monachus, omnia que habebat dedit monasterio, & per consequens dedit jus quod habebat succendi: Respondet vero quod cum factus est monachus nondum ad jus habebat que per successionem postlimino acquisivit, quia si illud non conpertit nisi post mortem ejus cui succeditur, sed solummodo habebat spem suo tempore succendi si moreretur ille: quam spem transiulsi cum desit filius esse talis monasti- ii &c.

ARTICULUS I. 884

Utrum religio importet statum perfectionis.

Ques. v. art. 21. cor. & opusc. XVIII. cap. XVI.

AD primum sic proceditur. Videtur quod religio non importet statum perfectionis. Illud enim quod est de necessitate salutis, non videtur ad statum perfectionis pertinere. Sed religio est de necessitate salutis: quia per eam uni omnipotenti Deo religiamur sicut Augustinus dicit in Lib. de vera relig. (cap. ult. vers. fin.) vel religio dicitur ex eo quod Deum relegimus, quem amissramus negligentes, ut Augustinus dicit in X. de civit. Dei (cap. iv. ante med.) Ergo videtur quod religio non nominet perfectionis statum.

2. Præterea. Religio secundum Tullium (Lib. II. de invent. aliquant. ante fin.) est *que naturæ divine cultum, & ceremoniam afferre*. Sed afferre Deo cultum, & ceremoniam magis videtur pertinere ad ministeria factorum ordinum quam ad diversitatem statuum, ut ex supra dictis patet (implic. quest. lxxxii. art. 2. ad 3. & art. 4.) Ergo videtur quod religio non nominet perfectionis statum.

4. Præterea. Religio videtur esse pœnitentia locus: dicitur enim in Decretis vii. quest. i. (cap. Hoc nequaquam:) *Precipie sancta Synodus ut quicumque de potiñficali di-*

Summ. S.Th. Tom. IX.

gnitate ad monachorum vitam, & pœnitentie descendens locum, numquam ad Pontificatum resurgat. Sed locus pœnitentia oppositum statui perfectionis: unde Dionysius in vi. cap. eccl. Hierarch. (parum a princ.) ponit pœnitentes in infimo loco, scilicet inter purgandos. Ergo videtur quod religio non sit status perfectionis.

Sed contra est quod in collationibus Patrum (collat. i. cap. vii. a med.) dicit Abbas Moyses de religiosis loquens: *Jejuniorum inediām (1), vigilias, labores corporis, nuditatem, lectiōnē ceterasque virtutes debere nos suscipere noverimus ut ad perfectionem caritatis istis gradibus possimus ascendere*. Sed ea quæ ad humanos actus pertinent, ab intentione finis speciem, & nomen recipiunt (2). Ergo religiosi pertinent ad statum perfectionis. Dionysius etiam vi. cap. eccl. Hierar. (loc. cit.) dicit, *eos qui nominantur Dei famuli ex Dei puro servitio, & simulatu, uniri ad amabilem (3) perfectionem*.

Respondeo dicendum, quod, sicut ex supra dictis patet (quest. cxli. art. 2.) id quod communiter multis convenit, antonomastice attribuitur ei cui per excellentiam convenit; sicut nomen fortitudinis vendicat sibi illa virtus quæ circa difficillima firmatatem animi servat; & temperantia nomen vendicat sibi illa virtus quæ temperat maximas delectationes. Religio autem, ut supra habitum est (quest. lxxxi. art. 2.) est quædam virtus, per quam aliquis ad Dei servitium, & cultum aliquid exhibit. Et ideo antonomastice religiosi dicuntur illi qui se totaliter mancipant divino servitio (4).

N*n*

qualis

(1) Vel simpliciter *Jejunia*, ut in originali textu qui & reliqua paullo plenius habet.

(2) Ut jam ante quoad ipsummet nomen ex Philosopho notatum est, scilicet i. 2. quest. 113. art. 1.

(3) Seu φιλόποιον λέγειν quod ex vulgari notione Dei amantem significat, sed *amabilem* Deo significare iuxta Budzeum potest, sicuti & apud Basiliū & Gregorium Nazianzenum *χαρισμάτων γένεσις* pro exhortationibus Deo amabilibus &c.

(4) Viderit Germon quam sapienter contra propositiones Matthæi Grabon nostri ordinis Prædicatorum in Saxonia scribens Corollario i. hanc propositionem quod Religio factitia sit antonomastice Religio non statim tantum & insanam sed & hereticalem blasphemiam ausus fuerit appellare, prout dicit quod per eam se obligat homo ad ea que pertinent essentialem ad statum perfectionis in aliqua Regula de approbatis: Quam solide id probet vel patere subiungat quis sequentur (inquit) quod Christus &

Prælati non essent in statu perfectionis qui nullam rationem Regulam professi sunt? Quam reverenter dicat credibile non esse quod S. Augustinus sus S. Thomas hoc somniasset: Certe si eo sensu intellexit Matthæus ille ut factitiam qualitercumque Religionem Prælatorum statui anteficeret, aut ut essentiam perfectionis quæ consistit in caritate, factitiae Religionis professoribus excellentiis quam Prælati putaret convenire, non excusat a censura, nec tale, quidquam somniasset patetur S. Thomas qui contrarium aperte antea scripsit: Sed si Religionem factitiam antonomastice Religionem dici sensit per comparationem ad vulgarem Christianorum statum & essentiam statu perfectionis non alia quam vota intellexit que ad Religiosi status essentiam pertinent; adeoque ad statum perfectionis acquirendam non acquisitum, ac statutum sapienter, ac insanis fana mente, an & hereticis blasphemias catholico animo posset accusari, quia hoc ipsum dixit quod hic aperte

sime

quasi holocaustum Deo offerentes. Unde Gregorius dicit super Ezech. (hom. xx. inter med. & fin.) *Sunt quidam qui nihil subim-
sipis reservant ; sed se nsum , linguam , vi-
tam , atque substantiam , quam percepunt ,
omnipotens Deo immolant.*

In hoc autem perfectio hominis consistit quod totaliter Deo inhæreat , sicut ex supra dictis patet. (quæst. clxxxiv. art. 2.) & secundum hoc religio perfectionis statum nominat.

Ad primum ergo dicendum , quod exhibere aliqua ad cultum Dei est de necessitate salutis ; sed quod aliquis se totaliter , & sua divino cultui deputet , ad perfectionem pertinet.

Ad secundum dicendum , quod , sicut supra dictum est (quæst. lxxxii. art. 1. ad 1. & art. 4. ad 1. & 2.) cum de virtute religionis ageretur , non solem ad religionem pertinent oblationes sacrificiorum , & alia hujusmodi , quæ sunt religionis propria ; sed etiam actus omnium virtutum , secundum quod referuntur ad Dei servitium , & honorem , efficiuntur actus religionis . Et secundum hoc si aliquis totam vitam suam divino servitio deputet , tota vita sua ad religionem pertinebit : & secundum hoc ex via religiosa , quam ducunt , religiosi dicuntur qui sunt in statu perfectionis .

Ad tertium dicendum , quod , sicut dictum est (quæst. clxxxiv. art. 5. & 6.) religio

nominat statum perfectionis ex intentione finis. Unde non oportet quod quicunque est in religione , jam sit perfectus , sed quod ad perfectionem tendat . Unde super illud Matth. xix. Si vis perfectus esse Or. dicit Origenes (tract. viii. in Matth. aliquant. a med.) quod ille qui mutavit pro divinitate pauperatem , ut fias perfectus , non in ipso tempore quo tradideris bona sua pauperibus , fies omnino perfectus , sed ex illa die incipie speculatio Dei adducere eum ad omnes virtutes . Et hoc modo in religione non omnes sunt perfecti , sed quidam incipientes , quidam proficientes .

Ad quartum dicendum , quod religionis status principaliter est institutus ad perfectionem adipiscendam per quedam exercitia , quibus tolluntur impedimenta perfectæ caritatis . Sublatis autem impedimentis perfectæ caritatis , multo magis exciduntur occasiones peccati , per quod totaliter tollitur caritas . Unde cum ad penitentem pertineat cauſas peccatorum excidere , ex consequenti status religionis est convenientissimus penitentia locus . Unde in Decr. xxxiiii. quæst. 11. cap. Admonere , consulitur cuiusdam qui uxori occiderat , ut potius monasterium ingrediatur , quod dicitur esse melius , & levius , quam quod penitentiam publicam agat , remanendo in seculo .

A.P.

time S. Thomas , & qu. 188. art. 2. ad 2. & art. 3. etiam ad 2. Nec vero inter positiones a predicto Mattheo coram Legato Aquileiensi revocatas ullam mentio hujus , quæ nihil plane contineat videri potest predicto sensu explicata non sapienter & innocue dictum . An seque innocuum quod Propositum prima in contrarium dicit Gerson , scilicet Religionem christianam extra quam non est salus , dicendum esse antonomastice Religionem ? Et in quinta quod factio-
sia Religiones non improprie tantum & abusive sed forsitan arroganter dicitur sunt status perfectionis ? Nam si prima propositio vera est , quomodo stabit sexta quam & ibidem addit , nempe religionem christianam debere perfectionis a Papa & a Cardinalibus & a Prelatis observari ? Ex quo sequitur statum Papæ , Car-
dinalium & Prelatorum licet extra illum sit salus , antonomastice religiosum dici posse , sicut & nunc Prelates quidam religiosissimos passim se inscribunt : Si secunda etiam propositio vera , sit igitur arrogans forsan S. Thomas qui tam fidenter statum perfec-
tio-
nis Religioni factitius docet ac probat convenire . Quid quod religiosus vita professores perfectos vocat Augustinus in Pfal. 32. & eorum perfectionem per vestimenti Aaronici oram (sive superiori partem) significari notat ? lib. 2. Retract. cap. 21. laicos in-

terioris propositi appellat & opponit Religiosis ; ep. 89. qu. 4. mandatorum observantium ab excellenti-
ri perfectione distinguit ? Quid quod in Concilio To-
letano 6. cap. 6. religiosus habitus appellatur pro monastico ? In Concilio Toletano 10. cap. Item 6. Religionis tonsura , Religionis vestis , Religionis cul-
sus ? Apud Leonem Papam epist. 190. sive 192. pro-
positum monachi electio meliorum : Ut vide et in
Decretis Causa 20. quæst. 2. & 3. cap. Si in qualis-
cav. cap. Propositum & cap. Proclavis : Et in De-
cretalibus lib. 3. tit. 31. transentes ad Religionem ,
tit. 36. religiosus dominus tit. 37. Cappellae Monache-
rum & aliorum Religiosorum inscribuntur : Et quod in
Concilio Lateranensi Alexander III. Religioses , Hono-
rius III. Religiosas personas vocat ; ut cap. Mono-
chi Extra de statu Monachorum , & cap. Super spe-
culum Extra Ne Clerici vel Monachi refertur : Num
hoc est antonomastice loqui ? Quæ contra corruptio-
rem virginitatis Augustini seque dicta sint de quo
infra . Sed quamvis antedicta paulo durius Gerson
videatur dixisse propter pravum quem sic intellexe-
rat sensum corrigendum , serm. tamen 2. de S. Au-
tochito Documento 3. Religio intranda non est inquit
nisi ut major perfectio acquiratur , exemplo S. As-
tonii qui ut perfectus esses instavat .

APPENDIX.

EX art. habes primo : quomodo per rationem destruas, tamquam ad radicem malæ arboris securim ponens, errores Joannis Wicelle dicentis, quod monachus nemo salvare potest in religione privata ; & quod monachus existens in religione privata qualcumque inhabilis est ad obseruantiam mandatorum Dei : & quod omnes religiones indiferenter introductæ sunt a diabolo : & quod viventes in religionibus privatis non sunt de religione Christiana ; & quod Augustinus, Benedictus, Bernardus, & alii, instituendo religiones privatas, peccaverunt, & damnati sunt, nisi paenituerint de hoc, quod instituerunt, & intraverunt religiones. Item Arnoldi dicentis, quod claustrum incolentes omnes sunt extra caritatem, ideo damnantur : & falsificant, quotquot sunt, doctrinam Christi. Per hoc enim, quod articulus præsens D. Thomæ demonstrat, quod religio dicit statum perfectionis, patet, quod errores illos radicibus evellit. Nam hinc liquido constat, quod claustrum incolentes, ut sic, idest, ut claustrum incolentes, seu, quod idem est, quod religiosi, ut sic, idem ut religiosi, non sunt extra caritatem, neque falsificant doctrinam Christi ; item, quod non sunt inhabiles ad custodiā mandatorum Dei : item, quod ipsi possunt salvare : quod ipsi valde sunt de religione Christiana, quod institutores religionum, sic agendo, & contra diabolum casta moverunt, & salvare meruerunt & aliis salutis facilem semitam aperuerunt. Quinimo exinde clarissimum formaliter est, quod monachorum, seu religiosorum, seu claustra incolentium ut sic idest ut tales sunt, nullus est, qui non sit valde habilis ad obseruantiam mandatorum Dei, qui non sit in via facilis ad salutem, qui non defendat etiam factis ipsis veritatem doctrinæ Christi, qui non sit contra diabolum, qui non sit admodum conjecturaliter in caritate, & gratia Dei. Hac enim omnia, atque similia virtualiter includuntur in hoc, sc. religio est status perfectionis : ut prudens quisque facilime cognoscere potest ex consideratione dictorum in textu corporis. Secundo habes : quomodo per rationem ostendas, illos omnes errores Joannis Wicelle, quos & seff. 8. recitat partim illis, partim æquivalentibus verbis, a Concilio Constantiensi merito damnari. Post quorum, multo sumque aliorum sèpius factam examinatio-

nem; atque reprobationem, Concilium ipsum ibidem pronunciavit hereticum Joannem Wicelle, ac ejusdem memoriam condemnavit ; mandavitque ossa ipsius exhumari, & cremari. Item per articuli rationem ostendere potes, merito damnari a supra dictis articulis. num. 872. Item a Veritatibus aureis super totam legem veterem, Exod. 3. conclus. 2. Levit. 11. conclus. 11. c. 2. concl. 3. Item a Divi Thomæ opusc. 19. contra impugnantes religionem. Hoc ipse fecit ad instantiam summi Pontificis, ubi diffusissime inimicos Ecclesiæ authoritatis, & rationibus in ipsorum sophistis omnibus cavillationibus singillatim convicit. Hoc ipse summus Pontifex, tamquam vere catholicum approbavit, & libellum contrarium, religionem scilicet impugnantium, tamquam hereticum, & nefarium condemnavit, ipsius libelli authoribus cum complicibus de cathedra magistratus ipsorum depositis, e studio Parisiensi, ubi tunc erant, expulsis, omniq[ue] dignitate privatis. Tertio videt : quomodo &c.

ARTICULUS II. 885

Utrum quilibet religiosus teneatur ad omnia consilia.

IV. dist. 1. quest. 11. art. 6. quest. 2. ad 3.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod quilibet religiosus teneatur ad omnia consilia. Quicumque enim profiteretur statum aliquem, tenetur ad ea quæ illi statui conveniunt. Sed quilibet religiosus profiteretur statum perfectionis. Ergo quilibet religiosus teneatur ad omnia consilia quæ ad perfectionis statum pertinent.

2. Præterea. Gregorius dicit super Ezech. (hom. xx. inter med. & fin.) ille qui præsens seculum deserit, & agit omnia bona quæ vales, quasi jam Ægypto derelicta, sacrificium præbet in eremo. Sed deserere seculum, specialiter pertinet ad religiosos. Ergo etiam eorum est agere omnia bona quæ valent ; & ita videtur quod quilibet eorum teneatur ad omnia consilia implenda.

3. Præterea. Si non requiritur ad statum perfectionis quod aliquis omnia consilia implet, sufficiens esse videtur, si quædam consilia implet, Sed hoc falsum est : quia multi in seculari vita existentes aliqua consilia implet, ut patet de his qui continentiam servant. Ergo videtur quod quilibet religiosus, qui est in statu perfectionis, teneatur

ad omnia quæ sunt perfectionis. Hujusmodi autem sunt omnia consilia.

Sed contra. Ad ea quæ sunt supererogationis, non tenetur aliquis nisi ex propria obligatione. Sed non quilibet religiosus obligat se ad omnia, sed ad aliqua determinata, quidam ad hanc, quidam ad illa. Non ergo omnes tenentur ad omnia.

Respondeo dicendum, quod ad perfectionem aliquid pertinet tripliciter. Uno modo essentialiter: & sic, sicut supra dictum est (quæst. clxxxiv. art. 3.) ad perfectionem pertinet perfecta observantia præceptorum caritatis. Alio modo ad perfectionem pertinet aliquid consequenter, sicut illa quæ consequuntur ex perfectione caritatis; puta quod aliquis maledicenti benedicat, & alia hujusmodi impleat: quæ etsi secundum præparationem animi sint in præcepto, ut scilicet impleantur, quando necessitas requirit; tamen ex superabundantia caritatis procedit quod etiam præter necessitatem quandoque talia impleantur. Tertio modo pertinet aliquid ad perfectionem instrumentaliter, & dispositive, sicut paupertas, continentia, abstinentia, & alia hujusmodi.

Dictum est autem (art. præc.) quod ipsa perfectio caritatis est finis status religionis. Status autem religionis est quædam disciplina, vel exercitium ad perfectionem perveniendi; ad quam quidem aliqui pervenire nintuntur exercitiis diversis, sicut etiam medicus ad sanandum uti potest diversis medicamentis. Manifestum est autem quod illi qui operatur ad finem, non ex necessitate convenit quod jam asseditus sit finem, sed requiritur quod per aliquam viam tendat ad finem. Et ideo ille qui statum religionis assumit, non tenetur habere perfectam caritatem; sed tenetur ad hoc tendere, & operari dare ut habeat caritatem perfectam.

Et eadem ratione non tenetur ad hoc quod illa impleat quæ ad perfectionem caritatis consequuntur: tenetur autem ut ad ea implenda intendat: contra quod facit contemnens: unde non peccat, si ea pretermittat, sed si ea contemnat.

Similiter etiam non tenetur ad omnia exercitia quibus ad perfectionem pervenitur, sed ad illa quæ determinate sunt ei taxata secundum regulam quam professus est.

Ad primum ergo dicendum, quod ille qui transit ad religionem, non profitetur se esse perfectum, sed profitetur se adhibere studium ad perfectionem consequendam; sicut etiam ille qui intrat scholas, non profitetur se scienc-

tem, sed profitetur se studentem ad scientiam acquirendam. Unde, sicut Augustinus dicit in VIII. de civit. Dei (cap. 11. a princ.) *Pythagoras noluit se sapientem profici, sed sapientie amatorem*. Et ideo religiosus non est transgressor professionis, si non sit perfetus, sed solum si contemnat ad perfectionem tendere.

Ad secundum dicendum, quod sicut dilige-re Deum ex toto corde tenentur omnes; est tamen aliqua totalitas perfectionis, quæ sine peccato prætermitti non potest, aliqua autem quæ sine peccato prætermittitur, dum tamen desit contemptus, ut supra dictum est (quæst. clxxxiv. art. 1. ad 3.) ita etiam omnes tamen religiosi, quam seculares tenentur aliqualiter facere quidquid boni possunt: omnibus enim communiter dicitur Eccle. ix. 10. *Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare*. Est tamen aliquis modus hoc præceptum impleandi, quo peccatum vitatur, scilicet si homo faciat quod potest, secundum quod requirit conditio sui status; dummodo contemptus non adgit agendi meliora, per quem animus fir-matur contra spiritualem profectum.

Ad tertium dicendum, quod quædam consilia sunt quæ si prætermitterentur, tota vita hominis implicaretur negotiis secularibus; puta si quis haberet proprium, vel matrimonio uteretur, aut aliquid hujusmodi ficeret, quod pertinet ad essentialia vota religionis: & ideo ad omnia talia consilia obliteranda religiosi tenentur. Sunt autem quædam consilia de quibusdam melioribus particularibus actibus, quæ prætermitti possunt absque hoc quod vita hominis secularibus actibus implicitur; unde non oportet quod ad omnia talia religiosi teneantur.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito suisse insinuatum a Scripturis: quod non quilibet religiosus tenetur ad omnia consilia. Ut a Psal. 44. per locum a simili, per hoc scilicet, quod dicit: *Reginam a dexteris Dei afflentem esse circumdatam ordinata varietate*. Ac si per hanc ad propositum dicatur: quod religiosus quilibet non tenetur ad omnia consilia (nisi tria essentialia sint) sed solum ad sibi taxata secundum ordinatam regulæ varietatem, quam profitetur; alioquin ad invicem non distinguerentur religiones: nec cognosceretur, quis cui instituto adscriptus esset, ut manifeste constat. Hinc pro hac pulcherrima Reginæ varietate legi-

legimus BB: Joannis Baptiste vestitum de pilis camelorum; Jacobi Apostoli lineam tunicam, ipsum capillorum, pedibus nudis, barba horrida incidentem; Pauli Thebaidis tunicam palmulis contextam; Antonii Magni cucullum, Basilii Magni, Benedicti, Augustini, &c. diversas quoad accidentalia consilia (ut in resp. ad 3.) regulas, & constitutions. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS III. 886

Uirum paupertas requiratur ad perfectionem religionis.

Inf. art. 4. co. & ad 1. & opusc. XVIII. cap. VII. & VIII.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod paupertas non requiratur ad perfectionem religionis. Non enim videtur ad statum perfectionis pertinere illud quod illicite sit. Sed quod homo omnia sua relinquat, videtur esse illicitum: Apostolus enim II. ad Corinth. VIII. 12. dat formam fidelibus elemosynas faciendo, dicens: *Si voluntas præsta est, secundum id quod habet, accepta est,* idest ut necessaria retineatis: & postea subdit: *Non enim ut alii sibi remitto, vobis aures tribulatio:* Glossa (interl.) „idest paupertas.“ Et super illud I. ad Tim. vi. *Habentes alimenta, & quibus tegamur,* dicit Glossa (interl.) „Etsi nihil intulerimus, vel ablatur simus; non tamen omnino ab jicienda sunt hæc temporalia.“ Ergo videtur quod voluntaria paupertas non requiratur ad perfectionem religionis.

2. Præterea. Quicumque se exponit periculo, peccat. Sed ille qui omnibus suis religiis, voluntariam paupertatem sectatur, exponit se periculo & spirituali, secundum illud Prov. xxx. 9. *Ne forte ego state compulsus furer, & perjurtem nomen Dei mei:* & Eccl. XXVII. i. *Propter inopiam multi deliquerunt:* & etiam corporali: dicitur enim Eccle. VII. 13. *Sicut protogit sapientia, sic protegit & pecunia:* & Philosophus dicit in IV. Ethic. (cap. 1. paulo a princ.) quod videtur quedam perditio ipsius hominis esse corruptio divisiarum, quia per has homo vivit. Ergo vide-

tur quod voluntaria paupertas non requiratur ad perfectionem religiosæ vitæ.

3. Præterea. Virtus in medio consistit, ut dicitur in II. Ethic. (cap. vi.) Sed ille qui omnia dimittit per voluntariam paupertatem non videtur in medio consistere, sed magis in extremo. Ergo non agit virtuose; & ita hoc non pertinet ad vitæ perfectionem.

4. Præterea. Ultima perfectio hominis in beatitudine consistit. Sed divitiae conferunt ad beatitudinem: dicitur enim Eccli. XXXI. 8. *Beatus dives qui inventus est sine macula:* & Philosophus dicit in I. Ethic. (cap. v. circa fin. & cap. x.) quod organico divitiae deserviunt ad felicitatem. Ergo voluntaria paupertas non requiritur ad perfectionem religionis.

5. Præterea. Status Episcoporum est perfectior quam status religionis. Sed Episcopi possunt proprium habere, ut supra habitum est (quæst. præc. art. 6.) Ergo & religiosi.

6. Præterea. Dare eleemosynam est opus maxime Deo acceprum, & sicut Chrysostomus dicit (hom. ix. in epist. ad Hebr. declinando ad fin.) *medicamentum, quod maxime in paenitentia operatur.* Sed paupertas excludit eleemosynarum largitionem. Ergo videtur quod paupertas ad perfectionem religionis non pertineat.

Sed contra est quod Gregorius dicit in VIII. Mor. (cap. xv. a princ.) (1) *Suns nonnulli justorum, qui ad comprehendendum culmen perfectionis accincti, dum altiora interius appetunt, exterius cuncta derelinquent.* Sed accincti ad comprehendendum culmen perfectionis, proprie pertinet ad religiosos, ut dictum est (art. 1. & 2. præc.) Ergo eis competit ut per voluntariam paupertatem cuncta exterius derelinquant.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. præc.) status religionis est quoddam exercitium, & disciplina, per quam pervenitur ad perfectionem caritatis. Ad quod quidem necessarium est quod aliquis affectum suum totaliter abstrahat a rebus mundanis: dicit enim Augustinus in X. Confess. (cap. xxix.) ad Deum loquens: *Minus te amat qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat.* Unde in Lib. lxxxiii. Qq. (quæst. xxvi. ciz. princ.) dicit Augustinus, quod nutriti-

(1) Super illud nimis Job 7. *Desperavi nequaquam ultra iam vivam,* ut cap. 15. in modernis Exemplaribus videre est, sive cap. 19. in antiquis: Pereram autem velut ex libro 4. citat Manucri-

ptum: Sed & oscitantius ut ex libro 2. Impressa passim notant, & ad marginem addunt ex cap. 27, declinando ad finem: An per visum nocturnum vel diurnum somnium?

*nutrimentum caritatis est diminutio cupiditatis ; perfectio nulla cupiditas . Ex hoc autem quod aliquis res mundanas possidet , allicitur animus eius ad earum amorem . Unde Augustinus dicit in epist. ad Paulinum , & Therasiam (1) (xxxi. al. xxxiv. a med.) quod terrena diliguntur artius adepta quam concupisca . Nam unde juvenis ille tristis discessit , nisi quia magnas divitias habebat ? Aliud est enim nolle incorporare que defunt ; aliud jam incorporata divellere : illa velut extranea repudiantur ; (*) ista veluti membra præcidentur . Et Chryostomus dicit super Matth. (hom. ix. ante med.) quod apposito divitiarum majorem accendit flammam , & vehementior fit cupidio .*

Et inde est quod ad perfectionem caritatis acquirendam primum fundamentum est voluntaria paupertas , ut aliquis absque proprio vivat , dicente Domino Marth. xix. 21. Si vis perfectus esse , vade , vende omnia que habes , & da pauperibus , & veni , sequere me .

Ad primum ergo dicendum , quod , sicut Glossa (interl.) ibid. subdit , „ non ideo dixit Apostolus ut vobis non sit tribulatio , „ idest paupertas , quin melius esset omnia dare ; sed infirmis timet , (2) quos sic datur , re monet ut egestatem non patientur . „ Unde similiter etiam ex Glossa alia non est intelligendum , quod non liceat omnia temporalia abdicere , sed quod non ex necessitate requiritur . Unde & Ambrosius dicit in I. de off. (cap. xxx. ante med.) Dominus non vult , scilicet ex necessitate præcepti , simul effundi opes , sed dispensari : nisi forte ut Heliensis boves suos occidit , & pavit pauperes ex eo quod habuit , (3) ut nulla cura teneretur domesticæ .

Ad secundum dicendum , quod ille qui omnia sua dimittit propter Christum , non exponit se periculo neque spirituali , neque cor-

porali . Spirituale enim periculum ex paupertate provenit , quando non est voluntaria quia ex affectu congregandi pecunias , quem patiuntur illi qui involuntarie sunt pauperes , incidit homo in multa peccata , secundum illud I. ad Tim. ult. 9. Qui volunt divites fieri , incidunt in tentationem , & in laqueum diaboli . Iste autem affectus deponitur ab his qui voluntariam paupertatem sequuntur ; magis autem dominatur in his qui divitias possident , ut ex supra dictis patet (in cor. ar.) Corporale etiam periculum non imminet illis qui intentione sequendi Christum omnia sua relinquunt , divinitus providentia se committentes . Unde Augustinus dicit in Lib. II. de serm. Domini in monte (cap. xvii. in princ.) Querentibus primum regnum Dei , & justitiam ejus , non debet subesse sollicitudo , ne necessaria desint .

Ad tertium dicendum , quod medium virtutis , secundum Phil. in II. Ethic. (cap. vi.) accipitur secundum rationem rectam , (4) non secundum quantitatem rei . Et ideo quidquid potest fieri secundum rationem rectam , non est vitiosum ex magnitudine quantitatis , sed magis virtuosum . Eset autem præter rationem rectam , si quis omnia sua consumeret per intemperantiam , vel absque utilitate . Est autem secundum rationem rectam quod aliquis divitias abjiciat , ut contemplationi sapientia vacet , quod eriam Philosophi quidam leguntur fecisse . Dicit enim Hieronymus in epist. ad Paulinum (5) Crates ille Thebanus , homo quondam dñissimus , cum ad philosophandum Aithenas pergeret , magnum aurum pondus abjecit ; nec putavit se posse simul divitias , & virtutes possidere . Unde multo magis secundum rationem rectam est ut homo omnia sua relinquat , ad hoc quod Christum perfecte sequatur . Unde Hieronymus dicit in epist. ad Rusticum monachum : Chri-

(1) Quos in ipsa inscriptione vere beatissimos atque abundantissima Dei gratia præstantissimos fratres vocat , ne quis in Therasia feminam sibi finiat : Pro illis autem verbis , velut extranea repudiantur , est in originali textu velut cibi : Nam inter extranea reponi cibi possunt ut extrinsecus advenientes .

(*) Ita mſt. Edit. ista vero veluti membra præscinduntur .

(2) Ut est in Manuscripto Summae , ac in originali glossæ textu interlinearis novæ , tum veteris collateralis : Non sicut passim in impressis additamento sensum turbante infirmis timet deficere .

(3) Non dicitur expresse quod pauperes paverit , sed quod populo comedendos dederit lib. 3. Reg. cap.

19. vers. 21. tam in græcis Bibliis quam latinis : Intelligitur tamen satis quod pauperibus de populo : Id autem fecit cum in signum vocationis ad prophetatum officium Helias transeundo per agrum super eum arantem pallium suum injectaret .

(4) Prout prudens nimirus fave sapiens determinat , sicut ibidem addit : Sed hoc ipsum est , determinari secundum rectam rationem .

(5) Sec. 13. quæ inscribitur de institutione Mose : & incipit ab illis verbis , Bonus homo de bono cordis thesauro profere bona : Quæ autem subiunguntur est ep. 4. in qua Rustico illi Monacho formam vivendi se profitetur præscribere , incipitque ab illis verbis . Nihil Christiano feliciter cui promiscitur regnum celorum .

Christum nudum nudus sequere.

Ad quartum dicendum, quod duplex est beatitudo, sive felicitas: una quidem perfecta, quam expectamus in futura vita; alia vero imperfecta, secundum quam aliqui dicuntur in hac vita beati. Vitæ autem presentis felicitas est duplex: una quidem secundum vitam activam; alia vero secundum vitam contemplativam, ut patet per Philosophum in X. Ethic. (cap. viii. & viii.) Ad felicitatem autem vitæ activæ quæ consistit in exterioribus operationibus, instrumentaliter divitiae coadiuvant: quia, ut Philosophus dicit in I. Ethic. (cap. viii.) (1) *multa operamur per amicos, & per divitias, & per civilem potentiam, sicut per quædam organa.* Ad felicitatem autem contemplativaæ vitæ non multum operantur; sed magis impediunt inquantum sua sollicitudine impediunt animi quietem, quæ maxime necessaria est contemplanti. Et hoc est quod Philosophus dicit in X. Ethicor. (cap. viii. ante med.) quod *ad actiones multis opus est; speculanti vero nulla talium, scilicet exteriorum bonorum, ad operationem necessitas, sed impedimenta sunt ad speculationem.* Ad futuram vero beatitudinem ordinatur aliquis per caritatem. Et quia voluntaria paupertas est efficax exercitium pervenienti ad perfectam caritatem ideo multum valet ad coelestem beatitudinem consequendam. Unde & Dominus Matth. xix. 21. dicit: *Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in*

cælo. (2) Divitiae autem habitæ per se quidem natæ sunt perfectionem caritatis impedire principaliter alliciendo animum, & distractando: unde dicitur Matth. xiiii. 22. quod *sollicitudo seculi, & fallacia divitiarum suffocant verbum Dei:* quia, ut Gregorius dicit (hom. xv. in Evang. in med.) *dum bonum desiderium ad cor intrare non sinunt, quasi aditum flatus vitalis necant.* Et ideo difficile est caritatem inter divitias conservare: unde Dominus dicit Matth. xix. quod *dives difficile intrabit in regnum cœlorum:* quod quidem intelligendum est de eo qui actu habet divitias: nam de eo qui affectum in divitiis ponit, dicit hoc esse impossibile, secundum expositionem Chrysostomi (hom. lxiv. in Matth. ante med.) cum subdit: *Facilius est cumulum per foramen acus transire quam divitem intrare in regnum cœlorum.* Et ideo non simpliciter dives dicitur esse beatus sed qui *inventus est sine macula, & post aurum non abiit;* & hoc ideo, quia rem difficilem fecit: unde subditur: *Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua,* ut scilicet inter divitias positus divitias non amaret.

Ad quintum dicendum, quod status episcopalis non ordinatur ad perfectionem adipiscendam, sed potius ut ex perfectione quam quis habet alios gubernet, non solum ministrando spiritualia, sed etiam temporalia: quod pertinet ad vitam activam, in qua multa operanda occurunt instrumentaliter per

(1) Non ut prius 10. quod impressa Exemplaria falso supponentia indicant ad marginem ibidem dici ac appendicem praecedenterem sed fictio: Bene autem ex libro 1. citat Manuscriptum, ubi cap. 8. græco-latinum vel 13. in antiquis habetur, & apud S. Thom. lect. 13.

(2) Huc etiam pertinet juxta interpretationem Hieronymi quod Christus ait Matth. 5. *Beati pauperes spiritu*, particulam hanc nempe addens, ne quis putaret paupertatem que nonnumquam necessitate portatur, a Domino predicari; non qui propter Sp̄ritum-Sanctum voluntate sunt pauperes: Ubi quis non miretur supradictum virginitatis Angustini depravatorem, qui ne statum perfectionis vel votorum observantiam commendabilem fateatur, vult non voluntariæ paupertati beatitudinem evangelicam esse a Christo attributam; & tam hebes est; ut id ex Lucz 6. probet, quia simpliciter ibi dicitur verbu 20. *Beati pauperes quia vestrum est regum Dei* Quasi per eum qui minus dicit explicari debeat qui plus dicit, ac non potius e converso; vel quasi Lucas contradicere voluerit Matthæo ut negaret spiritus paupertatem vel excluderet: O pauperem spiritu nec beatum! idest inopem plane mente, qui ve-

rum sensum sic abjiciat ne laudare voluntariam paupertatem cogatur quam explodit. Siccine vero Augustinus cuius tam ridicule quam stolidè restauratum se ostentat? Siccine, cum bonorum temporalium abdicatores (qui non alii quam pauperes voluntarii) *mentis excellentia consilium perfectionis receperisse* inculcat epist. 89. quest. 4. *gloriosissimam perfectionem* vocat? subiungitque quod qui *salis perfectionis tam grande consilium tamque præclarum non reveruntur, & tamen a damnabilibus immunes criminibus esurientem Christum paverunt, non se debunt quidem cum Christo sublimiter judicaturi, sed ad eus dexteram stabuisse misericorditer judicandi?* Siccine cum & addit se vehementer adamasse perfectionem illam, ac eam adjuvante gratia Dei suscepisse, in eaque quantum adsuuit Deus profecisse? Siccine cum in Psal. 94. appellat voluntate pauperes *Deo divites* & eorum exemplum assert qui ad pedes Apostolorum sua omnia posuerunt Actor. 4. Siccine cum in Ps. 103. Conc. 3. Petrus ut sequeretur Dominum (inquit) *quid posse dimittere?* Multum dimisit, fratres, multum dimisit: *Non solum quidquid habebat, sed & quidquid habere cupiebat* &c.

per divitias, ut dictum est (in solut. præc.) Et ideo ab Episcopis, qui profitentur gubernationem gregis Christi, non exigitur ut proprio careant, sicut exigitur a religiosis, qui profitentur disciplinam perfectionis acquirendæ.

Ad sextum dicendum, quod abrenuntiatio propriarum divitiarum comparatur ad elemosynarum largitionem, sicut universale ad particulare, & holocaustum ad sacrificium. Unde Gregorius dicit super Ezech. (hom. xx. intermed. & fin.) quod illi qui ex possessis rebus subsidia egentibus ministrant, in bonis que faciunt, sacrificiorum offerunt, quia aliquid Deo immolant, & aliquid sibi reservant; qui vero nibil sibi reservant, offerunt holocaustum, quod est maior sacrificio. Unde etiam Hieronymus contra Vigilantium (cap. v. cit. fin. & incipit, *Multa in orbe*) dicit: *Quod autem afferis, eos melius facere qui utuntur rebus suis* & paulatim fructus professionis suarum pauperibus dividunt, non a me eis, sed a Domino respondebitur: *Si vis perfectus esse &c. & posse subdit: Iste quem tu laudas, secundus & tertius gradus est, quem & nos recipimus;* dummodo sciamus prima secundis, & tertii preferenda. Et ideo ad excludendum errorem Vigilantii dicitur in Lib. de eccl. dogmatibus (cap. lxxi.) *Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare: melius est pro intentione sequendi Dominum insimul donare,* & *absolutum solicitudine egere cum Christo.*

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationem destruas errores Joannis Spangenbergii dicentis, Paupertatem voluntariam esse frustaneam. Et Guilelmi de S. Amore dicentis, paupertatem habitualem esse licitam, non actualem: quia (inquit) promptitudo animi solum licita est ad relinquendum omnia pro Christo, cum urget necessitas, qua necessitate exclusa, illicita est. Et Desiderii cuiusdam hæsiarchæ dicentis, paupertatem voluntariam non solum esse inutilem, sed etiam noxiæ. Unde & (ut ait D. Thomas in opusc. 19.) condemnat statum eorum, qui relictis omnibus egere volunt cum Christo. Patet enim consideranti, & (ut decet) singillatim applicanti: quod articulus præsens per rationem tum directam, idest in corpore positam, tum indirectam, idest per solutiones argumentorum, impugnat, & expugnat prædictos errores. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, eosdem merito dam-

nati ab exemplo totius perfectionis, idest Christo. Is enim tantæ paupertatis actualis fuit, ut, unde tributum solveret, non haberet. Ut colligit glossa ex Matth. 17. *Vade ad mare, & mitte hamum, &c.* Et ex Luc. 9. *Vulpes foveas habent.* Hoc est, secundum glossam. *Ego sum tanta paupertatis, ut nec hospitium quidem habeam, nec meo utra tecto.* Item ab Apostolis, in quibus post Christum perfectione evangelica, & religionis, maxime claruit. Nam hi relictis retibus, & navi, secuti sunt Dominum Matth. 4. In quorum etiam omnium persona ait Petrus Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia.* Item a B. Hieronymo ad Hedibiam. „ Vis esse „ perfecta, & in primo stare fastigio dignitatis? Fac, quod fecerunt Apostoli: ven „ de omnia, quæ habes, & da pauperibus, „ & sequere Salvatorem: & nudam, solam „ que crucem nuda sequaris, & sola. „ Hæc ille, de actuali profecto paupertate loquens. Item ab eo, quod excedens præmium, quod utique non nisi excellenti merito redditur, paupertatem actualem voluntarie pro Christo amplexantibus promittitur, scil. judicaria potestas, Matth. 19. *Vos, qui, &c. Sedebitis iudicantes, &c.* Unde colligit gloss. hoc. „ Qui reliquerunt omnia, & secuti sunt Domini, hi judices erunt. Qui licita habentes his recte usi sunt, iudicabuntur. „ Item ab Elucid. Addition. articul. numer. 381. „ Item ab opusc. 19. contra impugnantes religionem: ubi egregius Ecclesiæ sanctæ Doctor hic multipliciter enervat errores illos: captiunculasque suorum patronorum abundantissime simul, & efficacissime distinxit. Testio vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S IV. 887

Utrum perpetua continentia requiratur ad perfectionem religionis.

Sup. quest. lxxxviii. art. 11. cor. fi. & opusc. xviii. cap. ix. & opusc. xix. cap. 1. & in prol. super Ia. lect. 2.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod perpetua continentia non requiratur ad perfectionem religionis. Omnis enim vita christiana perfectio ab Apostolis Christi coepit. Sed Apostoli continentiam non videntur servasse, ut patet de Petro, qui socrum legitur habuisse Matth. viii. Ergo videtur quod ad perfectionem religionis non requiriatur perpetua continentia.

2. Præ-

2. Præterea. Primum perfectionis exemplar nobis in Abraham ostenditur , cui Dominus dixit Gen. xvii. 1. Ambula coram me , & es perfectus . Sed exemplatum non oportet quod excedat exemplar . Ergo non requiritur ad perfectionem religionis perpetua continentia .

3. Præterea . Illud quod requiritur ad perfectionem religionis , in omni religione inventur . Sunt autem aliqui religiosi qui uxoris utuntur . Non ergo religionis perfectio exigit perpetuam continentiam .

Sed contra est quod Apostolus II. ad Cor. vii. 1. dicit : Mandemus nos ad omni inquisitamento carnis , & spiritus , perficientes sanctificationem nostram in timore Dei . Sed munditia carnis , & spiritus conservatur per continentiam : dicitur enim I. Cor. vii. 34. Mulier innupta , & virgo cogitat quæ Domini sunt , ut sis sancta spiritu , & corpore . Ergo perfectio religionis requirit continentiam .

Respondeo dicendum , quod ad statum religionis requiritur subtractio eorum per quæ homo impeditur ne feratur totaliter in Dei servitium . Usus autem carnalis copulæ retrahit animum ne totaliter feratur in Dei servitium , dupliciter . Uno modo propter vehementiam delectationis , ex cuius frequenti experientia augetur concupiscentia , ut etiam Philosophus dicit in III. Ethic. (cap. ult. a med.) Et inde est quod usus venereorum retrahit animum ab illa perfecta intentione tendendi in Deum . Et hoc est quod Augustinus dicit in I. Soliloquior (cap. x. ante med.) Nihil esse sentio quod magis ex arte deiciat animum virilem , quam blandimenta feminæ , corporumque ille contactus , sine quo uxor baberi non potest . Alio modo propter sollicititudinem , quam ingerit homini de gubernatione uxoris , & filiorum , & re-

Summ.S.Th.Tom.IX.

rum temporalium , quæ ad eoram sustentationem sufficient . Unde Apostolus dicit (I. Cor. vii. 32.) quod qui sine uxore est , sollicitus est quæ sunt Domini , quomodo placeat Deo ; qui autem cum uxore est , sollicitus est quæ sunt mundi , quomodo placeat uoxi .

Et ideo continentia perpetua requiritur ad perfectionem religionis , sicut voluntaria paupertas . Unde sicut damnatus est Vigilius , qui adæquavit divitias paupertati ; ita damnatus est Jovinianus , qui adæquavit matrimonium virginitati (1) .

Ad primum ergo dicendum , quod perfectio non solum paupertatis , sed etiam continentiae introducta est per Christum , qui dicit Matth. xix. 12. Sunt eunuchi qui castaverunt seipso propter regnum cœlorum : & postea subdit : Qui potest capere capiat . Et ne alicui spes pervenienti ad perfectionem tolleretur , assumpsit ad perfectionis statum etiam illos quos invenit matrimonio junctos . Non autem poterat absque injuria fieri quod viri uxores desererent : sicut absque injuria siebat quod omnes divitias relinquerent . Et ideo Petrum , quem invenit matrimonio junctum , non separavit ab uxore ; Joannem tamen voluntarem nubere a nuptiis revocavit .

Ad secundum dicendum , quod , sicut Augustinus dicit in Lib. de bono conjugali (cap. xxii. ante med.) melior est castitas cœlibum quam castitas nupiarum , quarum Abraham habebat unam in usu , ambas in habitu : caste quippe conjugaliter vixit ; esse autem castis sine conjugio poruit , sed tunc non oportuit . Nec tamen quia antiqui patres perfectionem animi , simul cum divitiis , & matrimonio habuerunt , quod ad magnitudinem virtutis pertinebat , propter hoc infirmiores quique debent præsumere se tantæ esse virtutis ut cum divitiis , & matrimonio possint ad perfectionem per-

Oo
veni-

(1) Sic & corruptor virginitatis Augustini , qui post matrimonium virginitati adæquatum vel par meritum conjugatis ac virginibus nugasissime assignatum bellam hanc apostrophen conclusionis loco ponit quod cum virginitatem suis actionibus honorare non possit , eam voluit saltem suis epinicis ac praeconiss honorare : Quasi hoc valde singulare virginitatis epinicum ac praeconium existimari posse putet ut illius observatio nihil plus meriti conferat observanti quam conjugalis actus eo caste utenti , quin & minus : Perinde ac si dicam quod cum Regiam dignitatem congruentibus officiis & obsequiis venerari non possim , libet saltem laudibus meis & encomiis extollere , sub jungam autem nullum esse inter Nobiles Regni qui casa sua strenuitate non adæquet

quod Regi valde singulariter honorificum sit futurum seque ac proverbium hispanicum bidalgo como el Reg. O preconem virginitatis ! Quod subjungitur autem de Joanne ad 1. quasi nubere vel uxorem ducere cogitante sed a nuptiis revocato , dicitur ex quorundam vulgari sententia quod nupiarum Chana sponsus fuerit propter Prologum quemdam qui Tractatibus Augustini super Joannem præfigitur ; & Hieronymo tribuitur a Lyrano , quamvis incerti authoris est . Sed quid hac de re censendum sit in Supplemento annotavi ad quod remitto , qu. 48. art. 2. & qu. 63. art. 2. ad calcem : Præterquam quod ad annum Christi 31. num. 30. & deinceps id refellit expresse Baronius .

venire ; sicut nec aliquis præsumit hostes intermis invadere , quia Sampson cum mandibula asini multos hostium peremis . Nam illi patres , si tempus fuisset continentia , & paupertatis servandæ , studiosius hoc implessent .

Ad tertium dicendum , quod illi modi vendi secundum quos homines matrimonio uruntur , non sunt simpliciter & absolute loquendo religiones , sed secundum quid , in quantum scilicet in aliquo participant quædam , quæ ad statum religionis pertinent .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem destruas errores Joannis Westphali dicentis , quod continentia clericorum legem instituendi nulla est rationabilis causa . Item Luberi dicentis , Sacerdotes non debere esse ecclives . Intelligere namque videntur a simili hoc ipsum de religiosis : quoniam subest ratio similis utrobique , sc . servire Deo sine impedimento : quam rationem isti ignoranter , vel etiam malitiose negant . Maxime quoque videntur hodie contra religiosos prædicti errores ab illis extendi : quoniam plurimi eorum clericis sunt . Secundo habes : quomodo per rationem ostendas , errores ipsos merito damnari a 2. Cor. 7. ut ponitur cum discursu in argum. contr. Item a supradictis articulorum numer. 728. 754. Item ab Elucid. Addition. articulorum numer. 152. 214. 267. Item a Concilio Trident. sess. 24. can. 9. Tertio vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S V. 888

Utrum obedientia pertinet ad perfectionem religionis.

Opus. XVIII. cap. x. & opus. XIX. cap. I.

AD quintum sic proceditur . Videlicet quod obedientia non pertineat ad perfectionem religionis . Illa enim videntur ad perfectionem religionis pertinere quæ sunt superrogationis , ad quæ non omnes tenentur . Sed ad obediendum prælati suis omnes tenentur ,

secundum illud Apostoli ad Hebr. ult. 17. *Obedite præpositis vestris , & subjecete eis.* Ergo videlicet quod obedientia non pertineat ad perfectionem religionis .

2. Præterea . Obedientia pertinere videntur proprie ad eos qui debent regi sensu alieno ; quod est indiscretorum . Sed Apostolus dicit ad Hebr. v. 14. quod *perfectorum est solidus cibus* , qui pro consuetudine exercitatos habens sensus ad discretionem boni , & mali . Ergo videlicet quod obedientia non pertineat ad statum perfectorum .

3. Præterea . Si obedientia requireretur ad perfectionem religionis , oportet quod omnibus religiosis conveniret . Non autem omnibus convenit : sunt enim quidam religiosi solitariam vitam agentes , qui non habent superiores , quibus obediant : prælati etiam religionum ad obedientiam non videntur tenerti . Ergo obedientia non videntur pertinere ad religionis perfectionem .

4. Præterea . Si votum obedientiaz ad religionem requereretur , consequens esset quod religiosi tenerentur prælati suis in omnibus obediare , sicut & per votum continentia tenentur ab omnibus venereis abstinere . Sed non tenentur prælati suis obediare in omnibus , ut supra habitum est (quest. civ. art. 5.) cum de virtute obedientiaz ageretur . Ergo votum obedientiaz non requiritur ad religionem .

5. Præterea . Illa servitia sunt Deo maxime accepta quæ liberaliter , & non ex necessitate sunt , secundum illud II. ad Cor. ix. 7. *Non ex tristitia , aut ex necessitate .* (1) Sed illa quæ sunt ex obedientia , sunt ex necessitate præcepti . Ergo laudabilius sunt bona opera quæ quis propria sponte facit . Votum ergo obedientiaz non competit religioni , per quam homines querunt ad meliora pervenire .

Sed contra . Perfectio religionis maxime consistit in imitatione Christi , secundum illud Matth. xix. 21. *Si vis perfectus esse &c. sequere me .* (2) Sed in Christo maxime commendatur obedientia , secundum illud ad Philip. ii. 8. *Factus est obediens usque ad mortem .* Ergo videlicet quod obedientia pertineat ad

(1) De beneficentia in pauperes expresse dictum verf. 7. Sed seque potest quibuslibet aliis applicari : sicut & illud Psalm. 53. *Voluntarie sacrificando tibi a Gregorio applicatur lib. 7. epistolarum indictione 2. epist. 5.*

(2) Quod Hieronymus in eum sensum interpreta-

tur ibi : *Multi divitias relinquentes Dominum non sequuntur , inquit , Sequitur autem Dominum quæ imitator est ejus & per illius vestigia graditur : Ut & in illud Petro dictum Joan. 21. *Sequere me , sic Aug. Tract. 124. Sequere me per imitationem , &c.**

ad perfectionem religionis.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. 2. & 3. hu. quest.) status religionis est quædam disciplina, vel exercitium tendendi in perfectionem. Quicumque autem instruuntur, vel exercitantur, ut perveniant ad aliquem finem, oportet quod directionem alicujus sequantur, secundum cuius arbitrium instruantur, vel exercitentur, ut perveniant ad illum finem, quasi discipuli sub magisiro. Et ideo oportet quod religiosi in his quæ pertinent ad religionem visitam, alicujus instructioni, & imperio subdantur: unde & vii. quest. 1. (cap. Hoc nequaquam) dicitur: *Monachorum vita subjectionis habet verbum, & discipulatus* (1). Imperio autem, & alterius instructioni subdicitur homo per obedientiam: & ideo obedientia requiritur ad religionis perfectionem.

Ad primum ergo dicendum, quod obedire prælatis in his quæ pertinent ad necessitatem virtutis, non est supererogationis, sed omnibus commune; sed obedire in his quæ pertinent ad exercitium perfectionis, pertinet proprie ad religiosos: & comparatur ista obedientia ad aliam, sicut universale ad particula-
re. Illi enim qui in seculo vivunt, aliquid sibi retinent, & aliquid Deo largiuntur: & secundum hoc obedientia prælatorum subduntur. Illi vero qui vivunt in religione, tota-
liter, se & sua tribuunt Deo, ut ex supra di-
ctis patet (art. 3. hu. quest.) Unde obedientia eorum est universalis.

Ad secundum dicendum, quod, sicut Phili-
osophus dicit in II. Ethic. (cap. 1. & 11.) homines exercitantes sc̄ in operibus perveniunt ad aliquos habitus, quos cum acquisirint, eosdem actus maxime possunt operari. Si ergo obediendo, illi qui non sunt perfectionem adepti, ad perfectionem perveniunt; illi au-
tem qui jam sunt perfectionem adepti, ma-
xime prompti sunt ad obedientium, non quasi indigentes dirigi ad perfectionem acquiren-

dam, sed quasi per hoc se conservantes in eo quod ad perfectionem pertinet.

Ad tertium dicendum, quod subjectio religiosorum principaliter attenditur ad Episcopos, qui comparantur ad eos, sicut perfectores ad perfectos, ut pater per Dionysium vi. cap. eccl. Hier. (ante med.) ubi etiam dicit, quod monachorum ordo Pontificum consummativis viris suis mancipatur, & divinis eorum illuminatis edocetur. Unde ab Episcoporum obedientia nec eremitæ, nec eam prælati religionum excusantur (2): & si a diœcesanis Episcopis totaliter, vel ex parte sunt exempti, obli-
gantur tamen ad obedientium summo Pontifi-
ci, non solum in his quæ sunt communia
aliis, sed etiam in his quæ specialiter per-
tinent ad disciplinam religionis.

Ad quartum dicendum, quod votum obe-
dientiæ ad religionem pertinens, se extendit ad dispositionem totius humanae vitæ: & se-
cundum hoc votum obedientiæ habet quam-
dam universalitatem, licet non se extendat
ad omnes particulares actus: quorum quidam
ad religionem non pertinent, quia non sunt
de rebus pertinentibus ad dilectionem Dei, &
proximi; sicut confiscatio barbæ, vel levatio
festucæ de terra, & similia, quæ non ca-
dunt sub voto, nec sub obedientia; quidam
vero etiam contrariantur religioni. Nec est
simile de voto continentia, per quam exclu-
duntur actus omnino perfectioni religionis
contrarii.

Ad quintum dicendum, quod necessitas coactionis facit involuntarium, & ideo ex-
cludit rationem laudis, & meriti; sed neces-
ritas consequens obedientiam non est neces-
ritas coactionis, sed liberæ voluntatis, in-
quantum homo vult obedire, licet forte non
vellet id quod mandatur, secundum se consideratum implere. Et ideo quia necessitatibus ali-
qua faciendi quæ secundum se non placent,
per votum obedientiæ homo se subjicit pro-
pter Deum, ex hoc ipso ea quæ facit, sunt
Oo 2 Deo

(1) Jam notatum est quest. 183. art. 4. ad 2. & quest. 186. art. 1. ad 4. & art. 5. questionis ejus-
dem in corp. quod etiæ Causa illa 7. velut ex Concilio
generali habitu sub Joanne VIII. sic referatur hæc
appendix cap. *Hoc nequaquam*, adulterini tamen Con-
cili est quod in veri ac legitimi locum subdole sub-
stituit Photius ut pro damnatione sua quam suppres-
tit, damnatum Ignatium fingeret verum & Sanctum
Patriarcham quem expulerat Patriarchatu: Sed legi-
timo tamen & sano sensu id explicari potest, quam-
vis non ex Photii mente qui ad sensum perversum
detoruebat.

(2) Per se loquendo velut ex ratione sui status
precise sumpti, & seculo privilegio: Quod enim
simpliciter & omni modo non intelligat S. Thomas,
apertissimæ sequentia ostendunt, ubi eos vel totaliter
vel ex parte ab obedientia illa eximi posse præsup-
ponit, vel insinuat, sicut revera per plurima Summorum
Pontificum Indulta exempti sunt: Unde in Concilio
Tridentino Sess. 25. de reformat. cap. 14. Regularis
non subdici Episcopo qui intra claustra Monasterii
debet si extra ea ies notorie deliquerit ut populo
scandalis sit, Episcopo instante a suo Superiori pa-
nitur.

Deo magis accepta, etiamsi sint minora: quia nihil majus potest homo Deo dare quam quod propriam voluntatem propter ipsum voluntati alterius subjiciat. Unde in collationibus Patrum (1) (collat. xviii. cap. vii. parum a princ.) dicitur, *terribilium genus monachorum esse Sarabaitas: quia suas necessitates curantes, absoluti a seniorum iugo, habent libertatem agendi quidlibet fueris; & tamen magis quam hi qui in cenobio degunt, in operibus diebus ac noctibus consumuntur.*

A P P E N D I X.

EX ari. habes primo: quomodo per rationem tum directam (Hæc est in corp.) tum indirectam (Hæc est solutio argumentorum) destruas errorem *Begardorum*, & *Beguinorum*, dicentium, quod illi, qui ad perfectionis statum pervenerunt, non tenentur obediencie alicui humano potestati. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, illum a Christo, qui sine ullo dubio fuit perfectissimus, damnari merito, & superabundanter factis ipsis; cum de eo dicatur Philip. 2. *Fatigatus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Nota ly obediens cum ly mortem crucis. Obediens, inquit: Cui? Ei sc. etiam, qui Christum ipsum ad mortem, & mortem quidem crucis, condemnavit, idest Pilato. Ac si apertius dixerit Apostolus, Christus est passus, flagellatus, spinis coronatus, multipliciter illitus, miris modis subinde afflictus, inter latrones crucifixus, mortuus, imo & sepultus, ex obedientia voluntaria ad Pilatum de premissis omnibus mandata aliqualiter dannatum (ut ex Evangeliorum serie considerantibus patet.) Quinimo & obediens fuit (ex illa Apostoli sententia) ministris, quamquam vilissimis: ad quorum iussionem, & extendebat sanctissima brachia, ut ad columnam flagellandus alligaretur: & caput inclinabat, ut spinea corona cingeretur: & humeros admovetebat, ut sub cruce ad montem Calvariae portanda premeretur: & semetipsum vel solus vel simul cum iis, expoliabat, ut nudus cru-*

cifigeretur, &c. Item a Papa Clemente V. (a quo & ibi recitatur) ostendas, merito damnari errorem illum in libro *Clementinam, titul. de heret. cap. ad nostrum*. Item a Veritatibus aureis super totam legem veterem, Numer. 2. concl. 10. & c. 14. concl. 14. Tertio vides: quomodo &c.

ARTICULUS VI. 889

Urum requiratur ad perfectionem religionis quod paupertas, continentia, & obedientia cadant sub voto.

1. 2. quest. cviii. art. 3. co. & III. con. cap. cxxx. & opusc. xviii. cap. xi. & xv. & opusc. xix. cap. v.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod non requiratur ad perfectionem religionis quod praedicta tria, scilicet *paupertas, continentia, & obedientia*, cadant sub voto. Disciplina enim perfectionis assumenda ex traditione Domini est accepta. Sed traditione Dominus dat formam perfectionis Matth. xix. 21. dicit: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia que habes, & da pauperibus, nulla mentione facta de voto.* Ergo videtur quod votum non requiratur ad disciplinam religionis.

2. Præterea. Votum consistit in quadam promissione Deo facta: unde Eccle. v. 3. cum dixisset Sapiens, *Si quid vorasti Deo, ne meritis reddere, statim subdit: Dislices enim ei infidelis, & stulta promissio.* Sed ubi est exhibitio rei, non requiritur promissio. Ergo sufficit ad perfectionem religionis quod aliquis servet paupertatem, continentiam, & obedientiam absque voto.

3. Præterea. Augustinus dicit ad Pollentium de adulterinis conjugiis (Lib. I. cap. xiv. in princ.) *Ea sunt in nostris officiis graviora, que cum licet nobis non impendere, tamen causa dilectionis impendimus.* Sed ea quæ fiunt sine voto, licet non impendere quod non licet de his quæ fiunt cum voto. Ergo videtur gratius esse

(1) Ab Abbe scilicet Piammone ut cap. 7. Collationis 18. paulo alia serie videre est, ubi ab eo quod *semetipso a Cenobiorum congregacionibus sequebantur ac sigillatim suas curarent necessitates, Egyptie lingue proprietate, Sarabaites nuncupati notantur: Similia etiam Isidorus lib. 2. de Officiis Ecclesiasticis cap. 15. ubi ait ab eo quod *semetipso a Cenobiali disciplina seque-**

brant suasque appetunt liberi voluntates, Egyptiorum lingua Sarabaitas nuncupari, vel Renitas, idest subiici renuentes: Remobots vero appellari annotat Hieronymus ad Eustochium ep. 22. quod hebreo Saravim appellatos philologhatur quasi rebelles: Explodiendi porro sunt qui ex græco σαραβος quasi mulieria pudenda appetentes.

effe Deo, si quis paupertatem, continentiam, & obedientiam absque voto servet. Non ergo votum requiritur ad perfectionem religionis.

Sed contra est quod in veteri lege Nazarei cum voto sanctificabantur, secundum Iud Num. vi. 2. *Vir, sive mulier, (1) cum fecerint votum, ut sanctificantur, & se volunt Domino consecrare &c.* Per eos autem significantur illi qui ad perfectionis summam per singunt, ut dicit Glossa Gregorii ibid (Lib. II. Moral. cap. xxvi. vers. fi.) (2) Ergo votum requiritur ad statum perfectionis.

Respondeo dicendum, quod ad religiosos pertinet quod sint in statu perfectionis, sicut ex supra dictis patet (quest. clxxiv. art. 5.) Ad statum autem perfectionis requiritur obligatio ad ea quae sunt perfectionis: quae quidem Deo fit per votum. Manifestura est autem ex praemissis (art. 3. 4. & 5. hu. quest.) quod ad perfectionem christiana vita pertinet paupertas, continentia, & obedientia. Et ideo religionis status requirit ut ad haec tria aliquis voto obligetur. Unde Gregorius dicit super Ezech. (hom. xx. inter med. & fi.) *Cum quis omne quod habet, omne quod vivit, omne quod sapit, omnipotenti Deo voveris, holocaustum est:* (3) quod quidem pertinere potest dicit ad eos qui præsens fæculum deferrunt.

Ad primum ergo dicendum, quod ad perfectionem vita Dominus pertinere dixit quod aliquis eum sequatur, non qualitercumque, sed ut ulterius retro non abiret. Unde & ipse dicit Luce ix. 62. *Nemo missens manum ad aratum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.* Et quamvis quidam de discipulis ejus retrorsum abierint; tamen Petrus loco aliorum Domino interroganti, *Numquid & vos vultis abire?* respondit: *Domine, ad quem ibimus;* Unde & Augustinus dicit in Lib. II. de consensu Evang. (cap. xvii. in fi.) quod sicut Mattheus, & Marcus narrant, Petrus,

& Andreas non subductis ad terram navibus tamquam causa redeundi, secuti sunt eum, sed tamquam jubentem ut sequeventur. Hæc autem immobilitas sequelæ Christi firmatur per votum. Et ideo votum requiritur ad perfectio nem religionis.

Ad secundum dicendum, quod perfectio religionis requiritur, sicut Gregorius dicit (loc. sup. cit.) ut aliquis ornne quod vovit Deo exhibeat. Sed homo non potest totam vitam suam Deo actu exhibere, quia non est tota simul, sed successiva agitur. Unde non alter homo potest totam vitam suam Deo exhibere nisi per voti obligationem.

Ad tertium dicendum, quod inter alia quæ licet nobis non impendere, est etiam propria libertas, quam homo ceteris rebus cariorem habet. Unde cum aliquis propria sponte voto sibi adimit libertatem abstinendi ab his quæ ad Dei servitum pertinent, hoc fit Deo acceptissimum. Unde Augustinus dicit in ep. ad Armentar. & Paulinam (cxxxviii. al. xl. vers. fi.) *Non te uxuisse paenitrat, imo gaudet iam tibi non licere, quod cum tuo detrimen to licuisset. Felix necessitas, que in meliore conapellit.*

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem destruas errores Lamprianorum dicentium, vota nihil prodefesse, inno vota esse damnanda eo, quod videantur, necessitatem, & coalitionem quandam hominibus inferre. Item Pseudo apostolorum dicentium, ut refert Card. Turrecremata, de Ecclesia l. 4. c. 35. quod perfectior vita est vivere sine voto, quam cum voto. Item Lutheri dicentis, quod in monachatu non est licitum, hominem obligari ad aliquid agendum præter id, quod Dominus nobis præcepit, sed esse libere vivendum cuilibet, & non sub lege humana. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas,

(1) Quam nugaciter Editiones quædam, *Viri sive muliere?*

(2) In modernis Exemplaribus vel 39. in antiquis ex quo restitutimus perfectionis summam (id est, collectionem) non ut prius hic in impressis quibusdam informiter perfectionis formam, sed in aliis, ut reponimus & in ipsomet Summa manuscripto.

(3) Sic enim ibi post præmissa immediate. *Nam sunt quidam qui adhuc merita in mundo retinentur, & tamen ex possisis rebus subsidia agentibus ministrans & oppressos defendere festinans: Illi in bonis que faciunt, sacrificium offerunt, quia & aliquid*

de actione sua Deo immolant, & aliquid sibi metropolis reservant: Et sunt quidam qui nihil sibi metropolis reservant, sed sensum, linguam, vitam, aquæ substantiam quam perceperunt, omnipotenti Domino immolant. Quid isti nisi holocaustum offrant imo magis holocaustum fiant? Israeliticus etenim populus primum sacrificium obtulit in Egypto, secundum vero in eremo: Qui ergo adhuc mentem habet in seculo, sed boni jam aliquid operatur, Deo sacrificium offert in Egypto: Qui vero præsens seculum deserit & agit bona que valet, quasi jam Egypto derelicto sacrificium præbet.

das, errores illos merito damnari a Num. 6. *Vir, frue mulier, &c.* secundum quod extenditur in *arg. cons.* Pro quo textu nota, quod a figura ad figuratum licet argumentari, ut facto suo nos docuit *Concilium Hispanense* 2. secundum quod recitatur in *Veritatibus aureis* super totam legem veterem, *Levit.* 6. *concl.* 2. Item damnari a *Veritatibus eisdem Genes.* 3. *concl.* 2. & *ca. 31. concl.* 3. & *Levit.* 27. *concl.* 1. Et *Numer.* 15. *concl.* 1. Item a *Cæcilia, Catharina Senensi, & Apostolo Mattheo*: quorum illæ duæ virginitatem suam Domino per votum consecraverunt: & *Apostolus hic Iphigenizæ*, ut virginitatem voveret, persuasus: ut in eorum vitis communiter legitur. Item a supradictis *artic. num. 74. 475.* Item ab *Elucid. pr. part. articul. num. 407.* Item a *S. Ecclesia catholica* per hoc, quod approbat religiones tria illa videntes, ut patet. Item a *Beatis Augustino, Benedicto, Gregorio, Dominico, Franciso, &c.* qui talia voverunt, & voveri a suis mandaverunt. Item specialiter damnantur *Pseudoapostoli a Papa Honorio*, in *extravag. olim felic. record.* ut refert idem *Cardinalis ib. Tertio* vides: &c.

ARTICULUS VII. 890

Vixit convenienter dicatur, in his tribus votis consistere religionis perfectionem.

Inf. quest. clxxxviii. art. 1. ad 2. & art. 2. ad 2. & ver. quest. II. art. II. ad 5. & opus. xviii. cap. xv.

AD septimum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter dicatur, in his tribus votis consistere religionis perfectionem. Perfectio enim vita magis consistit in interioribus quam in exterioribus actibus, secundum illud ad Rom. xiv. 17. *Non est regnum Dei opera, & possum (1), sed iustitia, pax, & gau-*

dium in Spiritu sancto. Sed per votum religionis aliqui obligantur ad ea quæ sunt perfectionis. Ergo magis deberent ad religionem pertinere vota interiorum actuum (pura contemplationis, dilectionis Dei, & proximi, & aliorum hujusmodi) quam votum paupertatis, continentiaz, & obedientiaz, quæ pertinent ad exteriores actus.

2. Præterea. Prædicta tria cadunt sub voto religionis, in quantum pertinent ad quoddam exercitium tendendi in perfectionem. Sed multa alia sunt, in quibus religiosi exercitantur, sicut abstinentia, vigilaz, & alia hujusmodi. Ergo videtur quod inconvenienter ista tria vota dicantur essentialiter ad statum perfectionis pertinent.

3. Præterea. Per votum obedientiaz aliquis obligatur ad omnia implenda secundum præceptum superioris, quæ ad exercitium perfectionis pertinent. Ergo sufficit votum obedientiaz absque aliis duobus votis.

4. Præterea. Ad exteriora bona pertinent non solum deditiz, sed etiam honores. Si ergo per votum paupertatis religiosi terrenas deditias abdicant, oportet esse etiam aliud votum, per quod honores mundanos contemnant.

Sed contra est quod dicitur extra de statu monach. (2) (cap. Cum ad monasterium) quod *custodia castitatis, & abdicationis proprietatis sunt annexa regula monachali.*

Respondeo dicendum, quod religionis statutus potest considerari tripliciter. Uno modo, secundum quod est quoddam exercitium tendendi in perfectionem caritatis: alio modo, secundum quod quietat animum humanum ab exterioribus sollicitudinibus, secundum illud I. ad Cor. VII. 32. *Volo vos sine sollicitudine esse:* tertio modo, secundum quod est quoddam holocaustum, per quod aliquis totaliter se, & sua offert Deo. Et secundum hoc ex his tribus votis integratur religionis status.

Primo enim quantum ad exercitium perfectionis requiritur quod aliquis a se removeat illa

(1) Ideft, horum usu non acquiritur regnum Dei sicut nec amittitur: ut commentantur *Glossa* & *Lombardus addens* illud Matth. 11. a Christo dictum *justificatam esse sapientiam a filii suis occasione Christi manducantis & Joannis non manducantis, quod questionum evangelicarum lib. 2. cap. 11. seu quest. 1.* sic Augustinus commentator, filios nempe Sapientiam intelligere nec in abstinentia nec in manducando esse iustitiam, sed in equanimitate tolerandæ inopiam, atque opportune sumendi &c.

(2) Ex Innocentio III. ad Cogventum Lublacensem

(five Lublacensem) scribente, ut cap. Cum ad Monasterium vide est plenius quam hic: Sic enim prope finem: *Nec existimes Abbas quod super habenda proprietate possit cum aliquo Monacho dispensare, quia abdicationis proprietatis sicut & custodia castitatis adeo est annexa Regule Monachi ut contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere:* Quod jam pro voto vel sollemni professione castitatis religiose quest. 88. art. 11. attulit S. Thomas, ut nec a summo Pontifice dispensabile argua. *Sed contra concluderet.*

illa per quæ posset impediri ne totaliter ejus affectus tendat in Deum, in quo consistit perfectio caritatis. Hujusmodi autem sunt tria: primum quidem cupiditas exteriorum bonorum, quæ tollitur per votum paupertatis: secundum autem est concupiscentia sensibilium delectationum, inter quas præcellunt delectationes venereæ, quæ excluduntur per votum continentiaz: tertium autem est inordinatio voluntatis humanæ, quæ excluditur per votum obedientiaz.

Similiter autem sollicitudinis secularis quietudo præcipue ingeritur homini circa tria: primo quidem circa dispensationem exteriorum rerum; & hæc sollicitudo per votum paupertatis homini afferatur: secundo circa gubernationem uxoris, & filiorum (1); quæ amputatur per votum continentiaz: tertio circa dispositionem priorum actuum; quæ amputatur per votum obedientiaz, quo aliquis se alterius dispositioni committit. Similiter etiam holocaustum est, cum aliquis totum quod habet, offert Deo, ut Gregorius dicit super Ezech. (hom. xx. inter med. & fi.) Habet autem homo triplex bonum, secundum Philosophum in I. Ethic. (cap. viii. cit. princ.) primo quidem exteriorum rerum; quas quidem totaliter aliquis Deo offert per votum voluntariæ paupertatis: secundo autem bonum proprii corporis; quod aliquis præcipue offert Deo per votum continentiaz, quo abrenuntiat maximis delectationibus corporis: tertium autem bonum est animæ; quod aliquis totaliter Deo offert per obedientiam, qua aliquis offert Deo propriam voluntatem, per quam homo uititur omnibus potentias, & habitibus animæ. Et ideo convenienter ex tribus votis status religionis integratur.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. i. hu. quæst.) votum religionis ordinatur sicut in finem ad perfectionem caritatis, ad quam pertinent omnes interiores actus virtutum, quarum mater est caritas, secundum illud I. ad Corinth. xiiii. 3. *Caritas passio est, benigna est, &c.* Et ideo interiores actus virtutum (puta humilitatis, patientiæ, & hujusmodi) non cadunt sub voto religionis, quod ordinatur ad ipsos sicut ad finem.

Ad secundum dicendum, quod omnes alia religionum observantiaz ordinantur ad prædicta tria principalia vota. Nam si qua sunt instituta in religionibus ad procurandum vivum, puta labor, mendicitas, vel alia hujusmodi, referuntur ad paupertatem; ad cuius conservationem religiosi per hos modos victum suum procurant. Alia vero quibus corpus maceratur, sicut vigiliæ, jejunia, & si qua sunt hujusmodi, directe ordinantur ad votum continentiaz observandum. Si qua vero in religionibus instituta sunt pertinentia ad humanos actus, quibus aliquis ordinatur ad religionis finem, scilicet ad dilectionem Dei, & proximi (puta lectio, oratio, visitatio infirmorum, vel si aliquid aliud est hujusmodi) comprehenduntur sub voto obedientiaz, quod pertinet ad voluntatem, quæ secundum dispositionem alterius suos actus ordinat ad finem. Determinatio autem habitus pertinet ad omnia tria vota, tamquam signum obligationis. Unde habitus regularis simul datur, vel benedicitur cum professione.

Ad tertium dicendum, quod per obedientiam aliquis offert Deo suam voluntatem: cui etsi subjiciantur omnia humana, quadam tamen sunt quæ specialiter sibi tantum sub-

dign-

(1) Hæc nimurum est tribulatio carnis quam Apostolus conjugatos habere notat I. ad Corinth. 7. vers. 28. Unde paulo post vers. 33. *Qui cum uxore est, inquit, solliciebit qua sunt mundi.* Sic porro illum tribulationem explicant Glossa & Lombardus pro rebus necessariis providendis & sibi & filiis; ut & ibidem S. Thomas: Haymo periude ac instantes necessitatem in aliendis filiis & suendis: Hugo etiam Cardinalis ad sollicitudinem seculi refert: Etsi subiungit quod ad carnis immoderatam libidinem vel titillationem pertineat: *Multa tribulationes iustorum* (inquit) sed multo plures maritorum: In illis enim est bellum concubinum, & caro concupiscit adversus spiritum, sed caro prevalere videtur: Annon & Gregorius id insinuat lib. 12. Moralium cap. 14. in modernis Exemplaribus vel 13. in antiquis, cum ait versus finem: *Tribulationem carnis hic pati possumus etiam qui iam spiritualiter vivunt:* Cur ergo

inesse conjugibus tribulatio carnis quasi specialiter dicitur, nisi quod bi frequentes maiores tribulationes ex carne suscipiunt qui carnis voluptatibus delectantur? Hic se titillat porro mirum in modum & quam iucundissime sibi addiblanditur toties a me commemoratus virginitatis Augustini corruptor, cum in suis ad eum notis idiomatico gallico exaratis: *Lepidum* (inquit) eos audire qui Philosophie studuerunt hec Apostoli verba graviori tentatione carnis explicantes: Armandus ergo ad Philosophos Gregorium, nec Theologum satis putet: Quid mirum enim vero si sic Philosophiam aversetur qui ratiocinatur palam tam obtuse? Nisi exosam habet quia religiosum institutum quod sibi displace in primis prodit Philosophiam a Christo introductam appellat Chrysostomus non semel & inculcat: Sed illud non moramur, cum nec in ea explicatione infidendum putemus.

guntur, scilicet actiones humanæ: nam passiones pertinent etiam ad appetitum sensitum. Et ideo ad cohibendum passiones carnalium delectationum, & exteriorum appetibilium impedites perfectionem vitæ, necessarium fuit votum continentia, & paupertatis; sed ad disponendum actiones proprias, secundum quod requirit perfectionis status, requiritur votum obedientia.

Ad quartum dicendum, quod, sicut Philosophus dicit in IV. Ethic. (cap. IIII. cir. med.) honor proprie, & secundum veritatem nos debetur nisi virtuti. Sed quia exteriora bona instrumentaliter deserviunt ad quosdam actus virtutum, ex consequentia etiam eorum excellentia honor aliquis exhibetur, & præcipue a vulgo, quod solam excellentiam exteriorum recognoscit. Honori ergo qui Deo, & Sanctis omnibus exhibetur propter virtutem, ut dicitur in Psal. cxxxviii. 17. *Mibi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus, abrenuntiare non competit religiosis, qui ad perfectionem virtutis tendunt; honori autem qui exhibetur exteriori excellentia, abrenuntiant ex hoc ipso quod secularem vitam derelinquent: unde ad hoc non requiritur speciale votum.*

„ & castitatis, ac si quæ sunt alia peccataria „ vota ad eorum essentiam pertinentia. *Eo infra.* Si enim illa, quæ bases sunt, & „ fundamenta totius regularis observantia, „ exacte non fuerint conservata, totum cot- „ ruat edificium, necesse est. *Hec ibi.* Item „ ab eodem sess. 24. can. 9. Si quis dixerit, „ Clericos in sacris ordinibus constitutos, vel „ regulares castitatem solemniter professos, „ posse matrimonium contrahere, contractum „ que validum esse, non obstante lege ecclæ- „ astica, vel voto: & oppositum nil aliud „ esse, quam damnare matrimonium: posse „ que omnes contrahere matrimonium, qui „ non sentiunt, se castitatis, etiam si eam vo- „ verint, habere donum: anathema sit: cum „ Deus id recte peccatis non deneget, nec „ patiatur, nos supra id, quod possimus, „ tentari. „ *Hec ibi.* Item damnari a su- „ pradicis art. num. 471. Item ab Elucid. Ad- „ dition. articulorum nu. 265. Quia vero in ful- „ cimentum illius erroris sui Calvinus irratio- „ nabiliter dicit, nullum esse consilium in E- „ vangelio, sed omnia ibi esse præcepta: ideo „ vide hujus erroris damnationem, q. 184. & „ 3. append. Et Compend. Alber. Mag. lib. 5. „ ca. 69. 70. schol. Tercio vides: quomodo &c.

A P P E N D I X.

ARTICULUS VIII. 291

EX art. habes primo: quomodo per rationem destruas errores in appendicibus art. 3. 4. 5. 6. prænarratos, atque damnatos: & speciatim errorem Calvini dicentis, quod mihi potest voveri Deo, nisi quod ab eo præceptum est. Et contra Ecclesiam Catholicam irrefacie quasi per cachinnum addentis: vota fieri possunt Deo de rebus non comprehensis in verbo: vel de rebus, quæ non subjacent nostræ potestati, ut perficiantur: ut est votum cœlibatus in viro, vel muliere non habente tale donum. Hæc ipse in tabula articulorum, quos tamquam falsos, superstitiones, atque Papisticos, abjurare docet suos Calvinistas, velut cœcūs cœcīs duçarum præstans. Vide Elucid. Addition. quest. 9. art. 4. ap- pend. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, prædictos errores, & speciatim Calvini, damnari merito a Concilio Trid. sess. 25. cap. 4. de regular. & monial. , , Sancta Synodus præcipit, ut omnes regulares tam viri, quam mulieres vitam instituant, & component in primis ad suæ professionis perfectionem, ut obedientia, paupertatis,

Utrum votum obedientie sit potissimum inter tria vota religionis.

Inf. quest. clxxxviii. art. 7. ad 3.

AD octavum sic proceditur. Videtur quod votum obedientia non sit potissimum inter tria vota religionis. Perfectio enim religiose vitæ a Christo sumbit exordium. Sed Christus specialiter dedit consilium de paupertate; non autem invenitur dedit consilium de obedientia. Ergo votum paupertatis est potius quam votum obedientia.

2. Præterea. Eccli. xxvi. 20. dicitur, quod *omnis ponderatio non est digna animæ continentis.* Sed votum dignioris rei est eminentius. Ergo votum continentia est eminentius quam votum obedientia.

3. Præterea. Quanto aliquod votum est potius, tanto videtur esse magis indispensabile. Sed vota paupertatis, & continentia sunt a deo annexa regulæ monachali, ut contra ea nec summus Pontifex possit licentiam indul-

gere , sicut dicit quædam Decretalis (1) de statu monachorum (cap. Cum ad monasterium ;) qui tamen potest indulgere ut religiosus non obediatur suo prælato . Ergo videtur quod votum obedientiaz sit minus voto paupertatis , & continentiaz .

Sed contra est quod Gregorius dicit in XXXV. Moral. (cap. x. cir. princ.) *Obedientia victimis jure præponitur : quia per victimas aliena caro , per obedientiam vero voluntas propria mandatur* (2). Sed vota religionis sunt quædam holocausta , sicut supra dictum est (art. 1. hu. quæst. & art. 3. ad 6.) Ergo votum obedientiaz est præcipuum inter omnia religionis vota .

Respondeo dicendum , quod votum obedientiaz est præcipuum inter tria vota religionis . (3) Et hoc triplici ratione .

Primo quidem quia per votum obedientiaz aliquid majus homo offert Deo , scilicet ipsam voluntatem ; quæ est potior quam corpus proprium , quod offert homo Deo per continentiam , & quam res exteriores , quas offert homo Deo per votum paupertatis . Unde istud quod fit ex obedientia , est magis Deo acceptum quam id quod fit per propriam voluntatem , secundum illud Hieronymi , quod dicit ad Rusticum monachum : *Ad illud tenet oratio , ut doceam , te non tuo arbitrio dimittendum : & post pauca subdit : Non facias quod vis ; comedas quod juberis ; babeas quantum acceperis ; vestiaris quod datur . Unde & jejunium non redditur Deo acceptum cum propria voluntate , secundum illud Iса. lvi 11.*

Summ. S. Th. Tom. IV.

Ecce in diebus jejunii vestri inveniuntur voluntas vestra . Secundo quia votum obedientiaz continet sub se alia vota ; sed non convertitur : nam religiosus , et si tenetur ex voto continentiam servare , & paupertatem ; tamen hæc etiam sub obedientia cadunt , ad quam pertinet multa alia præter continentiam , & paupertatem servare . Tertio quia votum obedientiaz proprie se extendit ad actus propinquos fini religionis . Quanto autem aliquid propinquius est fini , tanto melius est .

Et inde etiam est quod votum obedientiaz est religioni essentialius . Si enim aliquis absque voto obedientiaz voluntariam paupertatem , & continentiam etiam voto servet , non propter hoc pertinet ad statum religionis , qui præfertur etiam ipsi virginitati ex voto observata : dicit enim Augustinus in Libro de virginitate (cap. xlvi. in fin.) *Nemo , quantum puto , ausus fuerit virginitatem preferre monasterio .* (4)

Ad primum ergo dicendum , quod consilium obedientiaz includitur in ipsa Christi sequela : qui enim obedit , sequitur alterius voluntatem . Et ideo magis perficit ad perfectionem quam votum paupertatis : quia , ut Hieronymus dicit super Matthæum (cap. xix. super illud , Ecce nos reliquimus &c.) , id quod perfectionis est , addidit Petrus : *“ cum dixit : Et secuti sumus te .”*

Ad secundum dicendum , quod ex verbo illo non habetur quod continentia præferatur octanibus aliis actibus virtutis , sed conjugali castitati , vel etiam exterioribus divitiis au-

P. P. ri,

(1) Ea que paulo ante argum. *Sed contra notata est , & ex Innocentio III. ad calcem plenius indicata .*

(2) Ut cap. 10. in modernis Exemplaribus vel cap. 12. in antiquis occasione horum verborum Samuelis *Melior est obedientia quam victimæ* (1. Reg. 15.) videre est .

(3) Sic in Extravaganti Joannis XXII. de verborum significacione , quæ incipit *Quorundam versus finem posquam premisit quod . Religio permissur si a meioriora subditi obedientia subverbantur ; subiungit : Magna quidem paupertas , sed maior integritas* (id est castitas) *bonum est ; obedientia maximum , si custodiatur illela : Nam prima rebus , secunda carni , tertia vero menti donatæ C. animo , quos velut efferves ac liberos ditio[n]i . alterius humilius iugum propriæ voluntatis astringit . Hinc in forma professionis tantum , Promitto sibi obedientiam votis aliis non expressis quæ sub obedientia continentur .*

(4) Mendum typographicum existimatissimum nisi adiuncta impedirent , & manuscriptum sic haberet :

Quid hic dici debeat nisi quod in exemplar corrumptum Augustini modo incidit S. Thomas ? Qui felicius qu. 124. art. 3. occasione martyrii & qu. 152. art. 5. occasione virginitatis in hunc modum retulit iuxta textum originalem legitimum cap. 46. *Nemo ausus fuerit virginitatem preferre martyrio : Quamvis aliquid ex capite 45. colligi potest quod ad præfens intentum pertinet : nimisnam quod multi ac multa ita custodiunt continentiam virginalem , us tamen non faciant quæ Dominus ait : Si vis perfectus esse &c. nec audirent eorum cohabitationi sociari in quibus nemo dicit aliquid proprium sed sunt eis omnia communia : Nibilne putamus fructificationis accedere virginibus Dei cum hoc faciunt ? Aut sine ullo fructu esse virgines Dei etiam si hoc non faciunt ? Id est , nullam ne virginibus perfectionem addi cum in Monasterium admittuntur ut ibi votum Religionis emitant ; vel carere omni merito sive fructu virginitatis in seculo servata propter Deum , quando professionem illam regularis ac monastica vita non emitunt ?*

ri, & argenti, quæ pondere mensurantur. Vel per continentiam intelligitur universaliter abstinentia ab omni malo, ut supra habatum est (quæst. clv. art. 4. ad 1.)

Ad tertium dicendum, quod Papa in voto obedientiæ non potest sic cum religioso dispensare, ut nulli prælato teneatur obedire in his quæ ad perfectionem vitæ pertinent: non enim potest eum a sua obedientia eximere; potest tamen eum eximere ab inferioris prælati subjectione; quod non est in voto obedientiæ dispensare.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito a scripturis, & Gregorio, fuisse insinuatum: quod votum obedientiæ est potissimum inter alia. A scripturis quidem per hoc, quod dicitur de Christo Phil. 3. *Fatulus obediens usque ad mortem.* Claram est enim, quod in Christo non tantum obedientia, sed etiam patientia, castitas paupertas, humilitas, iugo & omnes virtutes perfectionem importantes erant: & tamen universas alias, qualibet in aliquo uno mortalium præcipuo colligavit Apostolus, per ly factus obediens. Ac si ad propositum aperte dicat. Obedientiæ votum est potius, quam castitatis, & paupertatis. Item per hoc, quod dicitur 2. Tim. 2. *Deus negare seipsum non potest.* Hoc est in proposito. Deus non potest a sua obedientia eximere hominem, faciendo scilicet, quod homo non sit obligatus obedire ipismet Deo: quoniam hoc esset Deum negare seipsum, ut patet. Cum igitur Deus possit dispensare in castitate, ut legitur *Osee cap. 1.* & in paupertate, ut colligitur *Exod. 11. 12.* in obedientiæ vero sui non, ut declaratum est: constat, quod secundum Scripturam illam 2. Tim. 1. obedientiæ votum est potius inter alia. Præmissa tibi captu faciliora fient, si videris majorem propositionem argumenti tertii, & responsionem quo ad ly *Papa non potest a sua obedientia eximere.* A. B. Gregorio autem illud ipsum insinuat 25. Moral. ut extenditur in argumento. Pro quo nota, quod hoc suum dictum est tamquam expositio sententiarum illius 1. Reg. 15. *Melior est obedientia quam virtus.* Consequenter ergo etiam hoc loco a Scripturis

insinuatur majoritas voti obedientiæ præ votis duobus aliis. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S. IX. 892

Urum religiosus semper peccet mortaliter transgrediendo ea que sunt in regula.

Sup. quest. lxxxviii. art. 18. ad 4. & IV. dist. xxxviii. quest. 1. art. 4. quest. 1. ad 3. & quol. 1. art. 20.

AD nonum sic proceditur: Videtur quod religiosus semper peccet mortaliter transgrediendo ea quæ sunt in regula. Facere enim contra votum est peccatum damnable, ut patet per id quod Apostolus dicit 1. Thymoth. v. 11. quod vidue que volunt nubere, damnationem habent, quia primam fidem irritam fecerunt voto. Sed religiosi voto professionis ad. regulam astringuntur. Ergo peccant mortaliter transgrediendo ea quæ in regula continentur.

2. Præterea. Regula imponitur religioso sicut lex quædam. Sed ille qui transgreditur præceptum legis, peccat mortaliter. Ergo videtur quod monachus transgrediens ea quæ sunt in regula, peccet mortaliter.

3. Præterea. Contemptus inducit peccatum mortale. Sed quicumque frequenter aliquid iterat, quod non debet facere; videtur ex contemptu peccare. Ergo videtur quod si religiosus frequenter transgrediatur id quod est in regula, peccet mortaliter.

Sed contra est quod status religionis est securior quam status secularis vitæ: unde Gregorius in princ. Moral. (in epist. ad Leand. Episc. super exposit. Lib. Job cap. 1. a princ.) comparat vitam secularis mari flu. etuanti, vitam autem religionis portui tranquillo. Sed si quilibet transgressio eorum quæ in regula continentur, religiosum obligaret ad peccatum mortale, status religionis esset periculosissimus propter multitudinem observantiarum. Non ergo quilibet transgressio eorum quæ in regula continentur, est peccatum mortale.

Respondeo dicendum, quod in regula continetur aliquid dupliciter, sicut ex dictis patet (art. 7. huius quest. ad 1. & 2.) (1) Uno modo

(1) Velut ad 1. & 2. prius indicabatur ad marginem; sed implicite tantum ex priori colligi potest: ubi actus interiores non cadere sub voto Religionis

dicuntur sed ad illud sicut ad finem ordinari: Posteriori autem responsione paulo expressius id indicatur, ut videre est ibi.

modo sicut finis regulæ, puta ea quæ pertinent ad actus virtutum: & horum transgressio, quantum ad ea quæ cadunt communiter sub præcepto, obligat ad mortale; quantum vero ad ea quæ excedunt communiter necessitatem præcepti, non obligat ad mortale, nisi propter contemptum: quia, sicut supra dictum est (art. 2. hu. quest.) religiosus non tenetur esse perfectus, sed ad perfectiōnem tendere; cui contrariatur perfectionis contemptus.

Alio modo continetur aliquid in regula pertinens ad exterius exercitium, sicut sunt omnes exteriores observantie; inter quas sunt quædam ad quas obligatur religiosus ex voto professionis. Votum autem professionis respicit principaliter tria prædicta, (1) scilicet paupertatem, continentiam, & obedientiam; alia vero omnia ad hæc ordinantur. Et ideo transgressio horum trium obligat ad mortale; aliorum autem transgressio non obligat ad mortale: nisi vel propter contemptum regulæ, quia hoc directe contrariatur professioni, per quam aliquis vovit regularem vitam; vel propter præceptum five oretenus a prælato factum, five in regula expressum, quia hoc est facere contra obedientiaz votum.

Ad primum ergo dicendum, quod ille qui profitetur regulam, non vovet servare omnia quæ sunt in regula; sed vovet regularem vitam, quæ essentialiter consistit in tribus prædictis. (2) Unde & in quibusdam religionibus cautius aliqui profitentur non quidem regulam, sed vivere secundum regulam, idest tendere ad hoc ut aliquis mores suos informet secundum regulam, sicut secundum quoddam exemplar: & hoc tollitur per contemptum. In quibusdam autem religionibus adhuc cautius profitentur obedientiam secundum regulam; ita quod professioni non contraria-

tur nisi id quod est contra præceptum regulæ; transgressio vero, vel omissione aliorum obligat solum ad peccatum veniale: quia, sicut dictum est (art. 7. hu. quest. ad 2.) hujusmodi dispositiones sunt ad principalia vota. Peccatum autem veniale est dispositio ad mortale, ut supra dictum est (1. 2. quest. lxxxvii. art. 3.) inquantum impedit ea quibus disponitur ad observanda principalia præcepta legis Christi, quæ sunt præcepta caritatis. In aliqua tamen religione, scilicet Ordinis Fratrum Prædicatorum, transgressio talis, vel omissione ex suo genere non obligat ad culpam neque mortalem, neque venialem, sed solum ad pœnam taxatam sustinendam: quia per hunc modum ad talia observanda obligantur: qui tamen possent venialiter, vel mortaliter peccare ex negligentia, vel libidine, seu contemptu.

Ad secundum dicendum, quod non omnia quæ continentur in lege, traduntur per modum præcepti; sed quædam proponuntur per modum ordinationis cujusdam, vel statuti obligantis ad certam pœnam. Sicut ergo in lege civili non facit semper dignum pœna mortis corporalis transgressio legalis statuti; ita nec in lege Ecclesiæ omnes ordinationes, vel publica statuta obligant ad mortale; & similiter nec omnia statuta regulæ.

Ad tertium dicendum, quod tunc commitit aliquis, vel transgreditur ex contemptu, quando voluntas ejus renuit subjici ordinationi legis, vel regulæ; & ex hoc procedit ad faciendum contra legem, vel regulam: quando autem e converso propter aliquam particularem causam, puta concupiscentiam, vel iram, inducitur ad aliquid faciendum contra statuta legis, vel regulæ, non peccat ex contemptu, sed ex aliqua alia causa; etiam si frequenter ex eadem causa, vel alia

P p 2 simi-

(1) Tametsi non ex aequo, cum principale inter illa sit obedientia votum, ut superius probatum est: Dicuntur ergo principalia per comparationem ad adjunctas observantias, quia pertinent ad substantiam vel essentiam Religionis, ut iam supra.

(2) An contrarium illud ex Quodlibet. 1. art. 20. quod si Religiosus profiendo voveret se Regulam servaturum, videtur se obligare voto ad singula quæ continentur in Regula; & sic contra quodlibet eorum agendo peccares mortaliter? Id plane contrarium Sylvius putat & tacite arguit, quasi hoc loco revocatum: Quod ex Regula S. Francisci probat, ubi cap. 1. Fratres dicuntur promittere se hanc Regulam servaturos; cum tamen duo Summi Pontifices non omnem illis Regulæ sume transgressionem in mortale peccatum deputari declaraverint, Nicolaus nimirus,

Quartus (vel III.) in Extravaganti de verborum significacione quæ incipit *Exit qui seminar*, & Clemens Quintus in Clementina quæ incipit *Exi vi de Paradise*: Atqui putandum non est S. Thomam in supradicto Quodlibeto ad hanc Regulam respexisse, quasi re ipsa veller omnes illius professores peccare mortaliter propter transgressionem singulorum in ea contentorum; cum fatis apertum sit eum ex hypothesi loqui de Regula quam quis ita vovere intenderet, ut ad singula quasi ex voto se supponeret obligatum: Regulum autem S. Francisci non sic filii ejus voverent sed iusta statutorum tenorem, quorum quædam sub admonitione, quædam sub præcepto traduntur; ut uterque Pontifex antedictus iisdem locis ex professo declarat.

simile peccatum iteret: sicut & Augustinus dicit in Libro de natura, & gratia (cap. xxix. a med.) quod non omnia peccata committuntur ex contemptu superbie . Frequentia tamen peccati dispositio inducit ad contemptum, secundum illud Proverb. xviii. 3. *Impius, cum in profundum veneris peccatorum, consumnit.*

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a Gregorio, & constitutionibus quorumdam, quod religiosus non semper peccat mortaliter transgrediendo ea, quae sunt in regula. A B. Gregorio quidem 1. moral. secundum quod extenditur, cum discursuque applicatur, *in argum. contr.* A Constitutionibus vero ordinis fratrum prædicatorum, tamquam a simili (si in aliis nihil aliunde obsteret.), „ Ut igitur unitati, & paci totius ordinis provideamus: volumus, & declaramus, ut regula nostra, & constitutiones nostræ non obligent nos ad culpam, nisi propter præceptum, vel contemptum. Præceptum autem in regula nullum (nisi, quod de natura sua est, ratione trium votorum, vel divinæ, aut Ecclesiasticae legis) contineri volumus, & declaramus. Et idem in constitutionibus, nisi, ubi ponitur sententia excommunicationis, aut formaliter exprimitur per verbum præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ. Et hoc idem in ordinationibus, & prælatorum verbis, & litteris, intelligi volumus. Porro prælati omnies a multitudine præceptorum abstineant: ne laqueum animabus subditorum injiciant. Nec propter defectum unius, vel paucorum, quem, vel quos, non audent corriger, communitatem involvant. „ Hæc ibi. Ex quibus cum Beato Gregorio patet, quam male faciant pro se, & subditis illi (si qui sunt) qui præceptis multiplicatis tranquillum statum religionis reddit & onerosum valde, & periculosissimum. Quod si non parcerent virgæ, parcerent autem præceptis: tunc religionem, ut tranquillo portui similem, & sibiipsis, & subditis (exem-

plo majorum edocti) conservarent. Secundum vides: quomodo &c.

ARTICULUS X. 893

Utrum religiosus eodem genere peccati gravius peccet quam secularis.

Sup. quest. clxxxiv. art. 8. cor. fin. & IV. dist. xiv. quest. 1. art. 5. quest. 3. ad 3.

AD decimum sic proceditur. Viderut quod religiosus eodem genere peccati non gravius peccet quam secularis. Dicitur enim II. Paralip. xxx. 18. *Dominus bonus propitiabitur cunctis qui in toto corde requirunt Dominum Deum patrum suorum; & non imputabit eis, quod minus sanctificati sunt.* Sed magis videntur Religiosi ex toto corde Dominum Deum patrum suorum sequi quam seculares, qui ex parte se, & sua Deo dant, & ex parte sibi referunt, ut Gregorius dicit super Ezech. (hom. xx. inter med. & fin.) Ergo videtur quod minus imputetur eis, si in aliqua a sanctificatione deficiant.

2. Præterea. Ex hoc quod aliquis bona opera facit, minus contra peccata ejus Deus irascitur: dicitur enim II. Paralip. xix. 2. *Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum, amicitia jungeris: & idcirco iram quidem Domini meritoris, sed bona opera inventa sunt in te.* Religiosi autem plura bona opera faciunt quam seculares. Ergo si aliqua peccata faciunt, minus contra eos Deus irascitur.

3. Præterea. Præsens vita sine peccato non transigitur, secundum illud Jacobi iii. 2. *In multis offendimus omnes.* (1) Si ergo peccata religiolorum essent graviora peccatis secularium, sequeretur quod religiosi essent peccoris conditionis quam seculares: & sic non esset sanum consilium ad religionem transire.

Sed contra est quod de majori malo magis videtur esse dolendum. Sed de peccatis eorum qui sunt in statu sanctitatis, & perfectionis, maxime videtur esse dolendum: dicitur enim Hieron. xxiiii. 9. *Contritum est cor meum in medio mei: & postea subdit: Propeta namque, & Sacerdos polluti sunt; & in domo mea inveni malum eorum.* (2) Ergo

(1) Præter illud etiam 1. Joan. i. vers. 8. *Si diximus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est:* Ut & vers. 10. *Si dixerimus quoniam non peccavimus, mendacem facimus eum &c.*

(2) Ubi sic Hieronymus: *Quando in Ecclesia Domini,*

& maxime in Principibus ejus, inveniuntur mala, scias esse completum, Polluti sunt Prophetæ & Sacerdos, in domo mea inveni mala eorum: *Domus autem Christi Ecclesia est* (Sicut i. ad Timotheum 3. Apostolus appellat) *In Prophetæ Doctorem accipe in Sacerdote ministerii dignitatem.*

Ergo religiosi, & alii qui sunt in statu perfectionis, ceteris paribus, gravius peccant.

Respondeo dicendum, quod peccatum quod a religiosis committitur, potest esse gravius peccato secularium ejusdem speciei tripliciter. Uno modo, si sit contra votum religionis, puta si religiosus fornicetur, vel furetur: quia fornicio facit contra votum continentiae, & furando facit contra votum paupertatis, & non solum contra praeceptum divinæ legis. Secundo, si ex contemptu peccet: quia ex hoc videtur esse magis ingratus divinis beneficiis, quibus est sublimatus ad statum perfectionis; sicut Apostolus dicit ad Heb. x. quod fidelis graviora meretur supplicia ex hoc quod peccando Filium Dei conculcat per contemptum. (1) Unde & Dominus conqueritur Hierem. xi. 15. *Quid est quod dilectus mens fecit in domo mea sceleris?* Tertio modo peccatum religiosi potest esse maius propter scandalum: quia ad vitam ejus plures respiciunt: unde dicitur Hierem. xxiii. 14. *In Prophetis Hierusalem vidi similitudinem adulterantium, & iter mendacis; & confosaverunt manus pessimorum, ut non converseretur unusquisque a malitia sua.*

Si vero religiosus non ex contemptu, sed ex infirmitate, vel ex ignorantia aliquod peccatum quod non est contra votum suæ professionis, committat absque scandalo, puta in occulto, levius peccat eodem genere peccati quam secularis: quia peccatum ejus si sit leve, quasi absorbetur ex multis operibus bonis quæ facit; & si sit mortale, facilius ab eo resurgit (2). Primo quidem propter intentionem, quam habet rectam ad Deum

quæ etsi ad horam intercipiatur, de facili ad pristina reparatur. Unde super illud Psal. xxxvi. *Cum ceciderit, non collidetur,* dicit Origenes (hom. iv. in hunc Psal. inter princ. & med.) *Injustus si peccaverit, non paenitet, & peccatum suum emendare nescit;* *justus autem scit emendare, scit corrigerre:* *sicut ille qui dixerat, Nescio hominem, paulo post cum respectus fuisse a Domino, flere scis amarissime;* *& ille qui de rebo mulierem viderat, & concupierat eam, dicere scit:* *Peccavi, & malum coram te feci.* Juvatur etiam a sociis ad resurgentem, secundum illud Eccle. iv. 10. *Si unus cecidit, ab altero fulcitur. Vix soli, quia cum cecideris, (3) non habet sublevans se.*

Ad primum ergo dicendum, quod autoritas illa loquitur de his quæ per infirmitatem, vel ignorantiam committuntur, non autem de his quæ committuntur per contemptum.

Ad secundum dicendum, quod Josaphas etiam, cui illa verba dicuntur, non ex malitia, sed ex quadam infirmitate humanæ affectionis peccavit.

Ad tertium dicendum, quod justi non de facili peccant ex contemptu; sed quandoque labuntur in aliquod peccatum ex ignorantia, vel infirmitate, a quo de facili relevantur. Si autem perveniant ad hoc quod ex contemptu peccat, efficiuntur pessimi, & maxime incorrigibiles, secundum illud Hierem. I. 20. *Confregisti jugum, dirupisti vincula, dixisti, Non serviam.* In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris matrix. Unde Augustinus dicit in epist. ad plebem Hipponensem (lxxviii. al. cxxxvii. cir.

(1) De Christianis per comparationem ad Iudeos hoc Apostolus dicit paulo aliis verbis: *Irritam quis faciens legem Moysi, inquit, fino ultra miseratione duobus aus tribus scilicet moritur: Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium Dei consulerent, &c.*

(2) Non ex proprio marte, cum alioqui nec merito condigni nec merito congruis reparationem post lapsum sibi mereri possit, nec potuerit antequam laboretur, nihilque illi justitia prioris remaneat (aequaliter saltem) Sed per gratiam Dei quæ habitatione intentionis non omnino perverse paratior ad est &c.

(3) Ut græca phrasis apertius ostendit τολλει τουτος. Est enim τολλει quasi errore delinqueret ut in Lexicis græcis annotatur: Et hoc etiam offendendi verbum satis indicat si spectetur metaphorica significatio; cum offendere sit impingere tantum, quod sine casu fieri potest; adeo ut cadere mortalibus peccatis convenient, sed offendere venialibus; quamvis

alterum pro altero non ita stricte sumi solet. Hinc ibi Beda: *Subjunxit omnes (inquit) ut se tanto cautius imperfecti circumsipererent quanto certius cognoscerent quæta nec illi qui Spiritus sancti gratia duxerit incedunt, busus vita viam absque offensione peccati alicuius transire possunt; sicut Solomon ait quia non est homo justus in terra qui faciat bonum & non peccet: Ac paulo infra: Diversæ offensionum sunt species: Aliter electi, aliter offendunt reprobati, Salomon teſſo qui ait, Septies cadit justus, & resurgit, impii autem corrident in malum: Et si enim justus per fragilitatem carnis vel per ignorantiam forte offenderit, justus tamen esse non desistit; quia us quotidiana est & inevitabilis bususmodi offensio, ita est & quotidiana orationum ac bonorum operum medela quæ offendentem iugum ne in terram proruit & nuptialem carieatis ac fidei vestem pulvere vistorum sordidet, oculus erigit &c. Porro ex Ecclesiast. 7. vers. 21. sumptus est prior locus; & ex Prov. 24. vers. 16. posterior.*

cir. fin.) Ex quo Deo servire cōipi , quomodo difficile sum expertus meliores quam qui in monasteriis profecerunt ; ita non sum expertus pejores quam qui in monasteriis occiderunt .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & recte intelligas , merito insinuatum a Scripturis : quod religiosus eodem genere peccati gravius peccet , quam secularis . Ut Heb. 6. Terra sepe venientem super se bibens imbre , & proferens spinas , & tribulos , reproba est : & maledictio proxima : cuius consummatio in combustionem . Nota ly & maledictio proxima , idest illi sententia , scilicet , Ite maledicti in ignem eternum : in cuius signum mox sequitur ly cuius consummatio in combustionem . Religiosus vero est illa terra , quæ sepe super se venientem bibt imbre , ratione innumerabilium ferme commodatum spiritualium & pro malo vitando , & pro faciendo bono . De qua re vide mirabilia in Veritatibus aureis super totam legem veterem , Deut. 11. concl. 4. ad longum . Quod autem , & quomodo peccatum eorum sit gravius , quam secularium , vide ibid. c. 20. coll. ante conclus. Et unde hoc sit : vide ibid. Exod. 10. concl. 7. & c. 14. concl. 1. item Gen. 34. concl. 1. Secundo vides : quomodo &c.

Q U È S T I O CLXXXVII.

De his quæ competunt religiosis ,

In sex articulos divisa .

DEINDE considerandum est de his quæ competit religiosis ; & circa hoc queruntur sex .

Primo , utrum liceat eis docere , prædicare , & alia hujusmodi facere .

Secundo , utrum liceat eis de negotiis secularibus se intromittere .

Tertio , utrum teneantur manibus operari .

Quarto , utrum liceat eis de elemosynis vivere .

Quinto , utrum liceat eis mendicare .

Sexto , utrum liceat eis vestimenta ceteris viliora deferre .

ARTICULUS I. 894

Utrum religiosis liceat docere , prædicare , & alia hujusmodi facere .

Opusc. xviii. cap. ult. & opusc. xix.

AD primum sic proceditur . Videtur quod religiosis non liceat docere , prædicare , & alia hujusmodi facere . Dicitur enim viii. quæst. 1. (cap. Hoc nequaquam) in quadam statuto Constantinopolitanæ Synodi : *Vita monachorum subjectionis habet verbum , & discipulatus , non docendi , vel presidendi , vel praescendi alios . Hieronymus etiam dicit ad Riparium , & Desiderium (Lib. cont. Vigilant. cap. vi. a princ. & incipit , Multa in orbe :) Monachus non doctoris , sed plangentis habet officium . Leo etiam Papa dicit (epist. ad Theodorenum cxx. in Ven. edit. alt. lxii. & apud Quesn. xciiii. in fin.) ut habetur xvi. quæst. 1. (cap. Adjicimus) *Præter Domini sacerdotes nullus audeat prædicare , sive monachus , sive laicus ille sit , qui cujuslibet scientie nomine gloriatur . Sed non licet transgreedi proprium officium , & statutum Ecclesie . Ergo videtur quod non liceat religiosis docere , prædicare , & alia hujusmodi facere .**

2. Præterea . In statuto Nicæna Synodi , quod ponitur xvi. quæst. 1. (cap. Placuit) sic dicitur : *Firmiter , & indissolubiliter omnibus precipimus ut aliquis monachus penitentiam nemini tribuat , nisi invicem sibi , us justum est ; mortuum non sepeliat , nisi monachum secum in monasterio commorantem , vel si fortuito quemquam advenientium fratrum ibi mori contigerit . Sed sicut ista pertinent ad officium clericorum , ita etiam prædicare , & docere . Ergo cum alia sit causa monachi , & alia clerici , ut Hieronymus dicit ad Heliodorum (epist. 1. a med.) videtur quod non liceat religiosis prædicare , docere , & alia hujusmodi facere .*

3. Præterea . Gregorius dicit in Registro (Lib. IV. epist. 1.) *Nemo potest ecclesiasticis obsequiis deserire , & in monastica regula ordinate persistere : & hoc habetur xvi. quæst. 1. (cap. ii.) Sed monachi tenentur in monastica regula ordinate persistere . Ergo videtur quod non possint ecclesiasticis obsequiis deserire . Docere autem , & prædicare pertinent ad ecclesiastica obsequia . Ergo videtur quod non liceat eis prædicare , aut docere , aut aliquid hujusmodi facere .*

Sed contra est quod Gregorius dicit , & habe-

habetur XVI. quæst. I. (cap. xxiv. (1)) Ex auctoritate hujusmodi decreti, quod apostolico moderamine, & pietatis officio a nobis est constitutum, sacerdotibus monachis Apostolorum figuram tenentibus liceat prædicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, paenitentiam imponere, atque peccata solvere.

Respondeo dicendum, quod aliquid dicitur alicui non licere duplicitate. Uno modo quia habet in se quod contrariatur ei quod dicitur non licere; sicut nulli homini licet peccare, quia habet in se quilibet homo rationem, & obligationem ad legem Dei, quibus contrariatur peccatum. Et hoc modo dicitur alicui non licere prædicare, vel docere, vel aliquid hujusmodi facere, quia habent in se aliquid quod his repugnat vel ratione præcepti, sicut his qui sunt irregulares ex statuto Ecclesiæ, non licet ascendere ad sacros ordines; vel propter peccatum, secundum illud Psal. xl. 16. *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iusticias meas?* Hoc autem modo non est illicitum religiosis prædicare, docere, & hujusmodi facere: tum quia ex voto, & præcepto regulæ non obligantur ad hoc quod ab his abstineant: tum etiam quia non redundunt ad hoc minus idonei ex aliquo peccato commiso, sed magis idonei ex exercitio sanctitatis, quod assumpserunt.

Stultum autem est dicere, quod per hoc quod aliquis in sanctitate promovetur, efficiatur minus idoneus ad spiritualia officia exercenda. Et ideo stulta est quorundam opinio dicentium, quod ipse status religionis impedimentum assert talia exequendi. Quorum errorem Bonifacius Papa IV. rationibus supra dictis excludit dicens, ut habetur XVI. quæst. I. (cap. xxv.) (2) *Sunt nonnulli nullo dogmate fulti, audacissimo quidem zelo magis amaritudinis quam dilectionis inflammati,*

afferentes, monachos qui mundo mortui sunt, & Deo vivunt, sacerdotalis officii potentia indignos. Sed omnino labuntur. Quod ostendit primo quidem, quia non contrariatur regulæ: subdit enim: Neque enim B. Benedictus, monachorum præceptor alnificus, hujusmodi rei aliquo modo fuit interdictor: & similiter nec in aliis regulis hoc prohibetur. Secundo improbat prædictum errorem ex idoneitate monachorum; cum in fine cap. subdit: Quanto quisque est excellenter, tanto & in illis, spiritualibus scilicet operibus, potentior.

Alio modo dicitur aliquid non licere alicui, non propter contrarium quod habeat, sed propter hoc quod deficit ei unde illud possit; sicut diacono non licet Missam celebrare, quia non habet ordinem sacerdotalem; & presbytero non licet sententiam ferre, quia non habet episcopalem autoritatem. In quibus tamen est distinguendum. Quia ea quæ sunt ordinis, committi non possunt nisi ei qui ordinem habet; sicut diacono non potest committi ut celebret Missam, nisi fiat sacerdos: ea vero quæ sunt jurisdictionis, committi possunt eis qui non habent ordinariam jurisdictionem; sicut prolatio sententiaz committitur ab Episcopo simplici sacerdoti. Et hoc modo dicitur non licere monachis, & aliis religiosis prædicare, docere, & alia hujusmodi facere: quia status religionis non dat eis potestatem hujusmodi faciendi. Possunt tamen ista facere, si ordinem accipiunt, vel ordinariam jurisdictionem, aut etiam si eis committantur ea quæ sunt jurisdictionis.

Ad primum ergo dicendum, quod ex verbis illis habetur quod monachi, ex hoc quod sunt monachi, non nanciscuntur potestatem talia faciendi; non autem quod ex hoc quod sunt monachi, habeant aliquid contrarium executioni talium astuum.

Ad

(1) Postquam ibidem premissum est immediate subsequendum nomine fine indice loci: *Moderamine Apostolica auctoritate decernimus ut Monachi si Presbyterii honore dedicati sunt, cum ligandi solvendique posestate, decimarum, primitiarum, oblationum, donationum quæ sunt pro vivis & defunctis, portionem ad suam proximorumque utilitatem merito perfectioris iustitia non minus quam ceteri Sacerdotes laudabiliter sibi vendicent: Quod videtur ad eos pertinere qui curam animarum annexam habent: Sed nec istud statutum nec subsequens quod refert S. Thomas, occurrit, nec de uteisque quidquam Decretorum appendix notat, nec etiam Bonifacius Papa quartus a Gregorio eius, & mentionem facit in Decreto mox referendo, tale aliquid ab eo nominatum statutum refert.*

(2) Ubi etiam addit versus finem: *Nos vero sanctorum Patrum instituti exemplis quibus periculosisimum est refragari, credimus a Sacerdotibus Monachis ligandi solvendique officium Deo operante digno administrari; si eos digne consigeris hoc ministerio sublimari: Tum deinde concludit infra: Decretantes igitur monastica professionis Presbiteros Sacerdotalis potentia arcere officio, omni modo precipimus ut ab hujusmodi nefandis ausib[us] reprimantur ipsorum, quia quanto quisque celisor est &c. Exempla porro intellige ipsius Gregorii & Augustini Anglorum Episcopi a Gregorio missi & Martini etiam Turonensis qui omnes ex monachis ad potestatem Pontificalem concenderent; ut Ivo refert part. 7. cap. 2.*

Ad secundum dicendum , quod illud etiam statutum (1) Nicæni Concilii præcipit ut monachi non usurpent sibi , ex hoc quod sunt monachi , potestatem hujusmodi actus exercendi ; non autem prohibet quin ista possint eis committi .

Ad tertium dicendum , quod ista duo se non compatiuntur , scilicet quod aliquis ordinariam curam ecclesiasticorum officiorum habeat , & monasticam regulam in monasterio servet ; per hoc tamen non excluditur quin monachi , & alii religiosi possint interdum circa ecclesiastica officia occupari ex commissione prælatorum , qui ordinariam curam habent ; & præcipue illi quorum religiones ad hoc sunt specialiter institutæ , ut infra dicetur (quest. clxxxviii. art. 4.)

A P P E N D I X .

EX articulo habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & recte intellegas , merito insinuatum fuisse a SS. Patribus : quod liceat , & non liceat , religiosis prædicare , & hujusmodi facere . Quod liceat quidem , ut a Gregor. 2. quest. 1. c. *Eadem* , secundum quod extenditur in arg. cont. Item ab exemplis ipsorum . Nam Gregorius Nazianzenus , dum esset monachus , est adductus Constantinopolim ad hoc , ut sacram Scripturam ibi doceret (secundum quod Ecclesiastica historia narrat) Damascenus , dum esset monachus , scholares docuit non solum in sacra Scriptura , sed etiam in artibus liberalibus (ut patet in libro de miraculis Beatae Virginis) Hieronymus , dum esset monachus , promittit Paulino monacho , quod eum docebit (ut patet in prologo Bibliae) . Augustinus , dum in monasterio viveret secundum regulam sub Sanctis Apostolis constitutam , scribebat libros , & docebat indoctos (ut testatur Ecclesia) de Gregorio , Basilio , Chrysostomo , aliisque multis simile patet : quod religiosi existentes fuerunt Doctores aliorum præcipui . Quod vero non liceant religiosis prædicta , insinuatur a 16. q. 1. „ Quidam monachi nihil habentes sibi „ injunctum a proprio Episcopo veniunt ad

„ civitatem Constantinopolitanam , & in ea „ perturbationes tranquillitati ecclesiasticæ in- „ ferunt . „ Hæc ibi ; quod & plenius in ecclesiastica historia narratur : Perturbabant enim ecclesiæ ordinem tranquillum ex eo , quod de vita sua præsumentes autoritate pro- pria officium docendi sibiipsis usurpabant . Et idcirco decretis pluribus (ut argum. *primo* , & *secundo* , patet) a Patribus repressi merito fuerunt . Simile autem judicium juxta supradicta fac tu de prædicare , & hujusmodi alia facere quoad religiosos . Vide opusculum 19. contra impugnantes religionem , c. 2. 4. Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 895

Utrum religiosis liceat secularia negotia tractare .

Inf. quest. clxxxviii. art. 2. ad 2. & opus. xix. cap. xi. & Rom. xvi. in fin. & II. Timab. ii.

AD secundum sic proceditur . Videtur quod religiosis non liceat secularia negotia tractare . Dicitur enim in prædicto decreto Bonifacii Papæ IV. (cap. *Sunt nonnulli XVI.* quest. 1.) quod *beatus Benedictus eos secularium negotiorum dixit expertes fore* : quod quidem apostolicis documentis , & omnium sanctorum Patrum institutis , non solum monachis , sed etiam canonici omnibus magnopere imperatur , secundum illud II. ad Tim. 11. 11. *Nemo militans Deo implicat se secularibus negotiis* . Sed omnibus religiosis imminet quod militent Deo . Ergo non licet eis secularia negotia exercere .

2. Præterea . I. ad Thessal. iv. 1. dicit Apostolus : *Operam detis , ut quieti sis , & ut negotiorum vestrum agatis* : Glossa (interl.) „ Dimissis alienis , quod vobis utile est in emendationem vitæ . „ Sed religiosi specialiter assumunt studium emendationis vitæ . Ergo non debent secularia negotia exercere .

3. Præterea . Super illud Matthei x. Ecce qui *mollibus vestiuntur , in domibus Regantur* ,

(1) Quamvis præsumptiæ Constantinopolitanæ Statuti Causa 7. quest. 1. cap. *Hoc nequam relati nulla prorsus ratio est habenda* , quod non ex verâ nempe ac legitima Constantinopolitanæ Synodo desumptum est , sed ex Photii execranda Pseudosynodo fallaciter in legitime locum substituta qua deceptus est Gratianus , ut jam non sensel prius ex Ba-

ronio admonouit : Leonis ergo & Hieronymi authoritati applicanda est responsio : Sed nec Nicæni Concilii statutum sequens quod ad 1. explicatur , vel in Nicæno 1. quod & omnium primum , vel in 2. quod septimum ecumenicum fuit , nunc habetur ; ut supradicta Causa 16. quest. 1. super inscriptionem ipsam nova Decreti Editio indicat .

Sunt, (1) dicit Hieronymus: „Ex hoc ostendit, rigidam vitam, & austerae prædicationem vitare debere aulas Regum, & mollium hominum palatia declinare.“ Sed necessitas secularium negotiorum ingerit hominem ad frequentandum Regum palatia. Ergo non licet religiosis aliqua negotia secularia pertractare.

Sed contra est quod Apostolus dicit ad Rom. ult. 1. *Commendo vobis Phœben sororem nostram* (2): & postea subdit: *Et assistatis ei in quocumque negotio vestri indiqueris.*

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quæst. præc. art. 1. & 7.) status religionis est ordinatus ad perfectionem caritatis consequendam: ad quam quidem principaliter pertinet Dei dilectio, secundario autem dilectio proximi. Et ideo religiosi præcipue, & propter se debent intendere ad hoc quod Deo videntur. Si autem necessitas proximis immineat, eorum negotia ex caritate agere debent, secundum illud ad Galat. vi. 2. *Alter alterius onera portare: & sic adimplebitis legem Christi:* quia in hoc ipso quod proximis serviunt propter Deum, dilectioni divini obsequuntur. Unde dicitur Jacobi 1. 27. *Religio munda, & immaculata apud Deum,* & Parvum hec est, visitare pupilos, & viduas in tribulatione eorum: Glossa (interl.) „idest succurrere eis qui carent præsidio, in tempore necessitatis.“ Est ergo dicendum, quod causa cupiditatis secularia negotia nec monachis gerere, nec clericis licet; causa vero caritatis se negotiis secularibus cum debita moderatione ingerere possunt, secundum superioris licentiam, in ministrando, & dirigendo.

Unde dicitur in Decr. (3) dist. lxxviii.
Summ. S. Tb. Tom. IX.

(cap. i.) *Decrevis sancta Synodus, nullum deinceps clericum aut possessiones conducere, aut negotiis secularibus se immiscere, nisi propter curam aut pupillorum, aut orphanorum, aut viduarum, aut si forte Episcopus civitatis ecclesiasticarum rerum sollicititudinem eum habere precipias.* Eadem autem ratio est de religiosis, ac clericis: quia utrisque similliter negotia secularia interdicuntur, ut dictum est (in cor. art.)

Ad primum ergo dicendum, quod monachis interdicuntur secularia negotia tractare propter cupiditatem, non autem propter caritatem.

Ad secundum dicendum, quod non est curiositas, sed caritas, si propter necessitatem aliquis se negotiis secularibus immisceatur.

Ad tertium dicendum, quod frequentare palatia Regum propter delicias, vel gloriam vel cupiditatem, non competit religiosis; sed ea adire propter pias causas eis competit. Unde dicitur IV. Reg. iv. 13. quod Helisæus dixit ad mulierem: *Numquid (*) non habes negotium, & vis us loquar Regi, vel principi militia?* Similiter etiam convenit Religiosis adire Regum palatia ad eos arguendos, & dirigendos; sicut Joannes Baptista arguit Herodem, ut dicitur Matth. xiv.

A P P E N D I X.

Ex art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intellegas, merito esse insinuatum a scripturis, quod religiosis licet, & non licet, secularia negotia agere. Quod quidem liceat, insinuantur per hoc, quod multi sancti in curiis principum, ubi, ut patet, secularia negotia tra-

sta-

(1) Occasione sancti Präcursoris a Christo dictum ut eum ab aspero vestitu commendaret, per oppositum ad aulicos vel Domesticos Regum vestimenta mollia induentes.

(2) Matronam nempe nobilissimam ac ditissimam quæ fideles in Cenchris (idest in quodam pago five portu Corinthis) existentes, alebat, vestiebat, suis opibus ut & suo ministerio sustentabat; iverat autem Romanam pro negotio quodam apud Cœfarem vel Judices Romanos prosequendo sicut mos nobilium erat propter similes causas cum Romani populis universis tunc imperarent: Commendat ergo eam Romanis fidelibus ea occasione ut ei seu in victu, seu in vestitu, seu in quolibet subsilio vel auxilio temporali adefessum quantum eis liceret: ut ibidem Theodoretus partim, & partim Haymo ac S. Thomas commentantur.

(3) Ex 3. Canone Concilii Chalcedonensis defensum est, ubi plenius hunc in modum: *Pervenit ad*

sanciam Synodum quia de his quæ in Clero connumerantur quidam propter turpis lucri gratiam alienarum possessionum conductiones & causas negotiorum secularium suscipiunt, atque a sacris officiis per deidam se separant, ad domos autem secularium concurrent, & substantiarum eorum gubernationes avaritie causa suscipiunt: Decrevis igitur sancta & universalis & magna Synodus neminem harum deinceps (hoc est Episcopum, sive Clericum, aut Monachum) conducere possessiones aut misericordi secularibus possessionibus posse nisi forte quia Regibus ad minorum etatis tutelas five curaciones inexcusabiles attrahuntur aut civitatis ipsius Episcopus ecclesiasticarum eis rerum gubernacula commiserit, & orphanorum ac viduarum que indifensa sunt, aut eorum personarum maxime que ecclesiastico indigentis adjutorio propter Dei timorem &c.

(*) In Vulgata deest non.

elabant, commorati sunt. Ut de Joseph in curia Pharaonis Gen. 41. Quem & Pharaon constituit Dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ. *Psal. 104.* Item de Nathan Propheta, qui inter familiares Regis David, & Salomonis computatur. 2. *Reg. 12.* & 3. *Reg. 1.* Item de Daniele super omnes provincias Babylonis, Sydrach, Misach, & Abdenago. *Daniel. secundo.* *Joannes,* & *Paulus de familia sunt Constantini Imperatoris:* *Sebastianus vero inter primos Diocletiani,* ut in vitiis eorum legitur. Quod vero non licet, insinuatur per hoc, quod dicitur *Luc. 9.* *Loquebatur illis de regno Dei, &c.* Ubi dicit *glossa*, quod non illis, qui in civitate, vel seculari dignitate resident, loquitur: sed inter deserta quietem habentibus, & Christum quærentibus cœlestis gratiæ alimoniam imparatur. Quod & potest haberi ex *Psalm. 64.* *Pinxerunt speciosa deserti.* Quæ profecto, scilicet deserta, & quietem habere, & quærentre Christum, convenienter specialiter religiosis. Pro qua re vide *Veritates aureas* super totam legem veterem *Exod. 3. concl. 1. 2. & c. 4. concl. 2.* Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS III. 896

Utrum religiosi manibus operari teneantur.

III. dist. xvii. quest. iii. art. 1. quest. 4.
& quol. ix. art. 4. & op. xix. cap. iv.
& cap. xvii. ad 1.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod religiosi manibus operari teneantur. Non enim excusantur religiosi ab observantia præceptorum. Sed operari manibus est in præcepto, secundum illud I. ad Thess. iv. 11. *Operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis: unde & Augustinus in Lib. de operibus monach. (cap. xxx. in princ.) dicit: Ceterum quis ferat homines consumaces, id est religiosos non operantes, de quibus ibi loquitur, saluberrimis Apostoli monitis resistentes, non sicut infirmiores tolerari, sed sicut etiam sanctiores prædicari?* Ergo videtur quod religiosi teneantur manibus operari.

2. Præterea. II. ad Thess. iii. super il-

jud, *Si quis non vult operari, nec manducare,* dicit *Glossa* (ord. Aug. in Lib. de op. monach. cap. i. & ii.), „ Dicunt quidam, de „ operibus spiritualibus hoc Apostolum præcepisse, non de opere corporali, in quo „ agricolæ, vel opifices laborant: “ & infra (cap. ii. in fin.) „ Sed superfluo conantur „ & sibi, & ceteris caliginem obducere, ut „ quod utiliter monet caritas, non solum fa „ cere nolint, sed nec etiam intelligere: “ & infra (cap. iii.) „ Vult servos Dei cor „ poraliter operari, unde vivant. “ Sed præcipue religiosi Servi Dei nominantur, utpote se totaliter divino servitio mancipantes, sicut patet per Dionysium vi. cap. eccl. Hierarch. (ante med.) Ergo videtur quod teneantur manibus operari.

3. Præterea. Augustinus dicit in Lib. de op. monach. (cap. xvii. in princ.) *Quid agant qui operari corporaliter nolunt, cui rei vacent, scire desidero. Orationibus (inquietus) vacamus, & psalmis, & lectionibus, & verbo Dei.* Sed quod per ista non excusentur, ostendit per singula. Nam primo de oratione dicit: (1) *Citius exauditur una obedientis oratio quam decem millia contemporis;* illos contemptores intelligens, & indignos exaudiens, qui manibus non operantur. Secundo de divinis laudibus subdit: *Cantica vero divina cantare etiam manibus operantes facile possunt.* Tertio subiungit de lectione: *Qui autem sed dicunt lectioni vacare, nonne ibi inveniunt quod præcipit Apostolus? Quæ est ergo ista perversitas lectioni nolle obtemperare, dum vult ei vacare?* Quarto subiungit (cap. xviii.) de prædicatione. *Si autem alicui sermo erogandus est, & ita occupatur, ut manibus operari non vacet, numquid in monasterio omnes hoc possunt? Quando ergo non omnes possunt, cur omnes sub hoc obtentu vacare volunt?* *Quamquam etiæ omnes possent, vicissim facere deberent, non solum usceteri necessariis operibus occuparentur, sed etiam quia sufficit ut multis audientibus unus loquatur.* Ergo videtur quod religiosi non debeant cessare a manuali opere propter hujusmodi spiritualia opera quibus vacant.

4. Præterea. *Lucæ xii. super illud, Vendite que possidetis &c.* dicit *Glossa* (ord.) „ *Non tantum cibos vestros communicate pauperibus* pe-

(1) Postquam immediate post prædicta præmittit; *Sancta plane vita & Christi suavitate laudabilis* (vacare nempe orationibus & Psalmis & lectioni & verbo Dei) *Sed si ab his avocandi non sumus, nec manducandum est nec ipse esse quotidie præpa-*

randa ut possint apponi & assumi: Si autem ad ista vacare servos Dei certis intervallis temporum ipsius infirmitatis necessitas cogit, cur non & apostolicis præceptis observandis aliquas partes temporum deputamus?

„ peribus, sed etiam vendite possessiones vestras; ut omnibus vestris semel pro Domini, no spretis, postea labore manuum vestrarum operemini, unde vivaris, vel eleemosynam faciat. „ Sed ad religiosos pertinet proprie omnia sua relinquere (1). Ergo videtur quod etiam eorum sit de labore manuum suarum vivere, & eleemosynas facere.

5. Præterea. Religiosi præcipue videntur teneri Apostolorum vitam imitari, quia statum perfectionis profertur. Sed Apostoli manibus propriis laborabant, secundum illud I. ad Corinth. iv. 13. *Laboramus operantes manibus nostris* (2). Ergo videtur quod religiosi teneantur manibus operari.

Sed contra. Ad præcepta observanda quæ communiter omnibus proponuntur, eodem modo tenentur religiosi, & seculares. Sed præceptum de opere manuali communiter omnibus proponitur, ut patet II. ad Thess. 111.

6. *Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante &c.* Fratrem autem nominat quemlibet Christianum, sicut & I. ad Corinth. vii. 12. *Si quis frater uxorem babes infidelem &c.* & ibidem (II. Thess. 111. 10.) dicitur: *Si quis non vult operari, nec manducet.* Non ergo religiosi magis tenentur manibus operari quam seculares.

Respondeo dicendum, quod labor manualis ad quatuor ordinatur. Primo quidem & principaliter ad victum quærendum: unde primo homini dictum est (Genes. 111. 19.) *In sudore vultus sui vesteris pane tuo: & in Psal. cxxvii. 2. Labores manuum tuarum quia manducabis &c.* Secundo ordinatur ad tollendum otium, ex quo multa mala oriuntur: unde dicitur Eccli. xxxii. 28. *Mitte (ser-*

vum tuum) in operationem, ne uacet: multam enim malitiam docuit otiositas. Tertio ordinatur ad concupiscentiam refrenationem, in quantum per hoc maceratur corpus: unde II. ad Corinth. vi. 5. dicitur: *In laboribus, in jejuniis, in vigiliis, in castitate.* Quarto autem ordinatur ad eleemosynas faciendas: unde dicitur ad Eph. 4. 28. *Qui furatur, jam non furetur; magis autem laboret operando manibus suis, quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem pauperi.* Secundum ergo quod labor manualis ordinatur ad victum quærendum, cadit sub necessitate præcepti, prout est necessarius ad tales finem: quod enim ordinatur ad finem, a fine necessitatem habet, ut scilicet intantum sit necessarium, in quantum finis sine eo esse non potest. Et ideo qui non habet aliunde unde vivere possit, tenetur manibus operari, cujuscumque sit conditionis.

Et hoc significant verba Apostoli dicentis: *Qui non vult operari, nec manducet;* quasi dicaret: Ea necessitate aliquis tenetur ad operandum manibus qua tenetur ad manducandum. Unde si quis absque manducatione posset vitam transfigere, non teneretur manibus operari. Et eadem ratio est de illis qui non habent alias unde licite vivere possint. Non enim intelligitur aliquis posse facere quod non licite facere potest. Unde & Apostolus non invenitur opus manuum præcepisse nisi ad excludendum peccatum eorum qui illicite victum acquirebant. Nam primo quidem præcipit Apostolus opus manuale ad vitandum furtum, ut patet ad Ephes. 4. 28. *Qui furabatur, jam non furetur; magis autem laboret operando manibus suis.* Secundo ad vitandam cupi-

Q q 2 . dita-

(1) Quando sunt Religiosi: Postquam enim Religiosi jam facti sunt, nihil habent amplius vel habere præsupponuntur quod relinquant.

(2) Quod ad seipsum nominatum referre Apostolus videtur, vel secundum Haymonem ad Barnabam Softhenem, & reliquos qui Apostoli communiori significacione dicuntur quia cum ipso Paulo Evangelium prædicabant: Unde præmittit ver. 9. *Puto quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit &c.* sive sic de se loquens in plurali quem *novissimum Apostolorum vel minimum* I. ad Cor. 15. ver. 9. appellat; sive de supradictis intelligens qui post vocationem duodecim Apostolorum in confortium quoddam apostolatus propter prædictionem evangelicam sunt admissi. Nam de se quidem passim profitetur quod ut neminem prægravaret manibus laborabat ad victum sibi eo labore comparandum; & idem de aliis videtur dici posse qui Corinthiis una cum illo predicabant quia nimirum avariores erant Corinthii nec tam fa-

cile suis Evangelistis vel Doctoribus necessaria ministabant, ut ex ipsius Apostoli exhortatione I. ad Corinthios 9. patet .. Non sic autem expresse de duodecim Apostolis legitur quod manibus etiam laborarent, cum idem Apostolus potius eos aliunde necessaria sibi accepisse loco predicho significet: Nihil impedit tamen quin & ipsi manibus pro aliquo tempore quando necessaria deerant laborasse dicantur, & sic intelligantur per *novissimos Apostolos* eodem sensu quo *novissima horam* Joannes vocat, quia tempus Evangelii est novissimum tempus post quod alii non succedent: Unde potuit ex hoc loco inserre S. Thomas generaliter quod Apostoli promiscue manibus laborarent: Vel sic infinite loquutus est, referendo ad Paulum tantum; quia indefinitam loquutionem in uno solo verificari sufficit: Quamvis etiam in eundem ad Corinthios locum lect. 2. generaliter de omnibus intelligere videatur.

ditatem alienarum rerum : unde dicitur I. ad Thessal. IV. II. Operemini manibus vestris , sicut præcepimus vobis , & ut honeste ambuleatis ad eos qui foris sunt . Tertio ad evitanda turpia negotia , ex quibus aliqui vicium acquirunt : unde II. ad Thessal. III. IO. dicit ; Cum effemus apud vos , hoc denuntiabamus vobis , quoniam si quis non vult operari , nec manducet . Audivimus enim , quosdam inter vos ambulantes inquiete , nihil operantes , sed curiose agentes . Glossa (ordin.) , qui „ fœda cura necessaria sibi provident . “ His autem qui bujusmodi sunt , denuntiamus , & obsecramus , ut cum silentio operantes panem suum manducent . Unde Hieronymus dicit super epist. ad Gal. (in procem. Libri. II. commentar. sup. hanc epist. vers. fini.) quod Apostolus hoc dixit , non tam officio docentis , quam visio gentis .

Sciendum tamen , quod sub opere manuali intelliguntur omnia humana officia , ex quibus homines licite vicium lucrantur , sive manibus , sive pedibus , sive lingua fiant . Vigiles enim , & cursori , & alii hujusmodi de suo labore viventes , intelliguntur de operibus manuum vivere . Quia enim manus est organum organorum , per opus manuum omnis operatio intelligitur , de qua aliquis vicium licite potest lucrari .

Secundum autem quod opus manuale ordinatur ad otium tollendum , vel ad corporis macerationem , non cadit sub necessitate præcepti secundum se consideratum : quia multis aliis modis potest vel caro macerari , vel etiam otium tolli , quam per opus manuale : maceratur enim caro per jejunia , & vigilias ; & otium tollitur per meditationes sacrarum Scripturarum , & laudes divinas . Unde super illud Psal. cxviii. Defecrunt oculi mei in eloquium tuum , dicit Glossa (ord.) (1) Non „ est otiosus qui verbo Dei tantum studet : „ nec pluris est qui extra operatur quam qui „ studium cognoscendæ veritatis exercet . “ Et ideo propter has causas religiosi non tenentur ad opera manualia , sicut nec secula-

res ; nisi forte ad hoc per statuta sui Ordinis obligentur ; sicut Hieronymus dicit in epist. ad Rusticum monachum : *Ægyptiorum monasteria hunc tenent morem , ut nullum absque operis labore suscipiant , non tam propter vicius necessitatem , quam propter anime salutem , ne vagetur pernicioſis cogitationibus .*

In quantum vero opus manuale ordinatur ad eleemosynas faciendas , non cadit sub necessitate præcepti ; nisi forte in aliquo casu , in quo ex necessitate aliquis eleemosynas facere teneretur , & non posset alias habere unde pauperibus subveniret : in quo casu obligarentur similiter religiosi , & seculares ad opera manualia exequenda .

Ad primum ergo dicendum , quod præceptum illud quod ab Apostolo proponitur , est de jure naturali : unde super illud IP. ad Thess. III. Ut subtrahatis vos ab omni fratre inordinate ambulante , dicit Glossa (interlin.) „ aliter quam ordo naturæ exigit . “ Loquitur autem de his qui ab opere manuali cefabant . Unde & natura manus homini dedit loco armorum , & tegumentorum , quæ aliis animalibus tribuit , ut scilicet per manus hæc & alia omnia necessaria conquirat . Ex quo patet quod communiter ad hoc præceptum tenentur & religiosi , & seculares , sicut ad omnia alia legis naturalis præcepta . Non tamen peccant quicunque manibus non operantur : quia ad illa præcepta legis naturæ quæ pertinent ad bonum multorum , non tenentur singuli ; sed sufficit quod unus vacet huic officio , & alius alii ; puta quod quidam sint opifices , quidam agricolæ , quidam judices , quidam doctores , & sic de aliis , secundum illud Apostoli I. ad Cor. xii. 17. Si totum corpus oculus , ubi auditus ; & si totum audiens , ubi odoratus ? &c.

Ad secundum dicendum , quod Glossa illa sumitur ab Augustino in Lib. de operibus monachorum , in quo loquitur contra monachos quosdam , qui dicebant , non esse licitum servis Dei manibus operari , propter hoc quod Dominus dicit Matth. vi. 25. Ne sollici-
cisi

(1) Augustini nomine prænotata , sicut & prius hoc in loco prænotabatur ad marginem , sed falso ; cum potius ex Ambrosio desumpta sit , qui sic plenius habet : *Deficiebat in eloquium (vel in verbis) Propheta : Nos autem otiosos nos putamus si verbo tantummodo studere videamus ; & pluris estimamus eos qui operantur quam eos qui studium cognoscendæ veritatis exerceant ; quasi qui verbo studet non operatur cum magis opus illud quam cetera sit : Probat autem exemplo Christi qui operatur secundum quod*

verbum est ; operabatur cum esset in principio apud Patrem : Deinde infert quod & verbum inquirentibus grande opus verbum est : Unde , inquit , cum Martha festinaret circa ministerium , Maria autem verbum Domini audiret , ea quæ audiebat ei quæ ministerabat , meruit anteferri : Dicenti enim Marthe Domine non est tibi curæ quod soror mea reliquit solam ministrare , respondens Dominus dixit Maria bonam partem elegit &c.

ceti suis animæ vestre quid manducetis. Nec tamen per hæc verba inducitur necessitas religiosi mansibus operandi , si habent aliunde unde vivere possint . Quod patet per hoc quod subdit . *Vult servos Dei corporaliter operari , unde vivant.* Hoc autem non magis pertinet ad religiosos quam ad seculares . Quod patet ex duobus . Primo quidem ex ipso modo loquendi quo Apostolus utitur , dicens : *Ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate.* Fratres enim omnes Christianos vocat : nondum enim erant tunc temporis religiones institutæ (1) . Secundo quia religiosi non tenetur ad alia quam seculares , nisi propter regulæ professionem : & ideo si in statutis regulæ non contineatur aliquid de opere ma-

nuali , non tenentur aliter ad operandum manibus religiosi quam seculares .

Ad tertium dicendum , quod omnibus illis operibus spiritualibus que ibi tangit Augustinus , potest aliquis vacare dupliciter : uno modo quasi deserviens utilitati communi ; alio modo quasi insistens utilitati privatæ . Illi ergo qui prædictis operibus spiritualibus publice vacant , excusantur per hujusmodi opera spiritualia ab opere manuali , duplice ratione : primo quidem quia oportet eos totaliter esse occupatos circa hujusmodi opera ; secundo quia hujusmodi opera exercentibus debetur subministratio vietus ab his quorum utilitati deserviunt . Illi vero qui prædictis operibus non quasi publicis , sed quasi privatis vacant ,

(1) Quantum ad certam quandam & singularem ac distinctam vivendi formam per quam à ceterorum Christianorum vita sive modo vivendi usitato Religiosi discernuntur : Quod ad intentum S. Thomæ sufficit ut communis appellatio fratrum tunc in usu fuisse promiscue omnibus ostendatur : Nam alioquin quoad Religionis essentiam quod jam eo tempore incepert Religiones vel earum imago præcesserit , manifestum est ex primorum Christianorum sub Apostolis ritu & convictu Act. 4. ubi omnia illis communia sive referuntur : imo etiam quod iisdem apostolicis temporibus post Christianam Religionem propagatam earum distinctio ab usitata communione Christianorum vita & consuetudine incepisse videri possit , patet ex iis que de illarum instituto Dionysius notat , cum ait lib. de ecclesiastica hierarchia cap. 6. eos qui monachatum suscipiunt vocatos esse a divinis preceptoribus separatus veluti pure Deo famulantes ! Hinc Hieronymus in Philone : *De prima* (inquit) *Marcii Evangeliste apud Alexandriam scribens Ecclesia in nostrorum laude versatus est habitacula eorum dicens monasteria : Ex quo apparet taliter primum Christi credentium sive Ecclesiam qualiter nunc Monachi esse nituntur & cupiunt : Epiphanius hæreti 29. §. 5. idem etiam notat ex Philone ac monasticæ vite professores ob eam causam rurum arvorum arborum idest Apostolorum sequaces vocat : Augustinus de civitate Dei lib. 17. cap. 4. de Apostolis loquens per os ipsius Petri dicentibus , Ecce nos reliquimus omnia (Matth. 19.) Hoc verbum (inquit) potentissimi vororant &c. Et super Psalm. 23. explicans quid sit habitare fratres in unum *Hec melodia tam suavis monasteria peperit* (inquit) & exemplum Apostolorum afferit quorum erat cor unum &c. Poffidius in eius vita cap. 5. Monasterium intra Ecclesiam instituit & cum Dei servis vivere coepit secundum modum & regulam sub sanctis Apostolis constitutam : Et ipse S. Thomas eam institutionem evidenter agnoscit infra qu. 188. art. 7. circa finem corporis : *Discipuli posse resurrectionem a quibus omnis Religio sumpsit originem distribuebant sus* &c. Ut & in I. ad Corinth. 16. caput lest. 1. *Sicut dicitur in Collationibus Parvum omnis Religio ab illa sancta societate sumpsite exordium* (eorum*

nempe qui simul habitantes Act. 4. in communione vivebant) Quod ex Collatione 18. cap. 5. defumptum est , ubi Plummon Abbas dicit : *Cenobitarum disciplina* (qui sic a ytre communione juxta vim græci nominis appellantur) a tempore predicationis Apostolice sumpsite exordium : *Nam talis exigit in Hierosolymis omnis illa credentium multitudo que nihil suum esse dicebat &c.* Talis , inquam , erat tunc omnis Ecclesia quales nunc parpaucos in cenobitis invenire difficile est : Mox vero addit . Sed cum posset Apostolorum excessum tepercere capiisse credentium multitudo maxime illa que de alienigenis ac diversis gentibus ad fidem Christi confluerebat , ac Ecclesia que Hierosolymis consistebat perfectionem pauperum contaminare capiisse , crescenteque quotidie vel indigenarum vel advenarum numero prime fidei refrigeresceret fervor , non solum bi qui confluxerant ad fidem Christi , verum etiam Ecclesie Principes ab illa distinctione laxati sunt : *Hi autem quibus adhuc Apostolicus ineras fervor , memores illius præfissæ perfectionis , discendentes a consortio i llorum qui vel sibi vel Ecclesie Dei remissoris vita negligenter licitam esse credebant , ex qua ab Apostolis generaliter meminerant per universum Ecclesie corpus instituta , privatis exercere coepissent : Qui paulatim tempore procedente segregati a credentium turbi s eo quod a consunguis abstinerent ; & a parentum seu consortio mundique ihsus conversatione secererent a singulariæ vite distinctione nominati sunt Monachi.* Unde consequens fuit ut ex communione consorti (juxta significatum græcum) cenobite nominarentur &c. Quod ergo ait Chrysostomus homil. 25. in epistolam ad Hebreos nullum sive Monachi vestigium , cum Paulus 1. ad Corinthios 5. scriberet , Si quis frater in vobis nominatur , sensus est non sive distinctionem illam conditionum qua monachi a secularibus distinguuntur , ut ex ibi adjunctis patet : Alioquin lib. 3. contra vituperatores monasticæ vite inpleta esse ab Apostolis ea que nunc a Monachis implentur ; & hom. 11. in Acta : sic vivere monachos ait sicut fideles Hierosolymis in Ecclesia primitiva vivebant ; & ad populum Antiochenum homil. 17. eam vitam quam profitentur & observant Monachi philosophiam a Christo introductam appellant.

vacant , non oportet quod per hujusmodi opera a manualibus operibus abstrahantur ; nec etiam sit eis debitum ut de stipendiis fidelium vivant : & de talibus loquitur Augustinus . Quod enim dicit : *Canticum divinum cantare etiam manibus operantes possunt , exemplo opificum qui fabulis linguas dant , cum tamen manibus ab opere non recedant :* manifestum est quod non potest intelligi de his qui horas canonicas in Ecclesia decantant ; sed intelligitur de his qui psalmos , vel hymnos dicunt quasi privatas orationes . Similiter quod dicit de lectione , & oratione , referendum est ad orationes , & lectiones privatas , quas etiam laici interdum faciunt ; non autem ad illos qui publicas orationes in Ecclesia faciunt , vel etiam publicas lectiones in scholis legunt . Unde non dicit . Qui dicunt se vacare doctrinæ , vel instructioni ; sed , *Qui dicunt se vacare lectioni .* Similiter etiam de prædicatione loquitur , non quæ sit publice ad populum , sed quæ specialiter sit ad unum , vel ad paucos per modum privatæ admonitionis . Unde signanter dicit : *Si alicui sermo erogandus est .* Nam , sicut Glossa (interl . sup . illud , *Sermo mens , & predicatione*) dicit I . ad Corinth . ii . „ sermo est qui privatim sit , „ prædicatio , quæ sit in communi .

Ad quartum dicendum , quod illi qui omnia propter Deum spernunt , tenentur manibus operari , quando alias non habent unde vivant , vel unde eleemosynas faciant , in casu in quo facere eleemosynam cadit sub præcepto ; non autem aliter , ut dictum est (in corp . art .) Et secundum hoc loquitur Glossa inducta .

Ad quintum dicendum , quod hoc quod Apostoli manibus laboraverint , quandoque quidem sicut necessitatis , quandoque vero supererogationis . Necessitatis quidem , quando ab aliis victum invenire non poterant : unde super illud I . ad Corinth . iv . *Laboramus operantes manibus nostris ,* dicit Glossa (interl .) „ quia nemo dat nobis . „ Supererogationis autem , ut patet per illud quod habetur I . ad Corinth . ix . ubi dicit Apostolus , quod non est usus potestate quam habebat vivendi de Evangelio . Hac autem supererogatione utebatur Apostolus tribus de causis . Primo quidem ut occasionem prædicandi auferret pseudoapostolis , qui propter sola temporalia prædicabant : unde dicit II . ad Corinth . xi . 12 . *Quod autem facio , & faciam , ut amputem eorum occasionem &c .* Secundo ad evitandum gravamen eorum quibus prædicabat : unde dicit II . ad Corinth . xii .

13. *Quid minus babuistis pre ceteris Ecclesiis , nisi quod ego ipse non gravavi vos ?* Tertio ad dandum exemplum operandi otiosis : unde II . ad Thess . iii . 8 . dicit : *Nocte , & die operantes . . . ut formam daremus vobis ad imitandum nos .* Quod tamen Apostolus non faciebat in locis in quibus habebat facultatem quotidie prædicandi , sicut Athenis , ut Augustinus dicit in Lib . de operibus monach . (cap . xviii .) Non autem propter hoc religiosi tenentur Apostolus in hoc imitari , cum non teneantur ad omnes supererogationes . Unde nec alii Apostoli manibus operabantur .

A P P E N D I X .

EX art . habes primo : quomodo per rationes tum directas , tum indirectas destruas duos errores oppositos , scilicet Joannis Wicleff dicentis , quod monachi tenentur , labore manuum victimum querere , Et Enthusiastarum dicentium , quod nullus labor manuum monachis est licitus , etiam sustentandæ vitæ causa : sed orationi semper illis esse insufflendum . Secundo habes : quomodo per rationem ostendas , illum Joannis Wicleff merito damnari a Concilio Constantiensi sess . 8 . ubi etiam scandalosam , & præsumptuosam illam ejus assertionem esse , definit . Item a B . Benedicto per exemplum suum . Hic enim , ut in secundo Dialogorum dicit Sanctus Gregorius , mansit tribus annis in specu , manibus non laborans ad victimum sibi querendum : quia longe a conversatione hominum positus erat Romano monacho solum cognitus , qui ei victimum ministrabat . Nec tamen ulli sapienti dubium est , eum tunc in statu salutis fuisse , quandoquidem eum Dominus vocabat servum suum cuidam sacerdoti dicens : *Servus meus in toco illo fame cruciatur .* Item ab aliorum multorum Sanctorum exemplis , qui sine labore manuum vitam suam transigebant (ut ex decursu supradictorum Dialogorum constat) . Vide Sancti Thomæ opusculum 19 . contra impugnantes religionem , cap . 5 . Ex præsenti quoque articulo habes : quomodo per rationes ostendas errorem Enthusiastarum (hujus erroris etiam patronos vocat August . *Psalannos , lib . de operibus monachorum .* Nam in principio illius libri testatur , se ibi locutum contra errorem hunc , qui tunc in Carthagine ostrebatur) . Item a Beato Benedicto in regula sua dicente : „ Otiositas est inimica animæ : & certis temporibus occupari debent fratres in labore „ , ma-

„ mahuum; tertis iterum horis in lectione
 „ divina. " Item a Concil. *Carthaginensi* 4.
 „ per locum a simili, dum scilicet de clericis
 „ divino obsequio mancipatis loquitur c. 52.,
 „ Clericus victim, & vestitum sibi, vel artifi-
 „ ciolo, vel agricultura, absque officiis sui
 „ dumtaxat detramento, præparet. Et c. 53.
 „ Omnes clerici, qui ad operandum validi
 „ sunt, & artificiola, & litteras discant.,
 Hæc ibi. Inquantum vero Enthusiastæ in-
 serunt de oratione, errare monstrantur a q.
 83. ar. 14. Tertio vides: quomodo &c.

ARTICULUS IV. 897

*Utrum religiosis licet de eleemosynis
 vivere.*

Opusc. XVIII. cap. VII.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod religiosi non licet de eleemosynis vivere. Apostolus enim I. ad Timoth. v. præcipit ut viduæ quæ possunt aliunde sustentari, non vivant de eleemosynis Ecclesiæ, ut Ecclesia sufficiat illis quæ vere viduæ sunt. Et Hieronymus dicit ad Damasum Papam (ut cit. quæst. clxxxv. art. 7. arg.) quod qui bonis parentum, & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est, accipiunt, sacramentum profecto committunt; & per abusumem zaliūm judicium sibi manducant, & bibunt. Sed religiosi possunt de labore manuum sustentari, si sunt validi. Ergo videtur quod peccent, eleemosynas pauperum comedendo.

2. Præterea. Vivere de sumptibus fidelium, est merces deputata prædicantibus Evangelium pro suo labore, vel opere, secundum illud Matth. x. 10. *Dignis est operariis cibo suo.* Sed predicare Evangelium non pertinet ad religiosos, sed maxime ad prælatos, qui sunt pastores, & doctores. Ergo religiosi non possunt liceite vivere de eleemosynis fidelium.

3. Præterea. Religiosi sunt in statu perfectionis. Sed perfectius est dare eleemosynas quam accipere: dicitur enim Act. xx. 35. *Beatus est magis dare quam accipere.* Ergo non debent de eleemosynis vivere, sed magis ex operibus manuum suarum eleemosynas dare.

4. Præterea. Ad religiosos pertinet impedimenta virtutis, & occasiones peccati vitare. Sed acceptio eleemosynarum præbet occasionem peccati, & impedit virtutis actum; unde super illud II. ad Thessalon. ult. 8. *Ut nosmetipso formam datemus vobis*, dicit Glossa

sa (ordin. Ambrosii:) „ Qui frequenter ad alienam mensam comedit otio deditus, ad-“ ultius necesse est paucenti se: " dicitur etiam Exod. xxii. 8. *Ne accipias munera, que excaecant prudentes,* & subvertunt verba iustorum: & Proverb. xxii. 7. dicitur: *Qui accipit mutuum, servus est fenerantis:* quod est religioni contrarium: unde super illud II. ad Thessalon. ult. *Ut nosmetipso formam damremus.* &c. dicit Glossa: „ Religio nostra ad libertatem homines advocat. " Ergo videtur quod religiosi non debeant de elemosynis vivere.

5. Præterea. Religiosi præcipue tenentur imitari Apostolorum perfectionem: unde Apostolus dicit ad Philip. iii. 15. *Quicumque perfecti sumus, hoc sentiamus.* Sed Apostolus nolebat vivere de sumptibus fidelium, ut occasionem auferret pseudoapostolis, sicut ipse dicit II. ad Corinth. xi. & ne scandalum poneretur infirmis, ut patet I. ad Corinth. ix. Ergo videtur quod propter easdem causas religiosi debeant abstinere ne de eleemosynis vivant: unde & Augustinus dicit in Libro de oper. monach. (cap. xxviii. in fin.) *Amputatis occasionem turpium nundinarum, quibus existimatio vestra leditur, & infirmis offendiculum ponitur;* & ostendite hominibus, non vos in orio fasciem vestrum, sed per angustum, & arctam viam regum Dei querere.

Sed contra est quod, sicut Gregorius dicit in II. Dialog. (cap. 1. cir. med.) *B. Benedictus tribus annis in specu permanens, de his que a Romano monacho ministrabantur, reflectus est, postquam dominum, parentesque reliquerat:* & tamen validus corpore existens, non legitur de labore manuum quæsivisse vitum. Ergo religiosi liceite possunt de eleemosynis vivere.

Respondeo dicendum, quod unicuique licet vivere de eo quod suum est, vel sibi debitum. Fit autem aliquid alicuius ex liberalitate donantis. Et ideo religiosi, & clerici, quorum monasteriis, vel Ecclesiis ex munificentia Principum, vel quorumcumque fidelium sunt facultates collatae, ex quibus sustentantur, possunt de eis vivere liceat, absque hoc quod manibus laborent; & tamen certum est eos de eleemosyna vivere. Unde & similiter, si aliqua mobilia religiosis a fidelibus conferantur, possunt de eis liceite vivere. Stultum enim est dicere, quod aliquis in eleemosynam possit accipere magnas possessiones, non autem panem, vel parvam pecuniam. Sed quia hujusmodi beneficia religiosis videntur esse collata ad hoc quod liberius religio-

ligiosis actibus insistere possint, quorum cūpunt se fore participes, qui temporalia subministrant, redderetur eis usus prædictorum donorum illicitus, si ab actibus religiosis desisterent: quia sic, quantum est de se, defraudent intentionem eorum qui talia beneficia contulerunt.

Debitum autem est alicui aliquid dupliciter. Uno modo propter necessitatem, quæ facit omnia communia, ut Ambrosius dicit. (Colligitur ex serm. lxiv. de temp. versus fi.) Ideo si religiosi necessitatem patiantur, licite possunt de eleemosynis vivere. Quæ quidem necessitas potest esse tripliciter. Primo quidem propter corporis infirmitatem; ex qua contingit quod non possint sibi labore manuum victum quærere. Secundo, si illud quod ex opere manuali conquerunt, eis ad victum non sufficiat: unde Augustinus dicit in Libro de oper. monach. (cap. xvii. a med.) quod bona opera fidelium subſidio ſplendorum neceſſariorum deesse non debent servis Dei, qui manibus operantur; ut hora, quibus ad erudiendum animum ita vacatur, ut illa corporalia opera geri non poſſint, non opprimant egiftate. Tertio propter pristinam conuerſationem eorum qui non confueverant manibus laborare: unde Augustinus dicit in Lib. de oper. mon. (cap. xxii. in princ.) quod si habebant aliiquid in ſeculo, quo facile ſine opificio ſuſtentarent iſtam vitam, quod conuerſi ad Deum indigentibus diſperſiſt ſunt, & credenda eſt eorum infirmitas, & ferenda. Solent enim tales delicaties educati, laborem operum corporalium ſuſtincere non poſſe.

Alio modo efficitur aliiquid debitum ex eo quod ipse exhibet, ſive ſit aliiquid temporale, ſive ſpirituale, ſecundum illud I. ad Cor. ix. 11. Si nos vobis ſpiritualia ſeminevimus, magnum eſt, ſi carnalia veftra meamus? Et ſecundum hoc quadrupliciter poſſunt religiosi de eleemosynis vivere, qualiſi bi debitis. Primo quidem, ſi prædicens auſthoritate prælatorum. Secundo, ſi ſint miniſtri altaris: quia, ut dicitur I. ad Cor. ix. 13. qui altari deſerviunt, cum altari partici- pant. Ita & Dominus ordinavit his qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere. Unde & Augustinus dicit in Lib. de operibus monach. (cap. xxii. in princ.) Si Evangelisti ſunt, fateor, habent poſteſtatem vivendi de ſumptibus fidelium: ſi miniſtri altaris, dif-

pensatores sacramentorum, bene ſibi iſtam non arrogant, ſed plane vendicant poſteſtatem: & hoc ideo, quia ſacrificium altaris, ubicumque agatur, commune eſt toti populo fidelium. Tertio, ſi inſtant studio ſacra Scriptura ad communem utilitatem totius Eccleſiæ. Unde Hieronymus dicit contra Vigilantium (cap. v. cir. med. & incipit, Multa in orbe:)
 (*) Hec in Iudea uisque bodice perverſerat conſuetudo, non ſolum apud nos, ſed etiam apud Hebreos, ut qui in lege Domini meditantes die ac nocte, & partem non habent in terra, niſi ſolum Deum, synagogarum, & totius orbis ſoveantur miniſteriis. Quarto, ſi bona temporalia quæ habebant, monaſterio largiantur, de eleemosynis monaſterio factis poſſunt vive-re. Unde Augustinus dicit in Lib. de operibus monachor. (cap. xiv. a med.) quod bis qui relictæ, vel diſtributa ſive ampla, ſive qualicunque opulentia facultate, inter pauperes Chriſti, pia, & ſalubri humilitate numero-voluerunt, vicem ſuſtendande vita eorum res ipsa communis, & fraterna caritas debet: qui laudabiliter agunt, ſi manibus operentur; quod quidem ſi nolint, quis audeat eos cogere. Nec eſt attendendum, at ibid. ſubditur, qui-bus monaſteriis, vel in quo loco indigentibus fra-tribus quisque id quod habebat, impenderit: omnium enim Christianorum una republi-ca eſt.

Si vero aliqui ſint religiosi qui abſque ne-cessitate, & utilitate quam afferant, velint otiosi de eleemosynis quæ dantur pauperibus, vivere, hoc eſt eis illicitum. Unde Augustinus dicit in Lib. de oper. mon. (cap. xxii.) Plerumque ad hanc profeſſionem ſervitutis Dei & ex condiſione ſervili aliqui veniunt, & ex vita rufiſcana, & ex opificum exercitatione, & plebejo labore: de quibus non apparet, utrum ex proposito ſervitutis Dei uenerint, an vitam inopem, & laboriosam fugientes, vacui paſci, atque veftri voluerint, & insuper ho-norari ab eis a quibus contemni, conterique con-fueverant. Tales ergo ſe, quo minus operentur, de infirmitate corporis excusare non poſſunt: præterea quippe vita conſuēdine conviñcuntur. Et poſtea ſubdit (cap. xxv. non procul a fi.) Si nolunt operari, non manducent. Neque enim properea ad pietatem diuites humilitantur, ut pauperes ad ſuperbiā extollantur. Nullo e-nim modo decet ut in ea vita, ubi ſenatores ſunt laboriosi, ibi ſiant opifices occisi; & quo-veniunt,

(*) Ita cum mſi. Alcan. Garcias, & edit. poſtevio- res Al. Haec uideque uisque hodie &c. & mox: &

patrem non habent in terra niſi ſolum Deum, totius orbis ſoveantur miniſteriis.

*veniunt, relictis deliciis suis, qui fuerant predi-
torum domini, ibi sint rusticæ delicati.*

Ad primum ergo dicendum, quod authori-
tates illæ (1) sunt intelligendæ tempore ne-
cessitatis, quando scilicet non posset aliter
pauperibus subveniri. Tunc enim tenerentur
non solum ab eleemosynis accipiendis desiste-
re, sed etiam sua, si qua haberent, largiri
ad pauperum sustentationem.

Ad secundum dicendum, quod prælati
competit prædicatio ex officio; religiosis au-
tem potest competere ex commissione: & ita
cum laborant in agro dominico, possunt ex-
inde vivere, secundum illud II. ad Timoth.
ix. 6. *Laborantem agricultoram oportet primum de
fructibus percipere: ubi dicit Glossa (ord. , ,
“ (2) id est prædicatorem, qui in agro Ec-
clesiæ ligone verbi Dei excolit corda audi-
torum.” Possunt etiam de Evangelio vi-
vere qui prædicatoribus ministrant. Unde su-
per illud ad Rom. xv. *Si spiritualium eorum
participes facti sunt gentiles, debent & in car-
nis libus ministrare eis,* dicit Glossa (interl.)
“ scilicet Judæis, qui miserunt prædicatores
ab Hierosolymis. “ Sunt & alia causa,
ex quibus alicui debetur ut de sumptibus fi-
delium vivat, ut dictum est (in corp. art.)*

Ad tertium dicendum, quod, ceteris parti-
bus, dare est perfectius quam accipere; &
tamen dare, vel relinquere omnia sua pro
Christo, & modica accipere ad sustentatio-
nem vitæ, melius est, quam dare aliqua par-
ticulariter pauperibus, ut ex supra dictis pa-
tet (quæst. clxxxvi. art. 3. ad 6.)

Ad quartum dicendum, quod accipere mu-
nera ad divitias augmentandas, vel accipere
victum ab aliquo sibi non debitum, absque
utilitate, & necessitate, præstat occasionem
peccati: quod non habet locum in religiosis,
ut ex supra dictis patet (in corp. art.)

Ad quintum dicendum, quod quando ap-
paret manifesta necessitas, & utilitas, pro-
pter quam aliqui religiosi de eleemosynis vi-
vant absque opere manuali, non scandalizan-
tur ex hoc infirmi, sed malitiosi more Pha-

Summ. S. T. b. Tom. IX.

risæorum, quorum scandalum contemnendum
Dominus docet Matth. xv. (3). Sed si non
esset evidens necessitas, & utilitas, posset
exinde generari scandalum infirmis; quod ef-
fet vitandum. Idem tamen scandalum immi-
nere potest de his qui facultatibus commu-
nibus otiose utuntur.;

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per ratio-
nem destruas errorem Joannis Wicleff
dicens, quod conferens eleemosynam Fra-
tribus est excommunicatus ipso facto. Item
Guilhelmi cuiusdam dicens; quod monachi,
seu fratres, non possunt vivere de eleemosy-
nis. Secundo habes: quomodo per rationem
ostenendas errorem Wicleff merito damnari ex-
presse a Concilio Constantiensi, sess. 8. Quem
etiam Wicleffum propter hoc, & alia errata
pronunciavit Synodus illa esse hereticum, e-
iusque ossa exhumari mandavit, & comburi.
Item a B. Joanne Apostolo in sua epistola
tertia canonica per hoc, quod damnat unum
simile, & forsan minus culpabilem circa hu-
jusmodi, qui vocabatur Diotrephe, & laudat
eleemosynarios erga fideles, dicens: „, Char-
rissime, fideliter facis, quidquid operaris in
„ fratres, & hoc in peregrinos. Nos ergo
„ debemus suscipere hujusmodi, ut coopera-
„ tores simus veritatis. Diotrephe non reci-
„ pit nos. Propter hoc, si vencro, com-
„ monebo ejus opera, quæ facit, verbis ma-
„ lignis garriens in nos. Et quasi ista e-
„ non sufficient, neque ipse suscipit fratres i
„ &, eos, qui suscipiunt, prohibet, & d,
„ Ecclesia ejicit. Charissime, noli imitare
„ malum, sed quod bonum est. “ Hæc ibid.
Item Guilhelnum illum merito damnari in
illo errore a S. Benedicto, & B. Gregorio in
2. Dialogorum: secundum quod extenditur
in arg. cont. Item multipliciter ab opusc. 19.
contra impugnantes religionem. c. 7. *Tertio*
vides: quomodo &c.

R r

A R-

(1) Inter quas tamen illa, quæ prænotatur ex Hieronymo & sub ejus nomine in Decretis refertur Cau-
fa 1. & Causa 16. nullibi apud eum occurrit, ut
jam supra notatum quæst. 183. art. 7.

(2) Ex Haymone desumpta qui sic plenius habet:
*Quantus ad litteram pertinet, dignum est ut agri-
cola & vinitor primum fructus sui laboris degustent:*
*Aliorū autem sensu ager est hic mundus vel Eccle-
sia: Vinitores vel agricultores sunt Prædicatores qui
ligone verbi Dei encolunt corda auditoris. Subfe-*

quens autem Glossa interlinearis tantum est sine no-
mine; quamvis eam Lombardus quoque habet, ac
ex Theodoreto & aliis Interpretibus implicite colli-
gi potest.

(3) Cum nimis a Discipulis admonitus quod
Pharisei scandalizati essent quia dixisset, *Quod in-
grat in os non coquinat hominem*, eorumdem oc-
casione qui non lotis manibus manducabant, respon-
dit: *Sinete illos, eoci sunt & duces cœrorum &c.*

ARTICULUS V. 898

Utrum religiosis liceat mendicare.

III. con. cap. cxxxv. & quol. vii. art. 18.
ad 7. & opusc. xvii. cap. xiv. xv. &
xvi. & opusc. xix. cap. vii.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod religiosis non liceat mendicare. Dicit enim Augustinus in Lib. de oper. monach. (cap. xxviii. ante med.) *Tam multos hypocritas sub habitu monachorum usquequaque dispersit callidissimus hostis, circumeunte provincias; & postea subdit: Omnes petunt, omnes exigunt aut sumptus luxuriae egestatis, aut similitate pretium sanctitatis.* Ergo videtur quod vita religiosorum mendicantium sit probanda.

2. Præterea. I. ad Thess. iv. 11. dicitur: *Operamini manibus vestris, sicut præcepimus vobis, & ut honeste ambuletis ad eos qui fisis sunt, & nullius aliquid desideretis: ubi dicit Glossa (ord. Petri Lomb.) (1) „I. „deo opus est agendum, & non otiandum, „quia & honestum est, & quasi lux ad in- „fideles: & non desiderabitis rem alterius, „nendum rogetis, vel tollatis aliquid. „Et II. ad Thess. 111. super illud, *Si quis non vult operari* &c. dicit Glossa (ord. Aug. Lib. de oper. monach. cap. 111. in princ.) (2) „*Vult servos Dei corporaliter operari, „ut habeant unde vivant, ut non compelli- „lantur egestate necessaria petere.*“ Sed hoc est mendicare. Ergo videtur quod illicitum*

sit, prætermislo opere manuali, mendicare: 3. Præterea. Illud quod est in lege prohibatum, & justitiae contrarium, non competit religiosis. Sed mendicare est prohibitum in lege divina, dicitur enim Deuter. xv. 4. *Omnino indigens, & mendicus non erit inter vos* (3): & in Psal. xxxvi. 25. *Non vidi justum derelictum, nec semen ejus querens pa- nem.* Secundum etiam iura civilia punitur validus mendicans, ut habetur Codice de mendicantibus validis (4). Ergo non competit religiosis mendicare.

4. Præterea. *Verecundia est de turpi actu*, ut Damascenus dicit (Lib. II. orth. fid. cap. xv.) Sed Ambrosius dicit in Lib. I. de offic. (cap. xxx. cir. fi.) quod *verecundia pe- tendi ingenuos prodit natales.* Ergo mendicare est turpe. Non ergo religiosis competit.

5. Præterea. Maxime de eleemosynis vivere competit prædicantibus Evangelium, secundum Domini statutum, ut supra dictum est (art. præc.) Eis tamen non competit mendicare: quia super illud II. ad Timoth. 11. *Laborantem agricolam* &c. dicit Glossa (ord. super illud, *De fructibus percipere* (5)) „*Vult Apostolus ut Evangelista intelligat, „quod necessaria sumere ab eis in quibus „laborat, non est mendicitas, sed potestas.* Ergo videtur quod religiosis non competit mendicare.

Sed contra. Religiosis competit vivere ad imitationem Christi. Sed Christus mendicavit, secundum illud Ps. xxxix. 18. *Ego en- tem mendicus sum, & pauper: ubi dicit Glos- fa (ord. Cassiod. (6)) „Hoc dixit Chri- „sus de se ex forma servi: “ & infra: “ Men-*

(1) Paulo plenius & alia serie, ubi etiam illud, *omnes exigunt*, perinde est ac ab omnibus exigunt, ut ad marginem Augustini notatur, nec in nominativo sed in accusativo legendum est.

(2) Velut ex Augustino de operibus Monachorum Editiones alia notant, sed ex cap. 13. partim tan- tum ac implicite colligi potest, sicut & sequens Glossa ex cap. 17. sed utramque Lombardus plene habet:

(3) Vel transposita constructione, *Indigens & mendicus non omnino inter vos, id est nullo modo erit &c.*

(4) Libro nimirum 11. tit. 26. leg. *Cunctis*, ubi Gratianus, Valentinianus, Theodosius Imperatores ad Severum Praefectum Urbis ea de re id scribunt ex professo quod in responsione notabitur.

(5) Sumpta ex Augustino verbis paulum immuta- tis lib. de operibus Monachorum cap. 15. versus 6- nem, ut Timotheum ab opere corporali excusat.

(6) Cassiodori Glossam Editiones alia dicunt esse. Sic autem tantum Cassiodorus non litterali sed mysti-

co sensu explicans: *Ne sibi quisquam meritorum gloriam vendicaret, Dominus Christus ex forma lo- quitur humanitatis assumpta, Egenus & pauper sum: Egenus, quia humanitas subveniri sibi semper eget a Domino: Pauper, quia nisi divina grata clarifi- cetur de se omnino tenuis esse cognoscitur.* Subse- quens autem Glossa super Psalm. 69. ex eodem est, mystice tamen sic dicente: *Dum dicit ex persona sua Dominus, Egenus & pauper sum, significare illas divites fuisse mundanos de quibus dicit Confundan- tur & reverentur &c. Sed videamus cur cum fe- calesti thesauro ditissima ubique se egenus & paup- perem dicit gloriofa paupertas: Utique quia munera copias non habet: Ac deinde paulo post: Vides merito dici tales egenos & pauperes qui continuo ac- quirere gratiam divinitatis exoptant: Egeni enim sumus quando jugiter indigemus: Pauperes, dum semper ad beneficia ipsius avida mente propersamus. Appendix vero quae subhingitur ex Hieronymo in quadam epistola, nullibi sic expresse occurrit, sed aliquid in eum sensum epist. 1. 4. 14. 33.*

Mendicus est, qui ab alio petit; & pauper, qui sibi non sufficit, "Et in Psal. ixix. Ego egenus, & pauper sum: ubi dicit Glossa (interl. & ord. Cassiod.) „Egenus, id est petens; & pauper, id est insufficiens mihi, quia mundanas copias non habeo.“ Et Hieronymus dicit in quadam epistola: Cave ne Domino tuo mendicante, scilicet Christo, alienas divitias congeras. Ergo convenienter est religiosis mendicare.

Respondeo dicendum, quod circa mendicationem duo possunt considerari. Unum quidem ex parte actus ipsius mendicationis, qui habet sibi quamdam affectionem conjunctam. Illi enim videntur abjectissimi inter homines esse qui non solum sunt pauperes, sed instantum sunt egentes, quod necesse habent ab aliis viatum accipere: & secundum hoc causa humilitatis aliqui laudabiliter mendicant; sicut & alia assumunt quæ ad abjectionem quamdam pertinent, quali efficacissimam mendicinam contra superbiam, quam vel in seipso, vel etiam in aliis per exemplum extinguere volunt. Sicut enim infirmitas quæ est ex superexcessu caloris, efficacissime lanatur per ea quæ in frigiditate excedunt; ita etiam pronitas ad superbiam efficacissime curatur per ea quæ multum abjecta videntur. Et ideo dicitur in Decr. de poenit. dist. 11. (cap. Si quis semel:) Exercitia humilitatis sunt, si quis se vilioribus officiis subdat, & ministeriis indignioribus tradat: ita namque arroganter, & humana glorie vitium curari poterit. Unde Hieronymus in epist. ad Oceanum (parum a princ.) commendat Fabiolam de hoc quod optabat ut suis divitiis patriter effusis pro Christo, stipem acciperet. Quod etiam beatus Alexius perfecit, qui omnibus suis propter Christum dimisissis, gaudebat se etiam a servis suis eleemosynas accepisse. Et de beato Arsenio legitur in Vitis Patrum (Lib. V. libello vi. num. 3.) quod gratias egit de hoc quod necessitate cogente, oportuit eum eleemosynam petere. Unde & in

pœnitentiam pro gravibus culpis injungitur aliquibus ut peregrinentur mendicantes.

Sed quia humilitas, sicut & ceteræ virtutes, absque discretione esse non debet; ideo oportet discrete mendicitatem ad humiliacionem assumere, ut ex hoc homo notam cupiditatis non incurrat, vel cuiuscumque alterius indecentis.

Alio modo potest considerari mendicitas ex parte ejus quod mendicando acquirit: & sic ad mendicandum potest homo ex duobus iudici. Uno modo ex cupiditate habendi divitias, vel viatum otiose: & talis mendicitas est illicita. Alio modo ex necessitate, vel utilitate: ex necessitate quidem, sicut cum aliquis non potest aliunde habere unde vivat, nisi mendicet; ex utilitate autem, sicut cum aliquis intendit ad aliquid utile perficiendum, quod sine eleemosynis fidelium facere non potest; sicut petuntur eleemosynæ pro constructione pontis, vel Ecclesiarum, vel quibuscumque aliis operibus, quæ vergunt in utilitatem communem; sicut scholares, ut possint vacare studio sapientiae. Et hoc modo mendicitas est licita sicut secularibus, ita religiosis.

Ad primum ergo dicendum, quod Augustinus ibi loquitur expresse de his qui ex cupiditate mendicant. (1)

Ad secundum dicendum, quod prima Glossa loquitur de petitione quæ sit ex cupiditate, ut patet ex verbis Apostoli; alia autem Glossa loquitur de illis qui absque omni utilitate, (2) quam faciunt, necessaria petunt, ut otiosi vivant: non autem otiose vivit qui qualitercumque utiliter vivit.

Ad tertium dicehdum, quod ex illo precepto legis divinæ non prohibetur alicui mendicare; sed prohibetur divitibus ne tam tenaces sint ut propter hoc aliqui egestate mendicare cogantur. Lex autem civilis imponit poenam validis mendicantibus, qui non propter (3) utilitatem (2), vel necessitatem mendicant.

Ad quartum dicendum, quod duplex est

R r 2 tur-

(1) Unde turpes nundinas vocat quibus bonum & sanctum propositum servorum Dei blasphematur: & propterea horum zelum accedit contra illos.

(2) An redundas hic quidpiam?

(3) Ita cum mss. & edit. veteribus edit. Pat. Nicolaj legendum putat debilitatem. Vide corp. ann.

(2) Debilitatem reponendum plane puto, non sicut in texto propter utilitatem. Existimavit nempe qui sic perperam immutavit per illud propter causam finalem designari: Sed an licitum valde propter so-

lam utilitatem sic mendicare? Aut quis mendicantium validorum propter utilitatem non mendicet, atque adeo non presumatur id licite facere si hæc legis mens & sensus est? Per illud ergo propter planum est designari efficientem causam quæ sit vel debilitas vel necessitas mendicantis: Unde sic habet predicta lex: Cunctis quos in publicum quantum incerta mendicitas vocavis inspectis exploretur in singulis & insegritas corporum & robur annorum, atque inersibus & absque ulla debilitate miserandis necessitas inferatur ut &c.

turpitudo, una inhonestatis, alia exterioris defectus, sicut turpe est homini esse infirmum, vel pauperem. Et talis turpitude mendicitatis non pertinet ad culpam, sed ad humilitatem pertinere potest, ut dictum est (in corp. art.)

Ad quintum dicendum, quod prædicantibus ex debito debetur victus ab his quibus prædicant; si tamen non quasi sibi debitum, sed quasi gratis dandum mendicando petere velint, ad majorem humilitatem pertinet.

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationem destruas errores, & hæreses Joannis *Wicleff* diceatis, quod Fratres, seu monachi tenentur per laborem manuum victimum querere, non per mendicitatem. Et *Lutheri* dicentis, mendicitatem esse ex lege divina prohibitam. Et *Guilbelmi de S. Amore* dicentis, quod mendicantes non possunt salvati in suo mendicantium ordine. Et *Pauperum de Lunduno* dicentium, quod mendicantium religiones fuerunt malorum dæmonum inventiones. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, illos errores merito damnari a Concilio *Constantiensi*, sess. 8. Per hoc enim, quod Joannem sic dicentem damnat inquiens, illam positionem esse erroneam, pro quanto asserit, mendicitatem Fratribus non licere, condemnare necessario cointelligitur omnem aliam similem, a quocumque dicatur. Hæc enim est regula universalis (ut alibi dictum fuit) quod Ecclesia, quando reprobat unum quid, reprobare ipso jure intendit omne aliud simile in eo, quod simile est, quoniam de similibus, ut similia sunt, idem est iudicium (tota philosophia teste.) Item ab eodem damnantur *Pauperes de Lunduno* in eorum supradicto errore, & hæresi; dum ibidem damnat Joannem *Wicleff* dicentem, quod omnes religiones indifferenter introducuntur a diabolo. Item *Lutherus* damnatur a Ps. 39. & 69. per hoc, quod attribuunt ipsi Psalmi mendicitatem Christo Domino nostro, cum glossa, & D. Hieronymo, ut extenditur in arg. contr. Item Papa libellum illum *Guilbelmi de Sancto Amore*, dum tamquam hæreticum reprobat, errorem ejus prædictum pro hæresi condemnat: De hoc vide

opus. 19. contra impugnantes religionem in argumento totius operis illius, & cap. 22. 23. 24. 25. Contra hæc errata pestifera valebunt quoque dicta supra qu. 186. art. 6. append. Et in Veritatibus aureis super totam legem veterem, Exodi 3. concl. 2. & Levit. 11. & cap. 20. concl. 3. Tertio vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S VI. 859

Utrum licet religiosis vilioribus vestibus uti quam ceteri.

opus. xix. cap. viii.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod non licet religiosis vilioribus vestibus uti quam ceteris. Quia secundum Apostolum I. ad Thessal. ult. ab omni specie mala abstinere debemus. Sed vilitas vestium habet speciem mali: dicit enim Dominus Matth. VII. 15. Attende a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium: & super illud Apocal. vi. Ecce equus pallidus &c. dicit Glossa (ord. sup. illud, Et ecce equus niger:) „ Videns diabolus nec per apertas tribulationes, nec per apertas hæreses se posse proficere, præmittit falsos fratres, qui sub habitu religionis obtinent naturam nigri, & rufi equi, pervertendo fidem. “ Ergo videtur quod religiosi non debeant vilibus vestibus uti.

2. Præterea. Hieronymus dicit ad Nepotianum: Veste pullas, idest nigras, aque vita, ut candidas. Ornatus, us fordes, pari modo fugiendi sunt: quia alterum delicias, alterum gloriam redoleat. Ergo videtur, cum inanis gloria sit gravius peccatum quam deliciarum usus, quod religiosi, qui debent ad perfectionem tendere, magis debeant vitare vestes viles quam pretiosas.

3. Præterea. Religiosi maxime intendere debent operibus pœnitentia. Sed in operibus pœnitentia non est utendum exterioribus signis tristitia, sed magis latitiae signis: dicit enim Dominus Matth. vi. 16. Cum jejunatis, nolite fieri sicut hypocrites (1): & postea subdit: Tu autem, cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava. Quod exponens Augustinus in Lib. II. de serm. Dom.

in

(1) Vel transposita constructione, tristes sicut hypocrites; sed in euudem sensum reddit: Expositio autem sequens Augustini sumpta est ex capite 19.

libri secundi juxta vetera Exemplaria ex quibus prius indicabatur ad marginem, sed ex capite 12. juxta nova.

in monte (cap. xii. parum a princ.) dicit : *In hoc capitulo maxime advertendum est, non in solo rerum corporearum nitorre, atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus luctuosis esse posse jactantiam, & eo periculosorem, quo sub nomine servitutis Dei decipit.* Ergo videtur quod religiosi non debeant vilioribus uestibus indui.

Sed contra est quod Hebr. xi. 37. Apostolus dicit : *Circuerunt in melotis, & in fellibus caprinis : Glossa (interl.) „ ut Helias, & alii : “ & in Decret. xxii. quæst. iv. (cap. Omnis jactantia (1)) dicunt : Si inventi fuerint deridentes eos qui vilibus, & religiosis uestibus amicti sunt, corrigantur. Priscis enim temporibus omnis sacratus vir cum mediocri, ac vili ueste conversabatur.*

Respondeo dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in III. de doctr. christ. (cap. xii. parum a princ.) *in omnibus exterioribus rebus non usus verum, sed libido uentis in culpa est.* Ad quam discernendam attendendum est, quod habitus vilis, & incultus dupliciter potest considerari. Uno modo, prout est signum quoddam dispositionis, vel status humani : quia, ut dicitur Eccli. xix. 27. *aenictus . . . hominis enuntias de illo.* Et secundum hoc vilitas habitus est quandoque signum tristitia : unde & homines in tristitia existentes solent vilioribus uestibus uti, sicut & converso in tempore solemnitatis, & gaudii utuntur cultioribus umentis. Unde & penitentes vilibus uestibus utuntur, ut patet Jonæ III. de Rege ; (2) qui *indutus est sacerco* ; & III. Reg. xxii. de Achab, qui *operuit cilicio carnem suam*.

Quandoque vero est signum contemptus divitiarum, & mundani fastus. Unde Hieronymus dicit ad Rusticum monachum : *Sordide uestes candidæ mentis indicia sint : viles tunicae contemptum seculi probet, ita dumtaxat, ne animus tumeat, ne habitus, sermoque diffen-*

tiant. Et secundum utrumque horum competit religiosis vilitas uestium : quia religio est status penitentiaz, (3) & contemptus mundanæ gloriæ.

Sed quod aliquis velit hoc aliis significare, contingit propter tria. Uno modo ad sui humilationem. Sicut enim ex splendore uestium animus hominis elevatur, ita ex humilitate uestium humiliatur : unde de Achab, qui carnem suam cilicio induit, dixit Dominus ad Heliam : *Nonne vidisti Achab humiliatum coram me ? ut habetur III. Reg. xxii. 29.* Alio modo propter exemplum aliorum : unde super illud Matth. 11. *Habentes umentum de pilis camelorum &c.* dicit Glossa (ordin.) (4) „ Qui penitentiam praeditæ cat, habitum penitentiaz prætendit. “ Tertio modo propter inanem gloriam, sicut Augustinus dicit (Lib. II. de serm. Dom. in monte cap. xii. parum a princ.) quod *in ipsis sordibus luctuosis potest esse jactantia.* Duobus ergo primis modis laudabile est abjectis uestibus uti ; tertio vero modo vitiosum est.

Alio autem modo potest considerari habitus vilis, & incultus, secundum quod procedit ex avaritia, vel negligentia : & sic etiam ad vitium pertinet.

Ad primum ergo dicendum, quod vilitas uestium de se non habet speciem mali, immo potius speciem boni, scilicet contemptus mundanæ gloriæ. Et inde est quod mali sub vilitate uestium suam malitiam occultant. Unde Augustinus dicit in Lib. II. de sermone Domini in monte (cap. xxiv. a med.) quod *non ideo debent oves odisse umentum suum, quia plerumque illo se occidunt lupi.*

Ad secundum dicendum, quod Hieronymus ibi loquitur de uestibus vilibus que deferruntur propter humanam gloriam.

Ad tertium dicendum, quod secundum doctrinam Domini, in operibus sanctitatis nihil

(1) Quod ex Cannone 16. septimæ Synodi generalis quæ Nicæna secunda fuit, defusumptum est : Plenius autem ibi quod *per epitimum corrigitur* quæ sit sensus iuxta græcum *epitimum* quod *per interpretationem vel per panam* : Hinc in Latina Summa Conciliorum redditum est quod *pæna corrigitur* ; sed in Decretis retenta est græca vox quam hic omisit S. Thomas.

(2) Nempe Rege Ninive postquam audivit eam post 40. dies ex prædicatione ipsius Jonæ subvertendam.

(3) Non eo sensu quem novus quidam religiosæ virtutis hostis intellexit, ut sit facinoris tantum apta:

Quid pejus haeretici dicerent ? Sed penitentiaz status est iustis ipsis propter austерitatem &c.

(4) Ex Hieronymo sumptam Editiones aliæ notant ; At Hieronymus tantum ait *aliud esse austera uestis indicium, aliud luxuria mollioris* ; ac *zonam pellucem* quæ & Helias accinctus fuit, *symbolum esse mortificationis* : Beda vero proprius ad hunc sensum : *Austeritatem uestium ostendebat quia penitentiam prædicabat* : Ut & Commentarius Hieronymo perperam attributus in Marcum : *Ubi Propheta ac ejusdem cibus & porus austera uestimenta prædicantis significant.*

hil homines facere debent propter apparentiam : quod præcipue contingit, quando aliquis aliquid novum facit . Unde Chrysostomus (aliis Author) dicit super Marth. (hom. xiiii. in opere imperf.) (1) *Orans nihil novum faciat, quod aspiciant homines, vel clamando, vel peccatis percutiendo, vel manus expandendo ; quia scilicet ex ipsa novitate homines reddunt intentos ad considerandum.* Nec tamen omnis novitas intentos faciens homines ad considerandum, reprehensibilis est : potest enim & bene, & male fieri . Unde Augustinus dicit in Lib. II. de serm. Dom. in monte (cap. xiiii. ante med.) quod qui in professione Christianizatis innitato squalore, & sordibus intentos in se oculos hominum facit, cum id voluntate faciat, non necessitate patitur, ex ceteris eius operibus potest cognosci, utrum hoc contemptu superfui cultus, an (*) ambitione aliqua faciat . Maxime autem videntur hoc non ex ambitione facere religiosi, qui habitum vilem deserunt, quasi signum suæ professionis, qua contemptum mundi protentur . (2)

A P P E N D I X.

EX art. habes primo : quomodo per rationem destruas errorem Guilhelmi de S. Amore famam religiosorum corrumpere contendentes per hoc , quod habitu vili utuntur, & consequenter facto etiam suo dicentis , quod religiosi non debent uti abjectis vestibus . Secundo habes : quomodo per rationem ostendas , merito hunc damnari ab Heb. 11. Ciceriunt , &c. & a Decretis . 21. q. 4. ut extenditur in arg. contr. & est synodus septima, quæ ibi c. i. loquitur . Item ab Apocalyp. 11. *Dabo vestibus meis, & prophetabunt amici facies.* Ubi una glossa dicit : *Penitentiam predicantes, & exemplo ostendentes :* & alia gloss. ibid. & ad exemplum eorum debetis predicare . Item a Mat. 3. Joannes habebat ve-

stimentum de pilis camelorum . Ubi glossa dicit : *Qui penitentiam predicat, penitentie habitum pretendit: In eo vilitas vestis, & cibi laudatur: quorum usus in divite arguitur.* Luc. 16. & alia gloss. ibid. Servus Dei non debet habere vestimentum ad decorum , vel ad decorationem , sed tantum ad tegendum nuditatem . Item super illud Mar. 1. *Joannes erat vestitus pilis,* glossa inquit ; *Conveniens vestitus predicatori.* Vide opusculum 19. contra impugnantes religionem , cap. 8. Item supra q. 186. ar. 2. append. Vilitas enim vestimentorum sanctorum illorum in se considerata facit ad propositum articuli presentis : sicut eadem vilitas , quantum ad invicem diversa (ut ibi considerabantur) articuli illius firmabat propositum , scilicet , quod non omnes religiosi ad omnia consilia servanda tenentur . Tertio vides : quomodo &c.

Q UÆST I O CLXXXVIII.

De differentia religionum ,

In octo articulos divisa .

DEinde considerandum est de differentia religionum : & circa hoc queruntur octo .

Primo , utrum sint diversæ religiones , vel una tantum .

Secundo , utrum aliqua religio institui possit ad opera vita activa .

Tertio , utrum aliqua religio possit ordinari ad militandum .

Quarto , utrum possit institui aliqua religio ad praedicandum , & hujusmodi opera exercenda .

Quinto , utrum possit aliqua religio institui ad studium scientiarum .

Sexto , utrum religio quæ ordinatur ad vitam contemplativam , sit potior ea quæ ordinatur ad vitam activam .

Se-

(1) Prius ex homilia 19. in Matthæum vel peroram 16. indicabatur ad marginem ; quasi ex vero Chrysostomo despumptum illud esset : Sed quamvis ibi (scilicet homilia 19.) aliquid hoc pertinens insinuetur , hæc tamen verba ex homilia 13. operis imperfecti quod Chrysostomi veri non est , sic expressæ sumpta sunt .

(*) *Ali ex ambitione .*

(2) Hinc vivida Bernardi & vehemens adversus eos inventio qui tam religiosæ professionis inmemores nimium in vestibus ornatum ac splendorem affectant : *Heu me* (inquit) *miserum qualcumque Monachum ! Cus adhuc vivo videre ad id ordinem*

nostrum devenerisse cujus institutores Apostoli fuerunt ? Non jam quod utilius ad induendum quæritur sed quod subsilius invenitur , non quod frigus repellat sed quod superbire compellat , non quod juxta Regulam vilius comparari potest , sed quod vanissimus , imo vanius , ostentari : Jam Religionis antique non solum virtutem amissimus sed nec speciem reuinemus : Ecce habitus noster qui humilitatis esse solebat infigne , nunc a Monachis nostris in signum gestatur superbis ! At in habitu ; inquis non est Religio sed in corde : Ceterum tu quando respuis quidquid grossum , & quod nitore placet quantolibet pretio emis , rogo te , ex corde facis hæc ? &c.

Septimo, utrum habere aliquid in communione diminuat de perfectione religionis.

Octavo, utrum religio solitariorum sit praeserenda religioni in societate viventium.

ARTICULUS I. 900

Utrum sit tantum una religio.

Inf. art. 6. cor.

AD primum sic proceditur. Videtur quod non sit nisi una tantum religio. In eo enim quod totaliter, & perfecte habetur, diversitas esse non potest: propter quod non potest esse nisi unum primum summum bonum, ut in I. habitum est (quest. vi. art. 2. 3. & 4.) Sed, sicut Gregorius dicit super Ezechiel. (hom. xx. inter med. & fi.) *cum quis omne quod habet, omne quod vivit, omne quod sapit, omnipotenti Deo vorerit, boloauistum est*, sine quo religio esse non dicatur. Ergo videtur quod religiones non sint multæ, sed una tantum.

2. Præterea. Ea quæ in essentialibus convenient, non diversificantur nisi per accidens. Sed sine tribus votis essentialibus religionis non est aliqua religio, ut supra habitum est (quest. clxxxvi. art. 6. & 7.) Ergo videtur quod ipsæ religiones specie non diversificantur, sed solum per accidens.

3. Præterea. Status perfectionis convenit & religiosis, & Episcopis, ut supra habitum est (quest. clxxxv. art. 5. & 7.) Sed Episcopatus non diversificatur specie, sed est unus, ubicumque fuerit; unde Hieronymus dicit ad Evagrium (*) Episcopum: (1) *Ubicumque fueris Episcopus, sive Romæ, sive Eugubii, sive Constantinopoli, sive Rhœtii, ejusdem meriti est, ejusdem & sacerdotii.* Ergo pari ratione una sola est religio.

4. Præterea. Ab Ecclesia tollendum est omne id quod confusionem inducere potest. Sed ex diversitate religionum videtur quædam

posse confusio induci in populo christiano, ut quædam Decretalis dicit (cap. *Ne nimia, de religiosis domib.*) Ergo videtur quod non debeant esse diversæ religiones.

Sed contra est quod in Psal. xliv. 10. scribitur ad ornatum Reginæ pertinere, quod *fit circumambulatio varietate* (2).

Respondeo dicendum, quod, sicut ex supra dictis patet (quest. præc. art. 2. & quest. clxxxvi. art. 7.) status religionis est quoddam exercitium, quo aliquis exercetur ad perfectionem caritatis. Sunt autem diversa caritatis opera, quibus homo vacare potest: sunt etiam diversi modi exercitiorum. Et ideo religiones distingui possunt duplenter. Uno modo secundum diversitatem eorum ad quæ ordinantur; sicut si una religio ordinetur ad peregrinos hospitio suscipiendos, & alia ad visitandos, vel redimendos captivos. Alio modo potest esse diversitas religionum secundum diversitatem exercitiorum; puta quod in una religione castigatur corpus per abstinentias ciborum, in alia per exercitium operum manualium, vel per nuditatem aut per aliud aliud hujusmodi.

Sed quia finis est potissimum in unoquoque, major est religionum diversitas quæ attenditur secundum diversos fines, ad quos religiones ordinantur, quam quæ attenditur secundum diversa exercitia.

Ad primum ergo dicendum, quod hoc est commune in omni religione quod aliquis totaliter se debet præbere ad serviendum Deo: unde ex hac parte non est diversitas inter religiones, ut scilicet in una religione aliquis retineat aliud sui, & in alia aliud: est autem diversitas secundum diversa, in quibus homo Deo servire potest, & secundum quod ad hoc homo se potest diversimode disponere.

Ad secundum dicendum, quod tria essentialia vota religionis pertinent ad exercitium religionis, sicut quædam principalia, ad quæ omnia alia reducuntur, ut supra dictum est (quest.

(*) *Vocem Episcopum redundare monent Theologi nec profectio est in Hieronymo; at sic habet Decretis dist. xciiii. cap. xxiv. Cod. Alcan. ad Eliandrum.*

(1) Refertur in Decretis dist. 93. (non sicut prius 94.) cap. 24. sub eadem inscriptione ad *Evasgrium Episcopum*, sed inscriptione Hieronymi sic similiiter habet *Evasgrio*, nec Episcopi nomen videtur ei convenire.

(2) Jam ex Caffiodoro per aliam occasionem quest. 183. art. 2. argum. *Sed contra* notatum est ut diversitas officiorum vel statuum in Ecclesia probare.

tur: *Ubi & ad linguarum vel virtutum diversitatem tum ex eodem tum etiam ex Augustino posse referri notavimus: Præter Theodoretum quoque de virtutis decoro variisque spiritus-sancti charismatibus (id est gratis) explicantem; quia ex multis, inquit, hominibus qui varia spiritus-sancti dona suscepserunt, constituta est Ecclesia: Et Chrysostomum in eadem varietate annotantem quod sicut non ex uno genere constat vestis, ita nec una sed multiplex adjungi virtus ipsi fidei debet ut Ecclesiæ vel animæ fidei decor spiritualis conveniat.*

(quest. clxxxvi. art. 7. cor. & ad 2.) Ad observandum autem unumquodque eorum diversimode aliquis se disponere potest; pura ad votum continentiae servandum se disponit aliquis per loci solitudinem, (1) per abstinentiam, per mutuam societatem, & per multa alia hujusmodi. Et secundum hoc patet quod communitas essentialium votorum compatitur diversitatem religionis, tum propter diversas dispositiones, tum etiam propter diversos fines, ut ex supra dictis patet (in corp. & quest. clxxxvi. art. 7. ad 2.).

Ad tertium dicendum, quod in his que ad perfectionem pertinent, Episcopus se habet per modum agentis, religiosi autem per modum patientis, ut supra dictum est (quest. cxxxxiv. art. 7.) Agens autem, etiam in naturalibus, quanto est superiorius, tanto est magis unum; ea vero quae patiuntur, sunt diversa. Unde rationabiliter unus episcopalis status, religiones vero diversæ.

Ad quartum dicendum, quod confusio opponitur distinctioni, & ordini. Sic ergo ex multitudine religionum induceretur confusio, si ad idem, & eodem modo diversæ religiones essent absque necessitate, & utilitate. Unde, ut hoc non fiat, salubriter institutum est ne nova religio nisi auctoritate summi Pontificis, instituatur. (2)

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationem destruas errorem quorundam haereticorum dicentium, quod, cum una sit Christi religio, adducere varias religiones est, tunicae ejus inconsutilem scindere. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas illum errorem merito damnari a Ps. 44. Quamvis

enim Psalmista nullatenus Christi tunicam inconsutilem scinderet, neque sciendam ibi prophetaret; tamen præ gaudiæ ex pulchritudine prævisi amictus variæ Ecclesiæ catholice concepto cecinit: Astitit Regina a deo, xtris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Et iterum: Omnis gloria ejus Piliæ Regis ab intus, in fimbriis aureis, circumcumanistica varietatibus. Item ab Apocal. 1. Joannes septem Ecclesiæ, quæ sunt in Asia. Paulus. Quis prudens ambigit, vel ambiget unquam, unam tantum, ut in Symbolo fidei, esse Ecclesiam catholicam? Et tamen B. Apostolus Joannes, hoc non obstante, plures docet hic esse particulares Ecclesiæ, etiam in una regione solum, idest in Asia. Item ab Act. 14. Paulus, & Barnabas per singulas constituerunt presbyteros. Nonne & Apostolus scribit Ecclesiæ, quæ est Corinthi? Quæ est Colossi? Quæ est Galatæ? Quæ est Thessalici? Ac si ex præmissis ad errorum illum profigandum penitus dicant scripturæ. Sicut absurdum non est, quin nemo, ut Psal. 44. supradictus prænunciavit, est, multum conveniens, quod in una universalis Ecclesia Christi, absque ulla tunicæ inconsutilem ejus scissione, sint plures particulares Ecclesiæ: ita non est inconveniens, quod sub una religione Christiana, ejus tunica inconsutili permanente, sint plures privatæ, idest particulares religiones, & ritibus, & vestibus, & regulis, & constitutionibus pro varietate sui proximi finis, ad quem ordinantur, distinctæ. Tertio vides: quomodo &c.

A R-

(1) Quatenus ab aspectu vel ab occurso feminorum remotus incentiva minora sentit quibus ad libidinem contra continentiae votum inflammatur: Alter porro per mutuam societatem ad ejusdem observantiam disponitur, quis coram aliis reveretur facere quod sit ei observantiae contrarium, idest oculos in mulieres defigere, ut Augustinus in Regula indicat.

(2) Sic Extra de dominibus Religiosis cap. Ne nimia fert inscriptio, Novam Religionem non licet constitueri sine auctoritate summi Pontificis: In textu tamea qui ex Cannone 13. Concilii Lateranensis quarti sub Innocentio III. habitu desumptus est, videtur absolute nova earum in posterum institutio prohiberi: Sic enim ibi lib. 3. Decretalium tit. 36. cap. jam notato: Ne nimia Religionum diversitas gravem in Ecclesiam Dei confusionem inducat, firmior

prohibemus ne quis de cetero novam Religionem inventio, sed quicumque ad Religionem conversi voluerit unam de approbatis assumat. Similiter qui voluerit religiosam domum de novo fundare, regulam & institutionem accipiat de approbatis: Quia diceret fine ulla exceptione non debere omnino imposterum Religionem novam institui aut illis addi quæ jam fuerant approbatæ: Sed in statuto illo salva semper subintelligi debet Papæ authoritas cuius est novas Religiones approbare vel rejicere prout iudicat opportunum: Unde hoc non obstante nove subinde plures cum approbatione Summorum Pontificum institute sunt, adeoque deinceps institui ac approbari possunt. Sic ordo Minimorum a Sixto IV. Capucinorum a Clemente VII. Clericorum Regularium ab eodem approbatus est, & a Paulo III. Societas Jesuitarum &c.

A R T I C U L U S II. 901

Verum aliquia religio institui debet ad opera vita activæ.

opusc. XXIX. cap. I. princ.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod nulla religio institui debeat ad opera vita activæ. Omnis enim religio pertinet ad perfectionis statum, ut ex supra dictis patet (quest. clxxxiv. art. 5.) Sed perfectio religiosi status consistit in contemplatione divinorum : dicit enim Dionysius vi. cap. eccl. Hierarch. (ante med.) quod nominantur ex Dei puro servitio, & famulatu, & indivisiibili, & singulari vita uniente eos indivisiibilium sanctis convolutionibus, idest contemplationibus, ad deiformem unitatem, & amabillem Deo perfectionem. Ergo videtur quod nulla religio institui possit ad opera vita activæ.

2. Præterea. Idem judicium videtur esse de monachis, & canonicis regularibus, ut abetur extra de postul. cap. Ex parte, & de statu monach. cap. Quod Dei timorem: dicitur enim, quod a sanctorum monachorum consorcio non putantur se juncti: & eadem ratio videtur esse de omnibus aliis religiosis. Sed monachorum religio est instituta ad vitam contemplativam: unde Hieronymus dicit ad Paulinum: Si cupis esse quod diceris monachus, idest solus, quid facis in urbibus? Et idem habetur extra de renuntiatione, cap. Nisi cum pridem, & de Regular. cap. Lice quibusdam. Ergo videtur quod omnis religio ordinetur ad vitam contemplativam, & nulla ad activam.

3. Præterea. Vita activa ad prætens seculum pertinet. Sed omnes religiosi seculum deserere dicuntur: unde Gregorius dicit super Ezechiel. (hom. xx. inter med. & fin.) Qui præfens seculum deserit, & agis bona que vales, quasi jam Ægypto derelicta sacrificium præberet in eremo. Ergo videtur quod nulla religio possit ordinari ad vitam activam.

Sed contra est quod dicitur Jacobi 1. 27. Religio munda, & immaculata audeat Deum, & Patrem hæc est, visitare pupillos, & vi-

Sum. S. Th. Tom. IX.

dias in tribulatione eorum. Sed hoc pertinet ad vitam activam. Ergo convenienter religio potest ordinari ad vitam activam.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. præc.) religionis status ordinatur ad perfectionem caritatis, quæ se extendit ad dilectionem Dei, & proximi. Ad dilectionem autem Dei directe pertinet contemplativa vita, quæ soli Deo vacare desiderat; ad dilectionem autem proximi directe pertinet vita activa, quæ deservit necessitatibus proximorum: & sicut ex caritate diligunt proximus propter Deum; ita etiam obsequium delatum in proximos redundat in Deum, secundum illud Matth. xv. 40. Quod uni ex minimis meis fecisti, mibi fecisti. Unde & hujusmodi obsequia proximis facta, inquantum ad Deum referuntur, dicuntur esse sacrificia quædam, secundum illud ad Hebr. ult. 16. Beneficentia, & communionis nolite oblivisci: talibus enim hostis promeretur Deus. Et quia ad religionem proprie pertinet sacrificium Deo offerre, ut supra habitum est (quest. lxxxii. art. i. ad 1. & art. 4. ad 1.) consequens est quod convenienter religiones quædam ad opera vita activæ ordinentur.

Unde & in collationibus Patrum (collat. xiv. cap. iv. cir. princ.) Abbas Nestoros (1) distinguens diversa religionum studia, dicit: Quidam summam intentionis suæ erga eremi secreta, & cordis constituunt puritatem; quidam erga institutionem fratrum, & cænobiorum curam, quodam xenodochii, idest hospitalitatis, (2) delebat obsequium.

Ad primum ergo dicendum, quod Dei servitum, & famulatus salvatur etiam in operibus vita activæ, quibus aliquis servit proximo propter Deum, sicut dictum est (in corp.) In quibus etiam salvatur singularitas vita, non quantum ad hoc quod homo cum hominibus non conversetur, sed quantum ad hoc quod homo singulariter his intendat quæ ad divinum obsequium spectant: & dum religiosi operibus vita activæ inserviant intuitu Dei, consequens est quod in eis actio ex contemplatione divinorum derivetur. Unde non privantur omnino fructu contemplativa vita.

Ad secundum dicendum, quod eadem est

S_f ratio

(1) Ut in Editione Duacensi recte refertur, non in Coloniensi Nestorius ineptissime, vel in aliis oscitantे Nestoros.

(2) Susceptionis habet originalis ipse textus; Gra-

ca vox autem ξρόνος susceptionem peregrinorum five hospitum significat: Unde per hospitalitatem nomen recte reddidit S. Thomas ut intelligi planius posset.

ratio de monachis, & omnibus aliis religiosis, (1) quantum ad ea quæ sunt communia omni religioni; pura quod totaliter se dedicent divinis obsequiis, & quod essentialia vota religionis obseruent, & quod a secularibus negotiis se abstineant. Sed non oportet similitudinem esse quantum ad alia quæ sunt propria monasticæ professioni, quæ specialiter ad vitam contemplativam ordinantur. Unde & in predicta Decretali de postulando non dicitur simpliciter, quod sit idem judicium de canoniciis regularibus, quod de monachis; sed quantum ad supradicta, scilicet quod in forensibus causis officio advocationis non utantur: & in Decretali inducta de statu monachorum (2), postquam præmiserat, quod non putantur a consilio monachorum se juncti canonici regulares, subditur: Regule tamen inserviunt laxiori. Ex quo patet quod non ad omnia tenentur ad quæ monachi.

Ad tertium dicendum, quod duplice alius potest esse in seculo: uno modo per presentiam corporalem; alio modo per mentis affectum. Unde & discipulis suis Dominus dixit (Joan. xv. 19.) *Ego elegi vos de mundo: de quibus tamen ad Patrem loquitur dicens (Joan. xvii. 11.) In mundo sunt, & ego ad te venio.* Quamvis ergo religiosi qui circa opera vita activæ occupantur, sint in seculo secundum presentiam corporalem; non tamen sunt in seculo quantum ad mentis affectum: quia in exterioribus occupantur, non quasi querentes aliquid in mundo, sed solum propter divinum obsequium. Utuntur enim hoc mundo, tamquam non uentes, ut dicitur I. ad Cor. vii. Unde Jacobi 1. 27.

postquam dictum est: *Religio munda, & immaculata est visitare pupilos, & viduas in tribulatione; subditur.* Et immaculatum se custodiare ab hoc seculo, ut scilicet affectus in rebus seculi non detineatur.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem destruas errorem *Apolophanii*, qui, teste B. Dionysio in epistola quadam ad eum, Gentilis existens irridebat Apostol. Paulum, vocans eum mundi circuitorem. Circuibat namque per mundum Apostolus ad prædicandum, & consequenter ad exercendum excellenter activæ vitæ opera, quæ sunt eleemosynæ spirituales, qu. 32. art. 2. 3. Licet enim prædicatio, ut ab intus procedit, contemplativam denotet vitam: tamen, ut ad extra, maxime discurrendo, obsequium ad proximos impensum consignificat, ad vitam activam pertinet. Et in hoc secundo sensu nunc sumitur: quando errorem illum hic adducimus; Ac si dixerimus: Irrisione sua teste, *Apolophanius* dicebat: quod religio ad opera vita activæ exercenda institui non debet. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, irrisorem illum insipientem merito irrideri ab Apostolo Jacobo, c. x. *Religio &c.* ut extenditur in arg. cont. Item a Rom. ult. *Salutate eos, qui sunt ex Narcissi domo.* Hic Narcissus (secundum glof.) dicitur fuisse presbyter, qui peregrinando confirmabat sanctos fratres. Per hoc ergo, quod Apostolus ad Narcissum hunc propter opus ejus caritatis in proximos sic afficitur, ut & domesticos ejus ex dile-

(1) Qui quodammodo a Monachis distingui posse, prout Monachi juxta interpretationem Hieronymi prius allatam quasi solitarii appellantur: Cum illis tamen convenient prout monachi & nominantur ab unitate ad quam tendunt juxta Dionysii sensum prius etiam indicatum.

(2) Innocentii III. ad Plebanum quendam scribentis qui officio regnato ad Canonicos Regulares Bononienses transierat, conversionem quidem vita promptius apud illos, professionem tamen solemnem non emittens, ut nec habitum Religionis assumpsit ac subinde a suis repetitus parœcianis quia eos laudabilites gubernarat, jubente Pontifice ad eos remissus est, ita ut si commode fieri posset secum unum ex Canoniciis Regularibus haberet ad cauelam cuius in iis que Dei sunt & regularis observantia tam consortio quam solito frueretur: Et rationem reddit Pontifex quia licet in Concilio Lateranensi de Monachis caveatur ne singuli per villas & oppida vel per quascumque parochiales ponantur Ecclesiæ, tamen istud spe-

cialiter de Canoniciis Regularibus non caveatur, qui esti a sanctorum Monachorum consilio non putantur se juncti, Regule tamen inserviunt laxiori: Precedens quoque Decretalis Extra de postulando ex eodem ad Archiepiscopum Compostellani desumpta est, occasione quorundam Canonicorum Regularium qui non solum in ecclesiasticis verum etiam in forensibus causis advocati officium exercere presumebant; & cum obijiceretur eis quod nec forensis nec ecclesiastici negotii deberent esse suscepentes nisi Monasterii utilitas id exposceret, respondebant quod capitulum illud per quod predicta prohiberi videntur, de Monachis, non de Canoniciis Regularibus loquitur manifeste Contra hos ergo censet ac decernit Innocentius quod idem judicium de Canoniciis Regularibus ac de Monachis quantum ad supradicta est observandum, licet de Monachis in Canone specialiter sit expressum. Intelligitur autem de Canone 10. Concilii Lateranensis 3. sub Alexandro III. Pontifice habiti, ubi hoc statuitur expresse de Monachis.

dilectione per litteras quoque salutem, ostenditur aperte, quod, secundum judicium Apostoli (descendendo ad propositum) bonum est religionem aliquam institui ad opera vita activa. Valere etiam possunt ad hoc, si bene applicentur, dicta ex Epist. 3. D. Joann. qu. 187. art. 4. append. Tercio vides: quomodo &c.

ARTICULUS III. 902

Utrum aliqua religio ordinari possit ad militandum.

Inf. art. 4. ad 2. & 5.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod nulla religio ordinari possit ad militandum. Omnis enim religio pertinet ad statum perfectionis: Sed ad perfectionem vite christianæ pertinet quod Dominus dicit Matth. v. 39. *Ego dico vobis, non resistere malo; sed si quis percussiverit te in unam maxillam, præbe ei & alteram:* quod repugnat officio militari. Ergo nulla religio potest institui ad militandum.

2. Præterea. Gravior est compugnatio corporalium præliorum quam concertationes verborum, quæ in advocationibus fiunt. Sed religiosis interdicitur officio advocationis uti, ut patet in Decretali de postulando supra inducta (ar. præc. arg. 2.) Ergo videtur quod multo minus aliqua religio possit institui ad militandum.

3. Præterea. Status religionis est status penitentiaæ, ut supra dictum est (quæst. præc. art. 6.) Sed penitentibus secundum iura interdicitur militia: dicitur enim in Decreto de penit. dist. v. (cap. 111.) *Contrarium omnino est ecclesiasticis regulis, post penitentiaæ actionem redire ad militiam secularis.* Ergo nulla religio congrue institui potest ad militandum.

4. Præterea. Nulla religio institui potest ad aliquid injustum. Sed, sicut Isidorus dicit in Lib. XVIII. Etymol. (cap. 1. circ. princ.) *justum bellum est quod ex edicto imperiali geritur.* Cum ergo religiosi sint quædam privatae personæ, videtur quod non licet eis bellum gerere; & ita ad hoc non potest institui aliqua religio.

Sed contra est quod Augustinus dicit ad Bonifacium (epist. clxxxi. al. ccv. parum ante med.) *Noli existimare, neminem Deo placere posse qui armis bellicis ministrat. In his erat sanctus David, cui Dominus magnum testimonium peribuit.* Sed ad hoc instituta sunt religiones ut homines Deo placeant. Ergo nihil prohibet aliquam religionem institui ad militandum.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc.) religio institui potest non solum ad opera vita contemplativa, sed etiam ad opera vita activa, inquantum pertinent ad subventionem proximorum, & obsequium Dei, non autem inquantum pertinent ad aliquid mundanum tenendum. Potest autem officium militare ordinari ad subventionem proximorum, non solum quantum ad privatas personas, sed etiam quantum ad totius reipublicæ defensionem: unde de Juda Machabæo I. Machab. 111. 2. dicitur, quod *prælibatur prælium Israel cum letitia; & dilatavit populo suo gloriam.* Ordinari etiam potest ad conservationem divini cultus: unde ibidem subditur, *Judam dixisse. Nos pugnabimus pro animabus nostris, & legibus nostris:* & infra cap. xiiii. 3. dicit Simon: *Vos scitis quanta ego, & fratres mei, & dominus patris mei fecimus pro legibus, & pro sanctis prælia.*

Unde convenienter potest institui aliqua religio ad militandum, non quidem propter aliquid mundanum, sed propter defensionem divini cultus, & publicæ salutis, vel etiam pauperum, & oppressorum, secundum illud Psal. lxxxii. 4. *Eripite pauprem, & egenum de manu peccatoris liberate.*

Ad primum ergo dicendum, quod aliquis potest non resistere malo dupliciter. Uno modo, condonando propriam injuriam: & sic potest ad perfectionem pertinere, quando ita fieri expedit ad salutem aliorum. Alio modo, tolerando patienter injurias aliorum: & hoc ad imperfectionem pertinet vel etiam ad vitium, si aliquis potest convenienter injurianti resistere. Unde Ambrosius dicit in Lib. I. de offic. (cap. xxvii. vers. fin.) *Fortisudo, que in bello tuerit a barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel a latronibus socios, plena est justitia:* sicut etiam ibidem (1) Dominus

S I 2 dicit

(1) Æquivalenter non expresse cum ait vers. 40. *Qui vult tollere tunicam tuam, dimittit ei & pallium;* Sed Luc. 6. versu 30. habentur verba hic notata: Ibidem tamen illa dici supponit S. Thomas quia di-

cuntur in eodem sermone Christi quem Lucas refert paulo aliter quam Matthæus: Appendix autem quæ subjungitur ex Chrysostomo est suppositum Chrysostomi hom. 5. imperfecti operis in Matthæum.

dicit : *Quae tua sunt, ne repetas.* Et tamen si aliquis non repeteret ea quae sunt aliorum, si ad eum pertineat, peccaret : homo enim laudabiliter donat sua, non autem aliena . Et multo minus ea quae sunt Dei , non sunt negligenda : quia , ut Chrysostomus (alias Author) dicit super Matth . (hom . v . in op . imperf . inter med . & fin .) *injurias Dei dissimilare nimis est impium.*

Ad secundum dicendum , quod exercere ad vocacionis officium propter aliquid mundanum , repugnat omni religioni ; non autem si hoc aliquis exerceat secundum dispositiōnem sui praelati pro monasterio suo , ut in eadem Decret . subditur : neque etiam pro defensione pauperum , aut viduarum . Unde in Decret . dist . lxxxviii . (cap . i .) dicitur : *Decrevis sancta Synodus, nullum deinceps clericum aut possessiones conducere, aut secularibus negotiis se immiscere, nisi propter curam pupillorum &c.* Et similiter militare propter aliquid mundanum , est omni religioni contrarium ; non autem militare propter obsequium Dei .

Ad tertium dicendum , quod militia secularis (1) interdicitur paenitentibus ; sed militia quae est propter divinum obsequium , impunitur alicui in paenitentiam ; sicut patet de his quibus injungitur ut militent in subisdium Terræ sanctæ .

Ad quartum dicendum , quod religio non sic instituitur ad militandum quod religiosis propria autoritate liceat bella gerere , sed solum autoritate Principum , vel Ecclesiæ .

A P P E N D I X .

EX art . habes primo : quomodo per rationem tamquam a fortiori , destruas errorem Lutheri dicentis (ut refertur in Bulla Papæ Leonis X . contra errorem Lutheri) quod præliari non licet adversus Turcas : quoniam (inquit) *hoc est repugnare Deo visitanti iniquitates nostras per eos.* Per hoc enim , quod religionem aliquam ex instituto posse ordinari ad militiam pro Republica Christiana contra hostes suos , determinat

præsens articulus , monstratur manifeste , quod multo magis adversus actualiter insurgentes contra Christianam Rempublicam decent Christianos militare . Secundo habes : quomodo per rationem ostendas , errorem illum merito damnari a D . August . secundum quod extenditur in arg . contr . Item a B . Dominico factis ipsius . Hic enim ordinem tertium instituit laudabiliter ad militandum contra quosdam hereticos rebus catholicorum nimis injurios (ut legitur in vita ipsius) qui ordo postmodum , cessante illa necessitate armis materialibus utendi contra eosdem hereticos , remansit mutato nomine . Sicut enim prius vocabatur , *Ordo militiae Jesu Christi* ; ita post dictus est , *Ordo de penitentia Divi Dominici* . Item damatur supra ar . num . 225 . 671 . Item a Veritatibus aureis super totam legem veterem , Exod . 17 . concl . 2 . & Num . 21 . concl . 1 . & Deus . 23 . concl . 4 . Tertio vides ; quomodo &c .

A R T I C U L U S IV . 903

Utrum aliqua religio possit institui ad prædicandum , vel confessiones audiendum .

Opusc . x . cap . iv .

AD quartum sic proceditur . Videtur quod nulla religio possit institui ad prædicandum , vel confessiones audiendum . Dicitur enim vii . quæst . i . (cap . Hoc nequaquam) : *Monachorum vita subjectionis habet verbum, & discipulatus, non docendi, vel presidendi, vel pascendi alios: & eadem ratio esse videatur de aliis religiosis.* Sed prædicare , & confessiones audire , est pascere , vel docere alios . Non ergo ad hoc aliqua religio potest institui .

2 . Præterea . Id ad quod religio instituitur , videtur esse maxime proprium religioni , ut supra dictum est (art . 2 . & 3 . præc .) Sed prædicti actus non sunt proprii religiorum , sed potius prælatorum . Non ergo ad hujusmodi actus potest aliqua religio institui .

3 . Præterea . Inconveniens videtur quod au-

(1) Per militiam secularem intelligendo eam quae pro rebus mundanis decernitur vel suscipitur : Unde ibidem appellatur *mundana* ex capite 10 . epist . 90 . five 92 . Leonis Papæ ad Rusticum : Non ergo aduersatur Davidis bellis quae non tam pro tuendis mundanis rebus vel acquirendis quam pro Dei hostibus edomandis affectu quodam spirituali pietatisque motivo iubantur : Unde non immerito illum in exem-

plum non legitimi tantum sed laudabilis belli epistola prædicta Augustinus adducit , ex qua & ex Decreti textu Causa 23 . quæst . 1 . cap . *Noli restituimus milites ubi Editiones alia passim legunt , ministrist :* Sed quam inepit notant ex epistola 1 . inter illas 21 quæ in fine tomij 2 . quasi per appendicem adjunguntur ! cum Augustini non sit , & verba hic notata nec per somnum insinuantur .

authoritas prædicandi, & confessiones audiendi infinitis hominibus committatur. Sed non est certus numerus eorum qui in aliqua religione recipiuntur. Ergo inconveniens est quod aliqua religio instituatur ad actus prædictos.

4. Præterea. Prædicatoribus debetur victus a fidelibus Christi, ut patet I. ad Corinth. ix. Si ergo committitur prædicationis officium alicui religioni ad hoc instituæ, sequitur quod fideles Christi teneantur ad exhibendum sumptus infinitis personis: quod cedit in magnum eorum gravamen. Non ergo debet aliqua religio institui ad hujusmodi actus exercendos.

5. Præterea. Institutio Ecclesiæ debet sequi institutionem Christi. Sed Christus primo misit ad prædicandum duodecim Apostolos, ut habetur Luc. ix. & postea misit septuaginta duos discipulos, ut habetur Luc. x. &, sicut Glossa (ordin. Bedæ (1) sup. illud, *Post hec autem &c.*) ibidem dicit, *Apóstolorum formam tenent Episcopi, septuaginta duorum discipulorum minores presbyteri*, scilicet curati. Ergo præter Episcopos, & presbyteros parochiales, non debet aliqua religio institui ad prædicandum, vel ad confessiones audiendum.

Sed contra est quod in collationibus Patrum (collat. xiv. cap. iv. in fin.) Abbas Nesteros de diversitate religionum loquens ait: *Quidam eligentes ægrotantium curam, alii intercessionem qua pro miseris, atque oppressis impenditur, exequentes, aut doctrinæ insistentes, aut eleemosynas pauperibus largientes, inter magnos, atque summos viros pro affectu suo, ac pietate viguerunt.* Ergo sicut ad ægrotantium curam aliqua religio potest institui; ita etiam ad docendum populum per prædicationem, & alia hujusmodi opera.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. 2. hu. quest.) convenienter reli-

gio institui potest ad opera virtutæ activæ, secundum quod ordinantur ad utilitatem proximorum, & ad obsequium Dei, & conservationem divini cultus. Magis autem procuratur utilitas proximorum per ea quæ pertinent ad spiritualem animæ salutem, quam per ea quæ pertinent ad subveniendum corporali necessitatì, quanto spiritualia corporalibus sunt potiora. Unde supra dictum est (quest. xxxii. art. 3.) quod eleemosynæ spirituales sunt corporalibus potiores. Hoc etiam pertinet magis ad obsequium Dei, cui nullum sacrificium est magis acceptum quam zelus animarum, ut Gregorius dicit super Ezech. (hom. xi. aliquant. ante fin. (2)) Majus etiam est, spiritualibus armis contra errores hereticorum, & tentationes dæmonum fideles defendere, quæ corporalibus armis populum fidelem tueri. Et ideo convenientissimum est, ad prædicandum, & ad alia hujusmodi quæ pertinent ad salutem animarum, aliquam religionem institui

Ad primum ergo dicendum, quod ille qui operatur ex virtute alterius, agit per modum instrumenti. Minister autem est sicut instrumentum animatum, ut Philosophus dicit in I. Polit. (cap. iii. ante med. & Lib. VIII. Ethic. cap. xi. ad fin.) Unde quod aliquis autoritate prælatorum prædictet, vel alia hujusmodi faciat, non superreditur discipulatus, vel subjectionis gradum, qui competit religiosis (3).

Ad secundum dicendum, quod sicut religiones aliquæ instituuntur ad militandum, non quidem ut militent aut horitate propria, sed autoritate Principum, vel Ecclesiæ, quibus ex officio competit, sicut dictum est (art. præc. ad 4.) ita etiam religiones instituuntur ad prædicandum, & confessiones audiendum, non quidem autoritate propria, sed autoritate prælatorum superiorum, & inferiorum, ad quos ex officio pertinet: & ita sub-

(1) Sic dicentis *Sicut duodecim Apostolos formam Episcoperum exhibere simus & premonstrare nemo est qui dubitet*, sic & septuaginta duos figuram Presbyterorum, idest secundi ordinis Sacrorum, gessisse sciendum est: Ut & notatum supra quest. 84. art. 6. ad 1. De Nestore autem de quo mox argum. Sed contra jam in hac ipsa questione 188. art. 2. notatum est quam in Editione Colonensi Nestorius inepta ac in aliis passim oscitanter Nestorios appellatur; quin & interdum Nestor non minori oscitatur vel ineptia, ut Cassiani Scholastes modernus notat.

(2) Ubi explicans illud Ezechielis 4. *Sume tibi sartaginem ferream &c.* sic ait: *Quid per sartagi-*

nem ferream nisi spiritualis zeli fortis frixura figura tur? Ac deinde paulo post: *Nullum quippe omnipotenti Deo tale sacrificium est quale est zelus animarum:* Quod & plenius exaggerat.

(3) Nec valde tamen de argumenti verbis ex Decreti Causa 7. quest. 1. cap. *Hoc nequaquam defumbris curandum est*; cum ex Photii execranda Synodo in octava Synodi legitime ac versa locum substituta hæc defumperit Gratianus, ea nimirum æquivocatione deceptus quod Synodus illegitimam pro legitima usurparit, ut jam plenus qu. 185. art. 4. ad 2. ex Baronio notatum est.

subservire prælatis in tali ministerio, est
hujusmodi religionis proprium.

Ad tertium dicendum, quod a prælatis non conceditur talibus religiosis ut quilibet indifferenter possit prædicare, vel confessiones audire; sed secundum moderationem eorum qui hujusmodi religionibus præficiuntur, vel secundum taxationem ipsorum prælatorum.

Ad quartum dicendum, quod plebs fidelis non tenetur ex debito juris ad sumptus ministrandos nisi ordinariis prælatis, qui propter hoc decimas, & oblationes fidelium recipiant, & alios ecclesiasticos redditus. Sed si aliquis in hujusmodi aëlibus gratis velint fidelibus ministrire, non potest ab eis sumptus exigentes, (1) non propter hoc gravantur fideles: quia etiam ipsi possunt liberaliter recompensare temporalem subventionem: ad quam etsi non teneantur ex debito juris, tenentur tamen ex debito caritatis; non autem ita quod *eis sis tribulatio, aliis autem remissio*, ut dicitur II. ad Corinth. VIII. 13. Si tamen non inveniuntur qui gratis se hujusmodi obsequiis manciparent, tenerentur ordinarii prælati, si ipsi non sufficerent, alios ad hoc idoneos querere, quibus sumptus ipsi ministarentur.

Ad quintum dicendum, quod formam septuaginta duorum discipulorum non solum tenent presbyteri curati (2) sed quicumque alii minoris ordinis, qui Episcopis in eorum officio subserviunt. Non enim legitur, quod septuaginta duobus discipulis Dominus alias determinatas parochias assignaret, sed quod missebat eos binos ante faciem suam in omnem civitatem, & locum quo erat ipse veniebat. Opportunum autem fuit ut præter ordinarios prælatos alii assumerentur ad hujusmodi officia, propter multititudinem fidelis populi, & difficultatem inveniendi sufficietes personas distribuendas singulis plebeibus; sicut etiam religiones ad militandum necesse fuit institui, propter defectum secularium Principum ad resistendum infidelibus in aliis terris.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum a summo Pontifice, & Collationibus Patrum: quod aliqua religio potest institui ad prædicandum. A Collationibus quidem Patrum, ut in arg. cont. A Papa autem Honorio III. per hoc quod solemniter ordinem Fratrum Prædicatorum confirmavit anno Domini 1216. non forte (ut ibidem inquit) *cujuslibet temeritatis incursus aut eos (scilicet fratres) a proprio revocet, aut robur (quod absit) sacra religionis infringat*. Vide opusc. 19. contra impugnantes religionem, ca. 4. Secundo videlicet: quomodo &c.

A R T I C U L U S V. 904

Uerum sit instituenda aliqua religio ad studendum.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod non sit instituenda aliqua religio ad studendum. Dicitur enim in Psal. lxx. 16. *Quoniam non cognovi litteraturam, introibo in potentias Domini: Glossa (interl.) (3) id est virtutem christianam.* “Sed perfectio christianæ virtutis maxime videtur ad religiosos pertinere. Ergo eorum non est studio literarum insistere.

2. Præterea. Id quod est dissensionis principium, religiosis non competit, qui in unitatem pacis congregantur. Sed studium dissensionem inducit: unde & in Philosophis subsecuta est diversitas sectarum: unde & Hieronymus super epist. ad Titum. (cap. i. sup. illud, *Et constitutas per civitates*) dicit: *Antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephe &c.* Ergo videtur quod nulla religio debeat institui ad studendum.

3. Præterea. Professio christianæ religionis differ-

(1) Id est, non quasi potestatem sive autoritatem exigendi habentes, quam dicuntur habere qui prædicant ex officio vel in sacris ministeriis occupantur; sicut i. ad Cor. 9. Apostolus inculcat.

(2) Unde non cum addito Beda quod gerant formam Presbyterorum Curatorum, sed simpliciter formam Presbyterorum, id est secundi ordinis Sacerdotum: Annon utique tales Religiosi Sacerdotes? & propterea ex eorum numero si alias digni sunt quos

Episcopi delegare ad prædicandum possint, vel ad sacramentales confessiones audiendas vel ad alia sacra ministeria peragenda.

(3) Collateralis vetus Manuscripta sub finem, sed interlinearis nova seu impressa: Quam insinuat Augustinus cum de virtute caritatis explicat, haec est enim proprie virtus christiana. Cassiodorus autem: *In potentias Domini perinde ait esse ac inservire ad celestia regna.*

differre debet a professione Gentilium (1). Sed apud Gentiles aliqui Philosophiam profitebantur; & nunc etiam aliqui seculares dicuntur aliquarum scientiarum professores. Non ergo religiosis competit studium litterarum.

Sed contra est quod Hieronymus in epistola ad Paulin. (2) invitat euni ad discendum in statu monastico, dicens: *Discamus in terris, quorum scientia nobis perseveret in celis.* & infra: *Quidquid quaesieris, tecum scire conatur.*

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. 2. quæst.) religio potest ordinari ad vitam activam, & ad vitam contemplativam. Inter opera antem vitæ activæ principaliora sunt illa quæ ordinantur directe ad salutem animarum, sicut prædicare, & alia hujusmodi. Competit ergo studium litterarum religiosis tripliciter.

Primo quidem quantum ad id quod est proprium contemplatiæ vitæ, ad quam studium litterarum dupliciter adjuvavat. Uno modo directe coadiuvando ad contemplandum, illuminando scilicet intellectum. Vita enim contemplativa, de qua nunc loquimur, principaliter ordinatur ad considerationem divinorum, ut supra habitum est (quæst. clxxx. art. 4.) in qua dirigitur homo per studium ad considerandum divina: unde in laudem viri justi dicitur in Psal. 1. 2. quod *in lege Domini meditabitur die, ac nocte:* & Eccli. xxxix. 1. dicitur: *Sapientiam antiquorum exquires sapiens, & in Prophetis vacabit.* Alio modo studium litterarum juvat ad contemplatiæ vitam indirecte, removendo contemplationis pericula, scilicet errores qui in contemplatione divinorum frequenter accidunt his qui Scripturas ignorant; sicut in collationibus Patrum (collat. x. cap. iii.)

legitur, quod Abbas Serapion propter similitudinem incidentem in errorem Anthropomorpha, (3) idest eorum qui Deum habere humanam formam arbitrantur. Unde dicit Gregorius in VI. Moral. (cap. xvii. ante med.) quod nonnulli, dum plus exquirunt contemplando quam capiant, usque ad perversa dogmata erumpunt: & dum veritatis esse discipuli humiliter negligunt, magistri errorum fuisse. Et propter hoc dicitur, Eccle. 11. 3. *Cogitavi in corde meo abstrahere a vino carnem meam, ut animum meum transferrem ad sapientiam, devitaremque stultitiam.*

Secundo necessarium est studium litterarum religiosis institutis ad prædicandum, & alia hujusmodi exercendum: unde Apostolus dicit ad Tit. 1. 9. de Episcopo, ad cuius officium hujusmodi actus pertinent: *Amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sanâ, & eos qui contradicunt, arguere.* Nec obstat quod Apostoli absque studio litterarum ad prædicandum sunt missi: quia, ut Hieronymus dicit in epistola ad Paulinum (inter princ. & med.) *quidquid aliis exercitatio, & quotidiana in lege Dei meditatio tribuere solet, hoc illis spiritus sanctus suggerebat.*

Tertio studium litterarum religioni congruit quantum ad id quod est omni religioni commune; valet enim ad vitandum carnis lasciviam: unde & Hieronymus dicit ad Rusticum monachum (cir. med.) *Ama Scripturarum scientiam, & carnis vitia non amabis.* Avertit enim animum a cogitatione lasciviæ, & carnem macerat propter studii laborem, secundum illud Eccli. xxxi. 1. *Vigilia honestatis subfacies carnes.* Valet etiam ad auferrandam cupiditatem divitiarum: unde Sap. vii. 8. dicitur: *Divitias nihil esse duxi in comparatione illius: & I. Machab. xii. 8.* dicitur.

(1) Addi potest, & a professione secularium, ut subsumptio sit plenior, utrumque membrum comprehendens.

(2) Non epistola 13. quæ inscribitur *de institutione Monachi* & ab his verbis incipit Frater Ambrosius *sua mihi manuscula perferens &c.* Quamvis tunc monachismum seu monasticum statum nondum Paulinus assumpsisset, sed assumere in animo habebat, ad quod illum incitat Hieronymus, ut versus finem epistole illius videtur est. Ex Epistola tamen 13. quæ Monachum instituendum ex professo suscipit, non obscure colligi potest unde Monacho intelligentia Scripturarum & scientia conveniat.

(3) Juxta græcum ἄρχετος Idest homo: & ideo hoc est forma. De illo porro Serapione ibi laudabi-

liter præmittitur quantum ad mores quod fuerit *an-tiquissime distinctionis ac per omnia consummatus in actuali disciplina* (sive religiosa vita præxi) subiungitur quod ab eo errore per Photinum scientissimum virum liberatus ad fidem catholice traditionis aversatus est: Additur tamen quod subinde confusus ac in terram prostratus cum ejulatu validissimo proclamarit, *Hoc me misericordia: Tulerunt a me Deum meum & quem nunc tenet nos habeo, vel quem adorem aut quem interponem nescio:* Et quod super ea re valde permoti qui aderant, nihilominus dicunt cap. 4. se non ideo desperare, considerantes cum tantos labores quos per 50. annos de errore laudabiliter exegesar, ignorante bujus vitio perdidisse ac perpetue mortis incurrisse discrimen &c.

dicitur : *Nos autem nullo borum indignimus, scilicet exteriorum subsidiorum, habentes solatio sanctos libros, qui in manibus nostris sunt.* Valeat etiam ad obedientiaz documentum : unde Augustinus dicit in Lib. de operibus monach. (cap. xvii. cir. fin.) *Quae est ista perversitas, lectio nolle obtemperare, dum vult ei vacare?* Et ideo manifestum est quod congreue potest institui religio ad studium litterarum.

Ad primum ergo dicendum, quod Glossa ibi exponit illud de littera veteris legis, de qua Apostolus dicit II. Corinth. 11. 6. *Littera occidit.* Unde non cognoscere litteraturam est non approbare litteralem circuncisionem, (1) & ceteras carnales observantias.

Ad secundum dicendum, quod studium ad scientiam ordinatur, quæ sine caritate inflat, & per consequens dissensiones facit, secundum illud Proverb. xiii. 10. *Inter superbos semper sunt iugia;* sed cum caritate adficat, & concordiam parit : unde I. ad Corinth. 1. 5. Apostolus cum dixisset, *Divites facti estis in omni verbo, & in omni scientia,* postmodum subdit : *Iacipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata.* Hieronymus tamen non loquitur ibi de studiis litterarum, sed de studiis dissensionum, quæ per haereticos, & schimaticos intraverant in religionem christianam.

Ad tertium dicendum, quod Philosophi profitebantur studia litterarum quantum ad seculares doctrinas ; sed religiosis competit principaliter intendere studio litterarum pertinentium ad doctrinam quæ secundum pietatem est, ut dicitur ad Tit. 1. Aliis autem doctrinis intendere non pertinet ad religiosos, quorum tota vita divinis obsequiis mancipatur, nisi inquantum ordinantur ad sacram doctrinam. Unde Augustinus dicit in fine Musicae : *Nos dum negligendas esse non existimamus, quos heretici rationis, & scientie fallaci pollicitatione decipiunt, tardius incedimus consideratione ipsorum viarum : quod sanien facere non auferemus, nisi multos pios Ecclesie catolicæ matris optimæ filios, eadem sefeliendorum hereticorum necessitate fecisse videbemus.*

(1) Sic Augustinus quoque cuius est Glossa illa : *Queramus (inquit) litteraturam quam non cognovit iste in eius ore rata die laus Dei est (nimirum David) Est quedam litteratura Iudeorum presumptum de justitia operum suorum & quod legem a Deo acceperint gloriancum, nec in lege gloriantium de gratia sed de litera : Lex enim sine gratia nonnisi littera est, manere ad convincendam ini-*

Ex art. habes primo : quomodo per rationem tamquam a fortiori, destruas errorem *Bibliistarum*, qui damnando studium litterarum dicebant, ut refert Fridericus Staphilus, nihil proponendum, legendum, recipiendum, nisi nudum Bibiorum textum absque ulla penitus interpretatione, eo, quod, inquietunt, omnes sumus divinitus edocti. Unde „ Carlostadius, & Melanchton, cunctis „ combustis libris scholasticos Wittenbergens. „ ad mechanicum opificium induxerunt, Et „ Carlostadius in villa rusticus, & Melanchton „ in pistriño pinsendi artem meditatus, ut „ bestias stolidæ, vicitabant. „ Hæc Staphilus. Item errorem *Juliani* Imperatoris dicentis, studia liberalia Christianæ juventuti esse interdicenda. Hoc multa vafrtie plenus evomuit apostata ille : ne scilicet Christiani sacra sua, ut decet, amplificando, vanam ejus, impiamque religionem efficacissimis rationibus resellerent. Secundo habes : quomodo per rationem ostendas, errores illos merito damnari a B. Hieron. ad Paulinum : ut extenditur *in argum. cont.* Item a sanctis Ecclesiæ Catholica Doctor. Gregor. August. Hieron. Ambros. Thoma Aquinate, damnantur factis ipsis multiplicib. & libris, ut patet. Item a Veritatis auris super totam legem veterem, *Genes. 27. concl. 3. & Num. 4. conclus. 7.* Item ab *Elucidat.* I. par. art. nu. 1. 570. 576. 182. Item diffusissime ab opusculo 19. contra impugnantes religionem, cap. 2. 3. 11. 12. Tertio vides : &c.

A R T I C U L U S VI. 905

Utrum religio quæ vacat vita contemplativa, sit potior ea quæ vacat operibus vita activa.

Inf. quest. clxxxix. art. 8. cor. & ad 2. & opusuc. x. cap. xv. fin.

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod religio quæ vacat vita contemplativa, non

quicatom, non ad dandam salutem. Quidni tamen litteraturam explicare possumus pro scriptura quæ contractibus vel negotiationibus publicis adhibetur, ex graco γραμματικα & sic intelligere idem quod alia versio habet ac insuat rursum Augustinus, quoniam non cognovi negotiationes (ταχυμετριας) quæ fraudulester sunt &c.

non sit potior ea quæ vacat operibus vitæ activæ. Dicitur enim extra , de regularib. & transeuntibus ad religionem , cap. *Licet : Si-
cure* majus bonum minori bono preponitur ; ita communis utilitas speciali militati prefertur : *&* in hoc c. su recte preponitur doctrina silen-
tio , sollicitudo contemplationi , & labor quieti . (1) Sed religio est melior quæ ad majus bo-
num ordinatur . Ergo videtur quod religio-
nes quæ ordinantur ad vitam activam . sint
potiores illis quæ ordinantur ad vitam con-
templativam .

2. Præterea . Omnis religio ordinatur ad perfectionem caritatis , ut supra habiūtum est (art. 1. & 2. hu. quæst.) Sed super illud ad Hebr. xiiii . Nondum usque ad sanguinem vestimentis , dicit Glossa (Aug. serm. xviij. de verb. Apost. cap. 1. cir. med.) Perfectior in bac vita dilectio nulla est ea ad quam sancti Martyres pervenerunt , qui contra peccatum usque ad sanguinem certarunt . (2) Certare au-
tem usque ad sanguinem competit religioni-
bus quæ ad militiam ordinantur , quæ tamen
pertinent ad vitam activam . Ergo videtur
quod hujusmodi religiones sint potissimum .

3. Præterea . Tanto videtur esse aliqua re-
ligio perfectior , quanto est arctior . Sed ni-
hil prohibet alias religiones ad vitam acti-
vam ordinatas esse arctioris observantia quam
sint illæ quæ ordinantur ad vitam contem-
plativam . Ergo sunt potiores .

Sed contra est quod Dominus Luc. x. di-
cir , optimam partem esse Maria ; per quam
vita contemplativa significatur .

Respondeo dicendum , quod , sicut supra
dictum est (art. 1. hu. quæst.) differentia
minus religionis ad aliam principaliter qui-
dem attenditur ex parte finis , secundario
autem ex parte exercitii . Et quia non po-

Summ. S.Tb. Tom. IX.

test aliquid dici altero potius , nisi secundum id in quo ab eo differt : ideo excellentia u-
nius religionis super aliam principaliter qui-
dem attenditur secundum religionis finem , se-
cundario autem secundum exercitium . Diver-
simode tamen utraque comparatio attenditur .
Nam comparatio quæ est secundum finem .
est absoluta , eo quod finis propter se quæritur ; comparatio autem quæ est secundum exercitium , est respectiva , quia exercitium non quæritur propter se , sed propter finem .
Et ideo illa religio alteri præfertur quæ or-
dinatur ad finem absolute potiorem , vel quæ
est majus bonum , vel quia ad plura bona
ordinatur . Si vero sit finis idem , secundario
attenditur præminentia religionis , non se-
cundum quantitatem exercitii , sed secundum proportionem ejus ad finem intentum . Un-
de & in collationibus Patrum (collat. ii.
cap. ii.) (3) introducitur sententia B. An-
tonii ; qui prætulit discretionem , per quam
aliquis omnia moderatur , & jejunit , & vi-
giliis , & omnibus hujusmodi observantiis .

Sic ergo dicendum est , quod opus vitæ
activæ est duplex . Unum quidem quod ex
plenitudine contemplationis derivatur , sicut
doctrina , & prædicatio . Unde & Gregorius
dicit super Ezech. (hom. v. a med.) quod
de perfectis viris post contemplationem suam re-
deuntibus dicitur Psal. cxli. 7. Memoriam
(*) suavitatis tua erubet . Et hoc præfer-
tur simplici contemplationi . Sicut enim ma-
jus est illuminare quam lucere solum ; ita ma-
jus est contemplata aliis tradere quam solum
contemplari . Aliud autem opus est activæ
vitæ quod totaliter consistit in occupatione
exteriori ; sicut elemosynas dare ; hospites re-
cipere , & alia hujusmodi , quæ sunt minora
operibus contemplationis , nisi forte in casu
T t necel-

(1) Addit quod ad hoc designandum Christus non
de Rahele secundum caro natus est sed de Lia
(cuius filius fuit Judas in genealogia Christi nomi-
natus) nec etiam legitur in Actis Iusta Maria sa-
cepisse sed Martha .

(2) Paulo aliter tamen Augustinus ex quo sumpta
est Glossa , quod perfectio in hac vita non nulla est
ad quam sancti Martres pervenerunt : Et paulo in-
tra , quod *inuria* est pro Martre orare cujus nos
debemus orationibus commendari , certavius enim con-
tra peccatum usque ad sanguinem : Est ergo sensus
quod licet prælens vita sit imperfecta per compara-
tionem ad futuram , aliqua tamen potest esse illius
perfectio ad quam præcipue Martres perveniant :
ut ex adjunctione loci patet serm. 17. sicut prius : ta-
metis quæst. 184. art. 5. argum. 3. in calce me-
lius notatum est , ut & hic reponimus .

(3) Cum in partibus Thebaidis mota quæstio esset
quoniam virtus Monachum possit a diaboli laqueis
cubilore semper illasum , vel ad perfectionis cul-
men recte remittere istum ac firmo gressu perducere ,
ac unusquisque sententiam suam pro capitu sue men-
tis proficeret : aliquæ hoc in seculorum vigiliardum-
que studio collocarent quod bis extenuata mens ac pa-
riatem cordis & corporis affigunt , Deo facilius
uniresur ; alii nuditate & contemptu omnium rerum
quibus exuta mens tamquam nullis retinenibus la-
queis ad Deum expeditior pervenire , alii remotionem
in cremo censerent in qua familiarius Deum inter-
pellare ac ei posset peculiardus inherere , nonnulli
scilicet caritatis (ideo humanitatis) officia defi-
nirent .

(*) Vulgaris abundantiae suavitatis .

necessitatis , ut ex supra dictis patet (quæst. clxxxii. art. i.) Sic ergo summum gradum in religionibus tenent quæ ordinantur ad docendum , & prædicandum , quæ & propinquissimæ sunt perfectioni Episcoporum , sicut & in aliis rebus finis primorum conjunguntur principiis secundorum , ut Dionysius dicit vii. cap. de div. Nom. (a med. lect. 4.) Secundum autem gradum tenent illæ quæ ordinantur ad contemplationem . Tertius est eam quæ occupant circa exteriores actiones .

In singulis autem horum graduum potest attendi præminentia , secundum quod una religio ordinatur ad altiore actum in eodem genere ; sicut inter opera activæ virtutæ potius est redimere captivos quam recipere hospites , & in operibus virtutæ contemplativæ potior est oratio quam lectio . Potest etiam attendi præminentia , si una earum ad plura horum ordinetur quam alia , vel si convenientiæ statuta habeat ad finem propositum consequendum .

Ad primum ergo dicendum , quod Decreto illa loquitur de vita activa , prout ordinatur ad salutem animarum . (1)

Ad secundum dicendum , quod religiones quæ instituuntur propter militiam , directius ordinantur ad hoc quod effundant sanguinem hostium quam ad hoc quod eorum sanguis effundatur : quod proprio Martyribus competit . Nihil tamen prohibet , hujusmodi religiosos in aliquo casu meritum martyrii consequi , & secundum hoc preferri aliis religiosis , sicut & opera activa interdum in aliquo casu præferuntur contemplationi .

Ad tertium dicendum , quod (*) arctitudo obseruantiarum non est illud quod præcipue in religione commendatur , ut beatus Antonius dicit (in collat. PP. collat. ii. cap. ii. a med. & cap. iii. & iv.) & Isaïæ lviii. 5. dicitur : Numquid tale est jejunium quod elegi , per diem affligere hominem animam suam ? assumitur tamen in religione

ut necessaria ad carnis macerationem ; quæ si sine discretione fit , periculum deficiendi habet annexum , sicut beatus Antonius dicit . (2) Et ideo non est potior religio ex hoc quod habet arctiores observantias , sed ex hoc quod ex majori discretione sunt ejus observantiae ordinatae ad finem religionis ; sicut ad continentiam efficacius ordinatur maceratio carnis per abstinentiam cibi , & potus , quæ pertinent ad famem , & sitim , quam per subtrahionem vestium , quæ pertinent ad frigus & nuditatem , & quam per corporalem laborem .

A P P E N D I X .

Ex art. habes primo : quomodo per rationem destruas errorem quorundam dicentium , quod vita activa est excellentior , quam contemplativa . Secundo habes : quomodo per rationem ostendas , errorem hunc merito damnari a Luc. 10. ut in argum. cont. Item a supradictis art. num. 866. Tertio vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S VII. 906

Utrum habere aliquid in communi diminuat perfectionem religionis .

Opusc. xvii. cap. xv. & opus. x. cap. vi.

Ad septimum sic proceditur . Videtur quod habere aliquid in communi diminuat perfectionem religionis . Dicit enim Dominus Marth. xix. 21. Si vis perfectus esse , vende omnia quæ habes , & da pauperibus . Ex quo patet quod carere mundanis divitiis pertinet ad perfectionem christianæ virtutæ . Sed illi qui habent aliquid in communi , non carent divitiis mundanis . Ergo videtur quod non attingant omnino ad perfectionem christianæ virtutæ .

2. Præ-

(1) Neque hanc appendicem quam proponebat argumentum , applicat virtutem religiosæ vel monastice , quamvis illius præcipua fuerit occasio , sed officio episcopali cuius exemplum interferit ad ostendendum quando desiri posuit vel non : Unde mox insert quod quando Episcopus potest preesse pariter & prodeesse , non debet cedendi licentiam postulare nec obstinare .

(*) Ita mfs. & edit. passim Al. altitudo .

(2) Sic enim ibi post predictas opiniones redens : Omnia quidem que dixisti necessaria sunt & utilia fisionibus Deum atque ad eum cupientibus pervenire ; sed his principalem gratiam dare nequa-

quam nos innumeræ multorum casus & experimenta permittunt : Nam quosdam sepe numero acerrime jejuniis seu vigiliis incubantes ac mirifice in solitudine secedentes , privationem quoque omnium facultatum ita factantes ut ne unius quidem dicti virtutum superesse fibimus paternerur , quin & studia humanitatis tota devotione compleantes , ita vidimus repente deceptos us arreptum opus non potuerint congru exiit terminare , summumque fervorem & conversationem laudabilem , detersibili fine clausuris , quia illis defuit discretio , sicut subiungit .

2. Præterea . Ad perfectionem consiliorum pertinet ut homo mundana sollicitudine caret: unde & Apostolus I. ad Corinth. vii. 32. dans consilium de virginitate dixit: *Volo vos sine sollicitudine esse*. Sed ad sollicitudinem præsentis vitæ pertinet quod aliqui reservent libi aliquid in futurum : quam quidem sollicitudinem Dominus discipulis prohibet Matth. vi. 34. dicens: *Nolite solliciti esse in crastinum* . Ergo videtur quod habere aliquid in communi diminuat perfectionem christianæ vitæ .

3. Præterea . Divitiae communes quodammodo pertinent ad singulos qui sunt in communitate : unde Hieronymus ad Heliodor. Episc. (parum a med. epist.) dicit de quibusdam: (1) *Sunt diiores monaci quam suavitate seculares* : possident opes sub Christo paupere, quas sub locuplete diabolo non habuerunt: *suspirat eos Ecclesia dravites*, quos servauit mundus ante mendicos . Sed quod aliquis habeat divitias proprias , derogat perfectioni religionis . Ergo etiam perfectioni religionis derogat quod aliquid in communi habeat.

4. Præterea . Gregorius in III. Dial. (cap. xx. cir. med.) narrat de quodam sanctissimo viro Isaac , quod cum ei discipuli humideret innuerent ut pro usu monasterii possessiones quæ offerebantur , acciperet , ille sollicitus sue paupertatis custos fortè sententiam tenebat , dicens: *Monachus qui in terra possessiones querit* , monachus non est : quod intelligit de communibus possessionibus , quæ pro communi usu monasterii ei offerebantur . Ergo videtur quod habere aliquid in communi tollat perfectionem religionis .

5. Præterea . Dominus perfectionem religionis discipulis tradens Matth. x. 9. dicit: *Nolite possidere aurum, neque argenteum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in*

via : per quod , ut Hieronymus dicit (in hunc loc.) . *arguis Philosophos* , qui vulgo appellantur *Bactropera* (2) , qui quasi contemporanei seculi , & omnia pro nibili ducentes cellarium secum vehebant . Ergo videtur quod servare aliquid sive in proprio , sive in communi , diminuat perfectionem religionis .

Sed contra est quod Prosper dicit in Lib. II. de vita contemplativa (cap. ix. parva a princ.) & habetur xii. quest. i. (cap. Expediit): *Satis ostenditur* (3) , & propria debere proper perfectionem contemni , & sine impedimento perfectionis Ecclesia posse facultates , quæ sunt profectio communes , possideri .

Respondeo dicendum , quod , sicut supra dictum est (quest. clxxxiv. art. 3. & quest. clxxxv. art. 6. ad 1.) perfectio non consistit essentialiter in paupertate , sed in Christi scuela , secundum illud Hieronymi super Matthæum (cap. xix. sup. illud, *Et secusi sumus te* :) , Quia non sufficit omnia relinquere , addit Petrus quod perfectum est , scilicet . *Secusi sumus te* . “ Paupertas autem est sicut instrumentum , vel exercitium pervenienti ad perfectionem . Unde in collationibus Patrum (collat. i. cap. vii. a med.) Abbas Moyses dicit (4) : *Jejunia, vigilia, meditatio Scripturarum, nuditas, ac privatio omnium facultatum, non perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt* . Est autem privatio omnium facultatum , sive paupertas perfectionis instrumentum , in quantum per remotionem divitiarum tolluntur quædam caritatis impedimenta : quæ sunt præcipue tria . Quorum primum est sollicitudo , quam secum divitiae afferunt : unde Dominus dicit Matth. xiii. 22. *Quod autem seminatum est in spinis, hic est qui verbum Dei audit: & sollicitudo seculi istius, & fallacia divitiarum suffocat verbum* . Secundum autem est divitiarum amor , qui ex divitiis possessis augetur : unde &

T t 2 Hie-

(1) Scilicet epistola 3. quæ de morte Nepotiani nepotis ejus inscribitur , ac id indifferenter de Clericis ac de Monachis habet ; ut & jam epistola 2. quæ ad Nepotianum ipsum *de vita Clericorum* inscribatur , dictum erat : Hinc forte præcedentes Editiones hanc epistolam solam ad marginem notabant , quasi tacite S. Thomæ citationem corrigarent: An quia epistolam 3. de laude vite solitaria non venerant?

(2) Non sicut prius passim *Bactropera* a non fatis perito mutatum est : *Bactropera* autem appellantur quod *Bactræ* idest baculum portent & peram.

(3) Ex beati Paulini facto qui prius ingensis predia que fuerant sua vendita pauperibus erogavit , sed

cum factus esset Episcopus non contempserat facultates Ecclesie sed fidelissime dispensavisse.

(4) Jam qu. 184. art. 3. eodem expresse relatum est sicut hic ; & ex Collatione i. cap. 8. indicatum; ubi & addit causam , quia non in ipsis consistit disciplina illius finis sed per illa pervenitur ad finem . Unde infert quod *bac exercitia molierunt in cassum* qui quis his votis summo bono consentus intencionem sui cordis hic usque defixerit ; & non ad capiendum finem proper quem bac appetenda sunt omne studiorum virtutis extenderit , habens quidem discipline illius instrumenta , finem vero in quo fructus omnis consistit ignorans &c.

Hieronymus dicit super Matth. (cap. xix. sup. illud, *Facilius est camelum,*) quod *quia divitiis habite difficuler contemnuntur, non dixit Dominus, impossibile est divitem intrare in regnum colorum, sed difficile.* Tertium autem est inanis gloria, vel elatio, que ex divitiis nascitur, secundum illud Psal. xlvi. 7. *Qui confituntur in virtute sua, & in multitudine divitiarum suarum gloriantur.*

Horum ergo trium primum a divitiis separari non potest totaliter, sive sint magnæ, sive parvæ. Necesse est enim hominem aliquiliter sollicitari de acquirendis, vel conservandis exterioribus rebus. Sed si res exteriores non querantur, vel habeantur nisi in modica quantitate, quantum sufficiunt ad simplicem victum, talis sollicitudo non multum impedit hominem (1): unde nec perfectioni repugnat christianæ vitæ. Non enim omnis sollicitudo a Domino interdicitur, sed superflua, & nociva: unde super illud Matthæi vi. *Ne solliciti sis anima vestre, quid manducetis &c.* dicit Augustinus in Lib. II. de sermone Domini in monte (2) (implic. cap. xvi. sed expref. in Lib. de op. Monach. cap. xxvi. a princ.) Non hoc dicit, ut „ista non procurentur, quantum necessitatibus est; sed ut non ista intueantur, & propter „ista facient quidquid in Evangelii prædictatione facere jubeatur.“ Sed abundans divitiarum possessio abundantiorē sollicitudinem ingerit, per quam animus hominis multum distrahitur, & impeditur ne totaliter feratur in Dei obsequium. Alia vero duo, scilicet amor divitiarum, & elatio,

seu gloriatio de divitiis, non consequuntur nisi abundantes divitias.

Difert tamen circa hoc, utrum divitiae abundantes, vel moderatae in proprio, vel in communi habeantur. Nam sollicitudo quæ circa proprias divitias adhibetur, pertinet ad amorem privatum, quo quis se temporaliiter amat; sed sollicitudo quæ adhibetur circa res communes, pertinet ad amorem caritatis, quæ non querit quæ sua sunt, sed communibus intendit. Et quia religio ad perfectionem caritatis ordinatur, quam perficit amor Dei usque ad contemptum sui, habere aliquid proprium perfectioni repugnat religionis; sed sollicitudo quæ adhibetur circa bona communia, pertinere potest ad caritatem: licet etiam per hoc impediri possit aliquis altior caritatis actus, pura contemplationis divinæ, aut instructionis proximorum. Ex quo pater quod habere superabundantes divitias in communi, sive in rebus mobilibus, sive in immobilibus, est impedimentum perfectionis; licet non totaliter excludat eam: habere autem de rebus exterioribus in communi, sive mobilibus, sive immobilibus, quantum sufficit ad simplicem victum, perfectionem religionis non impedit, si consideretur paupertas per comparationem ad communem finem religionum, qui est vacare divinis obsequiis.

Si autem consideretur per comparationem ad speciales fines religionum, sic, praefapposito tali fine, paupertas major, vel minor est religioni accommoda: & tanto erit unaquaque religio secundum paupertatem perfectior,

(1) *Vel non multum distrahit ab his quæ ad perfectionem requiruntur.*

(2) Äquivalenter quidem supra locis deinceps indicandis, non tamen sub his verbis expresse quæ potius ex lib. de opere seu operibus Monachorum cap. 26. sic desumpta sunt, & ex eodem libro in Catena aurea referuntur Matth. 6. Libro autem 2. de sermone in monte cap. 25. in antiquis Exemplaribus vel cap. 16. in modernis hæc tantum ad hunc sensum pertinentia: *Magnificissime ostendit (Christus) non hæc esse appetenda, tamquam talia bona nostra ut proper ea ipsa debemus bene facere si quid facimus boni, sed tamen esse necessaria.* Quid enim inter sit unter bonum quod apparetur est, & necessarium quod sumendum est, hoc sententia declaravit cum sit: *Quærit primum regnum Dei & hæc omnia vobis apponuntur: Regnum ergo Dei bonum nostrum est, sed ut ad illud regnum pervenire possumus via ista linea necesse erit agi non potest: Cum ergo dicit illud primum, significavit quid & hoc posterius queren dum est non tempore sed dignitate, illud*

camquam bonum nostrum, hoc camquam necessarium nostrum, necessarium autem propter illud bonum &c. Ut & cap. 26. in antiquis Exemplaribus vel cap. 17. in modernis: *Hoc autem loco vehementer evocendum ne forte cum viderimus aliquem servum Dei providere ne ista necessaria defint vel sibi vel eis quovis sibi cura commissa est, judicemus eum contra preceptum Domini facere ac de crastino effe sollicitum: Num ipse Dominus cui ministrabat Angelus, ramanus proper exemplum ne quis postea scandalum patrebat cum aliquom servorum eius ostendaverit ista necessaria procurare, sicutus habens dignatus est cum pecunia unde usibus necessariis quidquid opus fuisset præbere: Et post alia quedam Scriptura loca ex 1. ad Corinth. 16. ad Ephesios 4. Act. 11. & 28. in eum sensum inculcata subjungit: His & hujusmodi Scripturarum locis scitis apparet Dominum nostrum non hoc improbari si quis humano more ista procure sed si quis propter ista Deo militet ut in operibus suis non regnum Dei sed istorum acquisitionem inserviamur &c.*

Cetero, quanto habet paupertatem magis proportionatam suo fini. Manifestum est enim quod ad exteriora, & corporalia opera vita activa indiget homo copia exteriorum serum, ad contemplationem autem paucia requiriuntur. Unde Philosophus dicit in X. Ethic. (cap. viii. ante med.) quod ad actiones malis opus est, & quanto utique majores sunt, ac meliores, pluribus & speculantur autem nulla salutem ad operationem est necessitas, sed solis necessariis indiget; alia vera impedimenta sunt ad speculationem. Sic ergo patet quod religio que ordinatur ad actiones corporales activas vitæ, puto ad militandum, vel ad hospitalitatem lectandam, imperfecta esset, si communibus careret divitiis; religiones autem que ad contemplativam vitam ordinantur, tanto perfectiores sunt, quanto earum paupertas minorem ei sollicitudinem temporalium ingerit. Tanto autem sollicitudo temporalium rerum magis impedit religionem, quanto sollicitudo spiritualium major ad religionem requiritur.

Manifestum est autem quod majorem sollicitudinem spiritualium requirit religio que est instituta ad contemplandum, & contemplata aliis tradendum per doctrinam, & propagationem, quam illa que est instituta ad contemplandum tantum. Unde talem religionem decet paupertas talis que minimam sollicitudinem ingerat. Manifestum est autem quod minimam sollicitudinem ingerit conservare res usui hominum necessarias tempore congruo procuratas. Et ideo tribus gradibus religionum suprapositis triplex gradus pauperatis competit. Nam illis religionibus que ordinantur ad corporales actiones activas vitæ, competit habere abundantiam divitiorum communium: illis autem religionibus que sunt ordinatae ad contemplandum, magis competit habere possessiones moderatas; nisi simul oporteat tales religiosos per se, vel per alios hospitalitatem tenere, & panperibus subvenire: illis autem que ordinantur ad contemplata aliis tradenda, competit vitam habere maxime ab exterioribus sollicitudinibus expeditam: quod quidem sit, dum modica que sunt necessariae vitæ, congruo tempore procurata conservantur. Et

hoc Dominus paupertatis institutor docuit suo exemplo: habebat enim loculos Iudee commissos, in quibus recondebantur ei oblatæ, ut habet Joan. xii.

Nec obstat quod Hieronymus dicit super Mattha. (in fin. comment. ad cap. xvii.) quod si quis officere voluerit, quomodo Judas pecuniam in loculis porrabat, respondemus, quod rem pauperum in usus suos convertere nefas paravit, scilicet solvendo tributum: quia inter illos pauperes præcipue erant ejus discipuli, in quorum necessitates pecunia loculorum Christi expendebatur. Dicitur enī Joan. iv. 8. quod discipuli abiabant in cruentem, ut cibos emerent: & Joan. xiiii. 29. dicitur, quod d scipuli putabant, quia loculus babebat Judas, quod dixisset ei Jesus, Emet que opus sunt nobis ad diem festum, aut regonis aliquid daret. Ex quo patet quod conservare pecuniam, aut quascunque alias res communes ad sustentationem religiosorum Congregationis ejusdem, vel quorundamque aliorum pauperum, est perfectioni conforme quam Christus docuit suo exemplo. Sed & discipuli post resurrectionem, a quibus omnis religio sumpsit originem, prelia prediorum conservabant, & distribuebant, propter cuique opus erat.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut dictum est (qu. clxxiv. art. 3. in corp. & ad 1.) ex illo verbo Domini non intelligitur, quod ipsa paupertas sit perfectio, sed perfectionis instrumentum: &, sicut ostensum est (quæst. clxxvi. art. 8.) minimum est inter tria principalia instrumenta perfectionis. Nam votum continentia præmetinet voto paupertatis; & votum obediencie præfertur utriusque. Quia vero instrumentum non propter se queritur, sed propter finem (1) non tanto aliquid sit melius, quanto majus est instrumentum, sed quanto est magis fini proportionatum; sicut Medicus non tanto magis sanat, quanto majorem dat medicinam, sed quanto medicina est magis proportionata morbo. Sic ergo non oportet quod religio tanto sit perfectior, quanto majorem habet paupertatem, sed quanto ejus paupertas est magis proportionata fini communi, & speciali. Et si daretur quod excessus paupertatis faceret reli-

(1) Colligitur ex libro 1. de partibus animalium cap. 5. verius finem, ubi dicitur instrumentum quodlibet alicujus gratia esse: Ac ex libro 3. Ethicorum cap. 5. græco lat. vel cap. 8. in antiquis & apud S. Thomam fest. 8. ubi dicitur quod instrumentum

quarans instrumenta, interdum vero usus instrumentorum; & hoc utique propter finem cuius gratia sunt actiones, ut subiungitur, quia instrumenta sunt propter ipsam actiones.

religionem perfectiorem secundum hoc quod est pauperior, non tamen faceret eam perfectiorem simpliciter: posset enim esse quod alia religio excederet in his quae pertinent ad continentiam, & obedientiam, & sic esset simpliciter perfectior: quia quod in melioribus excedit, est simpliciter melius.

Ad secundum dicendum, quod per hoc quod Dominus dicit Matth. vi. 34. *Nolite solliciti esse in crastinum*, non intelligitur quod nihil reservetur in futurum: hoc enim periculorum esse beatus Antonius in collationibus (1) Patrum (collat. xi. cap. 11. cir. med.) ostendit, dicens, quod *privationem omnium facultatum ita sectantes, ut ex ipsis nec quidem unius diei victum sibimet, unumve denarium superesse permaneantur, & alia hujusmodi facientes, ita vidimus repente deceptos, ut arreptum opus non potuerint, congruo exitu terminare*. Et, ut Augustinus dicit in Lib. de oper. monach. (cap. xxiiii. a. med.) si hoc verbum Domini, *Nolite solliciti esse in crastinum, ita intelligatur, ut nihil in crastinum reponatur, non poserunt ista servare qui se per multis dies a conspectu hominum separatos inscludunt*, (2) viventes in magna intentione operationum. Et postea subdit: *An forte quo sunt sanctiores, eo sunt volucribus dissimiliores?* Et postea subdit (cap. xxiv. in princ.) *Si enim urgeantur ex Evangelio ut nihil reponant in crastinum, relictissime respondent: Cur ergo ipse Dominus loculos habuit, ubi pecuniam collectam reponeret? Cur tanto ante, fame immimente, frumenta sanctoris pauperibus missa sunt; Cur Apostoli indigenae sanctorum necessaria procurarunt?* Quando ergo dicitur, *Nolite solliciti esse in crastinum*, secundum Hierony-

mum (in hunc loc.) sic exponitur: *Sed certe nobis praesensis temporis cogitatio: futura, quae incerta sunt, (3) Deo relinquimus; secundum Chrysostomum (alium Autorem hom. xvii. in op. imperf. cir. f.) sic: Sufficiens labor quam pateris propter necessaria: noli superflus pro superfluis labore: secundum Augustinum (Lib. II. de ser. Dom. in mon. cap. xvii. aliquant. a princ.) sic: Cum a liquid boni operamur, non temporalia, que significantur per crastinum, sed eterna cogitas.*

Ad tertium dicendum, quod verbum Hieronymi habet locum ubi sunt superabundantes dvitiz, quae habentur quasi propriæ, vel per quarum abusum etiam singuli de communitate superbiunt, & lasciviunt; non autem habet locum in dvitiz moderatis, communiter (4) conservatis ad solam sustentationem vita, qua singuli indigent. Eadem enim est ratio quod singuli utantur his quae pertinent ad necessaria vitæ, & quod communiter conserventur.

Ad quartum dicendum, quod Isaac possessiones renuebat accipere, quia timebat non per hoc ad superfluas dvitias veniretur, per quarum abusum impediretur religionis perfectio. Unde Gregorius ibid. subdit: *Sic mænuebas pauperias sua securitatem perdere, fieri avari drites solent penitus dritas custodiare. Non autem legitur, quod renuerit recipere aliqua necessaria ad vitæ sustentationem communiter conservanda.*

Ad quintum dicendum, quod Philosophus in I. Politic. (cap. v. & vi.) dicit, panem, & vinum, & alia hujusmodi esse dvitias naturales; pecunias vero dvitias esse arti-

(1) Jam supra ex capite 2. Collationis tom. 2. ad articuli sexti calcem notatum est plenius quam dic: *Puta quod acerrimo jejuniis ac vigiliis incubantes ac mirifice in solitudine facientes & officia humanitatis vel studia complectentes rota devotione*.

(2) Et nulli ad se prebentes accessum, sicut addit: *Hinc facilissima quidem & vilissima sed quedam carmen alimenta secum includere consueverunt, que illos dies quibus a nullo statuerunt videri sufficiens.*

(3) Vel futuorum curam quae incerta est, ut Hieronymi textus habet: *Quod autem Chrysostomi nomine subiungitur, est ex authore imperfecti operis in Matthæum homil. 16. Quamvis & verus Chrysostomus tale aliquid homil. 23. insinuat.*

(4) Seu in communis loco vel deposito unde per dispositionem Superioris provideri singulis possit; ut Augustinus in Regula inculcat: *Sed haec non de prædiis vel possessionibus quantumvis in communione habendis intelligi debere* S. Thomas intendit: Alio-

qui quod ejusmodi possessiones perfectionem diminuant expresse docet Opusc. 17. contra retrahentes a Religione cap. 15. eos proinde carpens qui carentiam possessionum communium perfectioni detrahere aliquid contendebant: Et primo quidem exemplum Christi ingerit nullas possessiones habentis; ex quo infert pro inimicis crucis Christi habendos qui corvorum possessiones ad Christianam perfectionem puras pertinere, ita ut in eorum privatione sit perfectio minor: Tum exemplum Apostolorum quibus interdictum est ne vineas vel agros vel alia immobilia possiderent; ex quo infert, mentiri eos in doctrina fidei qui minoris perfectionis docunt illos qui communibus possessionibus careant: Tum intentum evangelici consilii sollicitudinem prohibentis: ex quo etiam infert quod quia novi fani capitum dicit communium possessionum curam ad sollicitudinem mundi non pertinere, patet quod eas non babere magis ad evangelicam perfectionem pertinet.

artificiales. Et inde est quod quidam Philosophi nolebant uti pecunia, sed aliis rebus, quasi secundum naturam viventes. Et ideo Hieronymus ibidem per sententiam Domini, qui similiter utrumque interdictit, ostendit quod in idem redit habere pecuniam, & alias res vita necessarias. Et tamen licet Dominus hujusmodi non portari in via ab his qui ad prædicandum mittebantur, ordinaverit; non tamen ea in communi conservari prohibuit. Qualiter tamen illa verba Domini intelligenda sint, supra ostensum est (quæst. clxxxv. art. 6. ad 2. & 1. 2. quæst. cviiii. art. 2. ad 3.)

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationem tum directam, tum indirectam destruas errorem Begardorum, seu Fraticellorum dicentium (ut refert Directorium Inquisit. 2. par. quæst. 15.) quod habere aliquid in communi diminuit de perfectione Evangelicæ paupertatis. Item hæresim eorumdem dicentium, Christum, ejusque Apostolos nihil in communi habuisse. Et addentium, quod Apostoli sine diminutione perfectionis eorum, & sine peccato non potuerunt habere aliquid, neque etiam in communi. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, illos errores merito damnari a Prospero, ut in arg. cont. Pro quo nota; quod illud est in cap. Expedit. Item a Sancto Clemente Papa, & martyre: & recitur ibidem cap. Dilectissimis. Ubi notabis ly pretia, & reliquas res offerebant, & dividebantur singulis, prout cuique opus erat. Item a Sancto Urbano Papa ibidem, cap. Scimus. Ubi nota ly nec quisquam eorum, qua possidebas, aliquid suum effo dicebat, sed erant illis omnia communia. Item a multis capitulis, ibidem. Ab Apostolis vero post Christum omnem perfectionem incœpisse, est omnibus manifestum: nisi forte quis more Begardorum desipiat. Item a summis Pontificibus Clemente Sexto, Innocencio Sexto, Urbano Quinto, per hoc, quod eorum tempore plurimi Begardi pertinaces in prædictis, aliquique erroribus, fuerunt pro hæreticis damnati, & ignibus concremati (ut Director. Inquisitor. narrat, ubi supra.) Item a Papa Joanne XXII. in extrav. Cum inter nonnullos. Quia quorundam mentes (quæ habentur in extrav. Joannis XXII. tit. de verbis. significat. c. 4. §.) Per hoc enim, quod reprobat, tamquam hæresim, illud scil. quod Christus, & Apostoli non habuerint aliquid in communi, damn-

nare pariter co-intelligitur illud, sc. quod habere aliquid in communi diminuat perfectionem religionis. Nota universaliter (occasione hujus) contra omnes errores Begardorum, quod secta ipsa fuit damnata ab eodem Papa, ut habetur in extr. Joannis XXII. de religiosis domibus, quæ incipit, Sancta Romana. Intelliguntur enim condemnari dicta aliquorum tamquam erronea, ex eo, quod authores eorum damnantur: ut alibi per B. Augastinum annotavimus. Item conceduntur bona immobilia in communi religiosis a Conc. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 3. quorum tamen perfectionem non minuere, sed statuere intendit, & satagit ipsam Synodus; ut patet ibidem, cap. 1. & 2. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS VIII. 907

Utrum perfectior sit religio in societate viventium quam agentium solitariam vitam.

AD octavum sic proceditur. Videlur quod perfectior sit religio in societate viventium, quam agentium solitariam vitam. Dicitur enim Eccle. 1v. 9. Melius est duos esse simul quam unum: habent enim emolumendum societatis sua. Igitur videntur perfectior esse religio in societate viventium.

2. Præterea. Matth. xvii. 20. dicitur: *Ubi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum.* Sed nihil potest esse melius quam Christi societas. Ergo videntur quod vivere in congregazione sit melius quam ducere solitariam vitam.

3. Præterea. Inter alia religionis vota volunt obediencia excellentius est, & humilitas est maxime Deo accepta. Sed obediencia, & humilitas magis observantur in conversatione quam in solitudine: dicit enim Hieronymus ad Rusticum monachum (ante med. epist. 1v.) *In solitudine cito subrepis superbia, dormit quantum volueris, facit quod volueris: e contrario autem ipse docet eum qui in societate vivit, dicens: Non facias quod vis, comedas quod juberas, habeas quantum acceperis, subjiciaris cui non vis, servias fratibus, prepossum monasterii timeas us Deum, diligas us parentem.* Ergo videntur quod religio in societate viventium sit perfectior ea quæ solitariam vitam agit.

4. Præterea. Dominus dicit Lucae xi. 33. *Memo accendit lucernam, & in abscondito ponit, neque sub medio.* Sed illi qui solitariam vitam

vitam agunt, videntur esse in abscondito positi, nihil utilitatis hominibus afferentes. Ergo videtur quod eorum religio non sit perfectior.

5. Præterea. Id quod est secundum natum hominis, videtur ad perfectionem virtutis pertinere. Sed homo est naturaliter animal sociabile, ut Philosophus dicit in I. Politicor. (cap. 11. a princ.) Ergo videtur quod agere solitariam vitam non sit perfectius quam agere vitam socialem.

Sed contra est quod Augustinus in Lib. de operibus monachorum (cap. xxi. a med.) illos sanctiores esse, dicit (1) qui a conspectu huminum separati nulli ad se prebent accessum, viventes in magna intentione orationum.

Respondeo dicendum, quod solitudo, sicut & ipsa paupertas, non est ipsa essentia perfectionis, sed perfectionis instrumentum. Unde & in collationibus Patrum (collat. 1. cap. vii. in princ.) dicit Abbas Moyses, quod pro puritate cordis solitudo secunda est, sicut & jejunita, & alia hujusmodi. Manifestum est autem quod solitudo non est instrumentum conformati actioni, sed contemplationi, secundum illud Osee 11. 14. *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.* Unde non congruit religionibus quae sunt ordinatae ad opera vitae activae sive corporalia, sive spiritualia, nisi forte ad tempus, exemplo Christi, qui, ut dicitur Luce 6. 12. *exit in montem solus orare, & erat pernotans in oratione Dei.*

Competit autem religionibus quae sunt ad contemplationem ordinatae. Considerandum est tamen, quod id quod est solitarium, debet esse sibi per se sufficiens. Hoc autem est cui nihil deest, quod pertinet ad rationem perfecti. Et ideo solitudo competit contemplanti, qui jam ad perfectum pervenit. Quod quidem contingit dupliciter. Uno modo ex so-

le divino munere; sicut patet de Joanne Baptista, qui fuit repletus Spiritu sancto abducatur uero matris sua: unde cum abducatur puer esset, erat in desertis, ut dicitur Luce 1. Alio modo per exercitium virtutis actus, secundum illud ad Hebr. v. 14. *Perfectorum est solidus cibus, eorum qui pro consuetudine exercitatus habent sensus ad discretionem boni, ac mali.*

Ad exercitium autem hujusmodi juvatur homo ex aliorum societate dupliciter. Uno modo quantum ad intellectum, ut instruatur in his quae sunt contemplanda: unde Hieronymus dicit ad Rustic. monach. (ante med. epist.) *Mibi placet ut habeas sanctorum consubernium, nec ipse te doceas.* Secundo quantum ad affectum, ut scilicet noxii affectiones hominis reprimantur exemplo, & correctione aliorum: quia, ut dicit Gregorius XXX. Moral. super illud *Cui dedi in solitudine domum* (cap. xi. cir. med.) quid prodest solitudo corporis, si solitudo defuerit cordis? *Et ideo vita socialis necessaria est ad exercitium perfectionis.* Solitudo autem competit iam perfectis: unde Hieronymus dicit ad Rusticum monach. (loc. cit.) *Solitariam vitam reprehendimus? minime; quippe quam sepe laudavimus: sed de ludo monasteriorum hujuscemodi volumus egredi milites, quos eremi rudimenta dura non terreat, qui specimen conversationis sua multo tempore dedorent.*

Sicut ergo id quod jam perfectum est, præminet ei quod ad perfectionem exercetur; ita vita solitaria, si debite assumatur, præminet vitæ sociali. Si autem ab eo præcedenti exercitio talis vita assumatur, est periculissima, nisi per divinam gratiam suppleatur quod in aliis per exercitium acquisiatur; sicut patet de beatis Antonio, & Benedicto (2).

Ad

(1) Non uno & eodem tenore sic expresse sed implicite tantum: Postquam enim premisit quoddam pro malis dies a conspectu huminum separatos & nulli ad se prebentes accessum includere seipso, viventes in magna intentione orationum ut jam ante relatum est, & mox adiunxit quod eorum exercitationem in gloriam mirabilis continentia, quando quidem habent orem. quo hec agant, sequi imitandos non superba elatione sed misericordi sanctitatem proponant, non solum non reprehendit: sed quantum dignum est laudare non potest, subiungit ad dominem aduersus eos qui exemplo avium utebantur ut contenderent non debere necessaria preparari: Quid tamen de his dico?

cimus secundum istorum intellectum ex evangelicis verbis? An forte quo sunt sanctiores, & sunt voluntibus dissimilares? quia nisi reponant sibi eas in plurimos dies, includere se ita ut fasciunt non valebunt: De illis ergo loqui videtur qui pro aliquo tantum tempore se includunt in loco separato, non qui eremum petunt quo transferri non solent esse: Sed quanto sanctiores qui totam vitam sic transfigere non dubitant, & quos hic intelligit S. Thomas?

(2) De Antonio quidem ex ejus vita per B Athanasiu scripta liquet quod statim ac auditiv in Ecclesia evangelicum illud, *Si vis perfectus esse, vade vendic omnia, & da pauperibus;* cum adhuc esset ade-

Ad primum ergo dicendum, quod Salomon ostendit, melius esse quod sint duo simul quam unus, propter auxilium quod unus habet ab alio, vel ad sublevandum, vel ad fovendum, vel ad spiritualiter calefaciendum, quo quidem auxilio jam non indigent qui sunt perfectionem assecuti.

Ad secundum dicendum, quod dicitur I. Joan. iv. 16. *Qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo.* Sicut ergo Christus est in medio eorum qui sibi invicem per dilectionem proximi sociantur; ita habitat in corde ejus qui divinæ contemplationi insistit per dilectionem Dei.

Ad tertium dicendum, quod actu obediere est necessarium his qui indigent exerceri secundum directionem aliorum ad perfectiōnē capiendam; sed illi qui jam perfecti sunt, spiritu Dei sufficienter aguntur, ut non indigeant actu aliis obediere: Habent tamen obedientiam in preparatione animi.

Ad quartum dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in XIX. de civitate Dei (cap. xix. a med.) *a studio cognoscenda veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet otium.* Quod autem aliquis super candelabrum ponatur, non pertinet ad ipsum, sed ad ejus superiores. *Quae sarcina si non imponeatur, ut Augustinus ibidem subdit, contemplande veritati vacandum est, ad quam plurimum valet solitudo.* Et tamen illi qui solitariam vitam agunt, multum utiles sunt generi humano. Unde Augustinus dicit in Libro de moribus Ecclesiaz (cap. xxxi. paulo a princ.) de his loquens: *Pane solo, qui eis per certa intervalla temporum affertur, & aqua contenti, desertissimas terras incolunt, perfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhaberunt.* Videntur autem nonnullis res humanas, plusquam oportet, deseruisse, non intelligentibus quantum nobis eorum animus in orationibus proficit, & vita ad exemplum, quo-

Summ. S. Th. Tom. IX.

adolescens id mox præstitit, ac in eremum aliquanto post ut in perfectione proficeret in juventute se contulit: De Benedicto autem sic in libro 3. Dialogorum cap. 1. Gregorius, quod cum traditus Roma liberalibus litterarum studiis multos in eis ire per abrupta viciorum cerneret, cum quem quasi in ingressu mundi posuerat, retraxit pedem; ne sò quid de scientia ejus attingeret, ipse postmodum in immenso precipitum totus iret; unde despctis litterarum studiis reliqua domo rebusque patris, soli Deo placere desiderans, sancta conversationis habitum queasivit; recessique scienter neceps & sapienter inductus Et c. 2. quod plus appetens mala mundi perpeti quam laudes

rum corpora videre non sinimur.

Ad quintum dicendum, quod homo non potest solitarius vivere duplicitate. Uno modo quasi societatem humanam non ferens propter animi saevitiam: & hoc est bestiale. Alio modo per hoc quod totaliter divinis rebus inhæret: & hoc est supra hominem. Ecclædo Philosophus dicit in I. Polit. (cap. ii. a med.) quod *ille qui aliis non communicat, est bestia, aut Deus, id est divinus vir.*

A P P E N D I X.

Ex art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, merito insinuatum fuisse a scripturis, & Aug. quod vita solitariorum est perfectior, quam in societate viventium. A D. Aug. quidem, ut in arg. con. A scripturis vero per hoc, quod Beatus Joannes Baptista, de quo Dominus dicit, Matth. ii. *Inter natos mulierum non surrexit major,* elegit vitam solitariorum magis, quam in societate viventium. Dicitur enim de eo Luc. i. *Puer crescebat, & confortabatur spiritu, & erat in desertis usque in diem ostensionis sue ad Israel.* Ubi ex ly conformatobatur spiritu, cognosce, quod per gratiam divinam fuit suppletum in Joanne, quod per exercitium solet prærequiri ad vitam solitariam propter vitationem periculorum. Vide conclus. fin. Secundo vides: quomodo &c.

Q U A E S T I O . CLXXXIX.

De religionis ingressu,

In decem articulos divisa.

DEinde considerandum est de ingressu religionis: & circa hoc queruntur decem.

Primo, utrum illi qui non sunt exercitati

V u

in

ab hominibus querere & plus pro Deo laboribus fatigari quam vita hujus favoribus extollî, nutricem suam occulte fugiens, deforti loci secessum petens &c. postquam nempe capisterum quod mutuata erat nutritrix casu aliquo fractum orationis sua restituisset ac integrum eidem flenti reddidisset: quod & ad rei memoriam in Ecclesiæ ingressu suspenderunt incolæ ut præsentes & sequuntur omnes agnoscent a quanta Benedictus puer conversationis gratia & perfectio ne capisset, &c. Subiungit autem quod vir Dei ad eum locum pervendens in artissimum specum se condidit &c.

in observantia præceptorum , debeant ingredi religionem .

Secundo , utrum liceat aliquos voto obligari ad religionis ingressum .

Tertio , utrum illi qui voto obligantur ad religionis ingressum , teneantur votum implore .

Quarto , utrum illi qui vovent religionem intrare , teneantur ibi perpetuo remanere .

Quinto , utrum pueri sint recipiendi in religionem .

Sexto , utrum propter parentum obsequium aliqui debeant retrahi a religionis ingressu .

Septimo , utrum presbyteri curati , vel Archidiaconi possint ad religionem transire .

Octavo , utrum de una religione possit aliquis transire ad aliam .

Nono , utrum aliquis debeat alios inducere ad religionis ingressum .

Decimo , utrum requiratur magna delibratio cum consanguineis , & amicis ad religionis ingressum .

A R T I C U L U S I. 908

Utrum illi qui non sunt in præceptis exercitati , debeant ingredi religionem .

*Quolib. iv. art. 2. & op. xvii. cap. ii.
usque ad x. inclusive .*

AD primum sic proceditur . Videtur quod non debeant religionem ingredi nisi illi qui sunt in præceptis exercitati . Dominus enim consilium perfectionis dedit ad-

lescenti , qui dixerat se præcepta a juventute servasse (1) . Sed a Christo sumpsit initium omnis religio . Ergo videtur quod non sint ad religionem admittendi nisi qui sunt in præceptis exercitati .

2. Præterea . Gregorius dicit super Ezech. (hom. xv. aliquant. a princ. & Lib. XXII. Moral. cap. xiv. parum a princ.) *Nemo repente fit summus ; sed in bona conversatione a minimis quis inchoat , ut ad magna perveniat .* Sed magna sunt consilia , quæ pertinent ad perfectionem vite ; minora autem præcepta sunt , quæ pertinent ad communem justitiam . Ergo videtur quod non debeant aliqui ad observantiam consiliorum religionem intrare , nisi prius fuerint in præceptis exercitati .

3. Præterea . Sicut ordines sacri habent quamdam excellentiam in Ecclesia , ita & religionis status . Sed , sicut Gregorius scribit (2) Siagrio Gallorum Episcopo (Lib. IX. Registr. epist. cvi. a med.) & habetur in Decret. dist. xlvi. (cap. Sicut Neophyto) ordinare ad ordines ascendendum est . Nam casum appetit qui ad summi loci fastigia , postpositis gradibus , per abrupta querit ascensum . Scimus autem quod edificati parietes non prius lignorum pondus accipiunt , nisi a novitatis sue humore siccantur ; ne si ante pondera , quam solidentur , accipient , cunctam simul fabricam deponant . Ergo videtur quod non debent aliqui ad religionem transire , nisi in præceptis sint exercitati .

4. Præterea . Super illud Psalmi cxxi. Sicut ablatus est super matre sua , dicit Glossa (ord.) „ In utero matris Ecclesie pri- „ mo

(1) Sic Ambrosius libro de viduis . Ut intelligas distantiam præcepti atque consilii cum recorderis cui in Evangelio ante prescribitur ne homicidium facias &c. Cum vero se præcepta memorasset , implesse consilium ei datur ut vendas omnia & sequatur Dominum . Hec enim non pro præcepto dantur &c.

(2) Ut reponi ex Gregorii textu debet qui & alios Episcopos Gallorum addit cum Siagrio illo Augustodunensi ; non Augustino Anglorum Episcopo , ut prius in impressis ; cum nullum profus nomen in Manuscripto exprimatur , sed relinquatur cum lacuna quia Exscriptor illud non intellexit . Et mirum quidem quod licet Siagrio notetur in Decretis cap. Sicut Neophytus & ad marginem Editionum Summis hoc ipsum caput annotetur , simulque indicetur id esse sumptum ex Registro lib. 7. cap. 110. nihilominus Augustini Anglorum Episcopi nomen tam obtuse obtrudi potuerit ; ac geminata obtusione , 110. epistola quæ ad Serenum Episcopum Massiliensem de non confringendis imaginibus inscribitur , pro 111. Siagrio , Etherio , Virgilio , & Desiderio Galliarum

Episcopis directa indicari : Ex illa porro & ex Decreti textu restitutius ascendendum est , non sicut prius diminute , accedendum est . In sequenti etiam Glossa nullo nomine prænotata nonnisi apud Petrum Lombardum occurrente reposuimus ex utriusque textu correctius quod superflue prius dicebatur sic , a simplici doctrina ubi predicatorum Verbum earo factum est , accedamus ad Verbum Patris &c. Plenius autem Glossa totam hanc similitudinem explicat , cum promittit quod sicut in carnali procuratione & ablactatione quinque tempora notantur ; ita & in spiritu : Prius enim concipimus in utero : Deinde ibidem alimur donec in lucem illinc edamur : Deinde manibus matris gestamus & latte nutrimur , quoque ablactati ad mensam patris accedamus : Primum ergo tempus est conceptionis : Secundum in utero alitionis : Tertium emissionis (ex utero) Quartum portationis & lactationis : Quintum ablactationis : Tum deinde subjungit quæ hic in textu referuntur .

„ mo concipimur , dum fidei rudimentis in-
 „ struimur ; inde quasi in utero ejusdem ali-
 „ mur in iisdem primordiis proficientes ;
 „ deinde in lucem educimur , dum per ba-
 „ ptismum regeneramur : deinde quasi ma-
 „ nibus Ecclesiæ portamur , & lacte nutri-
 „ mur , dum post baptismum in bonis ope-
 „ ribus informamur , & lacte simplicis do-
 „ strinæ nutritur proficiendo , donec jam
 „ grandiusculi a lacte matris accedamus ad
 „ mensam patris , idest a simplici doctrina ,
 „ ubi prædicatur Verbum caro factum , ac-
 „ cedamus ad Verbum in principio apud
 „ Deum . “ Et postea subdit : Quia nuper
 „ baptizati in Sabbato sancto quasi manibus
 „ Ecclesiæ gestantur , & lacte nutriuntur us-
 „ que ad Pentecosten ; quo tempore nulla
 „ difficultia indicuntur , non jejunatur non
 „ media nocte surgitur : postea Spiritu Pa-
 „ raclito confirmati , quasi ablactati , inci-
 „ piunt jejunare , & alia difficultia servare .
 „ Multi vero hunc ordinem perverterunt , ut
 „ hæretici , & schismatici , se ante tempus a
 „ lacte separantes : unde extinguntur . “ Sed
 „ hunc ordinem pervertere videntur illi qui re-
 „ ligionem intrant , vel alios ad intrandum in-
 „ dicunt , antequam sint in facilitiori observan-
 „ tia præceptorum exercitati . Ergo videtur
 „ quod sint hæretici , vel schismatici .

5. Præterea . A prioribus ad posteriora est
 transendum . Sed præcepta sunt priora consiliis ,
 qua sunt communiora , utpote a quibus
 non convertitur essendi consequentia : quicumque
 enim servat consilia , servat & præcepta ;
 sed non convertitur . Congruus autem ordo
 est ut a prioribus ad posteriora transeat .
 Ergo non debet aliquis transire ad observan-
 tiam consiliorum in religione , nisi prius sit
 exercitatus in præceptis .

Sed contra est quod Dominus Matthæum publicanum , qui in observantia præceptorum exercitatus non erat , advocavit ad consilio-
 rum observantiam : dicitur enim Lucæ v.
 11. quod *relictis omnibus* , *secutus est eum* . Non ergo est necessarium quod ante aliquis exerceatur in observantia præceptorum , quam transeat ad perfectionem consiliorum .

Respondeo dicendum , quod , sicut ex su-
 pra dictis pater (quæst. præc. art. 1.) sta-
 tus religionis est quoddam spirituale exerci-
 tium ad consequendam caritatis perfectionem :

quod quidem fit , inquantum per religionis observantias auferuntur impedita perfectæ caritatis . Hæc autem sunt quæ implicant affectum hominis ad terrena . Per hoc autem quod affectus hominis implicatur ad terrena , non solum impeditur perfectio caritatis , sed interdum etiam ipsa caritas perditur , dum per inordinatam conversionem ad bona temporalia homo avertitur ab incommutabili bone , mortaliter peccando . Unde patet quod religionis observantiaz sicut tollunt impedita perfectæ caritatis , ita etiam tollunt occasiones peccandi ; sicut patet quod per jejuniū , vigilias , & obedientiam , & alia hujusmodi retrahitur homo a peccatis gula , & luxuriaz , & quibuscumque aliis peccatis .

Et ideo religionem ingredi non solum expedit his qui sunt exercitati in præceptis , ut ad maiorem perfectionem perveniant ; sed etiam his qui non sunt exercitati , ut facilius peccata vitent , & perfectionem affequantur .

Ad primum ergo dicendum , quod Hieronymus dicit super Matth. (cap. xix. sup. illud , *Hec omnia servavi* :) „ Mentitur adolescens : *Hec omnia servavi a juventute mea* . Si enim hoc quod positum est in mandatis , *Diliges proximum tuum sicut teipsum* , opere compleset ; quomodo postea audiens , *Vade , vende omnia quæ habes* , & *da pauperibus* , tristis recessisset ? “ Sed intelligendum est , eum mentitumuisse quantum ad perfectam observantiam hujus præcepti . Unde Origenes super Matth. (tract. viii. ante med.) , dicit , quod scriptum est in Evangelio secundum Hebræos , (1) quod cum Dominus dixisset ei , *Vade , vende omnia quæ habes* , cœpit dives scalpere caput suum : & dixit ad eum Dominus : Quomodo dicis , *Feci legem* , & *Prophetas* , cum scriptum sit in lege , *Diliges proximum tuum sicut teipsum* ? & ecce multi fratres tui filii Abrahæ amicti sunt stercore , mortientes præ fame , & domus tua plena est multis bonis , & non egreditur aliquid omnino ex ea ad eos . Itaque Dominus rex dargens eum dicit : *Si vis perficitus esse , vade* &c. Impossibile est enim implere mandatum , quod dicit , *Diliges proximum tuum sicut teipsum* , & esse divitem , & maxime tantas possessiones habere . “ Quod est intelligendum de perfecta impletione hu-

V u 2

jus

(1) *Non ad authoritatem sed ad manifestationem propositæ questionis* , ut interjicit Origenes Tract. 8. longe ante medium ubi & addit ex eodem Evan-

gelio dixisse Christum à principio adolescenti , *Homo fac legem & Prophetas* , ac respondisse adolescentem Feci ; Quod in Evangelio nostro non habetur .

jus præcepti. Imperfecte autem, & communis modo verum est eum observasse præcepta.

(1) Perfectio enim principaliter in observantia præceptorum caritatis consistit, ut supra habitum est (quæst. clxxxiv. art. 3.) Ut ergo Dominus ostenderet, perfectionem consiliorum utilium esse & innocentibus, & peccatoribus, non solum vocavit adolescentem innocentem, sed etiam Matthæum peccatorem. Sed tamen Matthæus secutus est vocantem, non autem adolescentem: quia facilius convertuntur ad religionem peccatores quam illi qui de sua innocentia prælumunt: quibus dicit Dominus Matth. xxi. 31. *Publicani, & meetrices precedentes vos in regnum Dei.*

Ad secundum dicendum, quod summum & infimum tripliciter accipi possunt. Uno modo in eodem statu, & in eodem homine: & sic manifestum est quod nemo repente fit summus: quia unusquisque recte vivens, toto tempore vita sua proficit, ut ad summum perveniat. Alio modo per comparationem ad diversos status: & sic non oportet ut quicunque vult ad superiorem statum pervenire, a minori incipiat; sicut non oportet ut quicunque vult esse clericus, prius in laicali vita exerceatur. Tertio modo quantum ad diversas personas: & sic manifestum est quod unus statim incipit non solum ab altiori statu, sed etiam ab altiori gradu sanctitatis, quam sit summum ad quod aliis pervenit per totam vitam suam. Unde Gregorius dicit in II. Dialog. (cap. 1. parum a princ.) *Omnies agnoscant, a quanta Benedictus puer conversationis gratia, & perfectione cœpisset.*

Ad tertium dicendum, quod, sicut supra dictum est (implicitè quæst. clxxxiv. art. 6.) ordines sacri præxigunt sanctitatem; sed status religionis est exercitium quoddam ad sanctitatem assequendam. Unde pondus ordinum imponendum est parietibus jam per sanctitatem desiccatis; sed pondus religionis

desiccat parietes, idest homines, ab humore vitiorum.

Ad quartum dicendum, quod, sicut manifeste ex verbis illius Glossæ appetet, principaliter loquitur de ordine doctrinæ, prout transcendit est a facilioribus ad difficiliora. Unde quod dicit, *quosdam hereticos, & schismatics bunc ordinem pervertentes, manifestum est ex sequentibus ad ordinem doctrinæ pertinere.* Sequitur enim: *Hic vero se servasse, scilicet prædictum ordinem, dicit, constigens se maledictio. Sic non modo in aliis fui humiliis, sed etiam in scientia, quia humiliiter sentiebam: quia prius nutritus fui latte, quod est Verbum caro factum, ut sic crescerem ad panem Angelorum, idest ad Verbum quod est in principio apud Deum.* Exemplum autem quod in medio interponitur, quod noviter baptizatis non indicitur jejunium usque ad Pentecosten, ostendit quod non sunt ex necessitate ad difficilia cogendi, antequam per Spiritum sanctum interius ad hoc instigantur, ut difficilia propria voluntate assumant. Unde & post Pentecosten post receptionem Spiritus sancti jejunium celebrat Ecclesia. Spiritus autem sanctus, sicut Ambrosius dicit super Lucam (cap. 1. sup. illud *Et spiritu sancto replebitur*) non coeretur etatis, non obitu extinguitur, non excluditur ab eo matris. Et Gregorius dicit in hom. Pentecosten (xxx. in Evang. inter med. & fin.) *Implet cibarium puerum, & Psalmistam facit: implet puerum abstinentem, & judicem senum facit: & postea subdit: Nulla ad discendum mora agitur, in omnem quod voluerit: mox enim ut ieiigerit, mentem docet.* Et, sicut dicitur Ecclie. VIII. 8. non est in hominis potestate prohibere Spiritum: & Apostolus I. ad Thessal. V. 19. monet Spiritum nolite extinguere: & Act. vii. 51. contra quosdam dicitur: *Vos semper spiritui sancto resistitis.* (2)

Ad quintum dicendum, quod præceptorum quæ-

(1) Nec vero putandus est fidei dixisse quod servari, vel tentantis animo accessisse ad Christum, ut illius responsum exploraret. Quod Chrysostomus homil. 64. in Matthæum refellit: Primo quia non debemus us certum offrere quod incertum est: Secundo, quia suspicionem illam removit Marcus dicens (cap. 10.) quod accurrens ad Jesum & genuflexiens rogabat eum, & quod Jesus intuitus illum dilexit eum: Tertio, quia si fidei accessisset, hoc declarasset Evangelista sicut alibi (Matth. 22.) quod alium declaravit: Quarto, quia si fidei interrogasset non abiisset triplex propter eius responsum, sicut nec

Pharisei cum tentabant, leguntur triplex abiisse, quamvis confusi aliquando absent: Sic & Beda in Marcum: Non est putandus homo iste vel *voto* (seu animo) tentantis, ut putaverint quidam, Domini interrogasse, vel de sua mentalis esse vita cum se legis mandata custodiisse dicabas, sed simplieriter ut vixerit esse confessus: Quia si mendacii est simulationis vox reus tenetur, nequaquam intuitus arcana cordis ejus cum diligenter dicatur Jesus: Diligit enim Jesus eos qui mandata legis, quamvis minora, custodiunt:

(2) Non ergo exterius dumtaxat predicatori, ut

quædam sunt principalia, quæ sunt quasi fines præceptorum, & consiliorum, scilicet præcepta caritatis, ad quæ consilia ordinantur, non ita quod sine consiliis servari non possint, sed ut per consilia perfectius observentur. Alia vero sunt præcepta secundaria, quæ ordinantur ad præcepta caritatis, ut si quibus præcepta caritatis observari non possint omnipino. Sic ergo perfectæ observantia præceptorum caritatis præcedit intentione consilia, sed interdum tempore sequitur. Hic est enim ordo finis respectu eorum quæ sunt ad finem. Observantia vero præceptorum caritatis secundum communem modum, & similiter alia præcepta comparantur ad consilia, sicut commune ad proprium: quia observantia præceptorum potest esse sine consiliis; sed non convertitur. Sic ergo observantia præceptorum communiter sumpta præcedit ordine naturæ consilia; non tamen oportet quod tempore: iuxta non est aliquid prius in genere quam sit in aliqua specierum. Observantia vero præceptorum sine consiliis ordinatur ad observantiam præceptorum cum consiliis, sicut species imperfecta ad perfectam, sicut animal irrationale ad rationale. Perfectum autem naturaliter prius est imperfecto. *Natura* enim, ut Boetius dicit (Lib. III. de consolat. prosa x. parum a priu.) *a perfectis sumit initium*. Nec tamen oportet quod prius observentur præcepta sine consiliis, & postea cum consiliis; sicut non oportet quod aliquis prius sit alius quam homo vel quod prius sit conjugatus quam sit virgo. Et similiter non oportet quod aliquis prius servet præcepta in seculo quam transeat ad religionem: præsentim quia conversatio secularis non disponit ad perfectionem religionis, sed magis impedit.

A P P E N D I X.

EX art. habes *primo*: quomodo per rationem ostendas, merito insinuatum fuisse a Scripturis, & Concilio, quod etiam ii, qui

in tractatu de physica præmotione alioqui laudando præpostere Sylvius explicavit & passim intelligunt Janseniani pravo sensu; sed *interius instiganti*, sicut infertur ex præmissis: Nec intelliȝi fano sensu aliter potest: Frivola enim alioqui esse exprobatio quia Judæi reponerent au. reponere posse non esse mirum quid resistant, cum non habeant interius aliquid auxilium quo consentire possint prædicanti,

sunt in præceptis exercitati, possunt laudabiliter ingredi religionem. A Scripturis quidem, ut *Luc. 5. de Matthæo publicano*, secundum quod extenditur in *argum. cont.* Item per hoc, quod dicitur *I. 1. Paralip. c. 29. Salomonem filium meum elegit Dominus adhuc puerum, & tenellum*. Cum enim majus sit, quod aliquis assumatur ad regimen sui, & aliorum, quam, quod recipiatur in religione, in qua sub regimine alterius vivit, videtur secundum Scripturam hanc manifestari talis consequentia, quod sc. si quis nondum exercitatus in regimine (pura, puer) assumitur ad regimen aliorum, poterit multo magis nondum exercitatus in præceptis assumi ad hoc, ut in religione regatur ab alio. A Concilio autem *Tolerano* insinuat id ipsum, & habetur in *Decr. 20. q. 2. c.* Si in qualibet. Parentibus filios suos religioni tradere, non amplius, quam usque ad quartum decimum eorum annum, licentia esse poterit. Postea vero, aut cum voluntate parentum, aut si sua devotionis erit solitarum votum, erit filiis licitum religionis assumere cultum ., *Hæc ibi*. Cum itaque constet, quod homines post decimumquartum annum statim non sunt exercitati in præceptis, patet, quod Concilium suis illis verbis docet, quod homines etiam non exercitati in præceptis possunt licite ingredi religionem. Secundo vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S II. 909

Utrum debeant aliqui voto obligari ad religionis ingressum.

*Sup. quæst. clxxxviii. & quæst. III.
art. II. & opusc. XVII. cap.
xi. XII. & XII.*

AD secundum sic proceditur. Videtur quod non debeant aliqui voto obligari ad religionis ingressum. Per professionem enim aliquis voto religionis astringitur. Sed ante professionem conceditur annus probationis, secun-

vel causam suam Pelagiani obtinerent, quod auxilia extrinseca sine interiori sufficient: Unde non modo in hoc loco sed in aliis passim hoc ad Spiritum-sanctum interius moventem refert S. Thomas: Puta. Quodlib. 2. art. 6. Quodlib. 3. art. 14. Prima ad Corinth. 13. lect. 1. Prima ad Thessalon. 5. lect. 2. Ad Hebreos 3. lect. 2.

secundum regulam beati Benedicti (1) (cap. lvi.) & secundum statutum (*) Innocentii III. (cap. Nullus de regularib. & trans. &c.) qui etiam prohibuit, ante annum pro-

bationis completum eos per professionem religioni astringi. Ergo videtur quod multo minus adhuc in seculo existentes debeatemto ad religionem obligari.

2. Præ-

(1) Ex qua insinuatur in Decretis Causa 17. quæst. 2. cap. Gonsalduz quod nomine Alexandri secundi prænotatus ; ubi ait se Presbyterum art. 3. argum. 1. commemorandum a prætensiæ professione absolvere, quia beati Benedicti Regula & præcipuæ predecessoris nostri Grégorii Papæ canonica institutio interdicit monachum ante unius anni probationem effici, quam prædictus Presbyter nullo modo (ut infra patet) servaverat. Sic porro supradicta Regula cap. 58. de disciplina suscipiendorum fratrum habet quod ad conversionem venienti non facilis ingressus tribueretur, sed sis in cœla hospitum paucis diebus ; postea sit in cœla Novitiorum, & an revera Deum querat a deputato sibi seniore aliquo curiose probetur : Si promiseris de stabilitate sua perseverantiam, post duorum mensium circulum legitur ei Regula per ordinem, & dicatur ei, Ecce lex sub qua militare vis si potes eam servare, ingredere ; si non potes, liber discede : Si adhuc steteris, tunc ducatur in supradictam cellam Novitiorum, & iterum probetur in orani patientia, & post sex mensium circulum relegatur ei Regula ut scias ad quid ingreditur : Et si adhuc sit, post quartuor menses relegatur iterum ei eadem Regula : Et, si habita secum deliberatione promiseris se omnia custodire, suscipiatur sciens se sub lege Regule constitutum : Ecce annum integrum in tres partes divisum quo fieri jubetur probatio ante professionem ineundam : Sed Gregorius Magnus quem Alexander subiudicat probationem plusquam unius anni constituit, cum in Registro epistolarum lib. 8. Indictione 3. ep. 25 Fortunato Episcopo Neapolitano scribens, ait : Monasteriis omnibus faternitas vestra districtius interdicat ut eos quos ad convertendum suscepint, priusquam biennium in conversatione (five conversione) compleant, nullo modo audeant tonsurare, sed hoc spacio mores eorum sollicitate comprobentur, no quis eorum aut non sit eo contentus quod voluit, aut ratus non habeat quod elegit. Hoc tamen quidam de illis tantum intelligi volunt qui propter duriores vel minus probos proindeque suspectos magis mores longiori probatione præsumebantur indigere : Sicut & trienalem Josephus lib. 1. de bello Judaico cap. 7. pro Eſenſis deferrit usurpatam. Justinianus institut in Authenticis Collat. 1. tit. 6. ne forte (inquit) ulla maligna occasio ad hoc eos inducerit ; non enim est facilis vita hominum mutatio : Ut & in Sancti Pacomii Regula quam Palladius refert in Lusiacis cap. 38. tom. 3. Bibliotheca Patrum, pro Monacho suscipiendo decernitur quod sui suscepturi sunt illum, prius per annum integrum extrinsecus commoranti viatum tribuan ; post ostensionem autem continentie duobus annis aliis mores ejus probentur ; cumque dignus apparuerit, tunc denum in consortium admittatur : Et ex decreto Benifacii primi Causa 18. qu. 2. Si quis inognitus monasterium ingredi voluerit, ante triennium ei babitus monachi non præstetur : Unius tamen anni probatio passim legitur observata quam

Cassianus quoque lib. 4. de Renuntiantium institutis cap. 7. insinuat : Innocentius autem III. quem hic indicat S. Thomas Extra de Regularibus & ad Religionem transeuntibus cap. Ad Apostolicam Archiepiscopio Pisanu sic referbit, quod cum monachum fieri ante unius anni probationem regularis institutio interdicat, & tempus illud probationis non solam in favore conversi sed & Monasterii a Sanctis Patribus indultum sit, ut & ille asperitates istius & istud mores illius valeas experiri, utramque diligenter esse observandum : Etsi subjungit quod si ante probationis tempus regulariter præsumitur is qui conversi desiderat, professionem emittit, Abbatem per se vel per alium professionem recipiente, uterque renunciari videtur ei quod pro se noscitur introductum ; ideoque per emissam pariter & acceptam professionem ad regularēm observationem obligatur ac vere monachus esse censendus ; quia multa fieri prohibentur : que si facta fuerint obtinere firmatatem. Prohibendum est autem Abbatibus ne passim ante tempus probationis quoslibet ad professionem recipiant, & si contra formam prescriptam quoslibet indistincte receperint, anmadversione sunt debita corrigendi, cum in subsidium fragilitatis humana sit spatium probationis regulariter institutum . Sed Alexander IV. ut habetur in sexto Decretalium de Regularibus cap. Non solu fratribus Predicatoribus & Minoribus districtius inhibere se dicit & sub excommunicationis pena non ante annum probationis elapsum quo est maxime in subsidium fragilitatis humana regulariter institutum, quemquam ad professionem sui ordinis recipere presumant, declaratus quod si contra probationem hanc recipere aliquem presumperint, is qui taliter fuerit receptus, nullatenus ordinis alligatur : Bonificius autem octavus in capite ibidem subsequenti : Constitutionem Innocentianam que prohibet professionem conversorum recipi ante annum probationis elapsum pie memorie Alexander Papa Quartus predecessor noster ad fratrum Predicatorum & Minorum ordines dumtaxat declaravit extendit. Unde nos pari similitudine rationis inducti declarationem eamdem ad aliorum Mendicantium ordines prorogamus : In aliis autem Religionibus professio licet fieri potest infra annum. Nunc tamen de omnibus generaliter in Concilio Tridentino Sess. 25. de Regularibus & Monialibus cap. 15. statutum est quod in quacumque Religione tam virorum quam mulierum nullus qui minori tempore quam per annum post susceptum habitu in probatione steterit, ad professionem admittatur ; & quod professio antea facta sit nulla, nullamque inducat obligationem ad alieius Regula observationem aut alios quoscumque effectus . Quamvis , Religionem Hierosolymitanam seu militarem hoc Decreto non comprehendit Congregatio Cardinalium Interpretum censuit.

(*) Ita passim Cod. Alcan. & edit. veteres Innocentii IV. a quo idem decretum perhibens Theologi Lovanienses, & Duacens.

2. Præterea . Gregorius in Regist. (Lib. XI. epist. xv.) dicit , & habetur in Decret. dist. xlvi. (cap. de *Judeis*) quod *Judei non vi, sed libera voluntate, ut convertantur suadendi sunt* . Sed implere id quod vovet, necessitas est . Ergo non sunt aliqui obligandi ad religionis ingressum .

3. Præterea . Nullus debet alteri præbère occasionem ruinæ : unde Exodi xxii. 33. dicitur : *Si quis aperuerit cisternam, cecideritque bras, vel osinus in eam, dominus cisterne reddet premium iumentorum* . Sed ex hoc quod aliqui obligantur ad religionem per votum, frequenter aliqui ruunt in desperationem , & in diversa peccata . Ergo videtur quod non sint aliqui ad religionis ingressum voto obligandi .

Sed contra est quod in Psal. lxxv. 12. dicitur : *Vovete, & reddite Domino Deo vestro* : ubi dicit Glossa (ord. Aug.) quod quedam sunt vota propria singulorum, ut *castitas, virginitas, & hujusmodi* . Ad hæc ergo vovenda invitat nos sacra Scriptura . Sed sacra Scriptura non invitat nisi ad id quod est melius . Ergo melius est quod aliquis voto se obliget ad religionis ingressum .

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quæst. lxxxviii. art. 6.) cum de voto ageretur, unum & idem opus ex voto factum, est laudabilius quam si sine voto fiat : tum quia vovere est actus religionis, quæ habet quædam excellentiam inter virtutes : tum quia per votum firmatur voluntas hominis ad bonum faciendum : & sicut peccatum est gravius ex hoc quod procedit ex voluntate obstinata in malum ; ita bonum opus est laudabilius ex hoc quod procedit ex voluntate firmata in bonum per votum . Et ideo obligari voto ad religionis ingressum, est secundum se laudabile .

Ad primum ergo dicendum, quod duplex est religionis votum . Unum solemne, quod hominem facit monachum, vel alterius religionis fratrem, quod vocatur professio : & tale votum debet præcedere annus probationis , ut probat objectio . Aliud autem est votum simplex , ex quo aliquis non fit monachus , vel religiosus , sed solum obligatur ad religionis ingressum : & ante tale votum non oportet præcedere probationis annum .

Ad secundum dicendum, quod authoritas illa Gregorii intelligitur de violentia absoluta . Necessestas autem quæ ex obligatione voti requiritur, non est necessestas absoluta, sed necessestas ex fine , quia scilicet post votum non potest aliquis finem salutis conse-

qui , nisi impleat votum . Talis autem necessestas non est vitanda ; quinimo , ut Augustinus dicit ad Armentarium , & Paulinam (ep. cxxvii. al. xlvi. non procul a fin.) *felix est necessestas que in meliora compellit* .

Ad tertium dicendum, quod vovere religionis ingressum, est quædam confirmatio voluntatis ad meliora : & ideo , quantum est de se , non dat homini occasionem ruinæ , sed magis subtrahit . Sed si aliquis voti transgressor gravius ruat , hoc non derogat bonitati voti ; sicut nec derogat bonitati baptismi , quod aliqui post baptismum gravius peccant .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito a scripturis fuisse insinuatum , quod aliqui laudabiliter se obligant voto ad religionis ingressum . Ut Psal. 75. *Vovete, &c.* ut extenditur cum glossa , & discursu in arg. cont. Item a t. Reg. i. per hoc , quod Anna voto obligavit Samuelem nondum natum ad specialissimum obsequium Dei, quod tunc erat religionis ingressus . Memento tu hic , & alibi , ponere in practica notationem pro lectoribus positam in q. 70. a. 1. append. Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S III. 910

Utrum ille qui obligatus est voto ad religionis ingressum, teneatur intrare religionem.

Sup. quest. lxxxviii. art. 3. ad 2. & quot. III. art. 11.

Ad tertium sic proceditur . Videtur quod ille qui obligatus est voto ad religionis ingressum , non teneatur intrare religionem . Dicitur enim in Dec. xvii. quæst. 11. (cap. i.) *Gonsaldus Presbyter quondam infirmitate, ac fervore passionis pressus, monachum se fieri promisit; non tamen monasterio, aut Abbatie se tradidit, nec promissionem scriptis, sed beneficium Ecclesie in manu advocati refutavit: ac postquam convulsius, monachum se negavit fieri* . Et postea subditur : *Judicanus, & auctoritate apostolica precipimus ut praefatus presbyter beneficium, & altaria recipiat, & quiete retineat* . Hoc autem non esset, si tenebatur religionem intrare . Ergo videtur quod non tenebatur aliquis implere votum , quo se ad

ad religionis ingressum obligavit.

2. Præterea. Nullus tenetur facere id quod non est in potestate ipsius. Sed quod aliquis religionem ingrediatur, non est in potestate ipsius; sed requiritur ad hoc assensus eorum ad quos debet transire. Ergo videtur quod non teneatur aliquis implere votum, quo se ad religionis ingressum obligavit.

3. Præterea. Per votum minus utile non potest derogari voto magis utili. Sed per impletionem voti religionis impediri posset impletio voti crucis in subsidium terræ sanctæ: quod videtur esse utilius, quia per hoc votum consequitur homo remissionem peccatorum. Ergo videtur quod votum quo quis se obligavit ad religionis ingressum, non sit ex necessitate implendum.

Sed contra est quod dicitur Eccle. v. 3. *Si quid uovisti Deo, ne moreris reddere: displices enim ei infidelis, & flulta promissio.* Et super illud Psal. lxxv. *Vovete, & reddite Domino Deo vestro,* dicit Glossa (colligitur ex interl. & hab. cap. *Licet de voto, & voti redempt.*) *Vovere voluntati consuluntur; sed post voti promissionem redditio necessario exigitur.*"

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quæst. lxxxviii. art. 1.) cum de voto ageretur, votum est promissio Deo facta de his quæ ad Deum pertinent. Ut autem Gregorius dicit in epistola ad Bonifacium (id hab. Innocen. I. epist. II. ad Vetricium can. xiiii. to. II. Concil. & Zacharias Pp. epist. VI. ad Pipin. cap. xxi. to. VI. Vid. cap. *Viduas* II. xxvii. quæst. I.) *si inter homines bona fidei solent contritus nulla ratione dissolvi; quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigis, solvi sine vindicta non poterit?* Et ideo ad implendum id quod homo uovit, ex necessitate tenetur; dummodo sit aliquid quod ad Deum pertineat.

Manifestum est autem quod ingressus religionis maxime ad Deum pertinet: quia per hoc homo totaliter se mancipat divinis obsequiis, ut ex supra dictis pater (quæst. clxxxvi. art. I.) Unde relinquitur quod ille qui se obligat ad religionis ingressum, teneatur religionem ingredi secundum quod se voto obligare intendit; ita scilicet quod si intendit se absolute obligare, tenetur quam citius poterit, ingredi, legitimo impedimento cessante; si autem ad certum tempus, vel sub certa conditione, tenetur religionem ingredi tempore adveniente, vel conditione existente.

Ad primum ergo dicendum, quod ille

presbyter non fecerat votum solemne, sed simplex. Unde non erat monachus effectus, ut cogi debaret de jure in monasterio remanere, & Ecclesiam dimittere. Tamen in foro conscientiaz esset sibi consulendum, quod omnibus dimissis, religionem intraret. Unde extra de voto, & voti redemptione, cap. *Per tuas, consulitur Episcopo Gratianopolitano, qui post votum religionis Episcoparum assumplerat, voto non impleto, ut si suam funare desiderares conscientiam, regimen Ecclesie resignaret, & redderet Aliissimo vota sua.*

Ad secundum dicendum, quod, sicut supra dictum est (quæst. lxxxviii. art. 3. ad 2.) cum de voto ageretur, ille qui se voto obligavit ad certæ religionis ingressum, tenetur facere quantum in se est, ut in illa religione recipiat: & si quidem intendit se simpliciter ad religionem obligare, si non recipitur in una religione, tenetur ire ad aliam; si vero se intendit specialiter obligare ad unam solum, non tenetur nisi secundum modum obligationis sua.

Ad tertium dicendum, quod votum religionis, cum sit perpetuum, est majus quam votum peregrinationis terræ sanctæ, quod est temporale: & sicut Alexander III. dicit, & habetur extra de voto, & voti redemp. cap. *Scriptura, Reus fructi voti aliquatenus non habetur, qui temporale obsequium in perpetuam noscitur religionis observantiam commutare.* Rationabiliter autem dici potest, quod etiam per ingressum religionis aliquis consequatur remissionem omnium peccatorum. Si enim aliquibus eleemosynis factis, homo potest statim satisfacere de peccatis suis, secundum illud Daniel. IV. 24. *Peccata tua eleemosynis redime;* multo magis in satisfacionem pro omnibus peccatis sufficit quod aliquis se totaliter divinis obsequiis mancipet per religionis ingressum, quæ excedit omne genus satisfactionis, etiam publicæ poenitentiaz, ut habetur in Decr. xxxiii. quæst. I. cap. *Admonere:* sicut etiam holocaustum excedit sacrificium, ut Gregorius dicit super Ezech. (hom. xx. a med.) Unde legitur in vitis Patrum (Lib. VI. libello I. num. 9.) quod eamdem gratiam consequuntur religionem intrantes quam consequuntur baptizati. Si tamen non absolverentur per hoc ab omni reatu paenæ, nihilominus ingressus religionis utilior est quam peregrinatio terra sanctæ, quantum ad promotionem in bonum quæ preponderat solutioni a paenæ.

AP.

A P P E N D I X.

ARTICULUS IV. 911

EX art. habes primo : quomodo per rationem destruas, & quidem a fortiori, eriores *Lutheri* dicentis, quod monachi liberae habent facultatem exeundi a monasteriis & uxorem ducendi, si volunt. Et Joannis *Wicleff* dicentis, ut refertur in *Concilio* infra, quod ingredientes religionem sunt inhabiles ad pervenientum ad regnum cœlorum, nisi apostataverint ab ea. Dixi ly a fortiori: quia eadem ratio, quæ probat, quod post votum simplex tenetur quis ingredi religionem, apertissime profecto comprobatur, quod post votum solemne in religione factum tenetur quis in religione permanere, consequenter, quod non potest tuta conscientia inde exire, nec apostatare, nec uxorem ducere. Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, prædictos errores a fortiori, applicando cum simili discursu nunc facto, merito damnari ab *Eccl. 5. Si quid vorasti*, &c. Item a *Psal. 75. Vovete* &c. ut extenditur in arg. contr. Super quo, scilicet *Vovete*, & redditio *Domino Deo vestro*, inquit & Papa *Inno. III.* quod *primum* ad consilium, *secundum* ad Imperium, refertur, *ext. de voto*, &c. *magna*. Item ab eodem Papa *ibid. c.*, Licet universitas liberum sit arbitrium in vovendo; usque que adeo tamen solutio necessaria est, ut sine proprio salutis dispendio alicui non licet resiliere., Hæc ibi. Item a Concilio *Constantiens* sess. 8. posteaquam expresse Wicleff erroris prædictum narraverat. Item a Concilio *Arelatensi*, & recitatur in Decretis, c. 50. cap. *Hi*, qui post sanctam religionis professionem apostatare, & communione penitus non accipiunt, & quicunque ille sit, ab Ecclesia alienus habeatur. Item a Papa Bonifacio, libro 6. ne clericis vel monachis, cap. *Ut periculosa*. Districtius prohibemus, ne aliquis quamcumque religionem tacite, vel expresse professus in scholis, vel alibi, temere habitum suæ religionis dimittat: si quis autem horum temporarius violator extiterit, excommunicatio incursat sententiam ipso facto., Hæc ibi. Adde notable dictum Concil. *Trid.* sess. 25. de regul. cap. 19. *Nec deuenientia cuiquam regulari occulsi ferendi habendum sue religionis*. Hæc ibi. Item damnatur abunde Wicleff a Veritatibus aureis super totam legem veterem, *Exod. tertio, conclus. 2.* Item *Levit. 11. conclus. 11. & c. 20. conclus. 3.* Item *Lutherus* a supradictis quest. 186. artic. sext. append. *Tertio* vides: quomodo &c. *Summ. S. Tb. Tom. IX.*

Utrum ille qui vovet religionem ingredi, teneatur perpetuo in religione permanere.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod ille qui vovet religionem ingredi, teneatur perpetuo in religione permanere. Melius est enim religionem non ingredi quam post ingressum exire, secundum illud *II. Petr. 11. 21. Melius erat illis veritatem non cognoscere, quam post agnitionem retroire*: & *Luc. xi. 62. dicitur: Nemo mittens manum ad aratum, & respiciens retro, aptus est regno Dei*. Sed ille qui voto se obligavit ad religionis ingressum, tenetur ingredi, ut dictum est (art. præc.) Ergo etiam tenetur perpetuo remanere.

2. Præterea. Quilibet debet vitare id ex quo scandalum sequitur, & aliis datur malum exemplum. Sed ex hoc quod aliquis post religionis ingressum egreditur, & ad seculum redit, malum exemplum, & scandalum aliis generatur, qui retrahuntur ab ingressu, & provocantur ad exitum. Ergo videtur quod ille qui ingreditur religionem, ut votum impleat quod prius fecit, teneatur ibi permanere.

3. Præterea. Votum religionis reputatur votum perpetuum: & ideo temporalibus votis præfertur, ut dictum est (art. præc. ad 3. & quest. lxxxviii. art. 12. ad 1.) Hoc autem non esset, si aliquis, voto religionis emisso, ingredieretur cum proposito exeundi. Videtur ergo quod ille qui vovet religionis ingressum, teneatur in religione etiam perpetuo remanere.

Sed contra est quod votum professionis, propter hoc quod obligat hominem ad hoc quod perpetuo in religione remaneat, præxigit annum probationis; qui non præxigitur ad votum simplex, quo aliquis se obligat ad religionis ingressum. Ergo videtur quod ille qui vovet religionem intrare, propter hoc non teneatur perpetuo ibi remanere.

Respondeo dicendum, quod obligatio voti ex voluntate procedit. Nam *vovere voluntatis est*, ut Augustinus dicit (implic. sup. *Psal. lxxv*, a med. & etiam cap. *Licet*, de voto, & voti redempt.) In tantum ergo fertur obligatio voti, in quantum se extendet voluntas, & intentio voventis. Si erga vovens intendit se obligare non solum ad ingressum religionis, sed etiam ad perpetuo rema-

remanendum , tenetur perpetuo remanere . Si autem intendit se obligare ad ingressum religionis causa experiendi , cum libertate remanendi , manifestum est quod remanere non tenetur . Si vero in votando simpliciter de ingressu religionis cogitavit , absque hoc quod cogitaret de libertate exitus , vel de perpetuitate remanendi , videtur obligari ad ingressum religionis secundum formam juris communis ; quaer est ut ingredientibus detur annus probationis . Unde non tenetur perpetuo in religione permanere .

Ad primum ergo dicendum , quod melius est intrare religionem animo probandi quam penitus non intrare , quia per hoc disponitur ad perpetuo remanendum . Nec tamen intelligitur aliquis retroire , vel respicere , nisi quando pretermittit id ad quod se obligavit ; alioquin quicumque per aliquod tempus facit aliquod bonum opus , si non semper id faciat , esset ineptus regno Dei : quod patet esse falsum .

Ad secundum dicendum , quod ille qui religionem ingreditur , si exeat , praesertim ex aliqua rationabili causa , non generat scandalum , nec dat malum exemplum ; & si alias scandalizatur , erit scandalum passivum ex ejus parte , non autem activum ex parte executantis : quia fecit quod licitum erat facere , & quod expediebat ei propter rationabilem causam , puta infirmitatem , aut debilitatem , aut aliquid hujusmodi .

Ad tertium dicendum , quod ille qui intrat ut statim exeat , non videtur satisfacere voto suo , quia ipse in votando hoc non intendit : & ideo tenetur mutare propositum , ut saltem velit experiri an ei expadiat in religione remanere ; non autem tenetur ad perpetuo remanendum .

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem ostendas , merito insinuatum fuisse a scripturis , & Papa , quod ille , qui votit ingredi religionem , non tenetur (nisi aliud intenderit ipse) perpetuo remanere ibi . A Papa quidem *Innocentio IV.* per hoc , quod statuit , dari indifferenter omnibus religionem ingredientibus unum annum probationis , ut scilicet ex ipsa rerum in religione servatarum experientia probent scipios , utrum possint ibi perpetuo remanere , vel non . Ex hoc enim manifestum fit , quod Papa per illud statutum sic indifferenter datum , quasi scholastice locutus , in proposito dixit , quod ingrediens

religionem ex voto non tenetur (nisi aliud intenderit votando) permanere ibi perpetuo . A Scripturis vero idipsum insinuat per hoc , quod vota conditionata admittunt . Ut *Numer. 21* . Israel voto se obligans Dominum , ait : *si tradideris populum &c. delebo urbes* . Ac si dicat , adveniente conditione , quod tu tradas populum in manus meas , ego delebo urbes : aliter ad ipsas delendas non sum obligatus : & hoc ideo , quia secundum formam voti mei ego sic non obligavi meipsum . Ex hoc igitur propositum nostrum demonstrat Scriptura , quod scilicet faciens votum ingrediendi religionem non tenetur ibi perpetuo remanere hoc ideo , quia secundum formam voti sui non sic obligavit seipsum . Quamvis enim absolutum fuerit votum ejus quoad ingredi , non tamen fuit absolutum , sed conditionatum (ut supponitur) saltem virtualiter , quantum ad remanere ibi perpetuo . Experiar (inquit) religionem : & si mibi placuerit , ibi remanebo , si au tem non . Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S V . 912

*Utrum pueri sint recipiendi
in religione.*

*Sup. quest. lxxxviii. art. 8. ad 2. &
art. 9. corp. & quol. iii. art. ii.
& quoi. iv. art. & opus.
xvii. cap. iii.*

AD quintum sic proceditur . Videtur quod pueri non sint recipiendi in religione . Quia extra , de regularibus , & transiuntibus ad religionem dicitur (cap. i.) *Nullus romdeatur , nisi legitima etate , & spontanea voluntate* . Sed pueri non videntur habere legitimam etatem , nec spontaneam voluntatem , quia non habent perfecte usum rationis . Ergo videtur quod non sint in religione recipiendi .

2. Præterea . Status religionis videtur esse status penitentiaz : unde & religio dicitur a religando , vel a reeligendo , ut *Augustinus* dicit *X. de civit. Dei* (cap. iv. ante med. & Lib. de vera relig. sub fin.) Sed pueris non convenit penitentia . Ergo videtur quod non debeant religionem intrare .

3. Præterea . Sicut aliquis obligatur juramento , ita & voto . Sed pueri ante annos quatuordecim non debent obligari juramento , ut habetur in *Decr. xxii. quest. v. cap. Paeni* , & cap. *Honestum* . Ergo videtur quod nee

ne etiam sint voto obligandi.

4. Præterea. Illicitum videtur obligare aliquem tali obligatione quæ posset iuste irritari. Sed si aliqui impuberis obligant se religioni, possunt retrahi a parentibus, vel tutoribus: dicitur enim in Decr. xx. quæst. 11. (cap. 11.) quod si puer ante duodecim annos sponte sua sacrum velamen assumperit, possunt statim parentes ejus, vel tutores id factum irritum facere, si voluerint. Illicitum est ergo pueros, præsertim ante annos pubertatis, ad religionem recipere, vel obligare.

Sed contra est, quod dicit Dominus Matth. xix. 14. *Sinete parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire: quod exponeas Origenes super Matth. (tract. vii. versus fin.)* dicit (1), quod „discipuli Jesu, priusquam discant rationem iustitiz, reprobent eos qui pueros, & infantes offerunt Christo. Dominus autem exortatur discipulos suos condescendere utilitatibus puerorum. „Hoc ergo attendere debemus, ne aestimatione sapientiaz excellentioris contemnamus, quasi magni, pusillos Ecclesiaz, prohibentes pueros venire ad Jesum.“

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. 2. hu. quæst. ad 1.) duplex est religionis votum. Unum simplex, quod constitut in sola promissione Deo facta, quæ ex interiori mentis deliberatione procedit: & hoc votum habet efficaciam ex jure divino. Quod tamen dupliciter impediri potest. Uno modo per defectum deliberationis; ut patet in furiosis, quorum vota non sunt obligatoria, ut habetur extra, de regularibus, & transiuntibus ad religionem, cap. *Sic uero*. Et eadem est ratio de pueris qui nondam habent debitum usum rationis, per

quem sint doli capaces: quem quidem puer habent ut frequentius circa quartuaginta annum, pueræ vero circa duodecimum, qui dicuntur anni pubertatis: in quibusdam tamen anticipatur, & in quibusdam tardatur secundum diversam dispositionem naturæ. Alio modo impeditur efficacia simplicis voti, si aliquis Deo voveat qui non est propriæ potestatis; puta si servus etiam usum rationis habens voveat se religionem intrare, aut etiam ordinetur ignorante domino: potest enim hoc dominus revocare, ut habetur in Decr. dist. l. v. cap. *Si servus*. Et quia pueri, vel pueræ infra pubertatis annos naturaliter sunt in potestate patris quantum ad dispositionem suæ vita, poterit pater votum eorum revocare, vel acceptare, sibi placuerit, ut expresse dicitur de muliere Num. xxx.

Sic ergo si puer ante annos pubertatis simplex votum emittat, antequam habeat plenum usum rationis, non obligatur ex voto; si autem habeat usum rationis ante annos pubertatis, obligatur quidem, quantum in se est, ex suo voto; tamen potest obligatio removeri per autoritatem patris, in cuius potestate adhuc existit: quia ordinatio legis, qua unus homo subditur alteri, respicit id quod in pluribus accidit. Si vero annos pubertatis excedat, non potest revocari auctoritate parentum; si tamen nondum haberge plenum usum rationis, non obligaretur quoad Deum.

Aliud autem est votum solemne (2) quod facit monachum, vel religiosum: quod quidem subditur ordinationi Ecclesiaz propter solemnitatem, quam habet annexam. Et quia Ecclesia respicit id quod in pluribus est, professio ante tempus pubertatis facta, quantumcumque aliquis habeat usum rationis plenum

X x 2 vel

(1) Non eadem serie sic ad verbum continuata sed plenus & sparsim in hunc modum: *Simpliciores quidem & quasi puerilem sensum ac sermonem habentes & similem lati quo novissiæ nutritiuncæ, intelliguntur esse Doctores qui offerunt Salvatori puer & infantes: His autem offerentibus Salvatori bujusmodi pueros & infantes, tñest novitios fidei & minus adhuc eruditos: ita quæ videntur esse perfectiores Doctoribus illis simplicioribus & ideo sunt discipuli Jesu, priusquam discant rationem iustitie (id est quam justæ offerantur) de pueris & infantibus talibus reprobant eos qui simpliciter docent & per simplicem doctrinam pueros ac infantes offerunt Christo: Tum inferius: Post hoc Magister & Salvator cohortans discipulos jam viros constitutos condescenderet utilitatibus puerorum, ut fiant pueris quasi pueri, & sic pueros lucerentur, dicit Jesus, Talium*

est enim regnum calorum: Et iterum paulo post: Hac ergo diligenter debemus &c. ubi hic in textu...

(2) De sola extrinseca solemnitate juxta exigentiam propositi loqui videtur, cum ordinationi Ecclesia subi eam subjungit; puta quod hoc aut illo modo & in minore vel majori aetate fiat: Alioqui quod intrinseca solemnitas quæ perpetuitatem voti religiosi facit, non subdatur ordinationi Ecclesiaz ut arbitrio ejus immutetur, expresse constanterque defendit quæst 88. art. 11. quia voto per monasticam professionem solemnizato continentia essentialiter est annexa; quamvis in voto quod per susceptionem sacri ordinis tantum solemnizatur, possit valde dispensari. quia tali solemnitati non essentialiter & ex natura rei sed ex adjuncto tractum & solo Ecclesia statuto annexatur continentia: ut videre est ibi.

vel sit doli capax, non habet suum effectum ut faciat profitentem jam esse religiosum. Et tamen licet ante pubertatis annos profiteri non possit, possunt tamen cum voluntate parentum in religione recipi, ut nutriantur ibidem; sicut de Joanne Baptista legitur Lucas 1. 8o. quod puer crescebat, & conformatus spiritu, & erat in deservi. Unde, sicut Gregorius dicit in II. Dialog. (cap. 111. in fin.) *B. Benedictio Romani nobiles suos filios omnipotenti Deo nutriendos dare cooperantur: quod est valde expediens, secundum illud Thren. 111. 27. Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua.* Unde & communi consuetudine pueri applicantur illis officiis, vel artibus in quibus sunt vi-tam acturi.

Ad primum ergo dicendum, quod legitima aetas ad hoc quod aliquis rondeatur cum voto solemnis religionis, est tempus pubertatis, in quo homo potest uti spontanea voluntate; sed ante annos pubertatis potest esse legitima aetas ad hoc quod aliquis rondeatur in religione nutriendus.

Ad secundum dicendum, quod religionis status principaliter ordinatur ad perfectionem consequendam, ut supra habitum est (quæst. clxxvi. art. 1. ad 4.) & secundum hoc convenit pueris, qui de facili inducuntur: ex consequenti autem dicitur esse status paenitentiarum, in quantum per observantiam religionis peccatorum occasiones tolluntur, ut supra dictum est (quæst. clxxvii. art. 9.)

Ad tertium dicendum, quod pueri sicut non coguntur ad jurandum, sicut Canon (1) dicit, ita non coguntur ad votendum. Si tamen voto, vel juramento se adstrinxerint ad aliquid faciendum, obligantur quoad Deum si habeant usum rationis; sed non obligantur quoad Ecclesiam ante quatuordecim annos.

Ad quartum dicendum, quod Num. xii. non reprehenditur mulier in puellari aetate constituta, si voeat absque consensu parentum; potest tamen revocari a parentibus: ex quo patet quod non peccat votando; sed

intelligitur se voto obligare, quantum in se est, absque prejudicio autoritatis paternæ.

A P P E N D I X .

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & recte intelligas, merito insinuatum suisse a scripturis, quod pueri laudabiliter ad religionem offeruntur, & recipiuntur. Ut Matth. 19. secundum quod cum expositione Origenis extenditur in argument. contr. Item per hoc a simili, quod dicitur Proverb. 20. *Ex studiis suis intelligitur puer.* Vide textum corpor. fin. Item per dictum Prov. 23. *Noli subtyabore a puero disciplinam.* Vide textum supr. Item a 1. Reg. 1. per hoc, quod & puerulus adhuc offertur Samuel ad serviendum Domino sub custodia sacerdotis Heli; & de eo dicitur cap. 2. *Samuel ministrabat ante faciem Domini puer accinctus Ephod ligneo:* & servitum ejus in tali aetate, atque in tali loco placere Domino, ratione familiaris vocationis, revelationis, allocutionisque, ostenditur cap. 3. Item per locum ab oppositis (ut inde vel confusione percussi emendentur in bonum aliqui christiani) per hoc, quod dicitur in Ps. 105. „Immolaverunt filios suos, & filias suas de moniis: & effuderunt sanguinem innocenter, sanguinem (notis in empbasim) filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificaverunt sculptilibus Chianaam: „Ceterum de hoc diffusus vide, ubi nunc infra. Item a Num. 3. *Masculum omnem de filiis Levi ab uno mense,* & supra. Ubi vide Verit. aureas super totam legem veterem cap. eodem, concl. 4. Secundo ex praedictis habes: quomodo per rationem articuli, tum per Scripturas, destruas, & quidem a fortiori (cum offerri monasterio non sit omnino necessarium ad salutem, sicut baptizari) hæresim Anabaptistarum dicentium: Melius esse omittere baptismum, quam pueros sine fide, idest non credentes baptizare. Et Publicanorum dicentium: baptizandos non esse parvulos, donec intelligibilem, & rationis capacem aetatem

(1) Uterque ille in argumeto indicatus; Canon enim Pueri ex Concilio Eliberitano (vel secundum Burchardi notationem Hibernensi) Pueri, inquit, ante annos quatuordecim non cogantur jurare: Moxque subiungit quod ad posteriorem solutionis partem spectat: *Puella quoque se in puerili aetate sita in domo patris, illo nesciente juramento se confirmaverit, & pater ejus statim ut audierit contradixerit, vota ejus & iuramenta irrita erunt:* Canon autem Hone-

sum primam partem dumtaxat habet ex Cornelio Papa, quod honestum videtur ut pueri ante annos quatuordecim non congregantur jurare; ut fert antiqua inscriptio Decreti quæ sub nomine Cornelii sic refert. Sed moderni Appendix addit ex libro 1. Capitularium Carolinorum cap. 63. sumptum est, licet Canonum Collectores ex Cornelio passim citent, ac nominant Ivo parte 12. cap. 69.

tem attigerint. Et Henricani dicentis; quod baptisma nihil prodest parvulis, eo, quod fidem habere nequeant usu rationis carentes. Ceterum in proprio loco de Sacramento Baptismi vide illas directius, efficaciusque condemnatas, scilicet 3. par. quest. 68. art. 8. cum Elucid. ubique. Tertio vides: quomodo &c.

ARTICULUS VI. 913

Utrum propter obsequium parentum debeat aliquis retrahiri ab ingressu religionis.

Svp. quest. cl. art. 4. ad 3. & 4. & III. dist. xxxviii. quest. ii. art. 4. quest. 2. ad 2. & quol. iii. art. 16. & quol. x. art. 9. & Matth. xv.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod propter obsequium parentum debeant aliqui retrahiri ab ingressu religionis. Non enim licet prætermittere id quod est necessitatis, ut fiat id quod est liberum voluntati. Sed obsequi parentibus cadit sub necessitate præcepti, quod datur de honoratione parentum Exod. xx. unde & Apostolus dicit 1. ad Tim. v. 4. *Si qua vidua filios, aut nepotes habet, discat primum domum suam regere, & mutuum vicem reddere parentibus. Ingredi autem religionem est liberum voluntatis.* Ergo videtur quod non debet aliquis prætermittere parentum obsequium propter religionis ingressum.

2. Præterea. Major videtur esse subjectio filii ad patrem quam servi ad dominum: quia filiatione est naturalis, servitus autem ex maledictione peccati, ut patet per Gen. ix. Sed servus non potest prætermittere obsequium domini sui, ut religionem ingrediatur, aut sacram ordinem assumat, sicut habetur in Decr. dist. iv. cap. *Si servus.* Ergo multo

minus potest filius obsequium patris prætermittere, ut ingrediatur religionem.

3. Præterea. Majori debito obligatur aliquis parentibus quam his quibus debet pecuniam. Sed illi qui debent pecuniam aliquibus, non possunt religionem ingredi: dicit enim Gregorius in Regist. (Lib. VII. indict. i. epist. xi.) & habetur in Decr. dist. iiii. (cap. Legem,) quod *bi qui sunt rationibus publicis obligati, quando pesunt monasterium, nullo modo suscipiendi sunt, nisi prius a negotiis publicis fuerint absoluti.* Ergo videtur quod multo minus filii possunt religionem ingredi, prætermisso paterno obsequio.

Sed contra est quod Matth. iv. 22. dicitur, quod *Jacobus, & Joannes, relictis rebus, & patre, secuti sunt Dominum.* Ex quo ut Hilarius dicit (can. iiii. in Matth. non procul a fin.) *doceamus Christum secuturi, & secularis vita sollicitudine, & paterna domus consuetudine non teneri.* (1)

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (quest. cl. art. 2. ad) cum de pietate ageretur, parentes habent rationem principii, in quantum hujusmodi: & ideo per se eis convenit ut filiorum curam habeant. Et propter hoc non licet (2) alicui filios habenti religionem ingredi, omnino prætermisa cura filiorum, id est non proviso qualitate educari possint. Dicitur enim 1. ad Tim. vii. 8. quod *si quis suorum curam non habet, si dem negavit, & est infideli deterior* (3).

Per accidens tamen parentibus convenient ut & filii adjuventur, in quantum scilicet sunt in necessitate aliqua constituti. Et ideo dicendum est, quod parentibus in necessitate existentibus, ita quod eis commode aliter quam per obsequium filiorum subveniri non possit, non licet filii, prætermisso parentum obsequio, religionem intrare. Si vero non sint in tali necessitate ut filiorum obsequio multum indigeant, possunt, prætermisso parentum obsequio, filii religionem intrare etiam

(1) Ut in originali textu Hilarii & in ipsomet Summe Manuscripto habetur, quasi dicat non resineri vel desineri: Pro quo inepit passim in impressis, non constineri.

(2) Cur positum antea, non liceres quamvis non valde refert utrumlibet ponatur.

(3) Ubi Theodoretus: *Hoc de matribus dixit ac de filiis (inquit). Oportet enim a matribus filios ali aquae ad pietatem educeri: Oportet quoque illos matribus obsequium congruum exhibere, puta si indigant, eas alendo &c. Et Chrysostomus hom. 14. in eum locum: Qui suorum, hoc est genere, ad se*

pertinensium, curam non habet, est infideli deterior. Nam si propinquos aspernetur, quomodo erit in alienis clemens? Nonne omnium iudicio vanæ gloria obnoxius astimabitur si alienos beneficis fovens, propinquos ratione summa inmanisata despiciat? Numquid Gentiles decens Christianos absque affectione sita esse qui suos ita spernunt? Sic plane infidelis recte dicitur deserter quisquis etatis est: Cur id? Quia tametsi alienos despiciat infidelis, non tametsi aspernetur propinquos nec deserbit: Utique qui sic despiciat vel sic deserbit suos, divinas leges ac nascue iuris violas, &c.

iam contra præceptum parentum : quia post annos pubertatis quilibet ingenuus libertatem habet quantum ad ea quæ pertinent ad dispositionem sui status , præteritum in his quæ sunt divini obsequii : & ^(*) magis est obtemperandum Patri spirituum , ut vivamus , quam parentibus carnis , ut Apostolus dicit ad Hebr. xii. 9. Unde Dominus , ut legitur Matth. viii. & Lucæ ix. reprehendit discipulum , qui nolebat eum statim sequi in itinere paternæ sepulturæ : erant enim alii per quos illud opus impleri poterat , ut Chrysostomus dicit (hom. xviii. in Matth. a med.)

Ad primum ergo dicendum , quod præceptum de honoratione parentum non solum se extendit ad corporalia obsequia , sed etiam ad spiritualia , & ad reverentiam exhibendum . Et ideo etiam illi qui sunt in religione , implere possunt præceptum de honoratione parentum , pro eis orando , & eis reverentiam , & auxilium impendendo , secundum quod religiosos decet : quia etiam illi qui in seculo vivunt , diversimode parentes honorant secundum eorum conditionem .

Ad secundum dicendum , quod quia servitus est in pœnam peccati inducta , ideo per servitutem aliquid admittitur homini quod alias ei competet , ne scilicet libere de sua persona possit disponere : servus enim id quod est , domini est . Sed filius non patitur detrimentum ex hoc quod subjectus est patri , quin possit de sua persona libere disponere , transferendo se ad obsequium Dei : quod maxime pertinet ad hominis bonum .

Ad tertium dicendum , quod ille qui est obligatus ad aliquid certum , non potest illud licite prætermittere , facultate existente . Et ideo si aliquis sit obligatus ut alicui rationem ponat ⁽¹⁾ , vel ut certum debitum reddat , non potest hoc licite prætermittere , ut religionem ingredietur . Si tamen debeat aliquam pecuniam , & non habeat unde reddat , tenetur facere quod potest , ut scilicet cedat bonis suis creditor . Propter pecuniam autem persona liberi hominis secundum iura civilia (Lib. Ob es , cap. de actionib. & obligation. in Syntagma Juris , Lib. XIV. cap. iii. num. 12.) non obligatur , sed so-

lum res ⁽²⁾ quia persona liberi hominis superat omnem estimationem pecunie . Unde licite potest , exhibitis rebus suis , religionem intrare : nec tenetur in seculo remanere , ut procuret unde debitum reddat . Filius autem non tenetur ad aliquod speciale debitum patri , nisi forte in casu necessitatis , ut dictum est (in corp. art.)

A P P E N D I X.

EX art. habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & recte intelligas , merito insinuatum fuisse a scripturis , quod homo laudabiliter potest relicitis parentibus tranfire ad religionem . Ut a Matthe. 4. secundum quod cum B. Hilario extenditur in arg. con. Item per id , quod dicitur cap. 19. *Omnis , qui reliqueris patrem , aut matrem propter nomen meum , centuplum accipiet , & viam eternam possidebit* . Ibi enim loquitur Dominus de sequela quoad religionem non solum Christianam communem , sed etiam , Christianam particulariem , pata Sanctorum Dominic , Francisci , &c. quoniam Petro de sequela quoad religionem rerum omnium , quod religiorum particularium est , præinterroganti respondendo loquitur . Secundo vides ; quomodo &c.

A R T I C U L U S VII. 914

Urum presbyteri curati possint licite religionem ingredi .

*Sup. quest. clxxxiv. art. 3. & opus.
XVIII. cap. XXV.*

AD septimum sic proceditur . Videtur quod presbyteri curati non possint licite religionem ingredi . Dicit enim Gregorius in Pastor. (par. iii. cap. 1. admonit. 5. parvum a princ.) quod ille qui curam animarum suscipit , terribilitatem admonetur , cum dicitur : *Fili mi , si sponderis pro amico tuo , defixisti apud extraneum manum tuam : & subdit : Spondere namque pro amico , est alienam animam in periculo sua conversationis accipe-*

^(*) Vulgata : Non multo magis obtemperabimus Patri spirituum , & vivemus ?

(1) Passivo sensu pro persolvet : Activo enim sensu rationem alteri ponit vel cum altero qui emis adolvendum obligat , ut Matth. 18. vers. 23.

(2) Ex Codice Justiniani , lege Ob as , de ast. lib. 4. tit. 10. refert Syntagma Juris lib. 14. cap. 3. n. 12. ne persone libere ob es alium seruos fiant : Quantumvis olim usitatum fuisset contrarium , ut lib. 4. Regunt cap. 4. videre ast .

(1). Sed ille qui obligatur homini pro aliquo debito , non potest intrare religione , nisi solvat id quod debet , si possit . Cum ergo sacerdos possit curam animarum agere , ad quam se obligavit in periculum anima sua , videtur quod non licet ei , praetermissa cura animarum , religionem intrare .

2. Præterea . Quod uni licet , pari ratione omnibus similibus licet . Sed si omnes presbyteri habentes curam animarum religionem intrarent , remanerent plebes absque cura parvorum : quod esset inconveniens . Ergo videtur quod presbyteri curati non possint licite religionem intrare .

3. Præterea . Inter actus ad quos religiones ordinantur , præcipui sunt illi quibus aliquis contemplata aliis tradit . Hujusmodi autem actus competunt presbyteris curatis , & Archidiaconis , quibus ex officio competit prædicare , & confessiones audire . Ergo videtur quod non licet presbytero curato , vel Archidiacono transire ad religionem .

Sed contra est quod in Decr. xxii. quest. xi. cap. *Dua sunt leges* , dicitur : *Si quis clericorum in Ecclesia sua sub Episcopo populum retinet , & seculariter vivit , si effatus Spiritu sancto in aliquo monasterio , vel regulari canonica (2) se salvare voluerit , etiam Episcopo suo contradicente , eat liber nostra auctoritate .*

Respondeo dicendum , quod , sicut supra dictum est (art. 3. hu. quest. ad 3. & quest. lxxxviii. art. 12. ad 1.) obligatio voti perpetui præfertur omni alii obligationi . Obligari autem voto perpetuo , & solemnii ad vacandum divinis obsequiis , competit proprio Episcopis , & religiosis . Presbyteri autem curati , & Archidiaconi non obligantur voto perpetuo , & solemnii ad curam animarum retinendam , sicut ad hoc obligantur Episcopi . Unde Episcopi præsulatum non

possunt deferere quacunque occasione , absque autoritate Romani Pontificis , ut habeatur extra de reg. & transeuntibus ad relig. cap. *Licer*. Archidiaconi autem , & presbyteri curati possunt libere abrenuentare Episcopo curam eis commissam , absque speciali licentia Papæ , qui solus potest in votis perpetuis dispensare . Unde manifestum est quod Archidiaconis , & presbyteris curatis licet ad religionem transfire .

Ad primum ergo dicendum , quod presbyteri curati , & Archidiaconi obligaverunt se ad curam agendum subditorum , quamdiu retinent Archidiaconatum , vel parochiam ; non autem obligaverunt se ad hoc quod perpetuo Archidiaconatum , vel parochiam teneant .

Ad secundum dicendum , quod , sicut Hieronymus dicit (3) contra Vigil. (cap. vi. in princ. & incipit , *Multa in orbe* ,) *Quamvis a te lingua viperae morsus servissimis patientur , scilicet Religiosi , quibus argumentaris , & dicis : Si omnes se clauerint , & fuerint in solitudine , quis celebrabit Ecclesias ? quis seculares homines lucifaciet ? quis peccantes ad virtutes poterit exhortari ? Hoc enim modo si omnes secum fatui sint , sapiens esse quis poterit ? Et virginitas non erit approbanda : si enim virgines omnes suerint , & nuptie non fuerint (4) , interibit genus humanum . Rara est virtus , nec a pluribus appetitur . Pater ergo quod hic timor stultis est ; putasi aliquis timeret haurire aquam , ne flumen desiceret (*) .*

A P P E N D I X.

EX art. habes primo : quonodo per rationem ostendas , merito insinuatum fuisse a scripturis , & canonibus , quod archidiaconi , & presbyteri curati possunt licite religio-

nem

(1) Sic etiam in Gregorii textu ac in ipsomet Summa manuscripto quasi dicat in periculo vita sua que satius communiter per conversationem significari solet : Alioquin legendum suspicaret , in periculo sua conservationis : quasi dicat periclitari salutem ejus vel conservationem nisi & amici salutem pro qua fe obligavit , procuret : Hinc subiungit quod apud extraneum defigit manus , quia scilicet ad curam sollicitudinis que ante deeras mens ligatur .

(2) Ut hoc loco uniformiter Exemplaria Summa legunt & ex Decreti textu emendato indubitan legi debet ; licet ibidem ad marginem adjiciatur , alias canonica , quia sic in antiquo Decreti textu legebatur ; corruptissime tamen : Quid est enim regulari canonica ? Nec felicius quest. 184. art. 8. argum.

Sed contra putaverat aliquis reponendum *regula canonica* ut iam ibidem notavimus ; Tametsi canonica Regula quoddammodo Regularibus canonice appropriata videatur cap. Statutus Causa 19. qu. 3. ut & cap. Nullus Abbas ibidem , cum professo canonica vocatur .

(3) Vel sic . *Nec a suo studio Monaci deterrendi sunt a te lingua viperae & mortu[m] servissimo de quibus argumentaris &c. ut versus finem videre est .*

(4) Sive iterum phrasl paulum immutata : *Si enim omnes virgines fuerint nuptie non erunt &c.*

(*) Deest solutio ad tertium in ms. & edit. omnibus . Edit. Peruv. Ad tertium patet solutio ex diuersis : quod verissimum est .

nem ingredi. A Canonibus quidem, ut in arg. con. A scripturis vero, ut Eccl. 8. Non est in hominis potestate prohibere spiritum. Quando scilicet ad meliorem frugem impellit. Item 1. Thess. 5. Spiritum nolite extinguere. Ne scilicet computemini inter illos, quibus, optime exprobrando, dixit B. Stephanus Act. 7. Vos semper Spiritui sancto resistitis. Secundo vides: quomodo &c.

ARTICULUS VIII. 915

Utrum liceat de una religione transfire ad aliam.

- IV. dist. xxvii. quest. 1. art. 3. quest.
1. & III. dist. xxxviii. quest.
1. art. 4. quest. 4. ad 2.

AD octavum sic proceditur. Videtur quod non liceat de una religione transfire ad aliam, etiam arctiorem. Dicit enim Apostolus ad Hebr. x. 25. Non deserentes collectiōnem nostram, sicut est consuetudinis quibusdam: Glossa (1) qui scilicet vel timore persecutionis cedunt, vel propria præsumptione ne a peccatoribus, vel imperfectis, ut justi videantur, recedunt. "Sed hoc videtur facere qui de una religione transirent ad aliam perfectiorem. Ergo videtur hoc esse illicitum.

2. Præterea. Professio monachorum est arcta quam professio regularium canonicorum, ut habetur extra, de statu monach. & can. reg. cap. Quod Dei timorem. Sed non licet alicui transire de statu canonicorum regularium ad statum monachorum: dicitur enim in Decr. xix. quest. 111. (cap. 11.) Mandamus (2), & universaliter interdicimus, ne quis canonicus regulariseret professus, nisi (quod absit) publice lapsus fuerit, monachus efficiatur. Ergo videtur quod non liceat alicui

transire de una religione ad aliam maiorem.

3. Præterea. Tandiu obligatur aliquis ad implendum quod vovit, quamdui potest licite illud implere; sicut si aliquis vovit continentiam servare, etiam post contractum matrimonium per verba de presenti, ante carnalem copulam tenetur implere votum, quia hoc potest facere religionem intrando. Si ergo aliquis licite potest transire de una religione ad aliam, tenebitur hoc facere, si ante hoc voverit existens in seculo: quod videtur esse inconveniens, quia ex hoc plerumque scandalum generari posset. Ergo non potest aliquis religiosus de una religione transire ad aliam arctiorem.

Sed contra est quod dicitur in Decr. xx. (3) quest. iv. (cap. 1.) Virgines sacrae si pro lucro anime sue propter districtiorem vitam ad aliud monasterium pergere disposerunt, ibique commanere decreverunt, sancta Synodus concedit: & eadem ratio videtur esse de quibuscumque religiosis. Ergo potest aliquis licite transire de una religione ad aliam.

Respondeo dicendum, quod transire de religione, ad religionem, nisi propter magnam utilitatem, vel necessitatem, non est laudabile: tum quia ex hoc plerumque scandalizantur illi qui relinquuntur: tum etiam quia facilius proficit aliquis in religione quam consuevit, quam in illa quam non consuevit, ceteris paribus. Unde in collationibus Patrum (collat. xiv. cap. v. in princ.) Abbas Nesteros (4) dicit: Unicuique uile est secundum propositum quod elegit, ut summo studio, ac diligentia ad operis arrepti perfectionem pervenire fistinet, & nequam a sua, quam elegit semel, professione discedat. Et postea subdit (cap. vi.) rationem assignans: Impossibile namque est unum & eundem bonum simul universis fulgere virtutibus: quas si quis valuerit pariter affectare, in id incidente cum necesse est, ut dum omnes sequitur, nullam

(1) Vel interlinearis moderna seu impressa, vel vetus manuscripta collateralis nomine Ambrosii; nec apud eum tamē sed Lombardum occurrit.

(2) Est initium capituli Causa illa 19. quod sine ullo speciali titulo ex Urbano II. prænotatur: Statuimus quod ad Abbatem Sancti Rufi (ex congregatiōne Canonicorum Regularium inscribitur,) idem fieri vetat otiam districtioris Religionis obtentu seu prætextu, cum ea tamē modificatione quam in solutione S. Thomas indicat.

(3) Supple ut prius Causa, ubi caput istud Virgines velut ex Concilio Triburensi cap. 25. indicatur; & etiam Ivo part. 7. cap. 42. refert: In Concilio

tamen Triburensi quod ad annum 895. sub Formofi Pontificatu habitum est, sic tantum de Monachis a proprio Monasterio exentiibus: Monachus pro lucro anime a suo Monasterio exire & aliud intrare permittitur. Sed quidni ad Virgines vel Moniales, ut hic, extendi possit?

(4) Jam semel & iterum sic legi oportere indicatum est, sicut originalis textus legit; non vel Neforius ut inepite aliqua legunt Exemplaria, vel Neforius ut alia ineptissime: Præterquam quod in sequentibus verbis ex cap. 6. desumptis legunt fulciri pro fulgere, ut in Coloniensi patet.

nullam integrę consequatur. Diversæ enim religiones præminent secundum diversa virtutum opera.

Potest tamen aliquis landabiliter de una religione transire ad aliam , triplici ex causa . Primo quidem zelo perfectioris religionis : quz quidem excellentiā , ut supra dictum est (quāt. p̄r̄c. art. 6.) non attendit secundum solam (*) arctitudinem , (1) sed principaliter secundum id ad quod religio ordinatur , secundario vero secundum discretionem observantiarum debito fini proportionatarum . Secundo propter declinationem religionis a debita perfectione ; puta si in aliqua religione arctiori incipient religiosi remissius vivere , laudabiliter transit aliquis ad religionem etiam minorēm (2) , si melius observetur . Unde in collationibus Patrum (collat. xix. cap. iiii. v. & vi.) Abbas Joannes de seipso dicit , quod a vita solitaria , in qua professus fuerat , transit ad imparem , scilicet eorum qui vivunt in societate , propter hoc quod vita eremitica coepit declinare , & laxius observari . Tertio propter infirmitatem , vel debilitatem ; ex qua interdum provenit quod non potest aliquis arctioris religionis statuta servare , posset autem servare statuta religionis laxioris .

Sed in his tribus casibus potest esse differentia . Nam in primo casu debet quidem propter humilitatem licentiam petere , quz tamen ei negari non potest , dummodo constet illam religionem esse arctiorem . Si vero de hoc probabiliter dubitetur , est in hoc superioris judicium requirendum , ut habetur extra , de regularibus , & transeuntibus ad religionem , cap. *Licit* . Similiter requiritur superioris judicium in secundo casu : In tertio vero casu (**) etiam est necessaria dispensatio .

Ad primum ergo dicendum , quod illi qui

Summ. S. Tb. Tom. IX.

ad arctiorem religionem transeunt , non faciunt hoc præsumptuose , ut justi videantur , sed devote , ut justiores fiant .

Ad secundum dicendum , quod utraque religio , scilicet monachorum , & canonicorum regularium , ordinatur ad opera vite contemplatiæ : inter quæ præcipua sunt ea quæ aguntur in divinis mysteriis : ad quæ ordinatur directe ordo canonicorum regularium , quibus per se competit quod sint clerici religiosi . Sed ad religionem monachorum non per se competit ut sint clerici , ut habetur in Decr. xvi. quæst. i. (cap. *Nemo perficit* , & cap. *Alia causa* .) Et ideo quavis ordo monachorum sit arctioris observantia , si monachi essent laici , liceret transire ab ordine monachorum ad ordinem canonicorum regularium , secundum illud Hieronymini ad Rusticum monachum (epist. iv. aliquant. a med.) *Sic vive in monasterio , ut clericas esse merearis* : non autem è converso , ut habetur in Decr. xvi. quæst. ii. in decr. inducto . Sed si monachi sint clerici sacris mysteriis obsequentes , habent id quod est canonicorum regularium cum majori arctitudine : & ideo transire licitum erit de ordine canonicorum regularium ad ordinem monachorum , petita tamen superioris licentia , ut dicitur xix. quæst. iii. cap. *Statuimus* .

Ad tertium dicendum , quod votum solleme , quo quis obligatur minori religioni , est fortius quam votum simplex , quo quis astringitur majori religioni . Post votum enim simplex si contraheret aliquis matrimonium , non dirimeretur , sicut post votum sollemnem . Et ideo ille qui jam professus est in minori religione , non tenetur implere votum simplex , quod emisit de intrando religionem majorem .

Y y A P.

(*) *Ius ms. & edisi passim. Al. altitudinem.*

(1) *Sive observantiam arctiorem vel strictiorem disciplinam* : Non sicut prius in quibusdam impreßis , ut in Parisiensis quod ad manum est , restitutinem .

(2) *Minorem legi debere suspicarer* , ut arctiori opponeretur , nisi obstante sequentia ubi Joannes Abbas interrogatus quam ob causam relata Eremi libertate & illa sublimi professione que cum praecursoris ejusdem vita utris fama celebraverat . Canobii jugum subire maluisse respondet se veluti sublimitate sanctæ perfectionis indignum ad juniorum schoolas revertisse ; quia molles est devorum in minoribus quam indevorum in majoribus professionibus inveniri potesta vero cap. 5. causam alias reddit (hic indicatam) quod cum major numerus fratrū habitationem illius solitudinis expetere cœpisset ac Eremi

conquista libertate non modo ignem illum divisa contemplationis frigescere fecisset sed multum media etiam carnalium seruare vinculis impeditus . elegit ipsa hujus (cœnobiticæ) uinculaque implere propositum quam in illa professione iam sublimi carnalium necessarium provisio corporis ; ut id quod sibi de illa theorica sublimitate subterbitur , obedientie subjectione compensetur : Quippe , ut & mox addit: miserum est cuiuslibet studii disciplinam quæpiam profiteretur & ad perfectionem ejus minime pervenire . Porro triginta primum annis in Cœnobia jam vixerat ac in Eremum nondum frequenter ab aliis inhabitatis transferat . Ubi viginti annis in quiete transtulit propter causam prædictam inde recedendum patavita .

(**) *Ius ms. & edisi posteriores. Al. docti etiam.*

A P P E N D I X .

EX art. habes primo : quomodo per rationem & ostendas , & recte intelligas , merito fuisse insinuationem a scripturis , & canonibus ; quod potest quis transire de una religione ad aliam perfectiorem . A canonibus quidem , ut in art. 7. append. Item per hoc , quod B. Joannes Baptista audientibus discipulis de Christo dixit Joan. 1. Ecce Agnus Dei . Intendebat enim inter alia per haec verba incitare discipulos suos ad transferendum se ipsis a suo discipulatu ad discipulatum Christi perfectiorem . Quam intentionem magistri subtiliter attentes duo ex discipulis ejus secuti sunt Christum . Perfectiorem , inquam , discipulatum : quia attenditur principaliter perfectio non secundum arctitudinem observantiarum : sed secundum propinquitatem discretam ad debitum finem . Item insinuatur id ipsum ab eodem per hoc , quod discipulos (ad quorum inductionem alii postea sequerentur) ad Christum misit , Matth. 11. Voluit siquidem inter alia , quod Christo miracula tanta facient interim afficerentur ; quorum sancta affectio perseveraret : & ab ea stimulati tandem ad discipulatum ipsis Christi transirent . Secundo vides : quomodo &c.

A R T I C U L U S IX. 916

Utrum aliquis debeat alios inducere ad religionem intrandam.

Quot. IIII. art. II. ¶ 14.

AD nonum sic proceditur . Videtur quod nullus debeat alios inducere ad religionem intrandam . Mandat enim beatus Benedictus in regula sua (cap. lviII.) quod venientibus ad religionem non sit facilis prebendus ingressus ; sed probandum est , an spiritus ex Deo sine : & hoc etiam docet Cassia .

nus in IV. Lib. de institutis ecclasiis (cap. IIII.) Multo ergo minus licet aliquem ad religionem inducere .

2. Præterea . Matth. xxIII. 15. Dominus dicit : *Va vobis , qui circuitis mare , & ari-
dam , ut faciatis nunc profelgium , & cum
factus fuerit , faciatis eum filium gebenne du-
pto quem vos .* Sed hoc videntur facere qui homines ad religionem inducunt . Ergo videtur hoc esse vituperabile .

3. Præterea . Nullus debet aliquem inducere ad id quod pertinet ad ejus detrimentum . Sed illi qui inducuntur ad religionem , quandoque ex hoc incurvant detrimentum , quia quandoque sunt obligati ad maiorem religionem . Ergo videtur quod non sit lambabile aliquos inducere ad religionem .

Sed contra est quod dicitur Exod. xxVI. *Cortina continam trahat* (1). Debet ergo unus homo alium trahere ad Dei obsequium .

Respondeo dicendum , quod inducentes allies ad religionem non solum non peccant , sed magnum præmium merentur . Dicitur enim Jacobi ult. 20. Qui converti fecerit peccatorem ab errore via fœc , salvabit animam ejus a morte , & operies multitudinem peccatorum : & Dan. xiI. 3. dicitur , quod quæ ad iustitiam erudiant plurimos , erunt quasi stellæ in perpetuas aeternitates .

Possit tamen contingere circa hujusmodi inductionem triplex inordinatio . Primo quidem , si violenter aliquis alium ad religionem cogeret : quod prohibetur in Decr. ix (quest. IIII. cap. Presens .) Secundo , si aliquis simoniace alium ad religionem trahat munieribus datis , ut prohibetur in Decr. ibidem , quest. II. cap. Quam pior . Nec tamen ad hoc pertinet , si aliquis alicui pauperi necessaria subministret in seculo nutriendis eum ad religionem ; vel si sine pacto aliqua munuscula tribuat ad familiaritatem captandam . Tertio , si mendaciis eum alliciat : imminet enim sic inducto periculum ne cum se deceptum invenerit , retrocedat ; & sic fiant novissima illius hominis pejora prioribus , ut dicitur Lucae xi. 26.

Ad primum ergo dicendum , quod illis qui

(1) Sive paulo aliter vers. 5. *Quinquagenses ansulas
sina habebit in utraque parte inseras ut ansa con-
tra ansam veniat & altera alteri possit apari ,
postquam paulo supra præmisit quod cortina sibi jun-
genitur mutuo &c. Ubi Beda lib. 2. de Tabernaculo
cap. 2. Bona dicitur quod cortina ansas in utraque
parte haberent , ut videlicet sibi proximas in utraque*

*laserba quasi exenfis bine & inde brachis amplecten-
teur : quia nimis sic oportet nos ad videndum
faciem Creatoris bene vivendo properare ut curren-
tem nobiscum nequaquam deseremus proximum , sed
nobiscum in servitio Dei proficiemus nobis mox
exemplique juvenes . Quid ad scismam presertim
spectat .*

qui ad religionem inducuntur, nihilo minus reservatur probationis tempus, in quo difficultates religionis experiantur: & sic non facilis aditus eis datur ad religionis ingressum.

Ad secundum dicendum, quod secundum Hilarium (can. xxiv. in Matth. cir. med.) verbum illud Domini prænuntiativum fuit perversi studii Judæorum, quo post Christi prædicationem Gentiles, vel etiam Christianos ad Judaicum ritum trahendo faciunt dupliciter gehennæ filios (1): quia scilicet peccata præstina, que commiserunt in Judaismo, eis non dimittuntur, & nihilo minus incurront Judaicæ perfidie reatum: & secundum hoc non facit ad propositum. Secundum Hieronymum autem (in hunc loc. Matth.) hoc refertur ad Judæos etiam pro statu illo in quo legalia observari licebat, quantum ad hoc quod ille qui ab eis ad Judaismum convertebatur, dum effer Gentilis, simpliciter errabat; videns autem magistrorum vitia reverti ad vomitum suum, & Gentilis factus, quasi prævaricator, majori pena sit dignus. Ex quo patet quod trahere alios ad cultum Dei, vel ad religionem non est vituperabile, sed hoc solum quod aliquis ei qui convertitur, dicit malum exemplum, unde pejor efficiatur.

Ad tertium dicendum, quod in majori includitur minus. Et ideo ille qui est obligatus voto, vel juramento ad ingressum minoris religionis, potest licite induci ad hoc quod ad majorem religionem transeat: nisi sit aliquid speciale quod impedit, puta infirmitas, vel spes majoris profectus in minori religione. Ille vero qui est obligatus voto, vel juramento ad ingressum majoris religionis, non potest licite induci ad minorem religionem, nisi ex aliqua speciali causa evidenti: & hoc cum dispensatione superioris (2).

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem destruas errorem Joannis Wicöff dicentis (ut refertur in Concilio Constantiensi ubi infra) quod Sancti instituentes religiones privatas, sic instituendo, peccaverunt. Claram est, quod hi, sic instituendo, induxerunt homines alios ad ingrediendum religiones illas: unde & pro tanto prædictus error adducitur, velut is, contra quem militat articuli præsentis fana doctrina. Secundum vides: quomodo per rationem ostendas, errorum prædictum merito damnari a Concilio Constantiensi, sc. 8. Ubi & Wicöffsum ipsum propter hoc, & multa alia errata, pronunciat hereticum, ossa ejus mandat exhumari, atque comburi. Item a Jacob. ultim. & Das. 12. ut extenditur in iux. cor. princ. Tertio vides: quomodo &c.

A R T I C U L U S . X. . 917

Utrum sit laudabile quod aliquis religionem ingrediatur absque multorum consilio, & diurna deliberatione procedente.

AD decimum sic proceditur. Videtur quod non sit laudabile quod aliquis religionem ingrediatur absque multorum consilio, & diurna deliberatione precedente. Dicitur enim I. Jean. iv. 1. *Nolite credere omni spiritui, sed probate spiritus, si ex Deo sint.* Sed quandoque propositum religionem intrandi non est ex Deo, cum frequenter per exitum religionis dissolvatur: dicitur enim Act. v. 39. *Si est hoc consilium ex Deo, non poteris dissolvere illud.* Ergo videtur quod magna examinatione precedente debeant aliqui religiones intrare.

Y y 2 2. Præ-

(1) Vel sicut Hilarii verba expresse habent, *Pro-selyti sunt ex gentibus in synagogam recepti, quorum futuorum caritas in uno indicatur: Neque enim post Christi prædicationem, doctrina eorum fit des relata est, sed quisquis fuerit acquisitus ad plenam, filius fit gehenna: Ideo autem pena duplicitate filius erit, quia neque remissionem peccatorum sit gentilium consequitus; & societas eorum qui Christum persequuntur sunt fit sequustus.*

(2) Juxta ea quæ articulo superiori de transitu ab una Religione in aliam dicta sunt. Quibus & ad di potest illud Bernardi ad Robertum nepotem qui

de Clarevallensi Monasterio ad ordinem Cluniensem transierat, et si apostolico dispensatione imperata quam fallaciter putat & inani praetextu faudulerter obtentam: *Tu tibi conscientia respondeat cur abieris &c. Si ut rectius, ut rectius, ut perfectius viveres, securus esto quia non retro aspergisti: Si alias, noli alium sapere sed time quoniam quidquid amplius tibi indulges in vestitu viduque superfluo, in verbis osiose, in vagatione licentiosa & curiosa, hoc proculdubio retro aspicere est prævaricari est operari est ut epistola 1. post medium habetur.*

2. Præterea. Prover. xxv. 9. dicitur: *Causam tuam trahit cum amico tuo.* Sed maxime videtur hominis esse causa quæ pertinet ad mutationem status. Ergo videtur quod non debeat aliquis religionem intrare, nisi prius cum amicis suis tractet.

3. Præterea. Dominus Lucas xiv. 29. inducit similitudinem de homine, qui vult turrim ædificare, quod prius *sedens computat sumpsum qui sunt ei necessarii*, si habeat ad perficiendum; ne insultetur ei: *Quia hic homo caput edificare, & non potuit consummare.* Sumpsum autem ad turrim ædificandam, ut Augustinus dicit in epist. ad Lætum (ccliii. al. xxxviii. aliquant. a princ.) nihil est aliud quam *ut renuntiet unusquisque omniibus que sunt ejus.* Contingit autem quandoque quod hoc multi non possunt, & similiter alias religionis observantias portare: in cuius figura I. Reg. xvii. dicitur, quod David non poterat incidere in armis Saulis, quia non habebat usum. Ergo videtur quod non debeat aliquis religionem intrare, nisi diuturna deliberatione præmissa, & multorum consilio habito.

Sed contra est quod dicitur Matth. iv. quod ad vocati nomen Domini Petrus, & Andreas (1) *relictis rebus, continuo secuti sunt eam:* ubi Chrysostomus dicit super Matthæum (hom. xiv. ante med.) „Talem obedientiam Christus querit a nobis, ut neque in stanti temporis moremur (2).

Respondeo dicendum, quod diuturna deliberatio, & multorum consilia requiruntur in magnis dubiis, ut Philosophus dicit in III. Ethic. (3) In his autem quæ sunt certa, & determinata, non requiritur consilium. Circa ingressum autem religionis tria possunt considerari. Primo quidem ipse religionis ingressus secundum se: & sic certum est quod ingressus religionis est melius bonum: & qui de hoc dubitat, quantum est in se, derogat

Christo, qui hoc consilium dedit. Unde Augustinus dicit in Lib. de verbis Dom. (serm. viii. cap. ii. parum a princ.) *Vocat te Orientem, idest Cœlestis, & tu ascendis Occidentem, idest ad hominem mortalem, & errare poscentem.*

Alio modo potest considerari religionis ingressus per comparationem ad vires ejus qui est religionem ingressurus: & sic etiam non est locus dubitationis de ingressu religiosus: quia illi qui religionem ingrediuntur, non confidunt in sua virtute se posse subsistere, sed auxilio virtutis divinæ, secundum illud Isa. xl. 3x. (4) *Qui sperant in Domino, manifestabunt fortitudinem, afflent pennas, sicut aquile, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficiunt.* Si tamen sit aliquod speciale impedimentum (puta infirmitas corporalis, vel onera debitorum, vel aliqua bujusmodi) in his requiritur deliberatio, & consilium cum his de quibus speratur quod prossint, & non impediant. Unde dicitur Eccl. xxxvii. 12. (5) *Cum viro irreligioso tractes de sanctitate, & cum injusto de justitia? quasi dicat, non: unde sequitur: Non ascendas bis in omni consilio, sed cum viro sancto affidius esto.* In quibus tamen non est diuturna deliberatio habenda. Unde Hieronymus dicit in epist. ad Paulin. (ciii. prope fin.) *Festina, queſo te, & berenti in fulo naviculara funam magis praescinde quam solue (6).*

Tertio autem modo considerari potest modus religionem intrandi, & quam religionem aliquis ingredi debeat: & de talibus potest haberi etiam consilium cum his qui non impediunt.

Ad primum ergo dicendum, quod cum dicitur, *Probate spiritus, si ex Deo sint,* locum habet in his quæ dubia sunt, utrum spiritus Dei sint (7); sicut dubium potest esse in his qui jam sunt in religione, utrum ille

(1) Ut & mox de Jacobo ibidem & Joanne item vers. 22. subiungitur.

(2) Vel juxta græcum αναχαινειο χριστο, ut nec minimo tempore differamus Dominum sequi &c. Quod exaggerat, quia cum essent pescationis operi avidissimo intenti nihil tamen dilationis attulerunt quin vocantem se sine ulla deliberatione sequerentur.

(3) Ubi cap. 5. græco-lat. vel cap. 7. in antiquis & apud S. Thomam lect. 7. prope finem dicitur quod in magnis alios addibemus ad consilium quasi nobismetip̄is diffidentes, & superiori ibi præmittitur quod nec in iis quæ certa sunt vel secundum se de certissimis, deliberamus.

(4) Quod sic explicat Hieronymus in eum locum: *Qui non in suis viribus habent fiduciam sed in Domino, mens fortitudinem, vadant de virtute in virtutem &c.*

(5) Vel etiam, ut subiungitur paulo infra v. 15. cum impi de pietate: Quod veluti per ironiam dictum intelligitur.

(6) Per metaphoram, ut mens adhuc affixa mens significetur: Per fulu[m] enim seu per fluctuans mare significari solet mundus.

(7) Seu ex spiritu Dei, planius quam antea ex spiritu Dei sive.

ille qui religioni se offert , spiritu Dei ducatur , an simulate accedat . Et ideo debent accedentem probare , utrum divino spiritu moveatur (1) . Sed illi qui ad religionem accedit , non potest esse dubium , an propositum de ingressu religionis in corde ejus exortum sit a spiritu Dei , cuius est ducere hominem in terram rectam . Nec propter hoc ostenditur non esse ex Deo quod aliqui retrocedunt (2) : non enim omne quod a Deo est , est incorruptibile : alioquin creature corruptibles non essent ex Deo , ut Manichæi dicunt ; neque etiam aliqui qui habent a Deo gratiam , possent illam amittere ; quod etiam est hæreticum . Sed consilium Dei est indissoluble , quo etiam corruptibilia , & mutabilia facit , secundum illud Isaïæ xlvi .

10. *Consilium meum stabit , & omnis voluntas mea fies* . Et ideo propositum de ingressu religionis non indiget probatione , utrum sit a Deo , quia certa discussione non eget , ut dicit *Glossa* (3) super illud I. ad Thessal. ult. *Omnia probate* .

Ad secundum dicendum , quod sicut *caro concupiscit adversus spiritum* , ut dicitur ad Galat. v. 17 , ita etiam frequenter amici carnales adversantur profectui spirituali , secundum illud Micheæl vii . 6. *Inimici hominis domestici ejus* . Unde Cyrilus exponens illud Luc. ix . 6. *Permitte me renunciare his qui domi sunt* dicit : (hab. in Cat. aur. D. Thom. (4)) *Quarere renunciare his qui domi sunt , offendit quod utcumque divisus sit* . Nam communicare proximis , & consulere nolentes aqua sapere , indicat adhuc utcumque languorem & retrocedentem . Propter quod audiit a Domino : *Nemo , cum posuerit manum ad aratum , & aspergit retro , babilis est ad regnum Dei* . Aspicit enim retro qui dilatationem querit occasione redeundi domum , & cum propinquis conferendi (5) .

Ad tertium dicendum , quod per ædificationem turris significatur perfectio christianæ virtutæ . Abrenuntiatio autem propriorum est sumptus ad ædificandum turrim . Nullus autem dubitat , vel deliberat , an velit habere sumptus , vel an possit turrim ædificare , si sumptus habeat ; sed hoc sub deliberatione ponitur , an aliquis sumptus habeat (6) . Si militer sub deliberatione cadere non oportet , utrum aliquis debeat abrenuntiare omnibus quæ possidet , vel si hoc faciendo , ad perfectionem pervenire possit ; sed hoc cadit sub deliberatione , utrum hoc quod facit , sit abrenuntiare omnibus quæ possidet (7) : quia nisi abrenuntiaverit (quod est sumptus habere) non potest (ut ibidem subditur) *Christi esse discipulus* ; quod est turrim ædificare . Timor autem eorum qui trepidant , an per religionis ingressum possint ad perfectionem pervenire , esse irrationalis ex multorum exemplo convincitur . Unde Augustinus dicit VIII. Confess. (cap. xi. a med.) *Apriesebatur ab ea parte , qua intenderam faciem , & quo transire trepidabam , casta dignitas continentie (8) honeste blandiens ut ventrem , non que dubitarem , & extendens ad me suscipiendum , & amplectendum pias manus , plenas gregibus bonorum exemplorum . Ibi tot pauci , & puella , ibi juventus multa , & omnis eas , & graves vidue , & virgines anus (9)* . Et irridebat me irrisione exhortatoria , quasi diceret : *Tu non poteris quod isti , & istæ An isti , & istæ in sometijs possunt , & non stas ? (10) Projice te in eum : noli metuere : Non se substraberet , ut cadas : projice te securus , excipes te , & sanabit te (11)* .

Exemplum autem illud quod inducitur de David , non facit ad propositum : quia arma Saulis , sicut *Glossa* (interl. sup. illud I. Reg.

(1) Sic ex Regula S. Benedicti relatum supra , & ex ibi adjunctis art. 2.

(2) Nec sensus est illius loci qui ex Actorum 5. in argumento relatus est , sed quod Apostolorum prædicatio impediri non possit si ex Deo fuerit ; ut Gamaliel ibi ratiocinatur .

(3) Interlinearis nova five impressa ; collateralis vetus vel manuscripta , quam Lombardus etiam habet .

(4) In Catena Graecorum Patrum ex qua transcripsit S. Thomas in eum locum verbis paulum immutatis ; puta non consensuros huic proposito consenseris .

(5) Quasi hoc significet renunciare his qui domi

sunt , etiæ græce αὐτοῖς τοις quasi nuncium remiseris .

(6) Vel an habere sufficientes possit ; alioqui certus est an habeat actualiter vel non .

(7) Non ergo iam renunciare pro eodem sumitur ac propinquos monere vel cum illis conferre , sed quæ domi sunt relinquere vel disponere five ordinare de illis &c.

(8) Ut & serena neq; dissolute hilaris , addit ibidem .

(9) Et in omnibus quidem ipsa conscientia facunda mater filiorum de te marito &c.

(10) Sive quare dubius heres ? &c.

(11) Non ut exemplaria quedam habent , salvabis .

Reg. xvii. Et depositus es) dicit, (1) *sunt legis sacramenta, tamquam oneraria; religio autem est suave jugum Christi: quia, ut Gregorius dicit in IV. Moral. (cap. xxx. parum a princ.) quid grave mentis nostrae cervicibus imponit, qui visari omne desiderium quod perturbat, precipit, qui declinari labiosa mundi bujus iisura monet?* Quod quidem suave jugum super se tollentibus, refashionem divinae fruitionis repromittit, & sempiternam requiem animarum: ad quam nos perducat ipse qui promisit, JESUS Christus Dominus noster, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen.

A P P E N D I X.

EX art. habes primo: quomodo per rationem & ostendas, & in recto sensu intelligas, merito fuisse insinuatum a scripturis, Beda, & Chrysostomo, quod non est laudabile, ante religionis ingressum multorum confilio, & diuturna deliberatione, uti. A scripturis quidem, ut Matth. 4. Illi continuo relatis verbis secuti sunt eum. Item ibid. Illi statim relatis verbis, & patre, secuti sunt eum. Ibi enim per ly continuo, per ly statim signatur propositum. Item Psal. 44. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliviscere populum tuum, & dominum patris tui. Si enim vult Dominus, animam a te ad se vocatam obliuisci populum, patrem, domumque patris ejus, suggerit utique per

hoc, quod vocatus ab ipso in terram rectam, idest ad religionem ab Ecclesia catholica approbatam, non debet suorum carnalium amicorum, neque domesticorum consilium interponere talis vocationis executioni: sed nequa diuturna deliberatione executionem hujuscemodi di procrastinare. A D. Chrysostomo autem ibi super Matthaeum, secundum quod adducitur in arg. con. Item a Joanne Episcopo in Homil. super cap. 9. Matthaei dicente: *Dico vocati obedientiam. Non enim repugnatis, nec ambigendo secum dixit, Pueras ne, publicanum, peccatoresque me, recte absque fraude vocaveris?* Non est enim hujuscemodi humilitas levabilis. Sed confessum ita obtemperavite, ut nec domum quidem ad communicandum rem cum suis profectus sit. Hec ibi. A venerabili Beda quoque insinuatur idipsum per hoc, quod in Homil. super. c. 5. Lucas dicit: *Perfidiā nobis abrenunciationis formam tribucus Matthaeus non solum lucra reliquit vestigium; verum etiam rationes imperfetas, atque incompositas dereliquit.* Tanta enim cupiditate sequendi Dominum dactus est; ut in nullo prorsus bujus vita respectum, vel cogitationem fibimus reservaveris. Hec ibi. Secundo video: quomodo ex his, si bene pensentur, & applicentur, declaretur, atque confirmetur vicissim doctrina praesens Angelica, & sancta Ecclesiae Doctoris, cuius meritum, & praecebus explicunt Appendices, munere DEI, super Secundam Secundæ partis Theologiz sus, per Fr. Seraphinum a Portecta &c.

SUMMÆ THEOLOGICÆ S. THOMÆ AQUINATIS,

SECUNDÆ SECUNDÆ PARTIS.

ET TOMI IX. FINIS

(1) Ex Augustino super Psal. 143. ubi plenius ait *Nostris multis sacramentis corporalibus oneratum esse populum primum: Hec David noster tamquam arma*

prementia & non adjuvantia depositus: Et paulo infra: Iste David (scilicet Christus) arms oneratio depositus, sacramenta veteris legis &c.



Digitized by Google

